619

BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII AEVI

COLLEGIT ATQUE EDIDIT

AUGUSTUS GAUDENTIUS

VOL. III

SCRIPTA ANECDOTA GLOSSATORUM

VEL GLOSSATORUM AETATE COMPOSITA

SCILICET

PILLII - IACOBI BERTALDI - ALBERTI DE GANDINO

IOHANNIS VITERBIENSIS - VACCELLAE - ALIORUMQUE

PRODEUNT CURANTIBUS

IOHANNE BAPTISTA PALMERIO - FRANCISCO SCHUPFER

HEINRICO SOLMIO - CAIETANO SALVEMINI - CAROLO CICOGNARIO

HEINRICO DE BESTA - ARTHURO PALMERIO

BONONIAE

IN AEDIBUS SUCCESSORUM MONTI

ANNO MDCCCCI

BIBLIOTHEQUE CUJAS
D 060 482051 2

Source : BIU Cujas

619

BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII AEVI

VOLUMEN III

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII AEVI

EDIDIT

AUGUSTUS GAUDENTIUS

SCRIPTA ANECDOTA GLOSSATORUM

VOLUMEN III

BONONIAE

IN AEDIBUS SUCCESSORUM MONTI

ANNO MDCCCCI

Source : BIU Cujas

SCRIPTA ANECDOTA GLOSSATORUM

VEL GLOSSATORUM AETATE COMPOSITA

SCILICET

PILLII - IACOBI BERTALDI - ALBERTI DE GANDINO

IOHANNIS VITERBIENSIS - VACCELLAE - ALIORUMQUE

PRODEUNT CURANTIBUS

IOHANNE BAPTISTA PALMERIO - FRANCISCO SCHUPFER

HEINRICO SOLMIO - CAIETANO SALVEMINI - CAROLO CICOGNARIO

HEINRICO DE BESTA - ARTHURO PALMERIO

FACULTE DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHEQUE

BONONIAE

IN AEDIBUS SUCCESSORUM MONTI

ANNO MDCCCCI

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Augustus Gaudentius legentibus salutem

OPUS *iamdiu intermissum resumpsimus, et tertium hoc volumen, quod mox alia sequentur, nunc edimus. Huius prima pars, quam iam decem annos abhinc I. B. Palmerius absolvit, praeter tractatum de actionibus a Summa institutionum Azonis fortasse profectum, et veterem collectionem authenticarum, libellum continet qui in cod. ms. Cassinensi Pillii nomine inscribitur, quem alii codices Bagarotto falso adscribunt. Hos codices Palmerius non vidit. Sed cum primum ego hoc opus aggressus sum nullo alio fretus auxilio, quam diligentia et studio discipulorum atque amicorum meorum, non hoc propositum habui, ut inspectis omnibus bibliothecis omnibusque codd. mss. collatis has veteris iurisprudentiae reliquias demum in lucem ederem; sed ut, vel ex uno cod. ms. eis depromptis, faciliorem materiam studiorum viris doctis praeberem. Verum postea ad reliqua edenda omnes ferme codd. mss. iam antea cognitos, alios praeterea antea ignotos, adhibui. Sane H. Besta ex omnibus codd. mss. Lombardae qui in Italia adservantur, uno codice Lipsiensi praetermisso, glossas Vaccellae collegit. Franciscus Schupfer, vir doctissimus idemque de omni italici iuris historia praeclare meritus, opus Bertaldi, quod in solo cod. ms. Vindobonensi 549 extare credebatur, etiam ex Vaticano 5284 vulgavit. H. Solmius Quaestiones statutorum Alberti de Gandino ex duobus codd. mss. a me inventis repetiit. C. Salvemini librum, qui, Pseudovegetius antea appellabatur, cod. ms. Ambrosiano a me reperto, sub nomine auctoris edidit. Contra*

Source : BIU Cujas

C. Cicognarius Summam notariae, quam F. Brandileone perperam Rainerio Perusino tribuit, recte nullo adiecto auctoris nomine protulit: quae potius adnumeranda sit illis profusis formulariorum prolixitatibus, *ex quibus Rainerius opus suum se concinnasse scribit; ob eamque prolixitatem ego minoribus litterulis typis mandavi. Huic, licet admodum dissimilis, quodammodo coniuncta est, quippe quae ex codem bononiensi archetypo aliqua ex parte deprompta sit, Bellunensis summa, quam A. Palmerius in codice Marciano invenit.*

Haec omnia, ut sua quisque via ac ratione concinnaverat, ita ego edenda putavi.

Bononiae anno MDCCCCI.

Source : BIU Cujas

INDEX

INDEX

Summa de actionibus curante I. B. Palmerio . . . . . Pag. 3

Pillii libellus de praeparatuiis litium et earum praeambulis curante I. B. Palmerio . . . . . » 14

Authenticarum collectio antiqua curante I. B. Palmerio . . . . . » 71

Iacopi Bertaldi splendor Venetorum civitatis consuetudinum curante F. Schupfer . . . . . » 99

Alberti de Gandino quaestiones statutorum curante H. Solmio . . . . . » 157

Iohannis Viterbiensis liber de regimine civitatum curante C. Salvemini . . . . . » 217

Summa notariae Aretii composita annis MCCXL-MCCLLIII curante C. Cicognario . . . . . » 283

Argumenta atque contraria ad Lombardam in auditorio Vaccellae collecta curante H. de Besta. . . . » 335

Sumna notariae Belluni composita curante A. Palmerio . . . . . » 353

Source : BIU Cujas

SUMMA DE ACTIONIBUS

EX COD. MS. BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS PATAVINAE N. 1475

PRODIT CURANTE

IOHANNE BAPTISTA PALMERIO

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Source : BIU Cujas

Source : Bibliothèque nationale de France

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

SECUNDUM [1] quod in libro I de iure naturali (I. 1, 2 § 12) dixit, scilicet « omne ius pertinet [2] ad res vel personas vel actiones », prosequitur suum tractatum, et ita ultimo loco tractat de actionibus. § 2 Videndum ergo nobis est quid sit actio. Que sic diffinitur: « actio nichil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur ». § 3 Et bene dico « est » et non « erat ». Olim enim actio erat quedam verborum sollempnitas que a collegio pontificum impetrabatur que est hodie sublata, ut D. de origine iuris l. II § deinde [3] § omnium (D. 1, 2, § 6); et C. de formulis l. I (C. 2, 58, 1). § 4 « Ius » autem indistincte [4] ponitur ad differentiam eorum que non sunt ius, ut omnium corporalium, sicut dicunt; ergo, secundum hoc, ad differentiam asinorum et pecudum; vel melius ius dicitur ad differentiam officii iudicis quod non est actio, licet quidam contradicant. Non enim est ius ipsum officium, sicut cuilibet patet. Et ita dicimus per illud verbum excludi omnem extraordinariam cognitionem, ut pro salario advocatorum, vel procuratorum, vel nutricum interponatur. § 5 Si queras cur ego dicor persequi per actionem cum propono actionem iniurie, si ibi [5] officio iudicis summa constituatur; respondeo: Bene potest dici actio cum ago ex iniuria; et est ratio quia ius petendi habeo et aliquid mihi debetur. § 6 Si queras: quid? respondeo: Quod ego extimavero. Nam et antequam iudicio consequar, extimare possum meam iniuriam, licet iudici postea permittatur mea minuere quam extimavi. § 7 « Persequendi » autem ponit ad differentiam exceptionis; quia non persequimur aliquid, sed magis ab alio persecuti nos defendimus, licet in exceptione partes actoris sustinuerimus. § 8 « Judicio » autem ponitur ad differentiam eorum que non in iudicio sed extra persequimur, ut furem nocturnum vel diurnum vel agrorum depopulatorem, ut C. quando licet unicuique l. I et II (C. 3, 27, 1 et 2); et D. ad legem Aquiliam l. IIII (D. 9, 2, 4). § 9 « Quod sibi debetur » ponitur ad differentiam criminalium actionum quibus non indebitum, sed cuilibet de populo persequor. Et secundum hoc etiam actio in rem diffiniri dicemus; licet enim possessor sit obligatus, ut infra eod. § I. (I. 4, 6 § 1), attamen realiter non personaliter dicitur mihi deberi; hoc enim verum est quia res ipsa debet restitui. § 10 Item actione in rem te rogo ut eam mihi restituas; et ratione rei dicitur te mihi teneri ad restitutionem. Et ita dicebat magister noster. Vel si vis, dices: Verbum debendi excludit actionem in rem et ita differenter actionem tantum personalem; et est ratio quia improprie actio in rem dicitur actio, ut D. de actionibus et obbligationibus l. actio in personam (D. 44, 7, 28). § 11 Hec de institutione ipsius actionis.

§ 12 De nomine vero sciendum est quod [6] quandoque strictissime ponitur et proprie, ut dictum est

---

[1] *Cod. praemittit* est autem actio. — [2] *Cod.* pertinens. — [3] *Cod.* datum. — [4] *Cod.* in distinctione. — [5] *Cod.* sibi. — [6] *Cod.* quia.

Source : BIU Cujas

pro ea que est in personam; quandoque [1] large ut cum personalis et in rem tantum comprehenditur, ut D. eod. l. accionum genera (D. 44, 7, 25); quandoque largissime ut cum omnia predicta et stipulationes pretorie et interdicta etiam, que ad instar actionum proponuntur, ut D. eod. actionis verbo (D. 44, 7, 37). § 13 Sicut ergo per actionem ago ut precise aliquid fiat, ita et stipulationes pretorias exigo precise ut interponantur [2]. § 14 Secundum hoc etiam forte extraordinarias cognitiones cause continebunt; illas enim imploramus ut nobis aliquid detur vel fiat. § 15 Sed vera ratione interdicta olim erant actiones [3]. Interdicta enim, sicut Martinus [4] dixit, nil aliud erant quam quedam verborum sollempnitates, ut infra de interdictis in principio (I. 4, 15). § 16 Sed hanc ego puto discertionem fuisse quia in interdictis secundum diversitates personarum diversa verba instituebantur [5]; et sic dicebantur quia inter duos semper, verbis eis designatis, reddebantur, ut Instit. de interdictis § summa autem [6] (I. 4, 15 § 1); quod interdictis verbis curiosus lector potest animadvertere [7]; semper enim duobus assignatis, inter eos dat responsum, ut D. quorum bonorum l. I (D. 42, 2, 1); et sic per singulos. § 17 At accionum verba cuique negotio erant designata, nec pro varietate personarum mutabantur. § 18 Hec de diffinitione.

§ 19 Superest videre accionum divisiones. Et quidem omnium actionum, que sub celo sunt, alie sunt pretorie, alie sunt civiles. § 20 Item accionum alie sunt in rem, alie sunt in personam, alie mixte. § 21 Item alie sunt persecutorie rei, alie pene, alie mixte utriusque. § 22 Item accionum omnium alie sunt in simplum, alie in duplum, alie in quadruplum. § 23 Item accionum omnium alie sunt bone fidei, alie stricti iuris. § 24 Item accionum omnium alie sunt perpetue, alie temporales. § 25 Item accionum omnium alie sunt transitorie ad heredem, alie non. § 26 Item alie informant, alie non. § 27 Item accionum omnium alie sunt directe, alie utiles nuncupantur. § 28 Item accionum alie directe, alie [8] contrarie appellantur. § 29 Item accionum alie sunt universales, alie singulares. § 30 Item accionum alie sunt [9] simplices, alie duplices. § 31 Item actionum alie sunt date, alie native. Item alie sunt persecutorie solidi, alie non. Item accionum quedam sunt [10] ex contractu, quedam ex facto, quedam in factum. § 32 Has tres ultimas divisiones nec laudo nec appretior multum, licet a lege fiant et innuantur, ut D. eod. l. quotiens lex [11], et l. obligationum (D. 44, 7, 41 et 44); et infra eod. § sunt [12] preterea (I. 4, 6 § 36). Et ideo eas non prosequor; alias autem XII [13] divisiones prosequor, si vultis. Vultis et respondetis auditores: Placet.

§ 33 Dicamus igitur de prima divisione in nomine domini que repperitur D. eod. accionum § omnes (D. 44, 7, 25 § 2); et licet civiles rationes originis debent preponi, ego tamen postpono eas quia multo prolixiores [14] civiles sunt quam pretorie. § 34 Pretorias [15] dicimus omnes omnino que a pretore sunt inducte. § 35 Inter omnes: edilitie, ut redibitoria et quanto minoris, ut supra de divisione stipulationum § pretorie (I. 3, 19, 2); et supra de iure naturali § pretorum (I. 1, 2 § 7). § 36 Item actiones in factum, que locum habent in V. casibus et in rebus venditis, ut notavimus D. de edilitio edicto l. ediles aiunt (D. 21, 1, 38). § 37 Item omnes actiones in factum que loco cuiuslibet interdicti redduntur pretorie sunt sicut et ipsa interdicta, ut probatur infra de interdictis in principio et § ult. (I. 4, 15 pr. et § 8). § 38 Alie [16] autem omnes acciones que in mundo sunt dicuntur civiles, sive ex lege XII tabularum descendant, sive ex senatusconsultis, sive ex prudentum disputatione, sive principum constitutione, sive quacunque alia omnino lege, ut D. de iustitia et iure l. ius autem civile in I.° r.° (D. 1, 1, 7 pr.). § 39 Porro de quibusdam actionibus potest dubitari utrum sint pretorie an civiles, ut puta de actione commodati, ut D. commodati l. in commodato § sicut (D. 13, 6, 17 § 3). Et lege I. (D. 13, 6, 1) dicitur: « Ait pretor quod quis commodasse dicitur » unde videtur innuere quod sit pretoria. Sed puto eam esse civilem. Nec obstat quod dicitur l. I (D. 13, 6, 1). Vere enim civilis est, licet pretor super ea suum tractatum fecerit. Et quid miri cum nichil intemptatum relinquitur? § 40 Si quis tamen vellet contrarium, posset exponere in civiles obligationes, idest non naturales tantum. § 41 Item queri potest an sit pretoria actio que [17] de petitione hereditatis proponitur, ut D. si pars hereditatis petatur l. I. (D. 5, 4, 1). § 42 Item queri potest de rei vendicatione que datur contra eum qui dolo desiit possidere. § 43 Lex enim videtur dicere ipsam esse pretoriam, ut D. de noxalibus l. electio § item si ex pluribus (D. 9, 4, 26 § 2). § 43 Et ego ipsam puto non esse pretoriam. § 44 Cum enim certum sit rei vendicationem esse civilem, ergo in hoc casu dicenda est civilis que tempore [18] ad hunc casum prorogatur per pretorem, nam [19] datur talis a pretore de novo actio. § 45 Sed videtur argumentum contra D. de iustitia et iure l. ius civile. (D. 1, 1, 6). § 46 At obiciet aliquis, nec tamen inepte: Cur ergo possessoria hereditatis petitio non dicitur civilis, cum petitio hereditatis civilis et centumviralis sit? Alias quare et in hunc casum per pretorem extendatur, ut in proposito exemplo dixisti? § 47 Respondeo: Diversa est in his ratio inspicienda. Cum enim plu-

---

[1] *Cod. om.* quandoque. — [2] *Cod.* interponatur. — [3] *Cod.* actores. — [4] *Cod.* mar. — [5] *Cod. inserit* inde. — [6] *Cod.* si me tamen. — [7] *Cod.* avertere. — [8] *Cod. om.* alie. — [9] *Cod. om.* sunt. — [10] *Cod. om.* sunt. — [11] *Cod. inserit* infra respondeo. — [12] *Cod.* si id. — [13] *Cod.* X. — [14] *Cod.* prolittiores. — [15] *Cod.* pretorianas. — [16] *Cod.* alias. — [17] *Cod. om.* an sit pretoria actio que. — [18] *Cod.* tempora. — [19] *Cod. om.* nam.

Source : BIU Cujas

rimum conditio actoris inspicienda est [1], non rei, idest an aliquis de iure civili admittatur ad agendum, annon (certum est enim filio emancipato [2], exempli gratia, indulta esse [3] a pretore possessoria petitio, de iure civili non admitti sed omnino repelli); non ergo civilis potest dici actio que sibi datur. § 48 At mihi domino de iure communi bene datur rei vendicatio, licet [4] contra te, qui [5] possides per pretorem, tamen tui non possidentis vel [6] quasi possidentis, quia dolo possidere desieris, causa, constituitur, unde ius civile quod mecum erat contra alios etiam contra te largitur auxilium.

§ 49 Nunc de secunda divisione que sicut et cetere omnes generalis est omnium actionum, et sumitur D. eod. l. accionum (D. 44, 7, 25); siquidem pretoriarum multe sunt in rem ut publiciana, item rescissoria, item serviana et quasi serviana sive ypothecaria, ut infra § alie autem et § sed rursus et § item serviana (I. 4, 6 § 3 § 5 § 7); item utilis in rem que datur superficiario, ut D. de rei vendicatione l. superficiario et l. pretor (D. 6, 1, 73 § 1 et 74 et 75); item que datur metum passo, ut probatur D. [7] quod metus causa l. I, et l. metum § volenti (D. 4, 2, 1 et 9 § 4); item possessoria hereditatis petitio, ut D. de petitione hereditatis l. II et IV. (D. 5, 3, 2 et 4); item fideicommissaria hereditatis petitio, ut D. de fideicommissaria hereditatis petitione l. que accio (D. 5, 6, 2). § 50 Datur autem publiciana in rem ei qui a non domino bona fide emit in quemlibet possessorem preterquam contra dominum. Sed et contra eum datur in casibus, ut notavimus supra eod. § alie autem sunt (I. 4, 6 § 3). § 51 Petit autem quasi usucepisset (subaudi quantum ad effectum); nec enim dicet se usucepisse, quia sic in publiciana seipsum excluderet. § 52 Sed dico eum sub alternatione posse proponere ut dicat: Intendo directam rei vendicationem quia puto me dominum ipsa traditione factum, aut si non sum dominus, intendo tamen pubblicianam in rem contra te qua dico te perinde mihi teneri ad restituendum ac si usucepissem. § 53 Rescissoria autem datur ei cuius res in absentia probabili et necessaria causa est usucapta. Datur autem cum effectu, ita demum si a pretore vivo fuerit restitutus; pretor enim mortuus mortuam dedit actionem et inefficacem, vivus autem vivum opus facit et constituit. § 54 Serviana autem pro rebus coloni vel etiam inquilini domino domus vel fundi tacite obligati, licet diverso modo quia in domo non exigitur scientia, in fundo exigitur et proponitur, ut infra eod. § item [8] (I. 4, 6 § 7); et C. locati l. certi (C. 4, 65, 5); item pro deteriorata habitatione, ut D. in quibus causis pignus tacite contrahitur l. II. (D. 20, 2, 2). § 55 Quasi serviana, hoc est ypotecaria, cuilibet alii cui res obligata competit, sive sit pignus sive ypotheca, ut infra eod. § quasi serviana (I. 4, 6 § 7); et est pretoria, ut D. de pactis l. si tibi X. § de pignore (D. 2, 14, 17 § 2). § 56 Superficiario autem, idest ei qui in alieno solo superficiem ita habet ut pensionem domino prestet, datur in rem accio, causa tamen cognita, ut D. de superficiebus l. I. § quod ait pretor (D. 43, 18, 3). § 57 Item metum passo datur actio in rem contra quemlibet possidentem, licet iure civili desierit esse dominus, ut D. quod metus causa l. metum § volenti, et l. si cum § aliquando (D. 4, 2, 9 § 4 et 14 § 5). § 58 Possessoria datur his qui receperunt [9] de iure pretorio, ut emancipato, ut D. de possessoria hereditatis petitione l. I. et II (D. 5, 5, 1 et 2). § 59 Item fideicommissaria datur his quibus ex Trebelliano restituta est hereditas, ut D. de fideicommissaria hereditatis petitione l. I (D. 5, 6, 1). § 60 Preiudiciales [10] quoque actiones et pretorie in rem esse dicuntur, scilicet per quam queritur an aliquis ingenuus aut libertus sit; item per quam queritur utrum quis [11] sit filius annon, ut infra eod. § preiudiciales (I. 4, 6 § 13) et potest hic commode aptari distinctio quam fecimus in D. de rei vendicatione l. I. § per hanc (D. 6, 1, 1 § 2). § 61 Preiuditiales ideo vocari dico, ut quidam aiunt [12], quia sic preiudicant ut si fuerint proposite interim [13] alie questiones, finem non accipiunt, ut D. de liberali causa [14] l. ordinata (D. 40, 12, 24).

§ 62 In personam quoque actiones pretorie reperiuntur ut pauliana [15] et faviana, ut bene innuitur in [16] D. de usuris l. videamus § in faviana [17] (D. 22, 1, 38 § 4); nam ibi, ut in initio lex dicit, ponit exempla de actione in personam, ut D. si quid in fraudem creditorum l. X [18] § hec actio (D. 42, 8, 10 § 24). § 63 Quod sint pretorie tamen probatur D. de his qui in fraudem creditorum l. I. (D. 42, 8, 1); et D. si quid in fraudem patroni l. I. r. I. (D. 38, 5, 1); et infra eod. § item si quis (I. 4, 6 § 6); ponit enim exempla pretoriarum, ut dixit in illo § alie sunt (I. 4, 6 § 3); licet videatur [19] innuere quod sint in rem, per id quod dicit « in personam quoque » et cet. § 64 Sed non est ita, ut dictum est. Competit actio pauliana soli creditori secundum omnes, sed secundum quosdam ad sola corpora alienata. § 65 Actio vero in factum, que similiter est pretoria et in personam, competit ad revocanda iura, ut servitutes; item obligationes contractas. § 66 Sed puto actionem in factum ad omnia omnino competere, etiam ad corpora, ut D. de his que in fraudem creditorum l. hac in factum (D. 42, 8, 14). § 67 Et hec dicitur, ut puto, pauliana quia a Paulo est inducta. § 68 Quod dicitur « pauliana » non

---

[1] *Cod. om.* inspicienda est. — [2] *Cod.* filium emancipatum. — [3] *Cod.* est. — [4] *Cod. inserit* non. — [5] *Cod.* quia non. — [6] *Cod. om.* vel. — [7] *Cod.* C. — [8] *Cod.* si viam. — [9] *Cod.* si recedunt. — [10] *Cod.* preiudiales. — [11] *Cod.* quid. — [12] *Cod. inserit* sed. — [13] *Cod.* iterum. — [14] *Cod. om.* causa. — [15] *Cod.* publiciana. — [16] *Cod.* ut. — [17] *Cod.* fraudem. — [18] *Cod.* I. — [19] *Cod.* videantur.

Source : BIU Cujas

notatur actio, sed adiectio quedam. § 69 Faviana soli patrono competit, secundum nos, ad revocanda ea que in fraudem sunt alienata, ut D. si quid in fraudem patroni l. I. § antepenult. (D. 38, 5, 1 § 26). § 70 Calvisiana vero utrique: patrono et creditori. § 71 Alii dicunt calvisianam soli patrono competere, nam et ei dicitur dari, ut D. [1] si quid in fraudem patroni l. II (D. 38, 5, 2). § 72 Faviana vero utrique, et pro se inducit quod legitur D. de usuris l. videamus § in faviana (D. 22, 1, 38 § 4); ubi dicitur etiam creditori dari. § 73 Sed nos legimus ubique nec habemus per quas immo per quam ut ad paulianam solummodo fiat relatio. § 74 Illud constat quod omnes hec pretorie sunt. § 75 Item edilitias actiones constat esse pretorias; quia, sicut diximus, edictum Edilium portio est iuris pretorii, sicut quanto minoris que datur infra annum. § 76 Redibitoria quoque VI. mensibus tollitur. § 77 Item in factum que datur in X. dies, ut D. de edilitio edicto l. sciendum § ult., et l. si venditor, et l. quod si nolit § si quid ita venierit (D. 21, 1, 19 § 6 et 28 et 31 § 22). § 78 Sed redibitoria vel quanto minoris non est actio secundum nos, sed cuiusdam actionis sunt adiectiones, scilicet actionis ex empto, quam dicimus esse pretoriam cum competit ad exhibendum, vel cum competit quanto minoris res valet. § 79 Ceterum si alias competit, ut puto quanto minoris rem essem empturus, vel in alio quolibet casu erit civilis, sicut et supradiximus in petitione hereditatis; et sic dicimus in aliis sex actionibus que personales et pretorie sunt, et sunt iste: exercitoria, et institoria [2], et tributoria, quod iussu, quod in rem verso, de peculio. § 80 Et quod sint pretorie aperte dicitur infra quod cum eo § si igitur, § eadem, et § introduxit § preterea (I. 4, 7 § 1 § 2 § 3 § 4); et infra eod. § actiones autem de peculio (I. 4, 6 § 10). § 81 Has autem omnes non dicimus actionum nomina sed potius adiectiones. Dicitur enim ex empto de peculio, de in rem verso; item institoria [3] quia datur pro contractu institoris. Et sic de omnibus. Et erit in omnibus predictis casibus pretoria actio ex empto [4], quamvis alias regulariter dicatur civilis, sicut et supra probavimus in possessoria hereditatis petitione, in qua diximus plurimum spectari condictionem eius qui agere vult, scilicet an de iure civili admittatur. § 82 Sunt [5] tamen qui dicunt eas actionum nomina, et forte non inepte, sed in eorum sententia non fuit [6] Paulus. § 83 Item personalis est et pretoria actio de constituta pecunia que ex nudo pacto, non interveniente stipulatione, puro debito vel conditionali et civili et naturali, vel naturali tantum et non civili, ut infra eod. § de pecunia (I. 4, 6 § 9); et D. de constituta pecunia l. I, et l. quod si § si quis autem [7] et § si is qui iure [8] (D. 13, 5, 1 et 3 § 1 § 2). § 84 Item personalis est et pretoria ea que datur ex confessione tua contra te, scilicet ex ea causa ex qua contra te confessus, et ut probatur D. de interrogatoriis actionibus l. edictum, et l. quia, et l. voluit I. r. et § I., et l. de etate § qui interrogatus (D. 11, 1, 2 et 3 et 4 pr. § 1 et 11 § 9). § 85 Item personalis est et pretoria actio que datur ex sacramento sive adiecta forma, et dicitur actio in factum, ut C. de rebus creditis [9] l. actori (C. 4, 1, 8); et D. de iureiurando l. si duo patroni § is qui (D. 12, 2, 13 § 3). § 86. Utrobique, tamen est pretoria, ut infra eod. § item si quis postulante (I. 4, 6 § 11). § 87 Item pretoria est et [10] personalis actio negotiorum gestorum, ut D. de negotiis gestis [11] l. ait pretor (D. 3, 5, 3); et C. de negotiis gestis l. negotiis gestis (C. 2, 19, 23). § 88 Item personalis et pretoria est actio pro tutore [12], ut D. de eo qui pro tutore l. I. in principio (D. 27, 5, 1); idem quoque in actione contraria tutele, ut D. de contraria tutele [13] l. I. (D. 27, 4, 1). § 89 Item in actione depositi in quattuor casibus, ut infra eod. § plane si depositi (I. 4, 6 § 17 in med.). § 90 Item in actione vie recepte [14] que etiam pretoria est, ut D. de via publica l. II. et l. ult. (D. 43, 11, 2 et 3).

§ 91 Sunt et alie quedam personales et pretorie et penales, non quia ab initio contineant penam sed quia ex postfacto continere possunt, ut actio quod metus causa, ut D. quod metus causa l. metum autem presentem § sed et quod pretor ait § volenti, et l. si cum § hec autem actio (D. 4, 2, 9 § 3 § 4 et 14 § 4); infra eod. § in personam (I. 4, 6 § 8). § 92 Idem in actione de dolo, que pretoria est et personalis et penalis quia potest in litem iurare, ut D. eod. l. I., et l. arbitrio I. r. (D. 4, 3, 1 et 18 pr.). § 93 Sed secundum hoc rei vendicatio dicetur penalis quia in ea iuratur in litem. § 94 Item pretoria est et personalis actio furti manifesti, ut de perpetuis et temporalibus actionibus § furti (I. 4, 12 pr.). § 95 Item actio in factum que datur ex quasi maleficio, ut D. furti adversus nautas l. I. § et est in duplum (D. 47, 5, 1 § 2). § 96 Item actio servi corrupti, ut D. de servo corrupto l. I. r. I. (D. 11, 3, 1 pr.). § 97 Item in bonis raptis, ut supra vi bonorum in principio (I. 4, 2 pr.). § 91 Item iniuriarum personalis et pretoria est in omni casu preter quam in tribus ubi quis dicit se pulsatum, verberatum, domum suam per vim introitam: tunc enim est ex lege Cornelia, ut D. de iniuriis l. lex Cornelia, et l. item apud § ait pretor ne quid § pretor ait (D. 47, 10, 15 § 2 et 34); et supra de iniuriis § pena (I. 4, 4 § 7). § 99 Item actio in factum Aquilie subsidiaria.

---

[1] *Cod.* C. — [2] *Cod.* ystoria. — [3] *Cod.* ystoria. — [4] *Cod. inserit* vel. — [5] *Cod.* sed. — [6] *Cod. inserit* Affrc' vel. — [7] *Cod.* actio. — [8] *Cod.* in rem. — [9] *Cod. om.* creditis. — [10] *Cod. om.* et. — [11] *Cod. om.* ut D. de neg. g. — [12] *Cod.* protutele. — [13] *Cod. om.* de contraria tutele. — [14] *Cod.* recte.

Source : BIU Cujas

§ 100 Temporalis est et pretoria actio in factum que loco cuiuslibet interdicti proponitur; et multa enim sunt interdicta que possunt breviter comprehendi, ut D. de mortuo inferendo l. I. responso primo (D. 11, 8, 1 pr.); vel de sepulcro edificando, ut D. de mortuo inferendo l. I. § pretor (D. 11, 8, 1 § 5); item ne quid in loco sacro fiat, ut D. ne quid in loco sacro l. in muris (D. 43, 6, 2); item ne quid in via publica vel loco publico quo deterius fiat; item ut factum remissum tollatur et in his casibus intelligitur interdictum quod est de locis et itineribus publicis et exprimuntur duo interdicta, ut D. ne quid in loco publico l. II. § ait pretor et § ait quod in via (D. 43, 8, 1 § 20 § 35); item ne quid in loco publico fiat, ut D. ne quid in loco publico fiat l. II. r. I. (D. 43, 8, 2 pr.); item ne quid fiat immittaturve in flumine publico ripave eius quo statio navigii durior fiat, ut D. ne quid in flumine publico l. I. r. I. (D. 43, 13, 1 pr.); item ut quod factum est vel immissum tollatur, ut D. de fluminibus l. I. ne quid r. I. § et demum ait pretor (D. 43, 12, 1 pr. § 19); item ne quid in flumine publico ripave eius fiat quo aliter aqua fluat quam fluxit priori estate; item ut liceat facere loco publico eive qui conduxit sotiove eius, ut D. de loco publico fruendo l. I. (D. 43, 9, 1); item ut liceat reficere viam publicam vel iter publicum, ut D. de via publica et si quid in ea l. I. § ult. (D. 43, 10, 1 § 3); item ut liceat navigare in flumine publico, lacu, fossa, stagno, et in ripa honerare vel exhonerare, ut D. ut in flumine publico l. I. (D. 43, 14, 1); item ut liceat ripam publici fluminis munire [1], ut D. de ripa munienda l. I. (D. 43, 15, 1); item ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, ut D. ne vis fiat ei qui in possessionem l. I. et r. I. (D. 43, 4, 1 pr.); item quorum bonorum, ut D. quorum bonorum l. I. (D. 43, 2, 1); item quorum legatorum, ut D. quorum legatorum l. I. § hoc interdictum et § quod ait pretor (D. 43, 3, 1 § 3 § 7); item de tabulis exibendis, ut D. de tabulis exibendis l. II. r. I. (D. 43, 5, 2 pr.); item de liberis exibendis et deducendis, ut D. de liberis exibendis l. I r. I, et l. deinde ait I r. (D. 43, 30, 1 et 3); item de libero homine exibendo, ut D. de libero homine exibendo l. I, (D. 43, 29, 1); item unde vi, ut D. de vi et vi armata l. I. (D. 43, 16, 1); item quod vi aut clam, ut D. quod vi aut clam l. I, (D. 43, 24, 1); item uti possidetis, ut D. uti possidetis l. I, (D. 43, 17, 1); item utrobi, ut D. utrobi l. I, (D. 43, 31, 1); item de superficiebus, ut D. de superficiebus l. I. (D. 43, 18, 1); item de itinere actuque privato, ut D. de itinere actuque privato l. I. (D. 43, 19, 1); item de aqua cotidiana; item de aqua extiva; item de aqua ex castello ducenda, ut D. de aqua cotidiana et estiva l. I. r. I. et § deinde ait pretor (D. 43, 20, 1 § 29); item de rivis, ut D. de rivis l. I. (D. 43, 21, 1); item de fonte ut liceat eo uti; item de fonte reficiendo, ut D. de fonte l. I. et § deinde ait pretor (D. 43, 22, 1 § 6); item de cloacis purgandis [2] et reficiendis; item ne quid in cloaca fiat mittaturve; item ut immissum tollatur restituaturve, ut D. de cloacis l. I. r. I. § deinde ait pretor (D. 43, 23, 1 § 8); item ne quid fiat; item de precario, ut D. de precario l. II. r. I. (D. 43, 26, 2); item de arboribus cedendis, et continet hec duo capita, ut D. de arboribus cedendis l. I. r. I. § deinde ait pretor et § differentia (D. 43, 27, 1 § 7 § 9); item de glande legenda, ut D. de glande legenda l. I. r. I. (D. 43, 28, 1); item de migrando, ut D. migrando l. I. r. I. (D. 43, 32, 1 pr.); item salvianum, ut D. de salviano interdicto l. I. (D. 43, 33, 1); item de opere demoliendo quod factum est post operis novi nunciatione ante remissionem; item ut liceat edificare ei qui satisdederit nuntianti vel paratus est satisdare, ut D. de operis novi nunciatione l. pretor ait r. I. et § deinde ait pretor (D. 39, 1, 2 § 9); item interdictum fraudatorium, ut D. de solutionibus l. pupillo (D. 46, 3, 15).

§ 101 Sic omnibus interdictis discretis, sciendum est [3] omnia omnino interdicta, ut ipsa, personalia esse, ut D. de interdictis l. I § interdicta (D. 43, 1, 1 § 3). § 102 Excepta inde videntur in rem que contra possidentes quoslibet dantur. § 103 Item omnia fere interdicta et directa et utilia reperiuntur.

§ 104 Sed et personalia interdicta et pretorie actiones in factum sunt [4] non solum que loco singulorum interdictorum singulariter a nobis enumeratorum proponuntur; sed etiam omnes que loco edictorum singulariter competunt. § 105 Unde sequens [5] est ut nomina edictorum enumeremus sicut in [6] interdictis fecimus. Sunt enim multa. § 106 In primis de albo corrupto, ex quo datur in factum actio in L. aureos vel D., ut quidam libri habent, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. si quis id (D. 2, 1, 7). § 107 Item datur actio in factum ex edicto si quis iusdicenti non obtemperaverit l. I. (D. 2, 3, 1). § 108 Item datur actio [7] si quis in ius vocaverit quem ex edicto non licet, et est L. aureorum, ut D. de in ius vocando l. penult. (D. 2, 4, 24). § 109 Item ex edicto si quis in ius vocatus non ierit, ut D. si quis in ius vocatus non ierit l. ult. (D. 2, 5, 3). § 110 Item cum non accepit quis fideiubere volentem pro aliquo principali reo coniunctam personam [8] sciens necessitudinem illam, et est L. aureorum, ut D. in ius vocati ut eant l. II. (D. 2, 6, 2). § 111 Item si quis in ius vocatum exemerit, ut D. ne quis eum qui in ius vocabitur l. I. (D. 2, 7, 1). § 112 Item adversus eum qui dolo

---

[1] *Cod.* minuere- — [2] *Cod.* prorogandis. — [3] *Cod. om.* est. — [4] *Cod. om.* sunt. — [5] *Cod. habet in margine rubricam* de edictis. — [6] *Cod. om.* in. — [7] *Cod. om.* actio. — [8] *Cod.* coniuncta persena.

Source : BIU Cujas

fecit [1] ne quis in iuditio sistat [2], ut D. de eo per quem factum l. ex hoc edicto (D. 2, 10, 3). § 113 Item ex edicto de edendo adversus eum qui non edidit cum edere debuit [3], ut D. de edendo l. pretor ait et l. si quis § ex hoc edicto (D. 2, 13, 4 et 6 § 4). § 114 Item ex edicto de calumpniatoribus, ut D. [4] de calumpniatoribus l. I. (D. 3, 6, 1). § 115 Item in factum subsidiaria eius que ex edicto de dolo, idest actio de dolo, nascitur, ut D. de dolo l. I, et l. non debent et § quibusdam § sed nec (D. 4, 3, 1 et 11 § 1). § 116 Item actio in factum que competit pro alienatione facta causa mutandi iudicii, ut D. de alienatione iudicii mutandi l. ex hoc edicto I. r. et l. I. (D. 4, 7, 8 et 1). § 117 Item actio in factum que datur in simplum [5] ex contractu adversus nautas caupones stabularios. § 118 Item et alia que datur ex quasi maleficio in duplum, ut D. naute, caupones l. et ita [6] § ait pretor et § ex hoc edicto et § hec actio, et l. ult. § hec actio in factum (D. 4, 9, 3 § 1 § 4 et 7 § 1). § 119 Item ea que pro eiectis et effusis competit dampnum passo et est in duplum. § 120 Item que pro eo datur quod ita positum est ut si caderet dampnum [7] daret. § 121 Item que datur inhabitanti adversus deiectorem, ut D. de his qui deiecerint vel effuderint l. I r. I, l. si vero § cum autem et § pretor ait ne (D. 9, 3, 1 et 5 § 4 § 6). § 122 Item adversus mensorem, ut D. si mensor falsum modum l. I. r. I. (D. 11, 6, 1 pr.). § 123 Item que datur adversus eum qui in locum purum alienum mortum intulit. § 124 Item que datur ad repetendum sumptum factum in funus. Hec tamen sumptuum [8] recte funeraria nominatur, ut D. de religiosis et sumptibus l. is qui intulit, et l. et [9] si quia § hec actio (D. 11, 7, 7 et 14 § 6). § 124 Item que datur ei cuius locus religiosus pro pretio [10] venierit, ut D. de religiosis [11] l. ossa § si locus (D. 11, 7, 8 § 1); ex iuratione si informiter est iuratum, ut C. de rebus creditis l. actori (C. 4, 1, 8). § 126 Item si mulier ventris nomine in possessionem missa vel is [12] qui eam habet in potestate dolo malo eam possessionem ad alium transtulit, ut D. si ventris nomine l. I (D. 26, 5, 1). § 127 Item si mulier per calumpniam in possessionem missa dicatur, ut si mulier ventris nomine l. I hoc edictum (D. 25, 5, 1). § 128 Item que datur contra tutorem vel curatorem falsum contrahenti bona fide cum ipso tutore vel curatore qui se iactabat tutorem, ut D. quod falso tutore l. I, et l. novissime (D. 27, 6, 1, et 7). § 129 Item que datur minori ob hoc dampnum passo, ut D. quod falso tutore l. falsus tutor r. I (D. 27, 6, 11). § 130 Item que datur adversus eum qui dolo fecit ut alius [13] inscius quasi tutor actor fieret, ut D. quod falso tutore l. huius actionis r. I (D. 27, 6, 9). § 131 Item ex edicto si quis obmissa causa testamenti, ut D. si quis obmissa causa testamenti l. quia autem § hoc edictum I r., et l. I r. I (D. 29, 4, 6 § 9 et 1). § 132 Posset tamen hec utilis nominari: nam et alias qui dolo desiit possidere convenitur per pretorem quasi possideret. Non tamen dico quod ideo pretoria [14] conveniatur nisi quando contra ipsum vere possidentem daretur pretoria. Est enim precipue agentis consideranda conditio, non rei, ut supra diximus. § 133 Sic non absurdum dicam quod cum legata prestantur personis exceptis, petita contra tabulas bonorum possessione, non agatur pretoria. § 134 Idem possumus dicere de actione que datur bone fidei possessori. § 135 Item cum agitur ex stipulatione pretoria; et erit tunc ex stipulatione [15] pretoria vel certi condictio, quod est gravius. § 136 Item in factum que datur contra publicanum, ut D. de publicanis l. hoc edicto, et l. I r. I (D. 39, 4, 5 et 1). § 137 Item que datur adversus eum qui sciens se liberum passus est se venundari nescienti emptori, et in eum qui sciens vendidit, ut D. de liberali causa l. rectissime, et l. vel obligatus § ult. (D. 30, 12, 14 et 20 § 4). § 138 Item in eum qui cum esset in possessione bonorum fructus perceperit, nec restituit, vel etiam rem deteriorem fecit; vel etiam si missus in possessionem repetit sumptum, ut D. de rebus auctoritate iudicis possidendis l. pretor I responso (D. 42, 5, 9 pr.). § 139 Item ex edicto ne vis fiat ei, ut D. ne vis fiat ei l. I r. I (D. 43, 4, 1). § 140 Item ex edicto si quis testamento, ut D. si quis testamento liber l. I r. I (D. 47, 4, 1). § 140 Item in factum contra eum cuius dolo dampnum sit datum in turba, ut D. vi bonorum raptorum l. pretor ait cuius I r. et § I (D. 47, 8, 4 pr. § 1). § 141 Item de incendio ruina naufragio, ut D. de incendio ruina naufragio l. I (D. 47, 9, 1). § 142 Item in factum pro sepulcro violato, ut D. de sepulcro violato l. III r. I (D. 47, 12, 3).

§ 143 Preter has etiam stipulationes pretorie leguntur actiones licet improprie; et quidem improprie nominantur. § 144 His ita pro sui utilitate dispositis, notandum est X actiones in rem esse pretorias; item XXIIII personales, et interdicta pretoris LVIII, et edicta XXXV. § 145 Quot autem sunt interdicta vel edicta totidem ex eis actiones in factum esse noscuntur; sed si bene computes cuncta, CXXVII actiones pretorie reperiuntur.

§ 146 Generalis quoque tantum est secunda divisio in qua persequenda multum nos detinuit pretoris imperium etiam in actionibus iure civili inductis. § 147 Illarum enim quedam sunt in rem, quedam in personam. In rem [16], ut rei vindicatio, ut ex ipso nomine apparet:

---

[1] *Cod.* facit. — [2] *Cod.* stetur. — [3] *Cod.* debent. — [4] *Cod. om.* ut D. — [5] *Cod. inserit* est. — [6] *Cod.* idem. — [7] *Cod.* dampnum caderet. — [8] *Cod.* sub'e. — [9] *Cod.* at. — [10] *Cod.* p. *lacuna relicta.* — [11] *Cod.* reg. — [12] *Cod.* his. — [13] *Cod. om.* ut alius. — [14] *Cod.* pretorio. — [15] *Cod.* exstipulant. — [16] *Cod. habet in margine rubricam* de pretoriis (*lege* civilibus) actionibus que reales sunt.

Source : BIU Cujas

dicitur quidem in rem quia datur ratione dominii vel quasi; item possessionis vel quasi, ut diligenter notavimus in summa Codicis de rei vendicatione; et ut quis vere possidet vel quasi, prodita sunt mihi remedia que hic non dico quia in eadem summa hoc plene continetur. § 148. Item civilis est, ut infra eod. § omnium (D. 4, 6 § 1). Sed iste, idest [1] negatoria et confessoria que ambo in rem sunt et civiles, ut infra eod. § eque et § sed iste (I. 4, 6, 52 § 3); queritur unde dicte sint in rem et sic nuncupentur: plenius diximus in summa Codicis de usufructu. § 149 Item in rem preiudicialis que intenditur pro servitute et ingenuitate, ut infra eod. § preiudiciales (I. 4, 6 § 13). § 150 Item petitio hereditatis, que etiam maxima est, ut infra dicemus, poterit dici preiudicialis, ut D. de petitione hereditatis l. si quis libertatem (D. 5, 3, 7); et D. familie herciscunde l. heredes [2]; et est civilis quia centumviralis, ut C. de petitione hereditatis l. ult. in principio (C. 3, 31, 12).

§ 151 Personales [3] quoque multe reperiuntur civiles, ut certi conditio generalis, ut D. de rebus creditis l. certi conditio (D. 12, 1, 9); que potest appellari « si certum petatur ». § 152 Item triticaria condictio, sive triticearia, ut D. de triticaria l. I (D. 13, 3, 1). § 153 Item condictio ob causam, ut D. de condictione ob causam in ipsa rubrica patet, et l. I, et l. si extraneus (D. 12, 4, 1 et 6). § 154 Item condictio ob turpem causam, ut [4] in ipsa rubrica patet l. ult. (D. 12, 5, 9). § 155 Item condictio sine causa, et hec appellatur interdum incerti conditio, ut D. de condictione sine causa, in rubrica patet, et l. qui sine causa in r. I (D. 12, 7, 3). § 156 Item condictio indebiti, ut D. de conditione indebiti in ipsa rubrica (D. 12, 6). § 157 Item condictio furtiva, ut D. de condictione furtiva in rubrica et per totum titulum (D. 13, 1). § 158 Item condictio ex lege, ut D. de condictione ex lege (D. 13, 2). § 159 Item actio ad exhibendum quam personalem esse dico sicut et leges dicunt, ut D. ad exhibendum l. I et II § est autem (D. 10, 4, et 2 § 3). § 160 Alii vero dicunt esse anomalam quia possessorem persequitur. Sed certe non est hec bona ratio quia et hoc est in multis interdictis, ut quod vi aut clam et similia; et tamen constat, ut supradictum est, esse personalia. § 161 Item actio ex empto et ex vendito, ut D. de actionibus empti l. ex empto I r., et l. Iulianus § ex vendito (D. 19, 1, 11 et 13). § 162 Item actio locati et conducti. § 163 Item actio honeris adversi, ut D. locati l. ex conducto, et l. si cui locaverim I r., et l. in navem Saufeii (D. 19, 2, 15 et 48 et 31). § 164 Item actio pro socio, ut D. pro socio l. ut sit pro socio (D. 17, 2, 31). § 165 Item mandati actio, ut D. mandati l. si procuratorem § mandati (D. 17, 1, 8 § 6). § 166 Item actio depositi, preter quam in quattuor casibus: in illis enim pretoria est, non civilis, ut notari potest infra eod. § rei persequende et § plane (I. 4, 6 § 17). Ex hoc enim quod dicit pretorem in illis quattuor casibus reddere rationem satis patet quod alia a pretore actio datur; sed a legibus, unde est civilis, alia. § 167 Item actio tutele, ut C. [5] arbitrium tutele l. tutele (C. 5, 51, 12). § 168 Item commodati de qua plene supra diximus. § 169 Item actio pignoratitia, ut C. de pignoratitia actione l. creditor (C. 4, 24, 4). § 170 Et est sciendum quod V. supra posite et designate actiones habent omnes sibi designatas contrarias. Venit enim actio mandati contraria, ut D. mandati l. si vero § contraria (D. 17, 1, 12 § 7); item depositi contraria [6], ut D. depositi l. actione (D. 16, 3, 21); item tutele contraria que a superioribus discrepare videtur [7] quasi sit pretoria et non civilis, licet lex dicat civiliter obligari pupillum, unde et inter civiles obligationes eam connumerat, ut D. de contraria actione tutele l. I r. I (D. 27, 4, 1). § 171 Item contraria actio commodati, ut D. commodati l. in commodato § contraria (D. 13, 6, 17 § 1). § 172 Item pignoratitia contraria, ut D. de pignoratitia actione l. tutor § contrariam, et l. si servos pigneratos (D. 13, 7, 16 § 1 et 25). § 173 Est etiam civilis et personalis actio prescriptis verbis que dicitur extimatoria, ut D. de extimatoria l. I (D. 19, 3. 1). § 174 Est civilis et personalis actio prescriptis verbis que ex permutatione nascitur, ut D. de prescriptis verbis l. naturalis § sin autem rem do (D. 19, 5, § 1 in m.). § 175 Item prescriptis verbis cuius tenor in multis et variis iuris articulis fere est admissus, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. sancimus (C. 1, 2, 21); et D. de prescriptis verbis l. quotiens (D. 19, 5, 21). § 176 Item in factum ex re iudicata; et posset dici pretoria, et dicitur actio iudicati, ut D. de re iudicata l. si se § ait pretor, et l. miles § ult. (D. 42, 1, 4 § 3 et 6 § 3); cuius enim auctoritate vocatur in factum, nisi quia ex edicto pretoris danda videtur? respondeo: immo contra, ut C. de iureiurando l. actori (C. 4, 1, 8). § 177 Item actio ex stipulatu pro dote bone fidei est, alias vero semper tamen civilis est, ut infra eod. § fuerat et § de pecunia autem (I. 4, 6 § 29 § 9). § 177 Item actio aque pluvie arcende personalis est et civilis, ut D. de aqua pluvia arcenda l. I § I r. I, l. si tertius § aqua (D. 39, 3, 1 § 1 et 6 § 5). § 179 Item actio de pastu pecoris que civilis est, idest ex lege XII tabularum, et locum habet in tuo ubi fructus cadent [8] in eo pecore immisso..... [9] ut, D. de prescriptis verbis l. qui servandarum § si glans (D. 19, 5, 14 § 3). § 180 Item actio ex testamento, ut supra de legatis § nostra autem (I. 2, 20 § 2 in m.). § 181 Item actio ex stipulatu simpliciter

---

[1] *Cod.* ista. — [2] *Cod. inserit* sed si is qui in poss. — [3] *Cod. habet rubricam in margine* de personalibus actionibus que civiles dicuntur. — [4] *Cod. om.* ut. — [5] *Cod.* D. — [6] *Cod. om.* item depositi contraria. — [7] *Cod.* videntur. — [8] *Cod.* cadentes. — [9] *Inest lacuna in Cod.*

Source : BIU Cujas

que ex verborum obligationibus nascitur, ut Inst. de verborum obligationibus in principio (I. 3, 16 pr.); infra eod. § de pecunia autem (I. 4, 6 § 9). § 182 Item actio furti non manifesti, ut infra de noxalibus § sunt autem constitute (I. 4, 8 § 4); et licet ibi non dicat specialiter de non manifesto, tamen est intelligendum ne sit contrarium ei quod dicit actionem furti manifesti esse pretoriam, ut infra de perpetuis et temporalibus actionibus § furti (I. 4, 12 pr.). § 183 Nec enim una et eadem actio civilis et pretoria esse potest. § 184 Item de tigno iniuncto civilis est et personalis, licet sit in rem scripta; nam et eum qui iniunctum habet persequitur, licet non introduxerit, ut D. de tigno iniuncto l. I (D. 47, 3, 1); et D. de fluminibus et ne quid in flumine publico l. I § ult. (D. 43, 12, 1 § 22). § 185 Item actio arborum furtim cesarum que civilis est ex lege XII tabularum, ut D. de arboribus furtim cesis l. I (D. 47, 7, 1). § 186 Item actio rerum amotarum que, quia ab edicto pretoris inducitur, non civilis sed pretoria videtur, ut C. rerum amotarum l. II (C. 5, 21, 2). § 187 Iohannes Bassianus [1] vero inter [2] civiles eas continuerat; sed forte ibi non loquitur de pretoris edicto; nam constitutio principis quandoque vocatur edictum, ut C. de legibus et constitutionibus l. III (C. 1, 14, 3). § 188 Item actio de rationibus distrahendis [3] que penalis est et civilis, ut D. de rationibus distrahendis l. II r. I et l. I § penult. (D. 27, 3, 2 et 1 § 23). 189 Item actio legis Aquilie civilis est, utpote cum non a pretore sit inducta, sed a plebe vel a lege XII tabularum, ut D. ad legem Aquiliam l. .... [4] (D. 9, 2). § 190 Item actio in factum de pauperie (et dicimus simpliciter et sine adiectione « actio de pauperie ») civilis est, licet pretor super ea tractatum fecerit, ut D. si quadrupes pauperiem l. I r. I § ait pretor (D. 9, 1, 1 § 3). § 191 Actio iniuriarum ex lege Cornelia [5] in tribus casibus, ut D. de iniuriis l. lex Cornelia § lex itaque (D. 47, 10, 5 pr.). Unde etiam civilis est ex lege proficiscens. § 192 Item actio in factum que datur contra magistratus qui non exegerunt ydoneam cautionem et nominatores [6] et extimatores patrimonii et scribas, ut C. de magistratibus conveniendis l. I, et ult. (D. 5, 75, 1 et 6); et Instit. de satisdatione tutorum [7] § sciendum (I. 4, 11 § 2).

§ 193 Sequitur tertium membrum [8] divisionis, quia alie sunt mixte, idest in rem et in personam, ut infra eod. § quedam actiones (I. 4, 6 § 20); et C. de petitione hereditatis l. hereditatis (C. 3, 31, 8). Intenditur quia intelligitur ratione dominii vel quasi, ut supra diximus in actione negatoria, et trahi [9] potest per exempla in actione familie herciscunde quia et in his qui vere heredes sunt, et in his qui quasi heredes sunt dantur, ut D. familie herciscunde l. II r. I, et l. sed eius § familie (D. 10, 2, 2 et 24 § 1). § 194 Item in [10] communi dividundo, ut D. communi dividundo [11] l. communi dividundo r. I (D. 10, 3, 30). § 195 Item in finium regundorum l. IIII § finium (D. 10, 1, 4 § 9); et de petitione hereditatis l. I hereditas ad nos, et l. etiam § quod si quis (D. 5, 3, 1 et 19 § 1). § 196 Item in personam dicuntur quia personales prestationes veniunt, ut D. familie herciscunde l. item Labeo § familie (D. 10, 2, 22 § 1); et D. communi dividundo l. per hoc iudicium § sicut (D. 10, 3, 4 § 3); et D. finium regundorum l. sed et loci § in iudicio (D. 10, 1, 4 § 1). § 197 Est enim notandum quod omnis personalis actio in larga significatione potest dici conditio, ut C. de donationibus que sub modo l. I (C. 8, 55, 1); et D. rerum amotarum l. rerum amotarum (D. 25, 2, 2). § 198 Stricte vero ponitur conditio illa solummodo personalis actio qua quis sibi alium dicit obligatum ad dandum [12], ut infra eod. § appellamus (I. 4, 6 § 15). § 199 Actiones vero in rem dicuntur vendicationes, ut infra eod. (I. 4, 6 § 15). § 200 Sunt autem mixta iudicia, sicut et alie XXIIII quas proxime muneravimus, civiles; quod ex eo patet quia non sunt per pretorem inducte, sed et spetialiter de multis leges posuimus et probationes; nam, sicut diximus, omnis dicitur civilis que non est per pretorem inducta.

§ 201 Sequitur de tertia divisione videre, scilicet quod [13] alie sunt persecutorie rei, ut infra eod. § sequens illa divisio § plane (I. 4, 6 § 16 § 17); alie tantum persecutorie pene, ut infra eod. § ex maleficiis (I. 4, 6 § 18). § 202 Sed hoc interest sciendum quod quandoque dicitur pena respectu actoris et rei, ut in furti actione; dicunt enim quod et reus prestat quod nunquam ad se pervenit, et actor persequitur quod nunquam amisit; quandoque respectu rei tantum, ut cum ego meum interesse propter tuum delictum peto, ut D. de eo per quem factum est l. ex hoc edicto r. I, et l. I § si plures (D. 2, 10, 3 et § 4); vel quod mihi abest ex patrimonio, ut D. eod. in honorariis § ille autem (D. 44, 7, 35 pr.). § 203 Sed hec rei vindicatio dicetur penalis; et quelibet in rem actio, vel quia agi potest ad interesse, proponitur. Sed hec est natura contractus non ex delicto; ideo forte non est penalis. § 204 Item respectu actoris tantum dicitur penalis; quod evenit cum dedisti Titio ut mihi negotium fieret per calumpniam; ego enim repeto, licet non sit meum interesse, nec ago quia aliquid mihi absit de patrimonio. § 205 Item cum prestas quod ad te pervenit, unde tibi non est pena, ut D. de calumpniatoribus l. generaliter § illud erit notandum (D. 3, 6, 2 § 3). § 206 Sunt et alie mixte, ut infra eod. § vi autem bonorum raptorum § sed et legis (I. 4, 6 § 19). § 207 Item mixta est actio...

---

[1] *Cod.* Iob. — [2] *Cod.* in. — [3] *Cod.* extrahendis. — [4] *Deest lex in Cod.* — [5] *Cod.* Com. — [6] *Cod.* novatores. — [7] *Cod.* de satisdat. — [8] *Cod. inserit* in rem. — [9] *Cod.* tradi. — [10] *Cod. om.* in. — [11] *Cod. om.* ut D. communi dividundo. — [12] *Adde* vel faciendum. — [13] *Cod.* an.

Source : BIU Cujas

§ 208 Sequitur quarta divisio, quia alie sunt in simplum, alie in duplum, alie in triplum, alie in quadruplum, ut infra eod. § omnes et § in duplum § tripli § quadrupli usque ad illud § accionum autem (I. 4, 6 § 21 § 22 § 23 § 24 ad § 28) et cet.

§ 209 Sequitur et quinta, quia alie sunt bone fidei, alie stricti iuris. § 210 Bone fidei, ut infra eod. § actionum autem § fuerat antea [1] (I. 4, 6, § 28 § 29); alie autem omnes intelligimus stricti iuris esse quecumque sunt in mundo. § 211 De quibusdam dubitatur, ut de actione finium regundorum que quia valde similis est illis duabus, scilicet familie herciscunde et communi dividundo videtur esse [2] bone fidei. § 212 Similiter est argumentum infra eod. § inter finium regundorum (I. 4, 6 § 20); sed non ita credimus. Et satis est mihi quod lex non dicit. Et potest etiam aliqua ratio reddi quare secus esse in ea debeat, quia in ea quod constat meum proprium esse, adiudicatur me invito vicino; quod non est in aliis. § 213 In actione enim familie herciscunde et communi dividundo non constat meum proprium esse immo commune. § 214 Item queritur de actione prescriptis verbis que pro precario datur, nam videtur bone fidei, ut argumentum de precario l. II § hoc interdictum (D. 43, 26, 2 § 1). § 215 Sed non ita credimus.

§ 216 Sequitur sexta divisio quia alie sunt perpetue, alie non. Et quidem omnis actio que non est pretoria et que est ex legibus aut senatusconsultis aut ex constitutionibus sacris perpetua est, ut infra de perpetuis et temporalibus actionibus r. I (I. 4, 12 pr.). Et est videndum [3] si sit personalis actio, ut D. de constituta pecunia l. II (D. 13, 5, 2). § 217 Nam et quedam personales temporales sunt, ut quanto minoris, redibitoria et in factum, in quibus casibus datur, sicut notavi D. de edilitio edicto l. sciendum § ult., et l. ediles aiunt (D. 21, 1, 19 § 6 et 38). § 218 Sed hec non est bona exceptio, quia non civiles sed pretorie sunt, ut supra diximus, secundum excipitur, ut D. ad legem Iuliam repetundarum l. I (D. 48, 11, 1). § 219 Item in actione iniuriarum que descendit ex lege Cornelia sicut diximus supra de iniuriis. § 220 Si vero sic non est, quandoque triennio potest tolli, ut in rebus mobilibus; quandoque decennio inter presentes, vicennio inter absentes ut [4] in rebus soli. § 221 Quandoque triennio, ut si [5] mala fides affuit inde querenda, quia de duplicibus iudiciis, ut communi dividundo, familie herciscunde, finium regundorum, dicunt quidam ea tolli XXX annis, ut C. de annali exceptione l. I (C. 7, 40, 1). § 222 Sed et posset dici quod et eo quod in rem, idest rem ipsam vendicandam vel dividendam, tollantur X vel XX annis vel solitis [6] temporibus quibus alie in rem actiones. § 223 In eo vero quod sunt in personam XXX annis finiuntur; sed speciale quiddam servatur in actione ypothecaria, quia ea quandoque decennio [7] quandoque vicennio [8] tollitur, ut contra eum qui titulo comperavit eam sibi a debitore, et bona fide possedit eam X annis inter presentes XX inter absentes. § 224 Sed si mala fide emit, tollitur XX annis, quoniam etiam tollitur ut cum contra debitorem vel eius heredem vel contra posteriorem creditorem vel posteriori quam priorem vel volenti offerre debitum [9] qui computat tempus quo possedit communi debitore vivente, ut C. si adversus creditorem l. II (C. 7, 36, 2); et de prescriptione XXX annorum l. cum notissimi r. I, et § sed illud (C. 7, 39, 7 pr. § 2). § 225 Porro de negatoria dubitatur; sed de ea notavimus in summa [10] Codicis de usufructu quanto tempore tollatur. § 226 Pretorie vero siquidem rei persecutorie sint, idest persequamur id quod neque respectu actoris neque rei dici potest pena vel etiam utriusque respectu, ut supra diximus, idest cum persequimur quod ex patrimonio nobis abest, ut D. eod. in honorariis § ille (D. 44, 7, 35) tantum regulariter perpetuo datur. § 227 Excipitur rescissoria. § 228 Item et actio in factum in calumpniatores, ut D. de calumpniatoribus l. in heredem (D. 3, 6, 5). § 229 Item actio de peculio, servo alienato vel mortuo, ut D. quando actio de peculio l. I § quamdiu (D. 15, 2, 1 § 1). § 230 Item actio quod metus causa, si supersit alia, ut D. quod metus causa l. si cum § satis (D. 4, 2, 14 § 1). § 231 Item actio pauliana vel que datur pro revocando eo quod in fraudem creditorum est alienatum, ut D. de his que in fraudem creditorum l. ait pretor § annus (D. 42, 8, 10 § 18). § 232 Item in actione que datur lege Iulia repetundarum, ut D. ad legem Iuliam repetundarum l. II (D. 48, 11, 2). § 233 Item in actione ex stipulatu que datur loco actionis iniuriarum, ut argumentum D. si quis cautionibus l. si eum § qui iniuriarum (D. 2, 11, 10 § 2). § 234 Sed exceptiones due posite proxime bone fidei non sunt, quia civiles sunt actiones. § 235 Item quia una penalis est de actionibus edilitiis non excipitur que penalis videtur [11] respectu rei. § 236 Si vero sint penales respectu actoris et rei vel rei tantum vel actoris tantum, ultra annum non vivunt in eo quod penam persecuntur, ut in actione vi bonorum raptorum que post annum in simplum, infra annum in quadruplum datur. § 237 Et hac ratione dicitur actio de dolo secundum leges veteres tolli anno, quia et ipsa penalis dici potest, ut supra diximus, quia in ea iuratur in litem, ut D. eod. in honorariis I r. et § sed que (D. 44, 7, 35); et D. de eo per quem factum est l. I, et l. ex hoc (D. 2, 10, 1 et 3); et D. de calumpniatoribus l. annus § in illis (D. 3, 6, 6). § 238 Excipitur in actione furti manifesti, ut infra de perpetuis et temporalibus §

---

[1] *Cod.* fuerant alie. — [2] *Cod.* est. — [3] *Cod.* respondere. — [4] *Cod. om.* ut. — [5] *Cod. om.* si. — [6] *Cod.* solidis. — [7] *Cod.* X. — [8] *Cod.* XX. — [9] *Ita Cod. sed locus valde corruptus est.* — [10] *Cod.* infra. — [11] *Cod.* videntur.

Source : BIU Cujas

eos vero et § furti quoque (I. 4, 12 pr.). Quecumque autem non sunt perpetue sua [1] natura litis contestatione perpetuantur [2]. § 239 Excipitur in sola actione de dolo. Item dictum est in eis quod falsum est, ut diximus in D. de regulis iuris l. non solet (D. 50, 17, 86).

§ 240 Sequitur septima divisio, quia alie sunt transitorie ad heredes, alie non. Ad heredes autem transeunt actiones que vel dantur heredibus vel que contra heredes dantur [3]. § 241 In his ita diffiniuntur quia ut ex maleficio nascitur actio vel ex quasi maleficio, vel ex contractu vel quasi, semper dabitur heredibus vel contra heredes quecumque sit actio nisi ad solam vindictam sit prodita, non quia ex patrimonio aliquid nobis abest, ut [4] in actione iniuriarum et actione que contra libertum temere vocantem datur, et in multis popularibus actionibus, ut D. de in ius vocando l. penult. (D. 2, 4, 24); et de collatione bonorum l. cum emancipati § emancipatus (D. 37, 6, 2 § 4); et infra de perpetuis et temporalibus actionibus § sed heredibus (I. 4, 16 § 2); et D. de his qui deiecerint vel effuderint l. si vero plures § que autem competit (D. 9, 3, 5 § 5). § 242 Contra heredes vero nulle dantur, nisi in hoc quod ad eos pervenit, sed excipitur actio vi bonorum raptorum que nec in id quod ad eum pervenit datur, ut infra de perpetuis et temporalibus actionibus § non omnes (I. 4, 12 § 1); et D. vi bonorum raptorum l. II § ult. (D. 47, 8, 2 § 27); et C. ex [5] delictis defunctorum l. I in fine (C. 4, 27, 1). § 243 Idem videtur in [6] interdicto unde vi et [7] vi bonorum raptorum, ut D. de vi et vi armata l. I § ult. (D. 43, 6, 1 § 48). § 244 Hec ita nisi lis sit contestata; tunc enim [8] heredibus et contra heredes dabitur, ut infra de perpetuis et temporalibus actionibus § penales (I. 4, 12 § 1); nisi in casu. § 245 Si autem ex contractu sit actio vel quasi contractu, semper dabitur heredibus, nisi specialiter aliquid dicitur, ut D. de operis libertorum l. si operarum iudicio (D. 38, 1, 29); et C. de rei uxorie actione l. I § videamus ergo (C. 5, 13, 1 § 11). § 246 Sed et contra heredes datur semper etiam ex doli clausula, ut D. eod. l. ex contractibus, et l. ex depositi (D. 44, 7, 49 et 12); et D. ne de statu defunctorum l. I § sed interdum (D. 40, 15, 1 § 3). § 247 Sed excipitur cum testator [9] dolose versatus est et ad heredem eius nichil de dolo pervenit, ut puta in mensorem, ut D. si mensor falsum modum dixerit l. III § penult. (D. 11, 6, 3 § 5). § 248 Item et alibi, ut D. si quis cautionibus l. si eum § qui [10] iniuriarum (D. 2, 11, 10 § 2).

§ 248 Sequitur octava divisio, quia alie sunt famose actiones, alie non. § 249 Famose ex contractibus sunt IIII directe et quinta contraria, ut infra de pena temere litigantium § ex quibusdam (I. 4, 16 § 2); et D. de his qui notantur infamia l. furti (D. 3, 2, § 6). § 250 Item quinque [11] ex maleficio, ut dicitur infra de pena temere litigantium § sed furti (I. 4, 16 § 2); et D. [12] de sepulcro violato l. I (D. 47, 12, 1). § 251 Cetere omnes que sunt in mundo non sunt famose. Et nota: nullum interdictum infamat, et unde vi, ut D. de vi et vi armata l. neque (D. 43, 16, 13). § 252 Item nulla condictio etiam furtiva, ut D. eod. l. cessat (D. 44, 7, 36).

§ 253 Sequitur nona divisio, quod actionum alie sunt directe, alie utiles. § 254 Directas dicimus que ex verbis legis simul et sententia proficiscuntur; utiles que ex sententia tantum. Porro unum exemplum tantum pono et quilibet suo ingenio mille poterit invenire, ut D. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. hec actio (D. 9, 1, 2).

§ 255 Sequitur X[a] divisio quia alie sunt directe, alie contrarie. § 256 Dicuntur enim alio modo directe quam supra diximus respectu contrariarum; et dicitur directa que datur ei a quo res sumit originem contractus, ut in mandato, deposito, tutela, commodato. § 257 Accomodata enim re sumit initium, unde ei sicut et aliis superioribus directa datur. § 258 At ei qui suscepit, datur contraria, sic dicta quia [13] sepe moveri consuevit contra deponentes vel commodantes intendentes primo directas; sed et sine eis moveri possunt, ut D. commodati, l. in commodato § I (D. 13, 6, 17 § 1). § 259 Pro socio vero actio ab utraque parte dicitur directa, eo quod varietas officiorum vel factorum non intervenit sicut in superioribus; nam aliud est factum deponentis, aliud depositarii; ceterum hic tu non magis es socius meus quam ego tuus.

§ 260 Sequitur undecima divisio que est quod actionum alie sunt universales, alie singulares. § 261 Universales due tantum reperiuntur in mundo: hereditatis petitio, et familie herciscunde actio. § 262 Potest etiam addi tertia, scilicet actio ex testamento quando datur pro universitate ex Trebelliano restituenda. § 263 Potest addi et quarta, scilicet ex empto, que pro hereditate vendita competit, ut notavimus in summa Codicis de hereditate vel actione vendita. § 264 Et hec ideo sic voco quia is cui actiones iste sic competunt in universum succedunt. Sic enim hereditas dicitur, ut D. de verborum significatione l. nil aliud est (D. 50, 15, 24). § 265 In his ego dico quod potest sic concipi libellus ut nulla omnino res nominetur vel exprimatur in libello, ut dicam: Convenio te petitione hereditatis de omnibus bonis Titii, vel dimidia vel aliquota portione. § 266 Similiter et si dicam: Convenio te familie herciscunde pro bonis illius dividendis; vel actione ex testamento pro bonis Titii ex causa fideicommissi mihi restituendis. § 267

---

[1] *Cod.* sive. — [2] *Cod.* perpetuatur. — [3] *Cod. om.* dantur. — [4] *Cod. om.* abest ut. — [5] *Cod.* de. — [6] *Cod. om.* in. — [7] *Cod.* quod. — [8] *Cod. om.* enim. — [9] *Cod.* testato. — [10] *Cod. om.* qui. — [11] *Cod.* quanta. — [12] *Cod. om.* D. — [13] *Cod.* que.

Source : BIU Cujas

Et dico quod in iudicio vel etiam in lite non tenetur exprimere res, sed probabit se heredem vel similem: quo facto feret iudex sententiam etiam rebus innominatis, ita scilicet: Condempno te ut restituas quicquid habes ex illa hereditate. § 268 Hec ex eo probantur quia et ubicumque quis est victus, dicitur sibi dari petitio hereditatis in quota portione pertinente ad eum, ut D. si pars hereditatis petatur l. I § ult. (D. 5, 4, 1 § 5). Ergo idem et ubi tota hereditas petitur, non est quis certus de rebus. § 269 Item quod liceat concipi libellum patet quia et ubi plures res post litem cepit possidere, omnia restituit, ut D. de petitione hereditatis l. IIII (D. 5, 3, 4). § 270 Patet ergo quod [1] non fuit pro rebus certis petitio proposita, alioquin alio iudicio opus esset.

§ 271 In singularibus tamen uberioris doctrine subdivido, quia alia sunt generalia, ut pro socio, item negotiorum gestorum [2], item tutele, ut D. pro socio l. actione [3] (D. 17, 2, 65); alia sunt generalia nomine quamquam hec generalia possent dici singularia. § 272 In generalibus dico non [4] esse necesse res exprimi in libello; ceterum procedente causa, oportet me species exprimere singulas et probare, nec fiet condempnatio, nisi expressis, quia certe rei sententia ferenda est, ut infra eod. § curare (I. 4, 6 § 32). § 273 Et quod ita possit concipi libellus, satis colligitur ex eo quod in C. dicitur de iudiciis l. licet (C. 3, 1, 2). In singularibus datur et omnino res in libello sunt exprimende, ut D. de rei vendicatione l. si in rem (D. 6, 1, 42); et in Auth. de litigiosis § ad excludendas (Nov. 112 § 2).

§ 274 Sequitur XII divisio quod actionum alie sunt simplices, alie duplices, ut D. familie herciscunde l. inter coheredes [5] § qui familie herciscunde, et l. II § in familie (D. 10, 2, 44 § 4 et 2 § 3). § 275 Sed hoc ex natura actionis; nam quantum ad partem actoris sustinendam forte res dirimitur, ut D. de iudiciis l. in tribus (D. 5, 1, 13). § 276 Verumtamen ab initio et post facto quisque actor et reus est. Ceteras [6] actiones simplices dicimus. § 277 Sic et interdicta, quedam dupplicia, quedam simplicia, ut infra de interdictis § prohibitoria et § simplicia et § dupplicia (I. 4, 15 § 1 § 7). § 278 Sunt et alia duo, ut D. de superficiebus l. I § proponitur (D. 43, 18, 1 § 2); et de aqua cotidiana l. I § ait pretor (D. 43, 20, 1 § 37).

§ 279 Extra notandum est quod predicte diversitates omnes et singule generalissime sunt omnium actionum. Ad quod ostendendum Iohannes Bassianus [7] singulas divisiones nominibus litterarum designavit, et primam posuit divisionem et vocavit *a*, secundam *b;* et sic usque ad *m;* et has XII cum figuris litterarum unicuique actioni in circuitu cuiusque utili, in quo scriptum est nomen actionis [8], posuit. § 280 Sed cum adhuc videret per arborem non posse sciri qualiter unaqueque actio [9] esset, sub primo membro cuiuslibet divisionis fecit unum punctum in causia [10]; in secundo membro duo puncta, unum super aliud; in tertio tria similiter. § 281 Hoc facto cum videret singulas divisiones per figuras litterarum super singulos articulos positarum designari, si [11] actio continebatur in primo membro prime divisionis fecit unum punctum super primam figuram; si continebatur in secundo membro prime divisionis fecit duo puncta super primam figuram. Item si continebatur in primo membro secunde divisionis, fecit unum punctum super secundam figuram; si autem continebatur in secundo membro secunde divisionis, super secundam figuram posuit duo puncta. Si in tertio continebatur tria posuit. Et sic de omnibus. Nec est opus singula continuari, nec [12] amplius dicam. Certe sicut ipse suis figuris significavit si [13] velles per leges uniuscuiusque actionis propria persequi, multo longiori tractatu opus esset, utpote cum singulariter divisionum membra unicuique actioni competentia necesse esset probare. § 282 Et nota quod [14] pretorie primo ponuntur ex parte dextra domine actionis que in figura mulieris est depicta, et velut regina brachiis paulum perextensis librum tenet in manibus. Sub cuius sinistro brachio civiles actiones quiescunt. § 283 Illud notandum quod quidam super singulis circulis non habent nisi X figuras litterarum; sed XII esse debent, sicut sunt XII divisiones. § 284 Illud notandum quoque quod in secunda divisione actionum breviter Iohannes Bassianus [15] est prosecutus. In summa posuit [16] de actionibus pretoriis, nec aliquid tetigit de interdictis et edictis; secundo de quibuslibet, et primo omnes in rem; secundo omnes conditiones: ceteras obmisit. Alias vero divisiones ita ut diximus est prosecutus. § 285 « Preiudiciales » etc. (I. 4, 6 § 13) quod dicit « fere » non sic ut quidam dicunt expono, ut istud « fere » determinet illud verbum « legitimam » ideo quia hic idem est qui petit et a quo petitur, ut dicunt: quare enim et ob hoc minus legitima est? ideo dico quia determinat illud verbum « una » quasi dicat [17] « sunt in una sola VI et alia legitima » scilicet illa de partu agnoscendo per quam queritur an sit in potestate. De hac enim ultima videbatur quod esset civilis ratione potestatis que propria est civium Romanorum, ut supra de patria potestate (I. 1, 9). § 286 Item dixerunt ideo dici preiudicialem quia in modum exceptionis opponitur, quod falsum est quod tunc non actiones sed exceptiones sunt. Dico ergo ut in summa. Tu autem, Domine, misere mei.

---

[1] *Cod.* quia. — [2] *Cod. om.* gestorum. — [3] *Cod.* altbiter. — [4] *Cod. inserit* est. — [5] *Cod.* in detento. — [6] *Cod.* cetere. — [7] *Cod.* Iob. — [8] *Cod.* actoris. — [9] *Cod.* actione. — [10] *Cod.* caufti. — [11] *Cod.* sic. — [12] *Cod.* quid. — [13] *Cod. om.* si. — [14] *Cod.* quia. — [15] *Cod.* Iob. — [16] *Cod.* post. — [17] *Cod.* dicant.

Source : BIU Cujas

PILLII

LIBELLUS DE PREPARATORIIS LITIUM

ET EARUM PREAMBULIS

EX COD. MS. CASSINENSI XX 213

PRODIT CURANTE

IOHANNE BAPTISTA PALMERIO

Source : BIU Cujas

IOHANNE BVLLISLV LVGNEBIO

LIBRI CIVITATE

EX COD. MS. EVERIGENSI NVNC

ET EVRCVI LREVMBVRGIS

FIBERTVS DE LREPVRATORVS TITVLVM

LIPTII

PROEMIUM [1]

HEC ARBOR duos habet ramos quos [2] in parte superiori quasi duo brachia longa a se extendit; quorum unus [3] pertinet [4] disceptationi [5] civilium causarum vel questionum, secundus [6] vero accusationibus criminalium; et horum quilibet continet sub se ramos alios qui rectius se ostendunt; quia etsi non tanta et tam longa, tamen non modica potestate fulciuntur pariter, ut ex membris infra positis dignoscitur evidenter. Verum quia lites pecuniarie frequentiores occurrunt, de his primitus videamus. Sed quia [7] mixtim posuimus de causis et litibus, super quorum nominibus, ad quas controversias pertineant, aut que sit inter ea differentia, dissensio est inter prudentes, reprobata quorumdam oppinione qui causam tantum dixerunt esse ante litem contestatam, litem vero post contestationem per Auth. de litigiosis § ad excludendas (Nov. 112 § 2) ubi dicitur « et si lis cepta non sit » et cet., sic nostro arbitrio iudicamus proprie causam dici criminalem, litem vero pecuniariam vel civilem, ut notari potest D. de testibus l. I (D. 22, 5, 1 § 1); C. de transactionibus l. causas (C. 2, 4, 16); D. de verborum significatione l. litis nomen (D. 50, 14, 36).

Sed quia nobis cordi est nichil de executione causarum aut litium pro posse nostro relinquere intentatum, idcirco in primis subitiemus de preparatione litium et earum preambulis et effectu eorum [8] et de his que circa vertuntur; tertio de his que post litem contestatam incidunt vel emergunt; quarto de sententiis et earum effectu, quinto de earum executionibus, reservato ad ultimum super criminalibus accusationibus pleniore tractatu.

Et quia sumus de preparatoriis litium et earum preambulis tractaturi, videndum est que sint preparatoria sive preambula. Sunt autem hec: iudicis aditio, in ius vocatio et simplex postulatio, executoris conventio, ad veniendum dilatio, quarumdam satisdationum interpositio, libelli compositio et eius oblatio, ad deliberandum dilatio, iudicis recusatio, exceptionum dilatoriarum protestatio sive earum oppositio, quarumdam questionum interrogatio, iudicio sisti et [9] iudicatum solvi satisdatio, item de rato cautio.

I. De iudicis aditione [10]

Sub hac rubrica videndum est cui iudicem adire oporteat; item quis iudex adeundus [11] sit, et quando sit adeundus [12], et ubi, et quis effectus ex ea causa sequatur. Et quidem iudicem adire necesse habet quis contra alium ius suum volens persequi; nam hoc est [13] de naturali ordine iuri conveniens ut quivis litigantium iudicem adeat, non autem ut a iudice adeatur, ut C. de episcopis et clericis l. iubemus, in fine (C. 1,

---

[1] *Cod. om.* proemium. — [2] *Cod. om.* quos. — [3] *Cod.* unum. — [4] *Cod.* possidet. — [5] *Cod.* disseptationi. — [6] *Cod.* secundum. — [7] *Cod. inserit* inrultria (?). — [8] *Cod.* earum. — [9] *Cod. om.* et. — [10] *Cod. om.* de iudicis aditione *lacuna relicta*. — [11] *Cod.* audiendis. — [12] *Cod.* adundus. — [13] *Cod.* hic *om.* est.

Source : BIU Cujas

3, 37); et D. quis ordo in bonorum possessionibus [1] servetur l. II § si preses (D. 38, 15, 2 § 3). « Necesse » dixi non quia sic precise cogatur qui invitus [2] et cet., ut C. ut nemo invitus agere vel accusare cogatur (C. 3, 7); C. de pignoribus l. creditores (C. 8, 14, 3). Quod verum est ante litem contestatam, sive litem motam; quia secus si post, ut in Auth. de litigiosis § litis autem (Nov. 112 c. 2 § 1 in fine). Sed quia causative agitur (nam ex quo vult ius suum persequi, oportet quod in iuditio persequatur); et sic coram iudice, ut C. de Iudeis et Celicolis l. nullus (C. 1, 9, 14); et Inst. de actionibus in princ. (I. 4, 6 pr.); unde sic plerumque consuluit Imperator ut iudicem quis adeat, ut C. de ordine iudiciorum l. adite [3] (C. 3, 8, 1); si enim preter iudicem velit quis ius suum persequi dicendo sibi ius auctoritate sua, non poterit; immo si fecerit [4] punietur, ut C. ne quis in sua causa iudicet (C. 3, 5); et D. quod metus causa l. extat (D. 4, 2, 13); et in Auth. ut defuncti seu eorum funera § I (Nov. 60 c. I); et C. unde vi l. si quis in tantam (C. 8, 4, 7); quod [5] in casibus fallat in quibus sine iudicis auctoritate dicit ius, ut puta contra latronem publicum, dispoliatorem agrorum et disertorem militie, ut C. quando liceat sine iudice l. I (C. 3, 27, 1). Hic eam questionem noto quam notavi C. de actionibus et obligationibus l. ob es (C. 4, 10, 12). Item cum pacti auctoritate iuvatur, ut de pignoratitia actione l. pignoris (C. 4, 24, 11); et D. [6] de contrahenda emptione l. si quis sub (D. 18, 1, 56); C. de pignoribus l. III (C. 8, 14, 3).

Item cum debitorem suum fugientem persequitur, ut D. de his que in fraudem creditorum l. ait autem pretor § si debitorem [7] (D. 42, 8, 10 § 16). Item alius casus [8] potest notari cum dominus vult colonum [9] reicere, aut emphyteotam qui biennio aut triennio cessavit solvere pensionem, ut C. locati et conducti l. III (D. 4, 65, 3); et D. locati et conducti l. quero § inter locatorem (D. 19, 2, 54 § 1); et C. de iure emphiteotico l. II (C. 4, 66, 2).

Item alius casus lib. XII C. de metatis l. devotum (C. 12, 41, 5). Item cum res a nemine possidentur, ut quorum legatorum l. I in princ. (C. 8, 3, 1). Item interdum ratione offitii cure aut tutele quod administravit, ut D. de aministratione tutorum l. quotiens § si autem (D. 26, 7, 9 § 5); et D. de contrahenda emptione l. fistulas [10] § I (D. 18, 1, 78 § 1). Idem etiam puto in procuratore et gestore [11] negotiorum, ut D. de negotiis gestis l. debitor (D. 3, 5, 13). In casu etiam idem conceditur in cuius hodium et favorem eius contra quem dicere sibi vult ius, ut D. de petitione hereditatis l. si quid possessor § sed si ipsi (D. 5, 3, 31 § 1). Est et alius casus similis predictis secundum quosdam [12] si copiam magistratus non habeat, ut C. de decurionibus l. generali (C. 10, 31, 54). Potest et alius notari, puta cum ecclesia rem immobilem ex permutatione transtulit ad principem, et eandem princeps transtulit in privatum, quo casu et yconomus sua auctoritate rem aprehendit et trahit eam ad suam ecclesiam, ut in Auth. ut de cetero permutationes ecclesiasticarum rerum coll. V § de cetero (Nov. 55 c. 1). Potest et alius notari secundum quosdam, ut ad legem Aquiliam l. quemadmodum § I § II (D. 9, 2, 29 § 1 § 2).

Item est alius, ut puta cum venditor vini qui diem ad metiendum vinum emptori prestiterat, postea denuntiavit ei ut tolleret vel sciret vinum fundi; quo casu auctoritate sua vinum illius periculo efundit, ut D. de periculo et commodo rei vendite l. I § licet (D. 18, 6, 1 § 3). Item alius cum quis ingressum [13] possessionem suam per vim incontinenti de possessione sua deicit. Potest et alius notari in Auth. coll. VIII ut liceat matri et avie § quia vero complurimas (Nov. 117 c. 8).

Sed hic subicitur questio facti. Pone quod ego reperio pecudem in segete mea dampnum mihi dantem. Numquid mea auctoritate illam capiam ut illam mihi teneam donec mihi satisfactum fuerit? Respondeo: Utique, quia furem in furto capere et deprehendere possum, unde dicitur fur manifestus quia sic deprehenditur, ut Inst. de obligationibus que ex [14] delicto § furtorum (I. 4, 1 § 3). Nec ob hoc tenebor iniuriarum cum hoc fecerim iuris mei persequendi causa, ut D. de iniuriis l. iniuriarum § I (D. 47, 10, 13 § 1); nec etiam furti, cum animum lucrandi non habuerim. Lex tamen videtur expressa contraria ut predicta non possim: D. ad legem Aquiliam l. Quintus (D. 9, 2, 39). Potest tamen dici non posse capi ut retineantur quousque satisfactum sit quasi loco pignoris, sed usque quo sciatur quis sit dominus eius cum quo agendum sit. Consuetudo tamen est [15] in partibus ut sibi retineat, que est optima legum interpres, ut D. de legibus et senatusconsultis l. si de interpretatione (D. 1, 3, 37).

Sed hic questionem subitio que forte contingere posset. Pone quod habeo debitorem potentem contra quem non possum ius meum consequi propter nimiam suam potentiam; deinde reperio eum solitarium cum quibusdam rebus alicubi ubi sum ego potentior. Numquid potero mihi ius dicere? Argumentum est quod sic a contrario sensu, ut C. de Iudeis [16] l. nullus (C. 1, 9, 14); nam, ibi dicitur, propter iudicii vigorem a lege inductum non potest aliquis sibi dicere ius; ergo a contrario sensu, si vigor cessat, potero mihi ius dicere; nam fortissimum est argumentum hoc, ut D. de officio eius cui mandata est iurisdictio l. I (D. 1, 21, 1);

---

[1] *Cod. om.* possessionibus. — [2] *Cod.* invictus. — [3] *Cod.* adire. — [4] *Cod.* ierit. — [5] *Cod.* lite (?). — [6] *Cod.* C. — [7] *Cod.* creditorum. — [8] *Cod. om.* casus. — [9] *Cod.* cololum. — [10] *Cod.* si fideiussor. — [11] *Cod.* gestorum. — [12] *Cod. inserit* ut. — [13] *Cod.* ingressus. — [14] *Cod. inserit* quasi. — [15] *Cod. om.* est. — [16] *Cod.* iudiciis.

Source : BIU Cujas

et facit ad hoc generale illud « cessante causa » argumento C. de episcopis et clericis auth. generaliter (C. 1, 3, 25 auth. 2), et D. quod quisque universitatis l. I (D. 3, 4, 1); et mandati l. qui mutuam (D. 17, 1, 56). Sed contra puto. Neque enim sine causa lex remedia inducit contra eos qui conveniri non possunt, aut propter suam potentiam, aut absentiam, aut infantiam, ut C. de annali exceptione l. ut perfectius (C. 7, 40, 2); et C. de episcopali audientia l. si presens (C. 1, 4, 21); et D. de operis novi nunciatione l. de pupillo § si is [1] (D. 39, 1, 5 § 17).

Ex his ergo que dicta sunt constat actori [2] agere volenti, sive ius suum aliquod exequi, necesse esse adire iudicem; quin immo et interdum si nolit agere, aut ius suum persequi, tamen cogitur; et si non faciat, iure suo agendi privatur, ut C. de ingenuis [3] manumissis l. diffamari (C. 7, 14, 5); et C. de remissione pignoris l. si eo tempore (C. 8, 26, 6). Quod quidem prodest notare ad id quod interdum solet contingere, puta cum discordia orta esset inter bononiensem et scolarem. Dicit bononiensis: « Pur dimi te quando tu volueris recedere pro sapienti, ma, a la fe, oportebit quod tu remaneas ad voluntatem meam pariturus iuri ». Quo casu si vadat scolaris coram iudice et impetret ab eo ut illi faciat terminum ad agendum, nec tempore exitus sui cum habuerit pedem in stapide causa recedendi valeat impediri, bene audietur [4] argumento predictarum legum, et argumento D. de optione legata l. mancipiorum, et l. si optio § fin. (D. 33, 5, 6 et 13 § 1). Argumentum contra C. nemo invitus l. invitus (C. 3, 7, 1); et de pignoribus l. creditor (C. 8, 14, 20). In reo autem planum est quod [5] si vocatur omnino adire debet, ut notavi plenius in illis rubricis si quis in ius vocatus [6] non ierit (D. 2, 5); et in [7] illa in ius vocatus ut eat (D. 2, 6); et in illa si quis iusdicenti non optemperaverit (D. 2, 3); et notavi in sequenti rubrica de in ius vocatione.

Sequitur quis iudex sit adeundus; et quidem ille adeundus est ab actore [8], qui [9] forum sequitur rei [10], ut C. de iurisdictione omnium iudicum l. iuris (C. 3, 13, 2). Sed quid si conveniant inter se aliqui contrahentes ut actor possit eum convenire ubicumque, sive ubi actor forum habet? Respondeo: non valet; quia contra iuris ordinem facta fuit illa conventio, ut argumentum C. de sententiis et interlocutionibus l. prolatum (C. 7, 45, 4); et D. de feriis l. I § I (D. 2, 12, 1 § 1); nam pactum a iure communi remotum non est servandum, ut D. de pactis l. iuris gentium § et generaliter (D. 2, 14, 7 § 16). Item pro hoc est argumentum C. de iureiurando calumpnie l. II § sed quia (C. 2, 59, 2 § 4). Nec obstat lex C. de pactis, si quis (C. 2, 3, 29); quia loquitur in exceptione que alicui ex privilegio competit, puta militie, sacerdotii, scolastice discipline vel causa alterius dignitatis, ut ibi dicitur; nimirum si dixerim ibi aliud esse quia facilius tolluntur privilegia quam iura communia, ut in Auth. de rebus alienis non alienandis § quia vero verisimile, circa finem (Nov. 7 c. 9); et de restitutionibus et ea que parit coll. IIII § quamobrem (Nov. 39 c. 5); et C. de caducis tollendis l. I in fine (C. 6, 51, 1).

Item pactum positum ad minuendam iurisdictionis formam non valet, ut D. familie herciscunde l. si filia I resp. (D. 10, 2, 20); et C. de conditionibus insertis l. cum patremfamilias (C. 6, 46, 2). Sed in hoc contra videtur posse dici quod [11] valet tale pactum et ubicumque conveniri potest. Et pro hoc facit ratio generalis « sed quia iuris antiqui regula est » et cet., ut in illa l. si quis in conscribendo (C. 2, 3, 29), argumento D. de edilitio edicto l. queritur § si venditor (D. 21, 1, 14 § 9); et D. de iudiciis [12] l. si iudex (D. 5, 1, 32).

Item quia pactum tale non est contra legem, ergo observandum, ut D. de pactis l. iuris gentium § ait pretor (D. 2, 14, 7 § 7). Item pro hoc est argumentum D. depositi l. I et § si convenerit (D. 16, 3, 1 § 6). Nec obstant superiores leges quia locuntur in his que fiunt [13] contra publicam utilitatem et [14] directo contra leges; hoc quod [15] non est de utilitate pubblica sed privata, item non est contra legem sed propter legem, et ideo tenet, ut argumentum [16] D. de pactis l. pacisci [17] (D. 2, 14, 31); et D. de bonorum possessione [18] l. si post mortem (D. 37, 4, 10). Nec obstat lex D. familie herciscunde (D. 10, 2, 20), quia verum est illud cum cautio sic emissa est per errorem, ut ibi dicitur, nec alia causa; [19] quia non ibi dicitur per pactum iurisdictionem non mutari posse; sed quia non [20] est admittendus contrarius sensus verborum, ubi videbatur voluisse testator cautionem interponendam contra iurisdictionis sacramentum cum et illud turpe contineret, scilicet quod uxor diverteret a marito. Contra hanc tamen sententiam facit lex expresse D. de iurisdictione [21] l. si convenerit (D. 2, 1, 18); pro ea tamen lex facit D. de iudiciis l. heres absens § I, II resp. ibi « proinde » et cet. [22] (D. 5, 1, 19 § 2). In quibus autem locis sortiatur forum reus dicitur plene in summa domini [23] c. de iurisdictione omnium iudicum.

Item talis est iudex adeundus qui de ea re possit cognoscere. Ut autem scias quis adeundus sit distingue quod [24] causarum alie sunt infime, ut que sunt infra summam CCC. sol. et pro illis poterit omnis [25] magistratus adiri, ut in Auth. de defensoribus civitatum § et iudi-

---

1 *Cod.* ipsi. — 2 *Cod.* auctori. — 3 *Cod.* ingenuis de. — 4 *Cod.* audiet. — 5 *Cod.* quia. — 6 *Cod.* vocandi. — 7 *Cod. om.* in — 8 *Cod.* auctore. — 9 *Cod.* eius. — 10 *Cod.* reus. — 11 *Cod.* quia. — 12 *Cod.* iniuriis. — 13 *Cod.* fuerit. — 14 *Cod.* etiam. — 15 *Cod.* hic que. — 16 *Cod. inserit* ut. — 17 *Cod.* passi. — 18 *Cod.* adoptionibus. — 19 *Cod. inserit* patrem. — 20 *Cod. inserit* enim. — 21 *Cod.* iudiciis. — 22 *Cod.* num. — 23 *Fortasse* domini mei *scilicet* Iohannis Bassiani. — 24 *Cod.* quia. — 25 *Cod.* quis.

Source : BIU Cujas

care et § audient (Nov. 15 c. 3 § 2 et c. 6 § 1); nam ille indistincte mandari possunt, ut D. de officio eius cui mandata l. I (D. 1, 21, 1). Item alie sunt medie, ut que predictam summam excedunt, et pro illis adeundus est preses provincie et alius delegatus ab eo cum ipse preses non possit [1] cognoscere propter occupationes pubblicas aut propter causarum [2] multitudinem, ut C. de pedaneis iudicibus l. placet, in princ. (C. 3, 3, 2). Item alie sunt maxime, ut que pertinent ad merum imperium vel mistum. Meri autem imperii sunt que exigunt penam sanguinis; et pro illis adeundi sunt rectores provinciarum, ut D. de officio presidis [3] l. illicitas § qui universas (D. 1, 18, 6 § 8); et C. de pedaneis iudicibus l. placet § quod non ita (C. 3, 3, 2), non delegatus ab eis aut alii magistratus municipales, ut D. ad municipalem l. et eaque (D. 50, 1, 26) nisi in casu, ut puta cum contingeret eum abesse, ut D. de officio eius cui mandata est iurisdictio l. I resp. (D. 1, 21, 1). Misti imperii sunt questiones que inter aliquos de dignitate et libertinitate et servitute vertuntur, ut C. de pedaneis iudicibus l. placet § ult. dum tamen et cet. (C. 3, 3, 2); et D. de arbitris l. non distinguemus § de liberali (D. 4, 8, 32 § 7); non tamen ita si de libertinitate et servitute, ut C. ubi causa status agatur l. penult. (C. 3, 22, 5). Item interpositiones decretorum super alienatione rerum minorum, et [4] accionibus alimentorum et similium; et pro istis sunt omnino adeundi maiores iudices, non magistratus vel delegati, ut in predictis legibus, ut D. de officio proconsulis l. nec quiquam § I (D. 1, 16, 9 § 1). Alioquin si adeatur alius extraneus iudex aut talis qui non possit cognoscere [5] impune poterit non parere ei vocatus, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. fin. (D. 2, 1, 20); eo tamen salvo ut iste vocatus a iudice non suo eum adire debeat non quasi sub eo responsurus, sed quasi suum privilegium allegaturus, ne alias videatur iudicem contempnere, ut D. si quis in ius vocatus non ierit l. II (D. 2, 5, 2); et D. de iudiciis l. vocantis [6] (D. 5, 1, 5). Ad quod etiam argumentum est C. ne de statu defunctorum l. penult. (C. 7, 21, 7). Alias si certum sit, aliud erit quia impune non parebitur, ut. D. de iurisdictione omnium iudicum l. fin. (D. 2, 1, 20); et D. si quis in ius vocatus non ierit l. II, in fine (D. 2, 5, 2); et argumentum D. de furtis l. I § si vero abesse (D. 47, 2, 1 § 2). Dominus tamen Pilleus dixit sine distinctione vocatum debere venire.

Quod ergo erit in scolari bononiensi qui vocatur a iudice bononiensi? Respondeo quod [7] utique adire debet ut sub eo respondeat aut adleget privilegium suum, alium eligendo iudicem veluti episcopum aut magistrum suum; quia certum est ipsum esse sibi legitimum iudicem nisi alium elegerit, ut probatur per legem Frederici habita (C. 4, 13, 5 auth.). Sed quid si scolaris alterum ex eis adierit et libellum sub eo receperit et alii optulerit? Et quidem si dixit « salvo privilegio » planum est. Sed si non dixit idem arguitur D. de iudiciis l. non videtur (D. 5, 1, 3); et D. de in ius vocando l. libertus adversus (D. 2, 4, 15). Sed quid [8] si alter ex predictis iudicibus scolarem vocavit et, dum vocatus non iverit, interlocutoriam contra eum protulit, recepto sacramento calumpnie ab actore [9], et actorem [10] in possessionem bonorum scolaris vocati misit? numquid postea poterit alium iudicem eligere allegando privilegium ille scolaris reversus et satisdans iuditio sisti et possessionem recuperans? Respondeo: Utique, cum nondum sit lis contestata, argumento C. ubi in rem actio l. penult., circa finem (C. 3, 19, 2). Sed quid si scolaris conventus adierit iudicem alterum ex predictis tribus, et dixerit se velle litigare sub eo; numquid postea poterit mutare eum? Respondeo: Utique usque ad litem contestatam argumento C. de rebus creditis l. si quis (C. 4, 1, 11); et ad hoc plura possunt notari argumenta in superiori questione allegata que incipit « sed quid si convenerit ». Vel dic contra: argumento D. de eo quod certo loco l. IIII § I (D. 13, 4, 4 § 1); et D. de legatis I, l. V, et l. si pluribus in fine (D. 30, 1, 5 et 33); et pro hoc est totum illud generale de varietate et inconstantia recriminanda, ut C. [11] de codicillis l. fin. (C. 6, 36, 8); et D. de procuratoribus l. in cause (C. 3, 3, 27); et de lege commissoria l. post diem (D. 18, 3, 7); et C. de non numerata pecunia l. generaliter (C. 4, 30, 13). Item obstat D. de iurisdictione omnium iudicum l. si convenit (D. 2, 1, 18); quia loquitur de his qui conveniunt in iudicem non suum et prorsus extraneum.

Item adeundus est iudex de die, de mane usque ad vesperas, quia ultra iudex non cogitur eum admittere, ut in Auth. de iudicibus § sed debent (Nov. 82 c. 3). Item non diebus feriatis nisi pro causis exceptis, ut D. de feriis l. I et III et IIII (D. 2, 12, 1 et 3 et 4). Sed quid si quis adire voluerit tempore feriato pro hoc ut eius testes recipiantur et pubblicentur ad eternam memoriam? Respondeo eum non debere audiri, quia certi sunt alii casus exceptati; et quod in quibusdam permissum [12] est in ceteris videtur prohibitum, ut argumentum C. de procuratoribus [13] l. maritus (C. 2, 13, 21). Sed contra puto, maxime pro his testibus qui senectute laborant vel infirmitate aut quia longe peregrinari volunt, argumento D. de feriis l. solet (D. 2, 12, 3); et D. de carboniano edicto l. III [14] § due (D. 37, 10, 3 § 5); et de [15] tali pubblicatione testium admittenda probatur in Auth. de testibus § fin. (Nov. 90

---

[1] *Cod. repetit* non possit. — [2] *Cod.* eorum. — [3] *Cod.* proconsulis. — [4] *Cod. inserit* tracis. — [5] *Cod. om.* cognoscere. — [6] *Lege* si quis ex aliena. — [7] *Cod.* quia. — [8] *Cod. inserit* sed. — [9] *Cod.* auctore. — [10] *Cod.* auctorem. — [11] *Cod.* D. — [12] *Cod.* promissum. — [13] *Cod* probationibus. — [14] *Cod.* II. — [15] *Cod. om.* de.

Source : BIU Cujas

c. 9); et C. de advocatis diversorum iudicum l. laudabile § quotienscumque (C. 2, 7, 4 § 4).

Item adeundus est in loco ubi quidem licet reddi ius et [1] potest salva magestate imperii sui et more suorum maiorum, ut [2] in l. penult. D. de iustitia et iure [3] (D. 1, 1, 11); et D. de interrogatoriis actionibus l. voluit (D. 11, 1, 4); non autem in popina vel lupanario vel alio inhonesto loco, ut D. de arbitris l. sicuti dies [4] § sed si ius [5] aliquem (D. 4, 8, 21 § 11).

Aditionis effectus plures notari possunt: hos tamen quasi generaliores et meliores notare sufficiat; quia facit quem purgare moram et contumaciam iam commissam, ut in eo qui quasi contumax fuit condempnatus, qui rediit adhuc iudice pro tribunali sedente [6], ut D. de restitutionibus l. Divus (D. 4, 1, 7). Item aditio iudicis cuiusque, qualicumque tamen contestatione seu propositione secuta, querit bonorum possessionem et prescriptionem eius [7] absentie interrumpit, ut C. qui admitti ad bonorum possessionem l. fin. (C. 6, 9, 9); et Inst. de bonorum possessionibus § ult. (I. 3, 10 § 7). Item aditio maioris iudicis vel super maiori re interdum excusat quem vocatum a minori iudice vel super minori re, ut C. ubi de crimine agi oportet auth. qua in provincia § excipitur [8] (C. 3, 15, 2 auth.). [9]

Item liberat quem a multa que interdum ei non adeunti interdici potest, ut D. si quis in ius vocatus non ierit l. II (D. 2, 5, 2). Item qui [10] impeditur ire, cum adiit, certa ei ex isto acquiritur actio, ut D. de eo per quem l. I (D. 2, 10, 1). Item facit querelam transire ad heredem qualicumque denuntiatione vel protestatione secuta, ut D. de inofficioso testamento l. Pomponius § fin., et l. quemadmodum (D. 5, 2, 8 § 17 et 7); item adversarium incidere in edictum de alienatione iuditii mutandi causa facta. Fit aditio adveniente adversario et maxime si libellus oblatus sit etiam eo nondum citato, ut D. ad legem Iuliam [11] de adulteriis l. II § fin. (D. 48, 5, 2 § 9); et D. de petitione hereditatis l. item [12] veniunt § petitam (D. 5, 3, 20 § 11); et D. quod vi aut clam l. prohibere § fin. (D. 43, 24, 3 § 8); nec enim requiritur quod lis sit contestata, ut D. de alienatione iudicii mutandi l. ex hoc § I (D. 4, 7, 8 § 1). Item facit, secundum quosdam, ut [13] constituatur iudex qui nunc est iudex, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. si convenerit [14] (D. 2, 1, 18) quod [15] tamen non placet domino Iohanni [16]; intellexit enim in aditione pro contestatione litis, argumento D. soluto matrimonio l. si cum dotem § eo autem tempore (D. 24, 3, 22 § 5). Item quia verba cum effectu sunt accipienda, scilicet si adierit et perseveraverit, argumento [17] D. ne quis [18] eum qui in ius vocatus est l. si per alium § dicere [19] (D. 2, 7, 5 § 2); et D. quibus ex causis in possessionem eatur l. II in fine (D. 42, 4, 2). Item pro hoc quia si aliquis adierit iudicem et actionem sibi edi [20] postulaverit, non tamen videtur ideo in iudicem consentire, ut D. de iudiciis l. non videtur (D. 5, 1, 3). Propria tamen oppinio [21] est argumento a contrario sensu illius legis si convenerit (D. 2, 1, 18); item prima est significatio illorum verborum a qua non est recedendum, nisi aliud appareat, ut D. de legatis II l. non aliter (D. 32, 1, 69); et D. de exercitoria l. I § iure igitur [22] (D. 14, 1, 1, § 20 in m.). Et posset responderi illi legi si cum dotem § eo tempore (D. 24, 3, 22 § 5) quia illud est ubi precedente conventione adivit iudicem, ut in lege si convenerit (D. 2, 1, 18); aliud si [23] ibi solum dictum precesserat, ut [24] ibi; vel aliud favore dotis vel mulieris quia [25] non fit per consensum de facili si illi preiudicat, ut probatur per Velleianum. Item non obstat lex illa non videtur (D. 5, 1, 3) quia ibi nulla precesserat conventio; item quia ibi neque animo consentiendi in eum adierat vel ab eo id petierat. Item interdum sola aditio facta facit stipulationem committi cum adveniente [26] et graviter eum puniri facit, ut D. de condictione ob causam l. III in princ. (D. 12, 4, 3); et C. de transactionibus l. si quis maior (C. 2, 4, 41); quod intelligo cum transigendo convenerit quod nullo modo contraveniret ut plerumque dicitur. Si autem dixisset quod amplius nihil peteret, tunc diceret litis contestationem requiri ad hoc ut commissa sit stipulatio, ut D. rem ratam haberi l. amplius (D. 46, 8, 15). Item interdum facit quem liberari ab offitio suscepto, ut D. depositi l. ei apud § II (D. 16, 3, 5 § 2); C. qui petant tutores l. penult., et l. admone (C. 5, 31, 10 et 1). Item pleniorem securitatem prestat, quam [27] iudicis [28] decretum, ut D. de pignoribus l. III (D. 20, 1, 3); D. de solutionibus l. si stipulatus sum mihi § I (D. 46, 3, 81 § 1); et D. de minoribus l. ait pretor § permittitur (D. 4, 4, § 2 in m.); item interdum tribuit potestatem alicui manumittendi qui alias non haberet, ut Inst. quibus ex causis manumittere non possunt § eadem (I. 1, 6 § 4). Item per eam expeditur actus adoptandi quod alias expediri non posset, ut D. de adoptionibus l. II (D. 1, 7, 2); item emancipandi, ut C. de emancipationibus l. I, l. III (C. 8, 49, 1 et 3).

II. De simplici postulatione [29]

Illud hic inquirendum est an ad simplicem postulationem alterius partis iudex etiam invito adver-

---

[1] *Cod. om.* et. — [2] *Cod.* vel. — [3] *Cod. om.* D. de iustitia et iure. — [4] *Lege* quid tamen. — [5] *Cod.* fin. et — [6] *Cod. om.* sedente. — [7] *Cod* ei. — [8] *Cod.* excusatur. — [9] *Còd. inserit* et D. de re iudicata l. penam. — [10] *Cod.* quia si. — [11] *Cod. om.* Iuliam. — [12] *Cod.* in rem. — [13] *Cod. inserit* quem. — [14] *Cod.* convenit. — [15] *Cod.* qui. — [16] *Cod.* Io. — [17] *Cod. inserit* ut. — [18] *Cod.* neque. — [19] *Cod.* dicere. — [20] *Cod.* eddi. — [21] *Cod.* oppinione. — [22] *Cod.* institor. — [23] *Cod.* et. — [24] *Cod.* ubi. — [25] *Cod.* que. — [26] *Cod.* advenientem. — [27] *Cod. om.* quam. — [28] *Cod. inserit* autem. — [29] *Cod. om. rubricam* de simplici postulatione.

Source : BIU Cujas

sario, non oblato libello, non secuta litis contestatione quid discutere et perspicere possit. Et quidem utique iusta consuetudine, que obtinere vicem legis constat [1], queritur ab adversario, postulante altero, per sacramentum an debeat, ut confitentem statim condempnet, neganti vero libellum dari precipiat; nam sic minui possunt lites, quod faciendum est, ut D. si certum petatur l. quidam (D. 12, 1, 11); D. de aqua pluvia arcenda l. in summa primo responso (D. 39, 3, 2). Sed quid si dicat reus et petat libellum sibi dari causa deliberandi, nec [2] aliter respondeat? Respondeo quod [3] forte pro confesso habeatur cum ad interrogata non responderet, ut D. de interrogatoriis actionibus l. de etate § quod [4] autem (D 11, 1, 11 § 5). Sed puto verius eum esse audiendum ut beneficium edicti sit ei salvum, ut D. de edendo l. I (D. 2, 13, 1); et C de litis contestatione auth. offeratur (C. 3, 9, 1 auth. 1); nam inveniuntur [5] indutie dande ne tempora precipitentur, ut D. de interrogatoriis actionibus l. qui interrogatus et l. sequenti (D. 11, 1, 5 et 6). Item propter simplicem postulationem alicuius interdum et in causis civilibus et criminalibus suspenditur iudicium et differtur, ut D. de procuratoribus l. servum § publice (D. 3, 3, 33 § 2). Item quia propter simplicem postulationem restitutionis in integrum, nihil facendum novi est, ut C. in integrum restitutione postulata ne quid novi fiat (C. 2, 50).

Sub hac rubrica de simplici postulatione videndum est quid [6] sit postulatio et quis possit postulare et quis sit istius postulationis [7] effectus. Et est quidem postulare desiderium suum et cet. ut D. de postulando l. I (D. 3, 1, 1). Et quis possit postulare pro se et pro alio D. de postulando habes l. I (D. 3, 1, 1) et per totum titulum [8], et in summa illius tituli secundum Azonem. Ut autem intelligatur hec rubrica, sciendum est, antequam ad alia perveniam, quod ideo dixi « de simplici postulatione » quia est ista postulatio magis composita et perfecta ut ea que fit in contestatione litis unde ad illius differentiam [9] sic posui, et ponitur C. de litis contestatione l. I (C. 3, 9, 1).

Effectus autem multipliciter notari potest, ut ei dari poterit actio in factum contra magistratum, scilicet [10] si non curavit postulanti satisdari de dampno infecto, vel si non curavit postulantem in possessionem mittere contra non caventem; et hoc si hoc ipsum postulatum fuerit coram iudice pro tribunali sedente, non aliter: D. de dampno infecto l. III (D. 39, 2, 4 § 2). Hoc videndum ita quia demum cogitur satisdare heres qui agit quorum legatorum de legato restituendo si ita fuerit postulatum, non aliter, ut D. quorum legatorum l. fin. § fin. (D. 43, 3, 2 § 5); et sic D. ut in possessionem legatorum l. I § I (D. 36, 4, 1 § 1). Item quia ad simplicem postulationem adversarii cogitur quis iurare de calumnia, et non aliter, ut D. de novi operis nunciatione l. de pupillo § qui opus (D. 39, 1, 5 § 14); et de iureiurando l. iusiurandum § qui iusiurandum (D. 12, 2, 34 § 4). Item simplex postulatio facta ab adversario, maxime coram iudice, interdum facit quod is qui postulat videtur renuntiasse iuri quod sibi competere posset, puta legi commissorie, ut D. de minoribus l. Emilius (D. 4, 4, 38); et D. de lege commissoria l. antepenult. § fin., et l. post (D. 38, 3, 6 § 2 et 7). Quod potest notari ad questionem facti; quia semel quidam, contra quem lata erat sententia interlocutoria a delegato pape, appellaverat et post apostoli postulationem in tanto venerat coram delegato et petierat ab eo terminum super iure suo proponendo coram eo; unde querebatur an hoc ipso videatur renuntiasse appellationi; quod videtur argumento predicto, et est argumentum pro hoc D. de pactis l. tale pactum § I (D. 2, 14, 40 § 1); et C. de re iudicata l. ad solutionem (C. 7, 52, 5); item quia uno ex contrariis electo alterum tollitur ipsa electione, ut C. de furtis l. I (D. 47, 2, 1); et C. si servus extero l. I (C. 4, 36, 1); et argumentum D. de minoribus l. si mulier (D. 4, 4, 31). Possunt alii notari effectus de quibus dixi supra de aditionis effectu.

III. De in ius vocatione. [11]

Est videndum quid sit in ius vocare et quibus modis fiat in ius vocatio; item quo tempore fieri possit et coram quibus; et que persone possunt vocari et que non; et quis sit eius effectus. In ius vocare est iuris experiendi causa vocare, scilicet apud eum qui ius dicturus est. Hoc est dicere quod [12] ille pro vocato habetur quem vocat iudex ad hoc ut qui ius habet contra eum experiatur. Quod quidam intelligunt si vocatus venerit et respondit, non aliter, eo quod [13] verba cum effectu sunt accipienda, ut D. ne quis eum qui in ius vocatus l. si per alium § docere (D. 2, 5, 5 § 2); et D. quod quisque iuris l. I (D. 2, 2, 1). Quod nobis non placet. Dicimus eum recte pro vocato habendum si vocatus sit per executorem, licet non venerit neque responderit; nam hec verba edicti et sententia exigunt, licet interdum facilius vocanti indulgeatur si vocatus non venerit, ut D. eod. l. quamvis (D. 2, 4, 11). Hoc etiam probatur verbo rubrice « si quis in ius vocatus non ierit »; a quibus rubricis licet argumentari, ut D. si certum petatur l. I (D. 12, 1, 1): est ergo pro vocato habendus in suum preiuditium cum per eum stetit quominus veniat, quia alias si

---

[1] *Cod.* ut statim. — [2] *Cod.* quia. — [3] *Cod.* non. — [4] *Cod.* qui. — [5] *Cod.* invenitur. — [6] *Cod.* qui. — [7] *Cod.* stipulationis. — [8] *Cod. om.* titulum. — [9] *Cod.* differas. — [10] *Cod. inserit* non curavit. — [11] *Cod. om. rubricam* de in ius vocatione. — [12] *Cod.* quia. — [13] *Cod. inserit* per.

Source : BIU Cujas

foret casu impeditus, contra, argumento D. si quis cautionibus l. II (D. 2, 11, 2). Sed contra nos est quod dicitur quod [1] non videtur in ius vocare per libellum principi aut presidi datum, ut D. eod. l. libertus (D. 2, 4, 14). Sed respondeo : Illud verum est quantum ad penam legis vitandam pertinet, scilicet ne puniatur libertus in L. aureis vel fustibus castigetur, de qua pena legitur C. eod. tit. l. fin. (C. 2, 2, 4); aliud vero quantum ad penam conventionalem vel quantum ad multam iudicis inferendam. Nam mitius agitur cum lege quam cum ministro legis, ut D. de arbitris l. si cum dies [2] § fin. et l. Celsus in princ. (D. 4, 8, 40 et 23); vel ibi loquitur tantum cum libellum tantum optulerat sed adversarium non interpellaverat. Fit autem huiusmodi vocatio alia per edicta publice in albo proposita, et tunc illa proprie dicitur citatio (est [3] enim citare aliquem ex litigatoribus in iuditio per executorem, proposito edicto, vocare); alia per executores qui destinantur ad domum vocati; interdum etiam ut clamet aliquem per trivia. Et de citatione que fit per edicta legitur D. de iudiciis l. ad peremptorium (D. 5, 1, 68); et C. quomodo et quando iudex l. consentaneum (C. 7, 43, 8); et C. de remissione pignoris l. si eo (C. 8, 26, 6). De secunda [4] vero que [5] fit per executoris conventionem legitur C. de iudiciis l. properandum § I (C. 3, 1, 13 § 1); et in speciali rubrica de executoribus litium (C. 12, 61); de tertia loquitur auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.); et D. de in integrum restitutionibus l. divus (D. 4, 1, 7).

Item citare possunt soli iudices ordinarii non delegati, nisi sit a principe delegatus. Alii vero delegati sive pedanei citare non possunt; per executorem requirere possunt, ut C. de iudiciis l. sancimus in fin. et l. properandum § I (C. 3, 1, 15 et 13 § 1); et argumentum D. ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat l. III § I (D. 2, 7, 3 § 1); et in auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.). Item illa sequens potest notari divisio, quia in ius vocatio alia [6] fit verbo tantum, alia re et non verbo. Tantum verbo fit in matre familias ut C. de officio diversorum iudicum l. I (C. 1, 48, 1); item in eo qui est in domo qui aditum [7] ad se prestat vel ex publico potest conspici, ut D. eod. l. satisque (D. 2, 4, 19); alias tamen qui in domo est nec verbo tantum vocari potest, ut D. eod. l. plerique (D. 2, 4, 18). Quod ita intelligo ne quod dictum est videatur observandum, scilicet ut non vadat ibi executor dicendo : « O Martine exeas de domo, veni ad causam » vel talia conclamando alta voce. Debebit tamen ire ad eos quos verisimile [8] est subituros defensionem pro eo ut denuntiet eis quod veniant eum defendere, si volunt; et si non venerint, postea exercebit iudex offitium suum, ut probatur D. ex quibus causis maiores l. item ait pretor § fin. et l. ergo (D. 4, 6, 21 § 3 et 22); et D. ex quibus causis in possessionem eatur l. hec autem § I (D. 42, 4, 5 § 1). Ceteri autem et verbo et re ipsa vocari possunt, ut D. eod. l. sed etiam (D. 2, 4, 20); quod probatur ex eo quod in personis predictis, ut speciale, notatur quod non re sed verbo solo vocantur, sicut in aliis contra est, argumento D. de legatis I l. si quando (D. 30, 1, 109); et D. ad municipalem l. I (D. 50, 1, 1). Hec tamen vocatio que fit re ipsa non nisi per maiorem iudicem fieri potest, ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis auth. et qui iurat (C. 7, 72, 9 auth.); et in Auth. de exibendis et introducendis reis § si [9] vero (Nov. 53 c. 4).

Item fieri potest vocatio omnibus diebus, exceptis temporibus messium et vindemmiarum, ut D. de feriis l. I (D. 2, 12, 1); sed in illis temporibus et causis fieri potest vocatio alias propter umanitatem et misericordiam, alias propter imminentem necessitatem, ut numerantur predicte cause D. de feriis l. I § fin. et l. secunda et III (D. 2, 12, 1 § 2 et 2 et 3). Sunt autem tempora vindemmiarum et messium computanda tantum per duos menses, ut C. de feriis l. omnes in princ. (C. 3, 12, 7): qui menses solent ad id constitui ab amministratoribus locorum secundum consuetudinem cuiusque loci, ut D. de feriis l. presides (D. 2, 12, 4). Sed numquid interdicitur vocatio in persona cuiuscumque indistincte predictis temporibus? Quidam dicunt quod non; immo tantum in personis eorum qui occupantur circa [10] rem rusticam. Milites vero et clerici et scholares privilegio isto non gaudebunt. Quod probatur [11] primo quia occupatio rei rustice est causa huius privilegii, ut D. de feriis l. I (D. 2, 12, 1) ibi « quia occupati » et cet.; ergo causa cessante, que vere cessat in predictis personis, cessare debet beneficium, argumento C. de episcopis et clericis l. generaliter (C. 1, 3, 52); et D. de pactis l. quod dictum (D. 2, 14, 32); et D. de excusationibus tutorum l. qui duas § fin. et l. cum ex oratione (D. 27, 1, 6 § 19 et 44). Nec mirum quia multa sunt specialia pro quieta rusticitate, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. si quis [12] § doli (D. 2, 1, 7 § 4); et D. si quis in ius vocatus non ierit l. I (D. 2, 5, 1); et C. de testamentis l. fin. (C. 6, 23, 31). Nec obstat principium prime legis D. de feriis (D. 2, 12, 1) quia per sequentem [13] restringitur, ut alias D. de calumpniatoribus l. hec actio (D. 3, 6, 4); et D. de acquirenda possessione l. si is qui animo (D. 41, 2, 27). Sed nostris preceptoribus contra visum fuit, scilicet ut omnibus prosint [14] dicta, quod probatur

---

[1] *Cod.* quia. — [2] *Lex hic laudata est fortasse lex* arbiter (D. 4, 8, 40), *cui forsan addita eran in principio quae in § 1 legis praecedentis* cum arbiter diem *corrupta* si cum dies, *inveniuntur*. — [3] *Cod.* et. — [4] *Cod.* secundo. — [5] *Cod.* quod. — [6] *Cod. om.* alia. — [7] *Cod.* additum. — [8] *Cod.* verissime. — [9] *Cod.* lis. — [10] *Cod.* certam. — [11] *Cod. inserit* ubi. — [12] *Cod.* quem. — [13] *Cod.* sequens. — [14] *Cod.* persunit.

Source : BIU Cujas

per principium prime legis de feriis (D. 2, 12, 1): quod est generale, sic est generaliter servandum, ut D. de iuris et facti ignoratia l. regula § fin. (D. 22, 6, 9 § 5); et accedit illud generale « quod lex non distinguit » ut D. de publiciana l. de pretio (D. 6, 2, 8); et C. de hereditate vel actione vendita l. fin. (C. 4, 39, 9); nam lex simpliciter dicit eos dies non esse iuridicos [1], idest « ad ius dicendum concessos » connumerando eos inter alios, quia rite omniumque gratia fuerunt dies [2] feriati inventi, ut C. de feriis l. omnes (C. 3, 12, 7). Nec obstat intentio vel causa « quia occupati circam rem rusticam » et cet.; quia, quamquam fuerit illa specialis ratio orationis, credendum est quod generaliter statuta est et generaliter observanda, sicut alias dicitur de Carfania [3] que dedit causam Edicto, non tamen ut in eius tantum persona servetur Edictum, immo et in ceteris, ut D. de postulando l. I § sexum (D. 3, 1, 1 § 5 in m.). Fuit ergo illa causa impulsiva sed non finalis, ut C. de condictione ob causam l. si repetendi (C. 4, 6, 7).

A quibus autem fieri possit dic ut in summa de in ius [4] vocando. Item coram quibus, dic ut supra notavi in § illo « item citare » et in summa. Item que persone possint vocari et que non, dic ut in summa, et D. eod. l. II et III et IIII (D. 2, 4, 2 et 3 et 4): eo solo notato, quod [5] pluribus qui non prohibentur vocari admittitur, ut D. de procuratoribus l. mutus § I (D. 3, 3, 43 § 1).

IIII. Si quis in ius vocatus non ierit. [6]

Videamus quid iuris sit contra vocatum non venientem. Et quidem si iudex malit, poterit eum cohercere ut veniat, interdicendo ei multam, quod induco in quocumque iudice maiori, medio et minori, ut D. si quis iusdicenti non obtemperaverit l. I in principio (D. 2, 1, 3); et C. de sportulis l. II (C. 3, 2, 2) maxime cum aliter iurisdictionem suam [7] non possit defendere comode, ut D. de officio eius cui mandata est iurisdictio l. fin. § I (D. 1, 21, 5 § 1); et de iurisdictione omnium iudicum l. II (D. 2, 1, 2). Leges tamen quedam videntur velle minores iudices non posse mulctare, ut D. de iudiciis l. II § fin. (D. 5, 1, 2 § 8); et D. si quis iusdicenti non obtemperaverit l. I (D. 2, 3, 1) ibi « non tamen Duumviris » et cet.; quod est contra supradictas.

Sed dico quod non possunt multare imponendo maiores multas. Poterunt tamen minores, ut C. de modo multarum l. fin. (C. 1, 54, 6); et de defensoribus civitatum l. defensores (C. 1, 55, 2); et argumentum in Auth. de defensoribus civitatum § audient (Nov. 15 c. 6 § 1).

Sed quid si ille contumax, etiam multa indicta, non veniat, nec in ea prestanda pareat? Respondeo quod [8] ponat eum in banno sue civitatis secundum loci consuetudinem que pro lege habetur, ut D. de legibus et senatusconsultis l. de quibus (D. 1, 3, 32); vel coercebit eum per pignora, argumento in Inst. [9] de satisdatione tutorum § fin. § (I. 1, 24 § 3); et D. de ventre inspiciendo et custodiendo partu l. I § ex hoc (D. 25, 4, 1 § 1); et D. de muneribus et honoribus l. si quis magistratus [10] (D. 50, 4, 9). Sed hoc forte in maiori iudice verum est [11], secus in minori; puta in magistratu municipali, ut D. de damno infecto l. dies § an tamen (D. 39, 2, 4 § 2). Vel dic quod ibi unum indicitur speciale contra eum scilicet ne possit cohercere per pignora. Nam aliud ibi notatur pro eo speciale, scilicet ut possit in possessionem mittere; vel aliter non potest secundum quosdam, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. iubere (D. 2, 1, 4).

Sed quid faciet iste iudex, posito hoc quod prevaleat prior opinio, scilicet ut non possit capere pignora? Respondeo quod [12] referet negotium ad maiorem iudicem per quem fiet, argumento C. de iudiciis l. properandum § sin autem reus (C. 3, 1, 13 § 3). Sed numquid et maior iudex qui mulctam [13] indixit pignora per se capiet? Non videtur, quia ipse sententiam suam executioni non mandat, sed alius maior eo, ut D. de re iudicata l. a divo, in primo responso (D. 42, 1, 15). Illud verum est in diffinitivis; aliud in [14] interlocutoriis, ut supra probatum est. Vel dic quod [15] interdum in diffinitivis ille idem mandat, ut C. de episcopali audentia auth. si quis litigantium (C. 1, 4, 8 auth.). Est et secundum rem hodie. [16] Quod tamen competit maiori iudici puto quod iubeat ipsum re ipsa exhiberi, puta per zohotum si melius non potest: in Auth. de exibendis et introducendis reis § si vero (Nov. 53 c. 4); et quomodo et quando iudex l. consentaneum (C. 7, 43, 8); quod fallit in quibusdam personis, ut notavi supra eod. § inter illa.

Superest tertium, puta ut pronuntiet de mittendo in possessionem, et mittat. Contra quod videamus quid faciendum sit. Et quidem fiet iuxta [17] consuetudinem bononiensem, et hoc modo, scilicet ut si requisitus legitime citatus et inventus non venerit, petitione redacta in scriptis, actore iurante de callumpnia, pronuntiet eum mittendum in possessionem.

Quod dico ad hec [18] qualis [19] cognitio [20] precedat, ut C. ubi in rem actio l. I (C. 3, 19, 1); et argumentum ad hoc D. ad exibendum l. thesaurus, et l. in

---

[1] *Cod.* iudiricos. — [2] *Cod. om.* dies. — [3] *Cod.* Calfurnia. — [4] *Cod. om.* in. — [5] *Cod.* quia. — [6] *Cod. rubricam omittit lacuna quadam relicta. Ex rubrica Digestorum supplevi.* — [7] *Cod.* iurisditione sua. — [8] *Cod.* quia. — [9] *Cod.* D. — [10] *Cod.* originis. — [11] *Cod. om.* est. — [12] *Cod.* quia. — [13] *Cod.* multa. — [14] *Cod. inserit* his. — [15] *Cod.* quia. — [16] *Cod.* hodium. — [17] *Cod.* iusta. — [18] *Cod. inserit* quod. — [19] *Cod. inserit* qualis. — [20] *Cod.* occognitio.

Source : BIU Cujas

hac § sciendum (D. 10, 4, 15 et 3 § 9); et C. quemadmodum testamenta aperiantur l. eius (C. 6, 32, 3); et quorum appellationes non recipiuntur l. I (C. 7, 65, 1). Vel sufficit si habeat inde aliquod instrumentum publicum vel privatum, cum subscriptione trium testium qui hoc asserant, non cancellatum, vel abolitum et cet. etiam si non iuret, ut C. de edicto divi Adriani tollendo l. fin. (C. 6, 33, 3); et de probationibus l. cum precibus et l. rationes [1] (C. 4, 19, 18 et 6); et qui potiores in pignore habeantur l. scripturis (C. 8, 18, 11).

Si autem requisitus non sit inventus, citandi sunt primo amici et affines et liberti; vel si non veniant vel [2] taceant, vel alias in defensione non persistant, tunc faciat iudex quod supra proxime dictum est, argumento D. quibus ex causis in possessionem eatur l. hec autem § non defendi (D. 42, 4, 5 § 1); et D. quibus ex causis maiores in integrum restituantur l. item ait § fin. et l. fin. (D. 4, 6, 21 § 3 et 46); et quibus ex causis in possessionem eatur l. I § fin. (D. 42, 4, 1). Sed quid si actor sit suspecta persona, nec inde habeat instrumentum, unde verisimile sit eum calumpniari? Respondeo: Si videtur quod animo calumpniandi id fecerit [3], idem erit dicendum; nam lex ita scripta est, ut supra dixi, licet perquam durum, ut D. qui et a quibus manumissi liberi non fiunt l. prospexit (D. 40, 9, 12); nam nec presumendum est quod deieravit, nisi illud [4] expressum appareat, ut C. ad legem Iuliam repetundarum l. sancimus [5] (C. 9, 27, 6).

Sed quid si constet iudici eum nullam iustam causam habere agendi? Respondeo: Forte nichilominus procedet missio [6] propter hodium litigantis. Vel dic contra. Quod verius puto; quia incertis non est locus coniecturis, ut D. de verborum obligationibus l. continuus § cum ita (D. 45, 1, 137 § 2); et quia hominum maliciis non est indulgendum, ut D. de rei vendicatione l. in fundo (D. 6, 1, 38); et quia boni pretoris est minuere lites, ut D. si certum petatur l. quidam (D. 12, 1, 21); nam eius officium in postulationibus, sive postulantibus, et libellis admittendis vel respuendis consistit, ut D. de officio assessorum l. I (D. 1, 22, 1); nam et ipse pro absente supplere debet, ut alias; quia presentem damnat absenti, ut C. de iudiciis l. properandum § sin autem (C. 3, 1, 13 § 3); et de appellationibus [7] l. ampliorem, in fine (C. 7, 62, 39); et de temporibus appellationum l. II (C. 7, 63, 2) in fine. Item quod postulans calumpniose audiendus non sit probatur D. ad Carbonianum l. II § cause (D. 37, 10, 3 § 4); D. ut in possessionem legatorum l. si is a quo § neque non (D. 36, 4 3 § 1); et argumento C. de procuratoribus l. eum qui (C. 2, 13, 3); et D. de ventre in possessionem mittendo l. I § si ea (D. 37, 9, 1 § 14). Contra: D. ne quis quem in ius vocatum l. IIII et l. V § I (D. 2, 7, 4 et 5 § 1).

Sed numquid dices idem sive agatur realiter, sive personaliter? Respondeo: Non. Immo distinguo inter personales et reales actiones [8]. De quibus igitur [9] plene videamus. Et primo qualiter agens personali actione sit mittendus. Et certe, secundum iura vetera, in possessionem omnium bonorum, ut D. ex quibus causis in possessionem eatur l. Fulcinius (D. 42, 4, 7); et C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. si bona, et l. cum proponas (C. 7, 72, 5 et 9): hodie secundum mensuram declarati debiti, ut in Auth. de exibendis et introducendis reis § si vero (Nov. 53 c. 4). Et intellige « declarati » idest « probati et certificati per sententiam », ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. cum proponas, et l. fin. § sed post completum (C. 7, 72, 9 et 10) in fine; (et erit hic casus in quo sententia diffinitur ante litem contestatam, secundum Pilium) ut alias in Auth. ut omnes obediant iudicibus § si vero (Nov. 69 c. 3): quod non placet. Vel dic « declarati » idest « petiti », quod dicitur declaratum quia est in petitione expressum; vel declaratur scilicet per sacramentum actoris. Et hoc quoditie [10] fit non obstante legibus predictis; quia quod in eis dicitur « debitorem » « constat » est intelligendum summatim, vel prima facie, ut supra dictum est; nec enim plena examinatio fieri potest, altera parte absente. Et similis expositio fit C. de Carboniano edicto l. II (C. 6, 17, 2).

Quid autem si agat creditor cui debetur quid in die vel sub conditione? Respondeo: Idem, scilicet ut mittatur in possessionem in omnibus his casibus in quibus constat eum agere posse, ut D. quibus ex causis in possessionem eatur in princ. (D. 42, 4); et D. de iudiciis l. in omnibus (D. 5, 1, 41); et ad legem Aquiliam l. in lege (D. 9, 2, 40); et de evictionibus l. II (D. 21, 2, 2); et in similibus casibus si qui reperiuntur. Alias contra puto, ut D. de peculio l. eo tempore in princ. (D. 15, 1, 50); et D. ex quibus causis in possessionem eatur l. Fulcinius § si in diem, et l. si quis § fin. (D. 42, 4, 7 § 14 et 14 § 2); quod [11] quidem mergitur esse [12] servandum quia qui ante diem petit, male petit, ut D. quando dies legati ususfructus cedat l. I § fin. (D. 7, 3, 1 § 4). Item is cui sub conditione debetur nullo modo agit, ut D. de verborum significatione l. cedere (D. 40, 16, 213); D. si certum petatur l. certi condictio, in princ. (D. 12, 1, 9).

Sed quid si actum sit communi dividundo vel familie herciscunde et vocatus non veniat? Respondeo: Pronuntiabitur interlocutorie ut mittatur in

---

[1] *Cod.* quotiens. — [2] *Cod.* et. — [3] *Cod.* non poterit. — [4] *Cod.* alvum. — [5] *Cod.* l. II § si auctor. — [6] *Cod.* emissio. — [7] *Cod.* posto. — [8] *Cod. om.* actiones. — [9] *Cod.* mittendum. — [10] *Cod.* cotidie. — [11] *Cod.* quo. — [12] *Cod.* esset.

Source : BIU Cujas

possessionem rei communis pro diviso: et hoc cum agatur pro ipsa divisione; quia tunc idem servabitur quod in simplici actione in rem. Nam et idem potest notari in mixtis [1] iudiciis, ut D. ex quibus causis in possessionem eatur l. Fulcinius § item videtur et § Celsus et § idem Celsus (D. 42, 4, 7 § 16 § 17 § 18). Si autem pro personalibus prestationibus, puta fructuum vel expensarum nomine, tunc pronuntiabitur ut mittatur in possessionem bonorum [2] ipsius debitoris pro mensura declarati debiti et ad exemplum ceterarum personalium actionum. Quidam tamen dixerunt eum debere mitti in possessionem bonorum debitoris pro rata interesse sui. Quod non placet, cum aliud et non interesse sit petitum, ut argumentum C. de fideicommissariis libertatibus l. fin. (C. 7, 4, 17); nisi forte petitionem mutaret; quod posset fieri [3] ante litem contestatam, ut C. de edendo l. edita (C. 2, 1, 3).

Sed quid si agatur interdicto uti possidetis vel utrobi, et citatus non venit? Respondeo: Pronuntiabitur eum non esse inquietandum in possessione a reo, donec probet reus possessionem suam esse: forte et illum cavere [4] compellendum ius se servaturum, sicut in servitute fit, ut D. de operis novi nunciatione l. si prius (D. 39, 1, 15); et de dampno infecto l. is a quo (D. 39, 2, 45); et si servitus vendicetur l. is cuius (D. 8, 5, 18). Nam et interdicta, licet personalia sint, videntur tamen in rem concepta, ut D. de interdictis l. I (D. 48, 22, 1) in fine. Diffinitiva enim sententia de non inquietando in proprietate fieri non posset ante litem contestatam, cum illud speciale sit in causa appellationis quod ante litem contestatam sententia fertur, ut C. de temporibus appellationum l. fin. § illud (C. 7, 63, 5 § 4). Sed in casu, aliud potest notari speciale ubi dicitur quod herede rogato restituere hereditatem vocato, etiam ante lite contestatam et contumaciter absente, ipso iure transferantur actiones in fideicommissarium, ut C. ad Trebellianum l. penult. § fin. (C. 6, 49, 7 § 1).

Sed in isto casu nonne reversus adversarius possessionem recuperabit, restitutis expensis et dato fideiussore de prosequenda [5] lite, ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis auth. et qui iurat (C. 7, 72, 9 auth.)? Respondeo: Non, secundum predicta, nisi pro quibus iurat possessionem suam esse.

Sed quare potius in hoc casu quam in ceteris? Respondeo: Quia facilius amittitur possessio quam dominium, ut D. de acquirenda possessione l. si quis vi § differentia (D. 41, 2, 17 § 1); unde neque a sententia huius iuditii appellatur, licet aliud sit in ceteris, ut C. si de momentanea possessione (C. 6, 69); tuncque facilius est ammissum hanc possessionem momentaneam, que petitur solo possessorio, amitti quam eam que petitur iuditio petitorio, rei vendicatione, vel aliter. Quia si aliter diceres, nichil videretur operari interlocutoria iudicis, quia sine eadem ius possidendi haberet. Nam qui intentat interdictum uti possidetis non petit ut adipiscatur possessionem, sed ut in ea adepta defendatur, ut Inst. de interdictis § retinende (I. 4, 15 § 4). Unde et reverso nichil potest videri restituendum, cum in nullo de eius possessione constet. Sed alias si agat quis petitorio. Per interlocutoriam mittitur in possessionem, quam constat pertinere adversario [6], de qua certum est sine preiuditio agentis restitui posse sibi. Predicta recipienda sunt ne interlocutoria iudicis delusoria et inertis videatur, ut D. de iudiciis l. si pretor (D. 5, 1, 75); et ne quid in loco publico l. fin. (D. 43, 8, 7).

Sed nonne in superiori casu videbitur aliquid restitui in proprietate, adversario reverso, ut res restituatur in pristinum statum in quo erat ante interlocutoriam? Respondeo: Utique, quantum ad hoc ut subducatur in interdictum, ut propter illud non detur actio aliqua vel exceptio, que alias dari posset, ut D. de aquirenda possessione l. iuste (D. 41, 2, 11); et ne vis fiat ei qui in possessionem missus est l. I (D. 43, 4, 1); non tamen quantum ad honus probationis, quia a principio si vocatus venisset, subiturus non fuerat, cum alter primo provocasset ad iudicium, ut D. de iudiciis l. in tribus (D. 5, 1, 13). Vel dic restitutionem faciendam quantum ad omnia, ut dicitur in simplici accione in rem, ut C. de prescriptione XXX annorum l. si quis [7] emptionis § fin. (C. 7, 39, 8 § 4); neque videtur delusorium decretum iudicis, cum medio tempore sit defendendus in possessione, ut supra dictum est. Et hoc cum agitur pro ipsa possessione, ne inquietetur in ea. Si autem pro estimatione possessionis (quod fieri potest, ut D. uti possidetis l. si duo [8] § fin. (D. 43, 17, 3 § 11); et D. quod metus causa l. si mulier § qui possessionem (D. 4, 2, 21 § 2)) tunc pronuntiabitur ut alias supra notavi in simplicibus personalibus actionibus.

Item quero quid erit in interdictis prohibitoriis: puta ne quid fiat in loco publico vel ripa publica: de quibus legitur in Inst. [9] de interdictis § prohibitoria (I. 4, 15 § 1), quod actor poterit ei nuntiare per pretorem ne edificet sive operetur; et ita per hoc destruetur quod postea factum erit ante remissionem, ut D. de operis novi nunciatione l. I § nunciamus, et l. pretor l. I § in [10] operis (D. 39, 1, 1 § 17 et 20 et 1 § 6). Sed in isto (quia istud remedium locum locum habet nullo [11] iudice adito, ut D. de novi operis numeratione l. I § nuntiatio (D. 39, 1, 1 § 2)) dic quod pronuntiabit iudex interlocutorie istum ius prohibendi habere et illum non habere ius

---

[1] *Cod.* iustis. — [2] *Cod om.* bonorum. — [3] *Cod. om.* fieri. — [4] *Cod.* cacavere. — [5] *Cod.* persequenda. — [6] *Cod.* adversarium. — [7] *Cod.* quem. — [8] *Cod.* uti l. p. — [9] *Cod.* D. — [10] *Cod. om.* in. — [11] *Cod.* in illo.

Source : BIU Cujas

edificandi, sic ut ille postea volens edificare non admittatur, nisi probet se posse iuste edificare, ut supra probavi interdicto uti possidetis.

Sed quid si egerim ex secundo interdicto restitutorio de novo opere nunciando, ad hoc ut destruatur edifitium quod edificaverat post nuntiationem et ante remissionem? quod constat me facere posse, ut D. de novi operis nunciatione § in operis l. I et l. pretor ait (D. 39, 1, 1 § 6 et 20). Qualiter autem ferretur interlocutoria tunc contra vocatum non venientem? Et quidem pronuntiare ut iste mittatur in possessionem operis non potest, cum id petitum non sit. Pronuntiabit ergo interloquendo, opus destruendo omnino quasi contra edictum factum, nisi infra certum tempus, quod designabit iudex arbitrio, ille adversarius probabit se iuste edificasse, argumento illius legis si prius (D. 39, 1, 15).

Sed quid si illud petam absente adversario [1], aut in servitute? [2] Et istam questionem lex illa [3] (D. 39, 1, 15) solvit. Et hec autem vera sunt in personali actione. Si autem proponatur actio in rem et super ea vocatus non veniat, tunc pronuntiabit de mittendo in possessionem rei petite, ut C. ubi in rem actio l. penult. (C. 3, 19, 2); et C. de prescriptione XXX annorum l. si quis § fin. (C. 7, 39, 8 § 4); et C. quomodo et quando iudex l. consentaneum (C. 7, 43, 8); et D. ex quibus causis in possessionem eatur l. Fulcinius § Celsus (D. 42, 4, 7 § 17). Et hoc cum agitur actione in rem pro re quam possidet convenquem facienda sit missio re ipsa, et quis ordo debeat in missione servari, et quis sit ipsius missionis effectus.

Et quidem pronuntiare potest de mittendo omnis iudex, sive maior sive minor, ut magistratus municipalis de cuius iurisdictione sit ipse vocatus, quia ipsa cognitio [6], sive pronuntiatio de mittendo in possessionem, magis est iurisdictionis quam imperii, ut argumentum D. de officio eius cui mandata est iurisdictio l. cognitio [7] § fin. (D. 1, 21, 4 § 1). Si autem non fuit iudex eius, et hoc certum est, non poterit id pronuntiare. Si vero sit contrarium, potest notari [8] ex iis que supra diximus [9].

Mittere autem re ipsa non minor sed maior iudex potest, ut D. ad municipalem l. magistratus (D. 51, 1, 25); et D. de iurisdictione omnium iudicum l. iubere (D. 2, 1, 4); excepto casu uno in quo minor mittere potest, ut puta ex causa dampni infecti, ut D. de dampno infecto l. dies § duas (D. 39, 2, 4 § 3); et est in eo ratio quia causa illa celeritatem desiderat, ut D. de dampno infecto l. I (D. 39, 2, 1).

Sed quid si iudex bononiensis erat tibi iudex ratione contractus vel domicilii vel alia simili causa: contra te vocatum non venientem pronuntiavit de mittendo. Tu autem, quidquid habes, possides in comitatu Mutine: numquid illarum rerum in [10] possessionem mittet adversarium tuum? Et quidem non puto; sed solus iudex mutinensis, in cuius territorio sunt res posite, ut C. [11] de bonis auctoritate iudicis possidendis l. fin. (C. 7, 72, 10). Si tamen aliqua possideres in territorio bononiensi, certum est quod in eorum possessionem ipse iudex bononiensis mittere poterit, ut D. de iudiciis l. heres absens § 1 (D. 5, 1, 19 § 1).

Sed et super hoc queri solet: Si dubium sit ubi sint res ipsius debitoris conventi, et compareat conventus, utrum possit cogi ut sacramento bona sua indicet? Ad quod respondeo, secundum quosdam, quod non, argumento C. [12] qui bonis cedere possunt l. in omni (C. 7, 71, 6). Item quia hoc ipsum committitur inquisitioni executoris et sollicitudini iudicantis, ut ait Johannes [13]; et probantur hec rub. de his qui ad ecclesias confugiunt l. fin. § cum autem (C. 1, 12, 6 § 3). Ergo [14] non debet eius sacramento committi. Vel dic contra, ut alii, nam quod dicitur « hoc committi sollecitudini iudicantis et inquisitioni executoris » verum est si hoc erat de eorum inquisitione et sollecitudine, ut faciat eum satisfacere de conscientia sua, ut C. de his qui ad ecclesias confugiunt l. fin. § sicubi (C. 1, 12, 6 § 3 in m.); et argumento C. de iure deliberandi l. scimus § licentia (C. 6, 30, 22 § 10); et Auth. de testamentis § quia [15] vero novimus [16] (Nov. 107 c. 3).

---

1 *Cod.* aspletitium (?). — 2 *Cod.* servum. — 3 *Cod. om.* lex illa. — 4 *Cod.* depcometur. — 5 *Cod.* quod. — 6 *Cod.* connitio. — 7 *Cod.* connitio. — 8 *Cod. inserit* potest. — 9 *Cod. add.* de nuda condic. § tracta. — 10 *Cod. om.* in. — 11 *Cod.* D. — 12 *Cod.* D. — 13 *Cod.* Io. — 14 *Cod.* igitur. — 15 *Cod.* si. — 16 *Cod.* dedimus.

Source : BIU Cujas

Item quia hoc ipsum videtur secundum iustitiam que est ut ius suum cuique [1] tribuat, ut D. de iustitia et iure l. iustitia (D. 1, 1, 10).

Ordo autem mittendi in possessionem hic erit ut pro eo quod petitur personali actione fiat missio in possessionem rerum mobilium, si comparent; alioquin immobilium: ultimo perveniendum ad nomina, ut D. de re iudicata l. a divo (D. 42, 1, 15). Nec obstat quod videtur dici alias primo faciendam missionem immobilium, ut C. de his qui ad ecclesias confugiunt, l. fin. § cum autem (C. 1, 12, 16 § 4); quia ibi non supererant mobilia, et ideo primo dixit perveniendum ad immobilia. Vel dic quia ibi non curavit ponere ordinem imperator ita, sed de solo effectu tractare et rerum inquisitione; et ideo dicit in reali actione, vel in ista, dum agitur pro debito in quantitate aut estimatione, non in specie certa; quia tunc fit missio tantum in possessionem rei petite.

Sed quid si aliter converso ordine, misit iudex quam dispositum sit? Respondeo: Forte idem erit; nam ordo spectandus non est, ut D. de solutionibus l. nec enim (D. 46, 3, 6); et C. de pactis l. petens (C. 2, 3, 27); et D. de penu legata l. quidam (D. 33, 9, 3); et D. qui et a quibus manumissi liberi non fiunt l. si quis habens (D. 40, 9, 24); et C. de testamentis l. preposteri, et l. ambiguitates (C. 6, 23, 24 et 25). Sed contra puto. Nam quod dicunt predicte leges ordinem non servandum, verum est [2] in solutionibus, et contractibus et legatis et in ultimis voluntatibus; sed aliud est [3] in iuditiis, ut C. de pactis l. si pacto in fine (C. 2, 3, 14); et C. de sententiis et interlocutionibus l. prolatum (C. 7, 45, 4); et C. de executione rei iudicate l. I (C. 7, 53, 1). Argumentum tamen contra in Auth. de monachis § ult. (Nov. 5 c. 9).

Sed qualiter procedet missio in possessionem nominis? Numquid ipsum nomen possideri potest? Certe minime; quia sola corpora possidentur, ut D. de acquirenda possessione l. possideri, in princ. (D. 41, 2, 3); et de acquirendo rerum dominio l. servus § incorporales (D. 41, 1, 43 § 1). Sed dic quod [4] non possidentur proprie: dicuntur tamen iure possideri, ut notari potest C. de litigiosis l. fin. in princ. (C. 8, 37, 4); D. de petitione hereditatis l. et non § fin. (D. 5, 3, 19 § 3). Nam nec id agitur [5] per talem missionem ut veram vel propriam possessionem acquirat, sed custodiam, ut D. de acquirenda possessione l. possideri § fin. (D. 41, 2, 3 § 23), ut sit in eius possessione iure pignoris, ut D. de re iudicata l. a divo § sic quoque (D. 42, 1, 15 § 8). Hec tamen que [6] dixi de missione in possessionem nominis, intelligas si nomen sit confessum [7], ut in predicta § (D. 42, 1, 15 § 8); et C. quando fiscus vel privatus l. II (C. 4, 15, 2).

Sed quid si debitor ipse diffiteatur debitum per malitiam? Respondeo: Idem est, secundum Placentinum [8], argumento D. ad legem Corneliam de falsis l. II (D. 48, 10, 2). Sed ego aliter; quia tunc dabitur curator bonis per quem tunc ipsum [9] debitum [10] exigatur [11], ut D. de curatore bonis dando l. II (D. 42, 7, 2); et D. de carboniano edicto l. sed si is § cum (D. 37, 10, 5 § 5); sic eo exacto et convento procedat missio. Mihi tamen placet opinio Placentini [12] si proponatur debitum esse liquidum et probationes statim esse paratas, ut quod dicit: hodie constat, hodie agendum: probabo ut in possessionem legatorum l. si is a quo (D, 36, 4, 3); nec enim debet referre fuerit debitum confessum an ita evidens ut ius ipsum negare sufficiat, argumento C. de penis l. qui sententiam (C. 9, 47, 16); et quorum appellationes non recipiuntur l. abstinendum, et l. ult. (C. 7, 65, 4 et 8). Item pro hoc est quia boni pretoris est lites [13] minuere, ut si certum petatur l. quidam (D. 12, 1, 21); et quia litigantes [14] odiosi sunt, ut D. de condictione indebiti l. dominus (D. 12, 6, 53).

Effectus autem huius missionis in possessionem multiplex est. De quo tamen videamus primo inter personales actiones. Et quidem unus est effectus quia per hoc contrahitur pretorium pignus, ut D. de pignoratitia actione l. non est mirum (D. 13, 7, 26); nam in vicem [15] iuste [16] obligationis succedit iubentis auctoritas, ut C. si in causa iudicati l. I [17] (C. 8, 23, 1).

Secundus: quia per hoc habet custodiam et observationem, etsi non veram possessionem, ut D. de acquirenda possessione l. possideri § fin. (D. 41, 2, 3 § 23); et D. uti possidetis l. si duo § creditores (D. 43, 17, 3 § 8). Est enim in possessione, non tamen possidet. Nam longe aliud est possidere et aliud in possessione esse [18], ut D. de acquirenda possessione l. si quis ante (D. 42, 2, 10).

Tertius: quia illius possessionis defensione datur interdictum ne vis fiat ei qui missus est, ex quo competit ei actio in factum quanti ea res erit, vel si malit, alio non ammittente eum in possessione, poterit uti extraordinaria cognitione, scilicet ut manu militari ibi inducatur et defendatur, ut D. ne vis fiat ei l. II in princ. et l. III in princ. (D. 43, 4, 2 et 3).

Quartus: ut ipsas possessiones aliis locet [19] et fructus ipsius possessionis proventos in sua custodia retineat, et interdum eos vendat, et pretium servet, ut D. ut in possessionem legatorum l. is cui § qui legatorum (D. 36, 4, 5 § 22); et D. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. in venditionem § I et § fin. (D. 42, 5, 8 § 1 et § 4).

Quintus: ut ex ipsis rebus alatur; quod [20] tamen non competit nisi certis ex causis; puta cum filius

---

[1] *Cod.* cuiusque. — [2] *Cod. om.* est. — [3] *Cod. om.* est. — [4] *Cod.* quia. — [5] *Cod. inserit* ut. — [6] *Cod. om* que. — [7] *Cod.* conferitsum. — [8] *Cod.* Pl. *vel* Pi.? — [9] *Cod.* ipse. — [10] *Cod.* debitor. — [11] *Cod.* exigetur. — [12] *Cod.* P. — [13] *Cod.* litem. — [14] *Cod.* isti tales contali (?). — [15] *Cod.* ratione. — [16] *Cod.* iste. — [17] *Cod.* II. — [18] *Cod. om.* esse. — [19] *Cod.* licet. — [20] *Cod.* quia.

Source : BIU Cujas

mittitur in possessionem ex carboniano edicto, ut C. de carboniano edicto l. II (C. 6, 17, 2); et cum mulier mittitur ventris nomine in possessionem, ut D. si mulier ventris nomine in possessionem mittitur, l. I § competit (D. 25, 6, 1 § 6). Satis tamen dici potest illos casus ab hoc tractatu remotos quia in eis non procedit missio [1] odio vocati non venientis, sed favore ventris sive filii impuberis. Cessat ergo predictus effectus in aliis qui non mittuntur ob hanc causam predictam, ut notari potest secundum unam lecturam D. ex [2] quibus causis in possessionem l. Fulcinius [3] I resp. (D. 42, 4, 7 in princ.). Nam in alio ex predictis duobus casibus, puta cum mittitur in possessionem ex carboniano edicto, fit ille possessor et querit sibi lucrum possessionis, ut D. de inofficioso testamento l. qui de inofficioso (D. 5, 2, 20); et D. de Carboniano edicto l. III § missum (D. 37, 10, 3 § 10). Quod non est in ceteris, ut notavi supra in proximo § « secundus quia » et cet.

Sextus: ut fructus lucretur, secundum quosdam, argumento ex quibus causis in possessionem l. Fulcinius § fin. (D. 42, 4, 7 § 19); et D. de legatis I l. filius § divus Severus, in fine (D. 30, 1, 114 § 11). Quod nobis non placet, ut D. ut in possessionem legatorum l. is cui § qui legatorum (D. 36, 4, 5 § 22); et in predicta l. Fulcinius (D. 42, 4, 7) in princ. Nec obstat quod dicit lex illa « filiusfamilias » (D. 30, 1, 114 § 12). Quod ibi dicit « filium per patrem [4] consequi fructus » est ita exponendum « non lucrandos, sed custodiendos et conservandos » ut in predictis legibus. Item quod dicit lex illa Fulcinius § fin. (D. 42, 4, 7 § 19) speciale est, quia ibi fuit personale benefitium indultum, secundum quosdam; vel, ut alii, illud speciale est in petitione hereditatis.

Septimus: quia potior erit aliis postea venientibus qui nullam habeant ypothecam; immo et his qui postea eodem iussu iudicis capiant; quia prevalet iure qui [5] prevalet tempore, ut C. qui potiores in pignore [6] habeantur l. si decreto (C. 8, 18, 2). Quod tamen intelligas in his tantum creditoribus qui non fuerint eiusdem tituli, ut D. ut in possessionem legatorum [7] l. is cui § si plures (D. 36, 4, 5 § 2). Alias tamen si essent eiusdem tituli [8], omnes concurrerent eodem iure et posteriores [9] cum prioribus, ut D. de privilegiis creditorum [10] l. privilegio (D. 42, 5, 32); et D. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. fin. in princ. (D. 42, 5, 39). Vel forte etiam in eis hodie idem dici potest, ut interdum audivi dominum meum dicentem, cum iure auctoritatis mittitur [11] in possessionem pro mensura declarati debiti, ut sic sibi soli videatur proficere et non alii.

Octavus: quia hoc ordine pervenitur ad venditionem, ut [12] creditori [13] satisfaciat, vel si non comparuerit emptor, re diu subastata, adiudicetur [14] ipsi creditori; vel [15] ei in solutum dabitur, ut D. de re iudicata l. a divo Pio § si pignora (D. 42, 1, 15 § 3); C. de executione rei iudicate l. ordo (C. 7, 53, 3). Iste tamen leges videntur loqui in executione diffinitive sententie. Certe tamen et hoc idem in [16] interlocutoria puto quantum ad predictum ordinem, ut D. de privilegiis creditorum l. pater penult. resp. (D. 42, 5, 28); quibus ex causis in possessionem eatur l. apud Iulianum in princ. et l. Fulcinius § I (D. 42, 4, 8 et 7 § 1); et C. de his qui ad ecclesias confugiunt l. presenti § cum autem (C. 1, 12, 6 § 3); C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. cum proponas (C. 7, 72, 9). De tempore tamen dubitatur quantum transire oporteat post missionem in possessionem ante venditionem, secundumve decretum adhibendum de re danda in solutum. Ad hoc tamen dixerunt quidam de tempore aliquorum mensium, veluti IIII, ad exemplum diffinitive sententie, ut D. de re iudicata l. debitoribus; alii de anno, argumento C. de prescriptione XXX annorum l. si quis emptor § fin. (C. 7, 39, 8 § 4); alii de biennio ad exemplum conventionalis pignoris, argumento C. de iure dominii impetrando l. fin. (C 8, 34, 3); alii dixerunt hoc diffinitum in greca constitutione que invenitur C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. fin. (C. 7, 72, 9). Nos dicimus hoc arbitrio iudicis relinquendum, ut D. de iure deliberandi l. I § fin. (D. 28, 8, 1); ut tamen aliquod intervallum intercedat ut videatur illum in possessione fuisse aliquando et illum penitus indefensum, argumento D. de dampno infecto l. si finita § non statim (D. 39, 2, 15 § 21).

Sed quero quid faciendum sit, si ille vocatus redeat [17] coram iudice, responsurus post primam missionem, ante venditionem sive dationem in solutum. Respondeo quia restituenda erit possessio, ita tamen ut [18] prius resarciat adversario omnes expensas litis et omnia dampna que sustinuit propter eius absentiam, illius sacramento declarandas, ut C. de iudiciis l. sancimus (C. 3, 1, 15); et quomodo et quando iudex auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.); D. si servitus vendicetur l. is cui (D. 8, 5, 18); facienda tamen [19] super eis taxatione a iudice, ut in Auth. de nuptiis § optime (Nov. 22 c. 27). Item si primo fideiussorem de lite prosequenda prestiterit, ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis auth. et [20] qui iurat (C. 7, 72, 9 auth.); et D. de privilegiis creditorum l. si pupillus § defendere (D. 42, 5, 33). Quam satisdationem prestabit [21] propter suam contumaciam etiam

---

[1] *Cod.* musio. — [2] *Cod.* quod. — [3] *Cod.* furti. — [4] *Cod.* pro patre. — [5] *Cod. om.* qui. — [6] *Cod.* principio. — [7] *Cod.* si essent idonei. — [8] *Cod.* ut pos. — [9] *Cod.* posterioribus. — [10] *Ita Cod. sed in Digestis est* de rebus auctoritate iudicis possidendis. — [11] *Cod. inserit* quod. — [12] *Cod.* sic. — [13] *Cod.* venditori. — [14] *Cod.* adicietur. — [15] *Cod.* et. — [16] *Cod. om.* in. — [17] *Cod.* reddeat. — [18] *Cod.* sed. — [19] *Cod. inserit* primo fideiussorem. — [20] *Cod.* ei. — [21] *Cod.* prestavit.

Source : BIU Cujas

si fuit possessor rerum immobilium, licet alias non teneretur, ut D. qui satisdare cogantur l. sciendum (D. 2, 8, 15). Sed quid si actor [1] aliquas expensas utiles vel necessarias fecerit? Respondeo: Utique, et illas primo resartiendas. Nam et pro omnibus expensis quas fecisset sine dolo malo actionem in factum habebit, ut D. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. pretor ait § quod ait pretor et § ipsi itaque (D. 42, 5, 9 § 2 § 3 in m.). Hec omnia que dixi de possessione recuperanda vera videntur si ille redeat infra annum; quia si post, de possessione non audietur, etsi de principali questione, ut C. de prescriptione XXX annorum l. si quis § fin. (C. 7, 39, 8 § 4); vel forte in hac personali actione audietur quandocumque licet; alias in actione in rem, ut ibi dicitur. Nec mirum, quia intentando actionem in rem pretendit ius sibi competere in re ipsa; quod non fit actione personali proposita, quia illa rem non persequitur, ut D. de Tertulliano l. I [2] (D. 38, 17, 1). Item quia in superiori casu statim incipit possidere, ut infra dicemus: hic vero minime, sed solam custodiam habet. Quod verius puto.

Sed quid si redeat ille post venditionem factam vel dationem in solutum? Numquid audietur referens questionem ipsius debiti? Et quidem sic [3], si restitutionem in integrum implorabit [4], vel quia sit minor, vel absens probabili et necessaria causa, vel probabili tantum, vel necessaria tantum, et non potuerit relinquere procuratorem, vel si [5] reliquit, mortuus est, et sic fuit omnino indefensus, ut D. de dampno infecto l. si finita § ubi et § postea (D. 39, 2, 15 § 33). Alias, sive presens fuit, sive absens ex voluntaria causa, minime; nisi ille absens rediit adhuc iudice sedente pro tribunali, ut D. de restitutionibus l. divus (D. 4, 1, 7). Ad quod dic ut alias notari solet indistincte cum aliquis abest.

Sed quid si pronunciatum sit eum restituendum? Numquid rem evincet [6] ab emptore? Respondeo: Utique; si tamen ille creditor pro quo venditio facta fuit solvendo non sit; alias ipse solus erit primo conveniendus ad pretium restituendum [7], ut D. de minoribus l. in cause cognitione § interdum § fin. et l. plane (D. 4, 4, 13 § 1 et 14). Que omnia vera sunt solempnitate servata per iudicem; alias suo communi iure rem ipsam a possidente libere vendicaret, ut C. si propter publicas pensitationes l. I (C. 4, 46, 1); et C. unde vi l. meminerint cuncti (C. 8, 4, 6).

Sed quid si reversus dicat per dolum id consecutum [8] adversarium presentem? Respondeo: Audietur, data restitutione, si tamen id probaverit, ut D. de iudiciis l. si pretori § Marcellus (D. 5, 1, 75 in m.); et D. de rebus eorum qui sunt sub tutela vel cura l. magis § penult. (D. 27, 9 § 15). Alias stabitur iudicato quia presumendum est solempniter actum, nisi probetur contra, ut D. de re iudicata l. I (C. 7, 52, 1); D. de iudiciis l. si [9] pretor, in princ. (D. 5, 1, 75); et Inst. de fideiussoribus § fin. (I. 3, 21 § 8); et C. de appellationibus l. qui ad civilia (C. 7, 62, 7). Argumentum contra in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem § illud quoque (Nov. 49 c. 1 § 1). Sed illud verum est in sententia, appellatione suspensa.

Sed quid dices si alius veniat qui dicat se dominum, et rem ab ipso creditore datam ei in solutum advocet, vel forte ab [10] emptore qui possidet? Certum est quia auditur, non preiudicante ei alterius facto, ut D. de contrahenda emptione l. rem alienam (D. 18, 1, 28); et D. de evictionibus l. si plus § et si iussu (D. 21, 2, 74 § 1). Hoc dico nisi illam [11] possederit creditor X vel XX annis [12] quia sic re usucapta titulo pro soluto excluderetur ille, ut D. pro soluto (D. 41, 4).

Sed numquid hoc si ipse scierit alienam? Respondeo: Utique, ut D. de noxalibus l. et generaliter (D. 9, I, 28); et D. de regulis iuris l. qui auctore (D. 50, 17, 137). Sed dic illud verum esse in realibus actionibus: aliud in personalibus simplicibus, ut hic. Vel dic, quod verius puto, illud verum esse in actionibus noxalibus, semper quia ideo preiudicatur vero domino; quia et ipse hac actione noxali teneretur, si constaret eum dominum. Quod non est in aliis actionibus personalibus vel realibus.

Viso ergo de effectu missionis in possessionem circa personales actiones; circa reales id [13] quod sequitur videamus. Et quidem iste primus notari potest, quia queritur ei actio predicta ex illo edicto ne vis fiat ei, et cet. Nam ad omnes missos in possessionem pertinet illud edictum, ut D. ne vis fiat ei qui in possessionem l. I § I (D. 43, 4, 1 § 1).

Secundus effectus est ut statim incipiat possidere secundum Martinum, Johannem et Azonem. Pro quibus facit aperte C. ubi in rem actio exerceri debet l. II in fine (C. 3, 19, 2); ubi dicitur et notatur solam questionem principalem vel proprietatis absenti servari, adversario misso in possessionem ex quo [14] iuste possidere videtur, ut D. de adquirenda possessione l. iuste (D. 41, 2, 11); et argumento C. quomodo et quando l. consentaneum (C. 7, 43, 8) in fine. Item quod dicitur alias in actione [15] reali que pro servitute competit, ut D. de operis novi nunciatione l. si prius (D. 39, 1, 15); et de dampno infecto l. a quo fundus (D. 39, 2, 46); alii tamen dixerunt contra, ut D. de acquirenda possessione l. possideri § fin. (D. 41, 2, 3 § 23). Quod tantum predicti domini intelligunt [16] in personalibus actionibus.

---

[1] *Cod.* auctor. — [2] *Cod. ins.* § si heres. — [3] *Cod. om.* sic. — [4] *Cod.* imploravit. — [5] *Cod. om.* si. — [6] *Cod.* evidex. — [7] *Cod. om.* restituendum. — [8] *Cod.* ob reatum iudici per, *pro:* per dolum id consecutum: *supplevi ex lege Digestorum laudata.* — [9] *Cod. om.* si. — [10] *Cod.* ad. — [11] *Cod.* ille. — [12] *Cod. om.* annis. — [13] *Cod.* eo. — [14] *Cod.* extans. — [15] *Cod.* actionibus. — [16] *Cod.* intelligitur.

Source : BIU Cujas

Tertius potest notari circa fructus eodem modo ut notavi supra proxime per l. D. quibus ex causis in possessionem Fulcinius § fin. (D. 42, 4, 7 § 19). Sed queri potest: Pone quod intra annum post missionem percepit fructus; deinde revertitur reus intra annum et postulat sibi restitui possessionem et [1] fructus quos ille percepit. Ille vero contendit de restitutione fructuum, obiciens exceptionem iusti dominii; vel forte compensationem aliorum fructuum quos ille reus ante motam litem perceperat. Numquid potest? Respondeo: Minime. Quia lex illa si quis emptionis (C. 7, 39, 8) videtur vocare ipsam rem restituendam; ergo et eius fructus, quia non aliter videtur res restitui, ut D. de rei vendicatione l. ex diverso § I (D. 6, 1, 35 § 1). Item quod iuris statuitur in principali, statuendum est in accessoriis, ut C. de usuris l. eos qui (C. 4, 32, 26) in princ. Item compensatio predicta admittenda non est tum quia ex hoc quale generaretur preiuditium iudicio principali! Quod esse non debet, ut D. de execeptionibus l. fundi § item [2] si fundi [3] (D. 44, 1, 28 in m).

Quartus: ut locet, et fructus percipiat et custodiat et interdum vendat eodem modo [4] ut dixi in personalibus actionibus.

De quinto queritur [5] an contrahatur aliquod pignus pretorium. Et quidem non videtur, quia in re sua non videtur quis habere obligationem pignoris, ut D. de regulis iuris l. neque pignus (D. 50, 17, 45); et D. de pignoratitia actione l. si rem. (D. 13, 7, 29); licet in casibus specialibus contrarium optineat, ut D. ad Trebellianum l. debitor sub pignore (D. 36, 1, 59); et C. ad Trebellianum, auth. contra (C. 5, 49, 6 auth. 2).

Rogatus de aliis autem effectibus, scilicet quod potior sit aliis creditoribus non videtur dubium, sed [6] ad hoc non pertinet, scilicet quia licet potior sit, non tamen est [7] ideo quod missus sit auctoritate iudicis, sed potior est quia dominus est; res enim sua eo inscio non potuit ab alio obligari, ut C. ad Velleianum l. si sine (C. 4, 29, 5). Item quod in solutum danda sit, nam quod eius est, amplius suum fieri non potest, ut D. de regulis iuris l. non ut ea pluribus (D. 50, 17, 159). Item quod vendere possit, quia illud similiter facere potest non eo quod missus sit in possessionem, sed quia dominus.

Sed quid si reversus liti se offerat intra annum computandum a tempore missionis in possessionem? Ipsam possessionem recuperat. Argumentum contra quia ex tunc possessione amissa, sola principalis questio, scilicet proprietatis, ei servatur, ut C. de prescriptione XXX l. si quis § fin. (C. 7, 39, 8 § 4).

Sed quid si alienaverit possessionem intra annum ille missus in possessionem, et tandem intra annum redeat adversarius? Qualiter consuletur ei? Respondeo quod iudex officio suo restituet ei possessionem ipso acceptore excluso, vel saltim per triticariam actionem, ut D. de triticaria l. I § fin et l. II (D. 13, 3, 1 § 1 et 2); et ipsum alienantem, qui habet rei custodiam et detinet [8] alterius possessionem, condemnabit ad omne dampnum et omnem iacturam quam ex eo ille reversus sustinuit, ut C. de acquirenda possessione l. fin. § et ipse (C. 7, 32, 12). Sed quod dictum est de triticaria non videtur habere locum, quia hic reversus non possidebat tempore predicte alienationis, immo possidere desierat ex tunc ex quo adversarius missus fuerat in possessionem. Secundum nos, qui dicimus statim eum querere possessionem in his realibus actionibus, ut supra notavi, dic ergo dari actionem in factum contra illum ratione possessionis; quia hoc equitas suadet, ut D. de prescriptis verbis l. quotiens (D. 19, 5, 21); vel, ut alii dixerant, dicas dari utilem actionem condictione ex l. illa de acquirenda possessione, ex libris (C. 7. 32, 12). Quod tamen non placet, quod ibi loquitur in eo qui habet causam a me et meo [9] nomine possidet et tandem alii tradidit, vel perdidit: hic autem missus in possessionem non alieno sed suo nomine [10] possidet. Sed remedium quod dixi competere contra alienantem non videtur habere locum, quia secundum nos, cum ipse possideat, non potest dici alterius possessionem intervenisse. Quid ergo dices? Dicas dari actionem in factum contra eum ex illo edicto de alienatione iudicii mutandi causa facta. Hic tamen effectus notari potest, quia anno elapso efficitur verus possessor, ut notari potest ex predicta l. si quis emptionis § fin. (C. 7, 39, 8 § 4); quod est maximum, ut Inst. de interdictis § commodum (I. 4, 15, § 4 in m.); et D. de regulis iuris l. is qui (D. 50, 17, 15). Sic ergo anno elapso non agetur rem restituere reverso nisi ille probet de iure vel dominio suo.

Sed hic quero: Usque quo audietur de dominio suo volens probare? Respondeo: Usque ad X annos inter presentes et XX. inter absentes, quia ex eo tempore fiet ille possessor dominus etiam si non esset dominus, cum certum habeat titulum possidendi, ut D. de acquirenda possessione l. iuste et l. possideri § si servus [11] (D. 41, 2, 11 et 3 § 10); et D. de noxalibus l. generaliter in fine (D. 9, 4, 28); et D. de publiciana l. III (D. 6, 2, 3); nam alias si titulum non haberet non fieret dominus, ut C. de prescriptione X vel XX l. diutina (C. 7, 33, 4).

Sed quid si actor missus in possessionem scierit rem alienam et [12] non suam? Numquid prescribit predicto tempore? Respondeo: Utique, si tamen habuit bonam fidem tempore missionis, non constante hoc quod postea

---

[1] *Cod. om.* et. — [2] *Cod. om.* item. — [3] *Cod.* funî dus. — [4] *Cod. inserit* notavi. — [5] *Cod.* qua. s. — [6] *Cod.* quia. — [7] *Cod. om.* est. — [8] *Cod.* intervenit. — [9] *Cod.* in eo. — [10] *Cod. om.* nomine. — [11] *Cod.* usu. — [12] *Cod. om.* et.

Source : BIU Cujas

habuerit scientiam rei aliene, ut D. de usurpationibus [1] l. si is [2] § fin. (D. 41, 3, 15 § 2); et C. de usucapione transformanda l. I (C. 7, 31, 1). Si autem a principio habuisset nullam fidem bonam [3], contra esset, argumento D. de iudiciis l. si pretor § penult. (D. 5, 1, 75 in m.) et in legibus supradictis. Argumentum contra D. de noxalibus actionibus [4] l. et generaliter (D. 9, 4, 28). Illud tamen puto specialiter recipiendum in actione noxali; quapropter noxa [5] servi simpliciter contra dominum servi competit dum est in possessione. Idem [6] dictarem in questione dampni infecti. Unde in eis simpliciter putarem prescriptioni locum esse etiam sciat alienum esse; quia simpliciter constat dominum eis renunciasse, si non [7] possideat. Quod non est in ceteris personalibus actionibus vel realibus. Vel dic illud verum esse in tesauro detento; ante enim non incipit habere locum usucapio, ut D. de acquirenda possessione l. possideri § Neratius (D. 41, 2, 3 § 0).

Sed quid si res illa erat alterius iuris? Numquid poterit contra eum prescribere? Respondeo: Minime, ut argumentum D. de noxalibus l. electio § fin. (D. 9, 4, 26 § 6); et D. de regulis iuris [8] l. non debet (D. 50, 17, 41); et C. res inter alios acta (C. 7, 60); et D. de regulis iuris [9] l. quod initio [10] (D. 50, 17, 29). Sed videtur contra, quia non solo facto alterius ei preiudicat usucapio, sed de iure publico [11], ut D. de usurpatiobus l. I (D. 41. 3, 1); et D. de damno infecto l. dampni § I (D. 39, 2, 18 § 1): ideo et non domino non bona fide tradente queritur usucapio bona fide accipienti adversus omnem dominum, ut D. de usucapionibus l. quam rem (D. 41, 3, 38); quia si tradens male fidei possessor fuisset, dicerem contra eum prescribi, si scivit. Si autem ignoravit ius suum et alienationem factam, minime, nisi spatio XXX annorum, argumento D. de re iudicata l. sepe (D. 42, 1. 63); et probatur Auth. ut sponsalitia largitas § reversus (Nov. 119 c. 7).

Ex his ergo [12] liquet plene [13] de effectu missionis in possessionem tam circa personales actiones quam circa [14] reales; ex quo etiam satis notari potest primi et secundi decreti effectus; verum, cum ita est, dilucide et apertius et sub compendio de secundo decreto proponere non postpono.

Est autem sciendum secundum decretum locum habere directo et sine omni dubio ex causa dampni infecti. Quod ita procedit, scilicet cum postulata cautione dampni infecti et non prestita, mittitur quis in possessionem, si duretur non [15] caveri, aliquo intermisso spatio prius arbitrio iudicis sequetur secundum decretum, quo mittitur a pretore quia iubet missum animo domini possidere in preiuditium non caventis, illo prorsus a possessione excluso, ut D. de dampno infecto l. pretor § I, et l. si finita § Iulianus et § non autem statim ubi (D. 39, 2, 7 § 1 et 15 § 16 § 21). Super huius tamen secundi decreti effectu non levis versatur opinio; quia dixerunt quidam, ut Jacobus, indistincte per id acquiri usucapiendi conditionem, ut D. de acquirenda possessione l. possideri § fin. in fine (D. 41, 2, 3 § 23). Nobis tamen et nostris preceptoribus visum est quod si ille, ob cuius contumaciam quis mittitur in possessionem, non sit dominus, missus querit sibi usucapiendi conditionem contra verum dominum, etiam si sciat illum non dominum, ut D. de noxalibus l. et generaliter (D. 9, 4, 28); et ita intelligenda est l. illa possideri (D. 41, 2, 3); et D. de dampno infecto l. si finita § Julianus (39, 2, 15 § 16). Si tamen esset ille dominus, statim quereret sibi dominium ille missus, ut D. si ex noxali causa agatur l. II § fin. in fine (D. 2, 9, 2 § 1); et D. de fundo dotali l. I (D. 23, 5. 1); et de damno infecto l. si finita § si de vectigalibus (D. 39, 2, 15 § 26).

Idem locum habet in personalibus actionibus, ut notari potest C. de iudiciis l. properandum § si autem reus (C. 3, 1, 13 § 3); et C. de solutionibus auth. nisi debitor (C. 8, 43, 16 auth.). Et potest illud dici secundum decretum in eis, cum iudex iubet forte res ipsas distrahi emptore invicto vel eo non invicto cum eas creditori adiudicat pro debito, ut notavi supra, ead. § octavus. Quidam dixerunt quod locum habet tantum in his personalibus actionibus que noxales sunt, non tamen in aliis personalibus. In realibus non videtur habere locum. Sed quod facit secundum decretum alias in aliis actionibus facit preteritio anni in realibus, ut C. de prescriptione XXX annorum l. si quis (C. 7, 39, 8). Quidam tamen dixerunt quod etiam post annum interponendum est secundum decretum in realibus actionibus; quod videtur abrurdum quia [16] nulla lege cavetur. Item habet locum in actionibus que sunt noxales; quod tamen quidam negaverunt dicentes quia quod facit secundum decretum in aliis actionibus facit solum primum in noxalibus; et ita intellexerunt l. si plurium (D. 9, 4, 39) que de his loquitur, ut D. si ex noxali causa agatur l. II § fin. (D. 2, 9, 2, § 1); et de noxalibus l. electio § fin. et l. generaliter (D. 9, 4, 26 § 6 et. 28). Sed que sit ratio specialitatis huius in eis non video; nam sicut in ceteris requiritur secundum decretum, ita in eis, ut argumentum D. de legibus et senatusconsultis l. non possunt (D. 1, 3, 12); et C. de inofficiosis dotibus l. I (C. 3, 30, 1).

V. De executoris conventione.

Sub hac rubrica videndum est quid sit executor, et qui possit esse, et a quo sit eligendus, et quod sit

---

[1] *Cod.* usufructu. — [2] *Cod.* is qui. — [3] *Cod. om.* bonam. — [4] *Cod. om.* actionibus. — [5] *Cod.* noxiam. — [6] *Cod.* id. — [7] *Cod. om.* non. — [8] *Cod.* de re iudicata. — [9] *Cod.* de re iudicata. — [10] *Cod.* quod non finitum. — [11] *Locus valde corruptus.* — [12] *Cod. inserit* quedam sunt. — [13] *Cod.* plenius. — [14] *Cod. om.* circa. — [15] *Cod. om.* non. — [16] *Cod. om.* quia.

Source : BIU Cujas

eius officium, et quis effectus propter eius conventionem sequetur hoc modo.

Est autem executor officialis per quem litis executio et ipsius cause preparatio, iubente suo iudice, expeditur : exequitur enim lites et eas preparat, quia scit partes in iudicio compescere, et testes convocat [1], et reliqua facit que in [2] ipsis causis expediendis profitentur usque ad eorum terminum, ut C. de iudiciis l. apertissimi [3] et l. fin. (C. 3, 1, 16, et 18); et C. de sportulis l. I (C. 3, 2, 1); et in Auth. de iudicibus VI coll. § his qui causas preparant (Nov. 82 c. 7 § 1).

Potest autem esse executor is [4] qui liber est et non servus, quia publicum est eius offitium: quod per servum non expeditur, ut D. de regulis iuris l. in his officiis (D. 50, 17, 175); et argumento C. de tabulariis et scribis l. III (C. 10, 69, 3); et D. de testamentis l. qui testamento § servus (D. 28, 1, 20 § 7). Si tamen de facto esset electus, et ut executor habitus, dum publice pro libero haberetur, gesta per eum tenerent, ut argumentum D. de officio pretorum [5] l. Barbarius (D. 1, 14, 3). Argumentum contra C. in quibus causis restitutio in integrum non est necessaria l. si tutor (C. 2, 41, 4). Item maior XXV annorum et non minor, ut argumentum D. de muneribus et honoribus l. ad rem publicam (D. 48, 4, 8). Vel forte sufficit in maiore XVII, ut D. de postulando l. I § pueritiam (D. 3, 1, 1 § 3). Item masculus et non femina, ut D. de regulis iuris l. femine (D. 50, 17, 2); item laicus, non clericus, ut C. de testamentis l. consulta (C. 6, 23, 23).

Est autem eligendus per magistrum scholarum, aut magistrum sacrorum scriniorum, vel hodie per offitiales et iudices [6] civitatum. Item talis qui sit locuples et probate vite, ut [7] sit verisimile eum nolle peccare; alias nedum ipse nec [8] eius electio posset pro eo teneri, ut in Auth. de iudicibus § qui causas (Nov. 82 c. 7 § 1). Et merito, nam mala electio est in culpa, ut D. ad municipalem l. quid ergo (D. 50, 1, 13); et D. de negotiis gestis l. nam et Servius § fin. (D. 3, 5, 21 § 3).

Officium autem eius erit ea adimplere que fuerunt ei iniuncta, sive decreta circa lites expediendas per iudicem cui fuerit deputatus, ut in Auth. de defensoribus civitatum § ex provinciali (Nov. 25, c. 3 § 1 in f.); et de iudicibus § his qui (Nov. 82, c. 7 § 1). Hic noto hec omnia supradicta vera esse in executore litis, non autem in executore sententie de quo tractabimus infra tit. de sententiarum executoribus.

Effectus autem propter executoris conventionem hic sequitur quia prescriptionem interrumpit, licet hoc non faciat simplex postulatio coram iudice deposita, vel libelli oblatio, vel precum porrectio, etiam facta coram principe, preterquam in actionibus matrimonialibus, ut C. de prescriptione XXX annorum l. sicut et l. cum notissimi, in princ. et § immo et illud procul dubio (C. 7, 39, 3 et 7 § 5); et C. quando libellus principi datus litis contestationem faciat l. II (C. 1, 20, 2). Sed numquid erit hoc verum si libelli oblatio non precessit? Respondeo: Utique, quia leges predicte hoc non distinguunt, et simpliciter loquuntur; nam executoris conventio pro litis contestatione habetur, ut D. de actionibus et obligationibus l. constitutionibus (D. 44, 7, 33). Vel dic aliter, ut scilicet sit necessarium libellum precedere; nam qua ratione requiritur libellum pactum precedere debere, nisi rescriptum ab imperatore annales actiones perpetuas faciat, ut C. quando libellus principi datus litis contestationem l. II C. 1, 20, 2); eadem ratione et in presenti casu. Item quia litis contestatio, facta non precedente libello, nullam interruptionem faceret, cum ipsa tunc pro nichilo sit, et per idem sit ac si facta non esset, ut in Auth. de exhibendis et introducendis reis (Nov. 53); multo minus id facit [9] sola executoris conventio. Et est ad hoc argumentum C. de prescriptione XXX annorum l. cum notissimi § illud [10] procul dubio (C. 7, 39, 7 § 5); licet quidam contra dixerunt et in litis contestatione et in executoris conventione, etiam non precedente libello.

Sed numquid extenditur hic effectus super qualibet? Respondeo: Non, secundum Iohannem Bassianum [11]; immo solum super actionibus in rem, ut earum prescriptiones interrumpat, quia lex supradicta sicut (C. 7, 39, 3) videtur tantum proponere circa reales actiones in § eodem [12] iure (C. 7, 39, 7 § 3). Item quia leges alie aperte innuunt in personalibus actionibus contra, ut notari potest D. de eo [13] per quem factum l. fin. I resp. (D. 2, 10, 3); et D. quibus ex causis maiores l. ait pretor § fin. et l. ad eos (D. 4, 6, 23 § 4 et 25). Contrarium tamen puto, scilicet [14] ut non tantum ad actiones reales sed etiam ad personales pertineat, tunc quia principium legis sicut (C. 7, 39, 3) generaliter tractat in omnibus casibus, et sic facit legem generalem, ut D. de iuris et facti ignorantia l. regula [15] § fin. (D. 22, 6, 9 § 5); item quia simpliciter loquuntur, itaque simpliciter intelligende sunt, ut D. de publiciana l. de pretio (D. 6, 2, 8) cum suis concordantiis; tunc quia eadem iuris ratio est in personalibus que in realibus, et est idem ius servandum, ut D. ad legem Aquiliam l. illud (D. 9, 2, 32). Nec obstant alie leges pro opinione Iohannis allegate, quia ibi non precesserat executoris conventio, sed simplex actoris denuntiatio sive postulatio. Vel dic quod ille corriguntur per dictas leges Codicis.

Item alius effectus notari potest, scilicet quia per eam perpetuantur actiones ad similitudinem litis con-

---

[1] *Cod. inserit* venire. — [2] *Cod. om.* in. — [3] *Legem ad sensum laudavi.* — [4] *Cod.* his. — [5] *Cod.* presidis. — [6] *Cod.* canalium. — [7] *Cod. add.* non — [8] *Cod.* sed. — [9] *Cod.* faciat. — [10] *Cod.* illo. — [11] *Cod.* Io. Ba. — [12] *Cod. inserit* et in. — [13] *Cod. om.* de eo. — [14] *Cod.* sed. — [15] *Cod. om.* regula.

Source : BIU Cujas

testationis, ut D. de actionibus et obligationibus l. constitutionibus (D. 44, 7, 33). Quod non puto omnimodam similitudinem, sed ita quia facta interruptione per executoris conventionem, tempus non prescribitur actioni eidem; nisi a tempore conventionis predicte tantundem temporis effugitur, quod potuisset retinere prescriptionem ante conventionem. Sed aliud est in litis contestatione, quia illa perpetuat actionem usque ad XX annos, ut C. de prescriptione XXX annorum l. cum notissimi § immo et l. fin. (C. 7, 39, 7 § 5 et 9). Nec obstat predicta lex constitutionibus (D. 44, 7, 33), quia ibi non loquitur de perpetuitate actionis; sed de pene persecutione [1], scilicet an sit transitoria ad heredes vel non.

VI. De dilationibus.

Est quidem inquirendum quot dilationes oporteat dare vocatis; [2] quia dilationes alie dantur ut quis veniat ad iudicium, alie ut quis super petitione deliberet, alie ut quis utatur suis probationibus in producendo testes vel instrumentum, alie ante litem contestatam vocato ut veniat.

Et quidem si vocatus sit presens, est [3] vocandus per tres denuntiationes, quarum quelibet X dies habeat; item quarto edicto peremptorio, ut D. de iudiciis l. ad [4] peremptorium, l. per intervallum, l. et tertium, l. post, in princ. (D. 5, 1, 68 et 69 et 70 et 73); et C. quomodo et quando iudex l. consentaneum (C. 7, 43, 8). Sed nonne per l. illam consentaneum (C. 7, 43, 8) inducitur quod sufficiat trina denuntiatio? Et respondeo: Utique, ut [5] C. de iudiciis l. properandum § I (C. 3, 1, 13 § 1); et D. de re iudicata l. contumacia (D. 42, 1, 53); et in Auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.). Quid ergo dixi supra de quarta denuntiatione, vel quinta? Respondeo trinam denuntiationem sequi ex ordine et eam sufficere si tertia [6] citatio fuit peremptoria, et ita sunt intelligende proxime leges [7]; et sic etiam probatur quomodo et quando iudex l. tres denuntiationes (C. 7, 43, 9). Si autem non citavit eum tertio peremptorio, tunc quartum necessarium est [8] ut fiat contumax. Et ita intelligenda est lex superior et tertium (D. 5, 1, 70). Sed et quinto citare debet, idest potest, non tamen est ei necesse, ut D. de iudiciis l. nonnumquam [9] (D. 5, 1, 72); et ita intelligenda est lex illa et post in princ. (D. 5, 1, 73). Leges tamen ille videntur loqui tantum post litem contestatam. Si tamen id dicatur ante litem contestatam non videtur absurdum, ut quidam dixerunt. Vel dic quod hodie dantur tres dilationes per intervallo XXX dierum; item postea dabitur annus ad exemplum actoris absentis, ut in Auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.); quod loquitur ante litem ceptam; nam ibi quod stabit in actore et alias in reo servandum est, ut argumentum D. de regulis iuris l. non debet, et l. favorabiliores (D. 50, 17, 51 et 125); saltim quantum ad utilitatem eius etsi non ad incommodum, argumento C. de temporibus in integrum restitutionis l. penult. (C. 2, 53, 7); et D. de feriis l. fin. (D. 2, 12, 10).

Sed numquid ista tempora iudex immutare [10] poterit? Respondeo: Utique, argumento D. de iudiciis l. nonnumquam (D. 5, 1, 72); et C. de dilationibus l. sive (C. 3, 11, 3); et D. de re iudicata l. II (D. 42, 1, 2). Argumentum contra D. de re iudicata l. III § si quis condempnatus (D. 42, 1, 4 § 5). Vel dic, ut quidam dixerunt, quia quod dicit auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.) specialiter intelligitur [11] in actore [12] absente, scilicet ut dentur ei tres dilationes per intervallo XXX dierum, et postea annus. Nam duo alia specialia ibidem inducuntur contra eum, scilicet quia ante litem contestatam potest ferri sententia diffinitiva contra eum; quod alias non est; item quia si postea reversus actor [13] infra supradictum spatium, lite contestata, et iterum se absentet, et sic denuo litem desereret, post edictorum et anni spatii observationem, ab omni actione caderet; sic eius actio perpetuaretur litis contestatione, licet alias perpetua extendatur naturaliter in tempus X annorum, ut C. de prescriptione XXX annorum [14] l. fin. (C. 7, 39, 9). Et sic secundum primam opinionem dices l. properandum (C. 3, 1, 13) corrigi in actore et reo absente circa maiores dilationes dandas; vel secundum alios dicas tantum corrigi in actore et reo absente; vel quod puto verius dicas, et melius, in nullo corrigi, quia loquitur tantum lite contestata, et cum soli VI menses supererint de triennio ad dicendam sententiam, ut patet in l. properandum § et siquidem et § cum autem, in fine (C. 3, 1, 13 § 2 § 4). Authentica (C. 7, 43, 8 auth.) loquitur ante litem ceptam, et post, cum multa tempora erant de triennio; quod etiam ex ipsa dinumeratione dilationum que ibi continentur [15] innuitur. Vel dic, quod etiam videtur verius, quia ille leges loquuntur lite cepta, vel cum ambe partes semel affuerunt iuditio, ut ideo constaret libellum oblatum, vel saltim narrationem propositam et ipsi reo communicatam [16]. Si autem nullo tempore apparuerint iuditio, non videntur certa tempora prestita, unde tunc stabo iudicantis arbitrio, ut D. de iure deliberandi l. I § fin. (D. 28, 8, 1 § 2); nam quod ius sit faciendum in eo quod libellus fuerat porrectus, vel preces oblate, probatur quia cogitur in lite persistere, ut in auth. ead. (C. 7, 43, 8 auth.); quod alias non

---

[1] *Cod.* . . .: *ex Dig. supplevi* pene persecutione. — [2] *Cod. add.* et. — [3] *Cod. om.* est. — [4] *Cod.* sed post, *om.* ut D. de iudiciis l. ad. — [5] *Cod.* et. — [6] *Cod.* tertio. — [7] *Cod.* legem. — [8] *Cod. om* est. — [9] *Cod.* nunc quidquid. — [10] *Cod.* innotare. — [11] *Cod.* intelligit. — [12] *Cod.* obtore. — [13] *Cod.* auctori. — [14] *Cod.* autem. — [15] *Cod.* continetur. — [16] *Cod.* coniunctam.

Source : BIU Cujas

fieret, ut C. ut nemo invitus [1] agere (C. 3, 7); eo tamen salvo ut ei tanta tempora dare oporteat vocato, intra que venire possit, computato miliari per mille passus, ut D. de verborum significatione l. III (D. 50, 16, 3); et per singulos dies [2], computatis XX miliaribus, ut si distet per XL miliaria, dentur ei duo dies, et sic deinceps. Que tamen denuntiatio non fit [3] computato eo die quo fit vocatio, nec eo etiam quo [4] debet se representare coram iudice, ut D. si quis cautionibus l. I (D. 2, 11, 1).

Sed quero: Numquid ita vocari oportet ut denuntietur ei ubicumque sit? Respondeo: Utique, quia non aliter videtur posse proponi peremptorium nisi in notitiam eius id venerit, ut D. que sententie sine appellatione rescindantur l. I § item cum ex edicto (D. 49, 8, 1 § 3); et in Auth. de exhibendis et introducendis reis § si vero non administrat (Nov. 53 c. 4 in m.). Vel dic aliter, scilicet quia sufficit si denuntietur eius domui, idest ubi domicilium habet, argumento D. de dampno infecto l. III § totiens (D. 39, 2, 3 § 6); D. quod vi aut clam l. aut § et si forte (D. 43, 24 5 § 2); et C. de annali exceptione l. ut perfectius (C. 7, 40, 2). Nec obstant leges superiores. Prima est intelligenda in edicto non solempniter proposito: si enim solempniter proponatur, tunc contra erit argumentum in Auth. ut sponsalitia largitas § ad hoc (Nov. 119, c. 6); et. C. de iudiciis l. properandum § I (C. 3, 1, 13 § 1); et C. quomodo et quando iudex l. III (C. 7, 43, 3). Vel dic quia vel stetit negligentia executoris quominus res in notitia adversarii non pervenit; aliter tamen erit cum per ipsum reum stetit, [5] ut argumentum D. de evictionibus l. si ideo § fin. (D. 21, 1, 55 § 1). Item non obstat secunda lex de exhibendis reis (Nov. 53 c. 4); quia ibi loquitur cum ipse iudex volebat reum reipsa exhiberi; quod non poterit alias fieri nisi transmittatur illi ubi sit, vel forte cum alius [6] se offerebat allegans causam absentie eius, ut D. de procuratoribus l. servum § publice (D. 3, 3, 33 § 2). Nec obstat quod alias innuitur ipsi persone denuntiandum fore, ut D. de usuris l. mora, in princ. (D. 22, 1, 32); et D. de petitione hereditatis l. item veniunt § petitam (D. 5, 3, 20 § 11); quia illud locum habet cum agitur de transferendo periculo per moram. Ad hoc tamen notari potest contra C. de iure dominii impetrando l. II § si vero (C. 8, 34, 3 § 5); sed illud speciale est cum quis impetrat ut pignus iure dominii possideat ut in eadem lege (C. 8, 34, 3 § 5) sequitur.

Sed quero numquid predictas dilationes dari oporteat cum iudex proprio ore precepit ut tali die veniret et ille respondit se non venturum? Respondeo: Minime, cum ex hoc constet eum contumacem, et incertis non sit locus coniecturis, ut D. de verborum obligationibus l. continuus § cum ita, in fine (D. 45, 1, 137 § 2); et in Auth. de restitutionibus et ea que § verum, in fine (Nov. 39 c. 2); nam nec ob aliud fiunt [7] citationes nisi ut presumatur contumax, ut D. de re iudicata l. contumatia (D. 42, 1, 53).

Sed quid si erat absens rei publice causa? Numquid poterit citari per executorem ut possit sequi alia condempnatio? Respondeo: Forte minime; quia propositum peremptorium contra eum, nullius est momenti quantum ad offitium hoc ut possit sequi venditio; quia si fieret reversus restitueretur, ut D. ex quibus [8] causis maiores l. ab hostibus § si dampni (D. 4, 6, 15 § 2) et D. de restitutionibus l. fin. (D. 4, 1, 8); et D. de damno infecto l. si finita § si forte (D. 39, 2, 15 § 22); et sic nullius momenti est quantum ad offitium, argumento D. de restitutionibus l. nemo (D. 4, 1, 5).

Sed quid si erat pupillus, sive adultus, sine tutore [9] agens, vel forte infirmus ut venire non possit? Respondeo idem, ut D. de damno infecto l. si finita § si pupillus (D. 39, 2, 15 § 29); eo salvo, ut primo citentur cognati et amici, ut notavi supra de in ius vocando § super. Nec obstat quod dicitur alias quia lata sententia contra infirmum non videtur res iudicata, quasi sententia sit ipso iure nulla, ut D. de re iudicata l. quesitum (D. 42, 1, 60); quia verum est [10] in diffinitiva sententia; sed in [11] interlocutoria secus, ut dictum est; nam id potest notari in pupillo et absente reipublice causa, ut D. de re iudicata l. acta § fin. et l. contra pupillum (D. 42, 1, 45 § 2 et 54).

VII. De satisdationum interpositione. [12]

Hic notandum est quod [13] actor, antequam libellum porrigat, duas interponere debet satisdationes: hanc primo de contestanda lite infra duos menses, vel si hoc non faciat de omni damno resarciendo reo convento [14] in duplum, ita tamen ut non transcendat cautio XXXVI aureos, ut in Auth. de executoribus et qui conveniuntur et reconveniuntur coll. VII (Nov. 96).

Sed numquid erit hec cautio interponenda cum datione fideiussorum vel pignorum? Respondeo: Sic, secundum quosdam; sed contra videtur, quia Auth. illud simpliciter dicit cautionem interponendam: ergo nuda promissione, ut C. de verborum significatione l. sancimus (C. 6, 38, 3).

Secundo queritur cui hec promissio facienda sit. Et quidem facienda est secundum verba posita in actore et reo et executore litis; sed dic, quod verius

---

1 *Cod.* invictus. — 2 *Cod.* singulis *om.* dies. — 3 *Cod.* fuit. — 4 *Cod.* quod. — 5 *Cod. inserit* quominus ad eius notitiam adversarii non pervenit; aliter tamen erit cum per ipsum reum stetit. — 6 *Cod.* aliis. — 7 *Cod.* fuerint. — 8 *Cod. om.* quibus. — 9 *Cod.* auctore. — 10 *Cod. om.* est. — 11 *Cod. om.* in. — 12 *Cod. om. rubricam* de satisdationum interpositione: *supplevi ex prœmio.* — 13 *Cod.* quia. — 14 *Cod.* convicto.

Source : BIU Cujas

videtur, ut ibi ponitur per Auth., quia interdum coniuncta pro disiuncta pronuntur, et e contra, ut D. de verborum significatione l. sepe (D. 50, 16, 53). Quod ideo dico; nec alias videretur supervacua interponi cautio [1] in persona alterius, quod fieri non debet, ut D. ut legatorum vel fideicommissorum servandorum causa [2] caveatur l. hec stipulatio § divus (D. 36, 3, 14 § 1).

Tertio queritur quid optineat si sit in dampno ultra summam XXXVI aureorum. Ad quod dici potest id ipsum peti posse [3] quantumcumque sit, ut in Auth. de exhibendis reis § I (Nov. 53 c. 1); ut sic quod dicitur « non transcendat » et cet. refferatur tantum ad penam dupli.

Est et alia satisdatio interponenda qua cavere debet actor antequam libellum offerat, dato fideiussore, quod usque ad finem litis [4] perseverabit, eamque per ipsum vel procuratorem legitimum exercebit; et si apparuerit eum iniuste movisse litem, expensarum sumptuum nomine, decimam [5] partem quantitatis in libello comprehense [6] pulsato restituere. Si autem fideiussorem dare non poterit, iurabit se fideiussorum dare non posse in iuditio sisti, ut in Auth. de litigiosis § ad excludendas (Nov. 112 c. 2).

Item queritur circa hoc, an cautio superior videatur superflua per hanc. Respondeo: Minime, quia illa respicit initium, ut infra certum tempus fiat contestatio litis: hec respicit medium et finem.

Secundo quero an hec cautio, de prestanda decima [7] parte [8] litis, videatur superflua propter regulam iuris « victor victori » et cet., ut C. de iudiciis l. properandum (C. 3, 1, 13 § 6). Respondeo: Minime [9]; quia illa locum habet tantum circa ea que probantur expensa, vel per iuramentum interpositum iure [10], vel alio legitimo modo; hec autem locum habet etiam nullo probato, ut quasi loco pene decimam partem prestare oporteat, etsi reus minus expenderit [11]; quia dum pena petitur, non requiritur cui intersit, sed an [12] conventum sit, ut Inst. de inutilibus stipulationibus § alteri (I. 3, 20 § 19). Preterea hoc utilius videtur reo, quia difficilis est vel dubia probatio sumptuum vel expensarum, ut D. de pretoriis stipulationibus l. fin. (D. 46, 6, 12). Vel forte hec locum habet tunc demum cum constat litem per calumpniam institutam, sicut quidam notaverunt; illa vero semper. Sed quid fit in expensis quam etiam in dampno? Respondeo quia et illud prestandum erit, non ex stipulatione [13], sed auctoritate illius in fenore rei.

Item queritur quando videatur iniuste movisse litem. Respondeo, ut quidam: Cum [14] demum constat litem calumpniosam et temere institutam, ut D. de iudiciis l. eum qui (D. 5, 1, 43); et D. ad Turpillianum l. I in princ. (D. 48, 16, 1); et C de dolo l. dolum (C. 2, 21, 6); et C. de calumpiatoribus l. III (C. 9, 46, 3). Vel, ut alii, eo ipso quod non probavit, et interdictum, et contrariam sententiam reportavit, ut D. de testibus l. III § idem divus (D. 22, 5, 3 § 3); et in Auth. de iudicibus [15] circa princ. et § oportet [16] (Nov. 82 c. 1 et 10); et C. de iudiciis l. rem non novam, in fine (C. 3, 1, 14). Vel dicas (quod verius puto) eum semper condempnandum, nisi videatur iustam causam habuisse veniendi ad litem; vel saltem iustam sive probabilem ignorantiam habere potuisse, ut D. de legatis II l. qui solidum § etiam (D. 31, 1, 78 § 2); et in Auth. de iudicibus § oportet VI. coll. (Nov. 82 c. 10); et C. de calumpniatoribus l. III (C. 9, 46, 3).

Quarto queritur numquid ille precise iurare oporteat quod fideiussorem dare non potest, secundum quod credit vel alias videatur subire anceps periurium, ut D. de in litem iurando l. videamus (D. 12, 3, 4).

Quinto queritur an tales satisdationes sint prestande a quocumque agente, etiam si sit clericus. Respondeo: Sic, quia Auth. simpliciter loquitur in quacumque actore; ergo simpliciter est intelligendum, argumento D. de officio presidis l. III, in princ. (D. 1, 18, 3); et D. de publiciana l. de pretio (D. 6, 2, 8) [17], Vel dic aliter quia tales satisdationes sunt remittende [18] clericis, sicut alias clericis fugientibus remittende sunt, licet ab aliis prestentur, in Auth. de sanctissimis episcopis § si quis autem pro pecuniaria (Nov. 123 c. 21 § 2).

Has autem satisdationes dixi esse prestandas, quasi lege caveatur, non quasi consuetudine habeatur. Nam hodie videntur ex consuetudine remittende vel non exigende; nam et leges per desuetudinem abrogantur [19], et sic multo magis per contrariam consuetudinem, ut C. de veteri iure enucleando l. II § sed si quis (C. 1, 17, 2 § 16); D. de legibus et Senatus consultis l. de quibus (D. 1, 3, 32). Illud autem certum est ex consensu partium posse remitti, ut in Auth. generaliter, in fine (C. 1, 3, 25, auth. 2).

VIII. De libelli compositione. [20]

Sub hac rubrica diligentius inquirendum est primo quot modis concipiatur libellus; secundo quid sit libellus secundum presentem materiam; tertio que requiruntur in eius compositione; quarto qualiter sit concipiendus; quinto in quibus causis offerri oporteat; sexto cui sit offerendus, et quando, et quis sit eius effectus.

---

[1] *Cod.* captio. — [2] *Cod. om.* fideicommissorum servandorum causa. — [3] *Cod.* possit. — [4] *Cod. om.* litis. — [5] *Cod.* X. — [6] *Cod.* competisse. — [7] *Cod.* X. — [8] *Cod.* partem. — [9] *Cod. qm.* minime — [10] *Cod.* ire. — [11] *Cod.* expedient. — [12] *Cod.* ante. — [13] *Cod.* stipulatoris. — [14] *Cod.* tunc. — [15] *Cod.* san. c. — [16] *Cod.* actor — [17] *Cod. add.* et D. de allegato l. I § quod autem p. negat — [18] *Cod. inserit* sunt. — [19] *Cod.* arogantur. — [20] *Cod. om. rubricam* de libelli compositione: *supplevi ex proœmio operis.*

Source : BIU Cujas

Et quidem nomen libelli varias habet acceptiones. Plerumque enim dicitur, et maxime inter grammaticos « liber parvus » sic dictus ab hoc nomine « liber »; alias dicitur libellus codicillus, ut D. de tabulis exhibendis l. I in princ. (D. 43, 5, 1); alias dicitur libellus per quem [1] iudex delegatur [2], ut D. de officio proconsulis l. nec [3] quicquam § ubi (D. 1, 16, 9 § 1); alias libellus panis subcinericius, ut C. de episcopali audientia l. iudices (C. 1, 4, 9); vel accipitur pro scriptura demandationis, ut C. de prediis et aliis rebus minorum (C. 5, 71); alias pro scriptura appellationis, ut D. de appellationibus l. I § fin. (D. 49, 1, 1 § 4); alias dicitur « libellus dimissorius » quem iudex dabet dare ei qui appellat a sententia sua, per quem significetur ei ad quem appellatur, appellatione interposita, ut D. de libellis dimissoriis l. I (D. 49, 6, 1); alias dicitur libellus conventionis, ut Inst. de actionibus § tripli (I. 4, 6 § 24); et in Auth. de exhibendis et introducendis reis § illud quoque (Nov. 53 c. 3); sive responsionis, ut in Auth. de exhibendis et introducendis reis § sancimus (Nov. 53 c. 3 § 1) ibi « suscepto » et cet. Secundum hanc significationem accipitur hic.

Est autem libellus scriptura reo in iudicio offerenda per quam exprimitur actoris intentio, et species future litis ostenditur. Hanc autem scripturam habet necesse actor in iudicio offerre reo, ut in Auth. offeratur (C. 3, 9, 1 auth.) que est in Auth. de exhibendis reis § sancimus (Nov. 53 c. 3 § 1). Ex quo etiam potest notari casus in quo necessaria est scriptura, et in quo maioris auctoritatis est scriptura quam testes. Alias contra: C. de pactis l. pactum quod (C. 2, 1, 17); et C. de fide instrumentorum l. in exercendis (C. 4, 21, 15). Et nota quia hec necessitas offerendi libellum videtur iure novo Authenticorum inducta, quia olim non erat necesse, etsi id fieri posset, ut D. de edendo l. I § edere et § eum (D. 2, 13, 1 § 1); preterquam in causis que movebantur contra illustres, ut C. de dignitatibus lib. XII. l. quotiens, in fine (C. 12, 1, 17). Unde speciale privilegium erat illustrium personarum, ex quo ostenditur in ceteris personis id non habere necesse; argumento D. de legatis I l. si quando (D. 30, 1, 109); et D. ad municipalem l. I (D. 50, 1, 1).

Sed queritur an hic libellus remitti tacite vel expressim possit [4], et [5] nihilominus postea secreta sententia teneat. Ad quod dixerunt quidam tacite posse remitti, etsi non expressim, ad exemplum iuramenti calumpnie, ut alias notare solemus C. de iure iurando l. II § sed quia [6] veremur (C. 2, 59, 2 § 4); nam nonnunquam expressa nocent, non expressa non [7] nocent, ut D. de conditionibus et demonstrationibus l. nonnunquam (D. 35, 1, 52); et D. de regulis iuris l. actus (D. 50, 17, 77); nam certum est causam exprimendam esse [8] in libello, ut infra notatur; tamen remitti potest, ut C. de annali exceptione l. si ex multis (C. 7, 40, 3). Nec obstat quod dicitur in Auth. offeratur (C. 3, 9, 1, auth.), quia illud ita intelligendum est si exigatur; ut alias dicitur in sacramento calumpnie, ut D. de operis novi nunciatione l. de pupillo § qui opus (D. 39, 1, 5 § 14); D. de iureiurando l. iusiurandum § qui iusiurandum (D. 12, 2, 34 § 4). Sed quid si post litem contestatam petat actor libellum offerri, cum a principio omiserit? Respondeo eum non audiendum, secundum predictos, quasi sit [9] hec exceptio dilatoria, et ante litem contestatam opponendam, ut C. de probationibus l. exceptionem (C. 4, 19, 19). Vel dic, ut alii, etiam expresse remitti posse. Quod sic probatur. Constat hoc principaliter favore rei inductum vel receptum; ergo si ei renuntiet, maxime consentiente iudice, valet quod actum est, ut argumentum D. de pactis l. pactum, et l. pacisci (D. 2, 14, 45 et 31); et de minoribus l. si iudex (D. 4, 4, 41); et C. de pactis l. si quis in conscribendo (C. 2, 3, 29). Quod autem sit eius favore inductum: D. de edendo l. I (D. 2, 13, 1), et ex ipsa Auth. offeratur (C. 3, 9, 1, auth.). Item pro hoc facit quod dicitur alias libellus appellationum consensu partium posse remitti, ut C. de temporibus appellationum l. I § fin. (C. 7, 63, 1 in fine). Nec obstat si obiciatur sacramentum calumpnie non posse remitti expresse, ut in dicta § sed (C. 2, 59, 2 § 4); quia illud verum est in sacramento calumpnie, adeo quia illud principaliter est inductum de iure publico, ut hominum calumpniosa instantia compellatur, ut C. de iureiurando calumpnie l. I (C. 2, 59, 1), cui [10] per pactum preiudicari non potest, ut D. de pactis l. iuris gentium § et generaliter (D. 2, 14, 7 § 16), etiam si consentiat pretor, ut D. de feriis l. I (D. 2, 12, 1). Vel dic aliter quia nec tacite, nec espresse remitti potest: tacite, quia ignorantia presumitur id commissum, quod non licet alicui pretendere in ordine iuris omisso, ut in Auth. in medio litis non fieri sacras formas § fin. coll. VIII. (Nov. 113 c. 3); et D. familie herciscunde l. si filia § 1 (D. 10, 2, 20 § 1). Nec obstat quod supra dictum est sacramentum calumpnie remitti quia illud non est verum, licet quidam contrarium dixerunt; vel aliud in sacramento calumpnie, aliud in libello per quem fit res certa de qua [11] agitur. Item neque expressim remitti potest; nam lex dicit expresse omnino eum offerendum, ut in Auth. de exhibendis reis § sancimus in princ. (Nov. 53 c. 3 § 1). Unde sequitur ibidem « litis contestatio contra hoc indultum » et cet. « et perinde ac si non fuit interposita »; ex quo sequitur « sententiamque postea latam nullam esse » et cet. ut C. de sententiis et interlocutionibus l. prolatum (C. 7, 45, 4). Item pro hoc facit quidam

---

[1] *Cod. om.* libellus per quem. — [2] *Cod.* delegatus. — [3] *Cod.* non. — [4] *Cod. om.* possit. — [5] *Cod.* ut. — [6] *Cod.* quid. — [7] *Cod. om.* non. — [8] *Cod. om.* esse. — [9] *Cod.* sinit. — [10] *Cod.* cum. — [11] *Cod.* aqua.

Source : BIU Cujas

« quod in legum [1] positum est potestate [2] non eget aliqua extrinsecus dispositione [3] » ut in Auth. ut in medio litis, in princ. (Nov. 113 c. 1). Lex etiam alia videtur illa quia tunc demum potest remitti libellus cum causa talis erat, ut C. de privilegiis scholarum l. fin. in fine (C. 12, 30, 3). Nec obstat quod partes in hoc consentiant, nam qua ratione non potest quis velle ne leges in suo testamento valeant, eadem etiam multo magis non potest debere posse in ordine iuditii, ut D. de legatis I l. nemo (D. 30, 1 55). Et ita secundum hanc ultimam sententiam vidimus de facto iudicatum contra Ber. et C. fratrem pro communi Bagnacavalli consilio Azonis et Hugolini. [4]

Et quidem in libelli compositione videntur V. principaliter requirenda. In primis consulis nomen, sive iudicis sub quo, sive eius delegato, deponitur querimonia. Quod probatur consuetudine que obtinet vicem legum, cum lege etiam que est D. de accusationibus l. libellorum in princ. (D. 48, 2, 3). Secundo, nomina partium invicem litigantium; tertio, nomen actionis qua agitur; quarto, causa [5] ex qua actor contendit [6]; quinto, res ipsa propter quam contenditur. De quibus omnibus singulariter est videndum.

IX. De nomine consulis. [7]

In hoc primo non est magna vis facienda; nam et plerumque videmus [8] admitti sine nomine consulis vel iudicis. Cautius tamen est si ponatur [9] eius nomen.

X. De nominibus litigantium exprimendis.

Certe nomina litigantium sunt exprimenda, et nemini venit in dubium quia, nisi certum sit quem conveniat actor [10], nullum poterit esse iudicium; nec etiam ea que dicuntur in illa Auth. offeratur (C. 3, 9, 1, auth.) possunt habere locum; nec alia que dicuntur D. de edendo l. I (D. 2, 13, 1) in principio. Unde etiam queritur interdum quis [11] sit actor, et quis reus, ut D. de iudiciis l. in tribus (D. 5, 1, 13). Ergo si dicit aliquis « Vobis domino B. conqueror ego R. de quodam qui mihi debet » et cet. vel « de fideiussoribus quibusdam qui intercesserunt apud me pro B. » non sufficit; vel « de Titio » cum intersit de quo Titio conqueratur. Si tamen illum digito ostendit, vel forte aliter eum exprimat, ut certum sit de quo queratur [12], satis sufficit, ut D. si certum petatur l. certum (D. 12, 1, 6,); et D. de conditionibus et demonstrationibus l. nominatim (D. 35, 1, 34). Et hoc exprimi interdum expedit ipsi reo, cum forte haberet ingressum contra alium denuntiatum, ut per hoc evidentius ostenderet [13] iudicium secum ceptum et sententiam contra se latam. In rescriptis tamen pape contra plerumque fit, scilicet quia non exprimantur nomina personarum de quibus quis conquerit. Unde sic dicitur interdum: « Significavit nobis B. quod A. et quidam alii faventini per usurariam » et cet. Illud tamen rescriptum [14] non omnino optinet formam libelli; unde nichilominus postea oportet actorem libellum offerre exprimendo personas quas convenit et quantitatem quam petit.

De his autem personis litigantium expedit nos videre, scilicet quis [15] possit offerre libellum et contra quos. Et quidem offerre possunt maiores XXV annorum qui sunt sui iuris, item sane mentis, et liberi, nomine suo et alieno. « Maiores » ideo dixi, quia infantes qui fari non possunt, minores septennio, ut C. de iure deliberandi l. si infanti (C. 6, 30, 18) nullo casu possunt, cum non intelligant quid agant, et ignorent quid videant, et nil scire possunt, ut C. de falsa moneta l. I (C. 9, 24, 1); et D. de iuris et facti ignorantia l. fin. (D. 22, 6, 10). Pupilli qui sunt capaces intellectus, ut D. de doli exceptione l. apud § denique (D. 44, 4, 4 § 26 in m.) regulariter non possunt, nisi presentibus tutoribus et auctoritatem suam prebentibus, ut argumentum D. de administratione tutorum l. I (D. 26, 7, 1). Sed fallat hoc in duobus casibus, ut in iuditio momentarie possessionis, ut C. qui legitimam personam l. fin. (C. 3, 6, 4); item cum pro libero homine cognato aut affine, ut parente suo solliciti [16], exhibendo contendit, ut D. de libero homine exhibendo l. III § hoc interdictum (D. 43, 29, 3 § 11). Item puberes non possunt, nisi curatoribus presentibus et auctorizantibus, [17] exceptis quibusdam casibus, scilicet duobus proxime dictis; item tertio cum thori sui violati iniuriam prosequitur, ut D. ad legem Iuliam de adulteriis l. si maritus § lex (D. 48, 5, 15 § 6); quarto, scilicet cum curatorem suum de suspecto accusat, dumtamen consilio propinquorum suorum, ut Inst. de suspectis tutoribus § impuberes (I. 1, 2, 6 § 4); et C. de suspectis tutoribus l. pietatis, in fine (C. 5, 43, 6). « Sane mentis » ideo dixi [18] quia furiosus vel prodigus, cui bonis interdictum est, non possunt, etsi possunt eorum [19] curatores; quia cum eis interdicta [20] sit aministratio et rerum alienatio, et actionum exercitium videtur interdictum, ut D. de iure deliberandi l. ait pretor § I (D. 28, 8, 7 § 1); et C. ubi causa status agi oportet l. fin. (C. 3, 22, 6). « Suo nomine et alieno » ideo dixi quia non tantum per se, immo etiam per procuratorem poterit quis offerre libellum, quia et litem contestari, quod plus est, ut notatur C. de procuratoribus l. nec tutores, et l. fin. (C. 2, 13, 11 et 28); quod etiam ex eo aperte ostenditur, quia

---

1 *Cod.* longum. — 2 *Cod.* positate. — 3 *Cod.* disponente. — 4 *Cod.* H. — 5 *Cod.* cum est. — 6 *Cod.* intendit. — 7 *Cod.* consilii. — 8 *Cod.* videndum. — 9 *Cod.* oponatur. — 10 *Cod.* actio. — 11 *Cod.* qui. — 12 *Cod.* queretur. — 13 *Cod.* ostendebat. — 14 *Cod.* receptum. — 15 *Cod.* qui. — 16 *Cod.* sillicitato. — 17 *Cod.* auctoritatibus. — 18 *Cod.* dixit. — 19 *Cod.* eius. — 20 *Cod.* indicta.

Source : BIU Cujas

etiam sine mandato quidam alieno nomine agere possunt, ut D. de procuratoribus l. sed hec (D. 3, 3, 13).

XI. De actione exprimenda [1]

Quod actio sit exprimenda in libello et ante litem contestatam probatur multis legibus; nam qua actione quis agere vellet, prius eam edere debet, ut D. de edendo l. I. in princ. (D. 2, 13, 1) [2] ut per eam speciem future litis ostendat, ut C. de edendo l. edita (C. 2, 1, 3); et de litis contestatione l. I (C. 3, 9, 1); nam sine actione nemo experitur, ut D. de administratione tutorum l. quotiens § item (D. 26, 7, 9 § 2). Est autem hic accipiendum nomen actionis generaliter, ut contineat omnem petitionem et persecutionem, et etiam iudicis officium, quod tamen non est actio, licet Martinus contra dixerit, ut D. de minoribus [3] l. quod si minor § fin. (D. 4, 4, 24 § 5); nam et sic large accipitur, D. de actionibus et obligationibus l. actionis verbo (D. 44, 7, 37); et D. de procuratoribus l. non solum (D. 3, 3, 39); et D. de condictione indebiti l. eleganter in princ. (D. 12, 6, 23); licet alias magis stricte et proprie ponatur, ut D. de actionibus et obligationibus l. actio in personam (D. 44, 7, 28).

XII. De causa exprimenda.

Quod causa propter quam petatur sit exprimenda probatur C. de edicto divi Adriani tollendo l. ult. circa finem (C. 6, 33, 3). Sed hic videtur querendum, si actio sit edita [4], an oporteat aliter causam exprimi. Et quidem videtur quod non: primo, per leges que videntur notare solam actionem edendam, nam, edita [5] actione, videtur causa edita [6], puta cum dico: « Ago contra te ad X., actione ex vendito, vel ad X. mandati conditione, ex mutuo, vel actione depositi » vel similibus, et cet. Nos autem actionem putamus edendam una cum causa et re [7]; nam quod dicunt superiores leges « actionem edendam », non est intelligendum « simpliciter », sed sic, scilicet « cum concordantiis suis vel coherentibus, et causa et re ». Quod etiam aperte probatur ex eo quod dicit lex D. de edendo l. I (D. 2, 13, 1) in princ., ubi dicitur eam edendam sic ut possit esse instructus reus velit cedere vel contendere. Que instructio [8] ex sola et simplici editione actionis non posset sequi. Quid enim si dicat: « Convenio te petitione hereditatis vel certi condictione » et cet.? Tractatum est ex hoc solo [9] eum non instrui; nec videtur [10] hec subauditio tibi extranea, quia nec alibi plerumque accipitur, ut notatur C. de pactis l. traditionibus (C. 2, 3, 20).

1 *Cod. om.* de actione exprimenda. *Supplevi ex quibus supra.* — 2 *Cod. add.* et C. de interlo. l. fin. — 3 *Cod.* municipis. — 4 *Cod* edicta. — 5 *Cod.* redita. — 6 *Cod.* edicta. — 7 *Cod. om.* edendam una cum causa et re. — 8 *Cod.* editio, *et inserit* et. — 9 *Cod.* solum. — 10 *Cod.* videntur. — 11 *Cod. om. rubricam; ad sensum supplevi.* — 12 *Cod. add.* et — 13 *Cod. add.* magis. — 14 *Cod.* ut si. — 15 *Cod.* de confessoria in rem actione. — 16 *Cod.* auctorem. — 17 *Cod.* Panigalis. — 18 *Cod.* pertinere. — 19 *Cod. inserit* ut. — 20 *Cod.* pertinere. — 21 *Cod.* messor. — 22 *Cod.* adierit. — 23 *Cod.* pertinere. — 24 *Cod. add.* et.

XIII. De diversis actionibus. [11]

Quia omnium actionum que sub celo sunt alie sunt civiles, alie pretorie, ut D. de actionibus et obligationibus l. actionum § fin. (D. 44, 7, 25 § 2); et civiles [12] digniores sunt tamquam [13] perpetue, ut Inst. de perpetuis et temporalibus actionibus in princ. (I. 4, 12); tamquam antiquiores; videamus super eis in primis, ut argumentum D. de acquirendo rerum dominio l. I in princ. (D. 41, 1, 1). Item quia horum civilium, alie sunt in rem, alie in personam, alie mixte, primo videamus de actionibus in rem, ita ut [14] Iustiniani vestigia imitaremur, que et ipse prosecutus est, ut Inst. de actionibus § 1 (I. 4, 6, § 1).

XIV. De rei vendicatione. [15]

De hac actione primitus videamus; item contra quem rite concipiatur, ea proposita; item quid oporteat probare actor [16] in ea ut in ea optineat. Libellus autem sic concipitur: « Vobis, domine G. potestas Bononie, conqueror ego A. de B. qui fundum Budrianum positum in Burgo Panigali [17] sub talibus finibus et cet. ad me iure dominii, vel quasi, pertinentem [18] iniuste possidet; unde mihi restitui peto, proposita rei vendicatione ».

Quod rem debeat designare, et eius nomen, et quo loco sit, et utrum totum an partem petat, et confines ipsius loci [19] probatur D de rei vendicatione l. si in rem (D. 6, 1, 42); et D. de actionibus empti l. Titius (D. 19, 1, 43); et D. de contrahenda emptione l. cum servo § 1 (D. 18, 1, 63 § 1).

Item quod necessario adiiciatur « ad me iure dominii pertinentem [20] » probatur, quod ei soli competit predicta actio qui dominus est de iure gentium vel civili, ut D. de rei vendicatione l. in rem (D. 6, 1, 23) in princ. Unde si aliam causam ineptam predicte actioni proponeret, non debet admitti, sed magis respui per ipsum iudicem, ut D. de officio assessorum l. I. (D. 1, 22, 1), cum constet talem intentionem non posse tenere, ut D. si mensor [21] falsum modum dixerit l. I. (D. 11, 6, 1); vel si nec hanc, nec aliam causam adiecerit [22], posset respui, postulante adversario, quia verbum « pertinere » simpliciter positum, obscuritatem pareret, cum latissime pateat, ut D. de verborum significatione l. verbum oportere [23] (D. 50, 16, 37). Satis tamen videtur [24] tunc libellum recipiendum nomine actionis expresso, ut supra notavi de causa exprimenda. Sed hic insto.

Source : BIU Cujas

Item ideo adieci « iniuste possidet » quia si non [1] ponas quod iuste possideat [2] vel quod nullo modo, non tenebitur hoc iuditio, nisi se liti optulisset quasi possideret, cum crederet actor eum possidere, ut D. de rei vendicatione l. officium, et l. qui petitorio, et l. ult. ed l. is qui se [3] optulit, et l. is qui (D. 6, 1, 9 et 36 et. 80 et 25 et 69).

Item ideo subieci [4] illa verba: « unde mihi restitui peto » quia hec verba proprie pertinent ad hoc iuditium. Nec enim hoc iuditio petitur quid dari nobis, cum hoc [5] proprie consistat circa ea que nostra non sunt, ut Inst. eod. [6] § sic itaque (I. 4, 6 § 14); sed quid restitui nobis [7], ut D. de rei vendicatione l. qui restituere (D. 6, 1, 68).

Item ideo subieci [8] de nomine actionis, quia semper exprimenda est, secundum quosdam, ut notavi supra de actione edenda, et quia ita in multis locis de facto servatur. Et ita hec forma proponende actionis probatur C. de institoria [9] l. I. (C. 4, 25, 1).

Et hec cum proponitur libellus super petitione rerum immobilium. Si autem super mobilibus, eodem modo concipiendus est [10], cum eo tantum mutato, ut adiciat colorem rei et pondus. Si tamen iuraverit actor se id dicere [11] non posse, remittatur [12] ei, ut D. de furtis l. in actione in princ. et § de [13] veste (D. 47, 2, 19 § 4); et D. depositi l. I. [14] § si quis argentum (D. 16, 3, 1 § 40).

XV. De confessoria in rem actione.

In hac autem actione ita recte concipitur [15] libellus: « Conqueror ego A. de B. qui debet mihi servitutem itineris, sive vie, per predium suum positum in tali loco, et eam ad predium meum quod [16] est in tali loco et cet. non patitur me predicta servitute uti, unde peto ut mihi patientiam prestet et de prestanda [17] in futurum caveat et dampnum et interesse, quod facio C., mihi resarciat ». Sic hec dixi circa servitutem rusticam. Ita etiam verum est circa urbanam, puta sic: « Conqueror ego A. de B. cuius edes que posite sunt in tali loco et cet. debent edibus meis servitutem positis in tali loco et cet. altius non tollendi, vel luminis, vel prospectus, vel oneris [18] ferendi; de [19] qua tamen servitute, et ut de prestando in futurum caveat, et dampnum et interesse meum mihi resarciat, quod facio X, propono actionem confessoriam in rem ».

Item ideo dixi in libello predicta exprimenda, quia hec servitutes sunt prediales, et a re rei debentur ut tantum debere possit qui predium habet, et ei soli similiter deberi possunt qui vicinum predium habent, ut D. communia servitutum prediorum l. I (D. 8, 4, 1) in fine; et si servitus vendicetur l. II § 1 (D. 8, 5, 2 § 1); nam et Labeo ait has servitutes hominem non debere, sed rem, ut D. si servitus vendicetur l. et si forte § II. in fine (D. 8, 5, 6 § 2).

Item ideo dixi principaliter petendum ut [20] patientiam prestet, quia non aliter tradi sive restitui vel solvi potest quam per patientiam, ut D. de servitutibus rusticorum prediorum l. I [21] in fine (D. 8, 3, 1 § 2) et de servitutibus l. quotiens via (D. 8, 1, 20); nam hec iura cum sint incorporalia non recipiunt aliam veram traditionem, ut D. de acquirendo rerum dominio l. servus § incorporales (D. 41, 1, 43 § 1); et D. de actionibus empti et venditi l. ratio § si iter [22] (D. 19, 1, 3 § 3).

Sed ideo dixi postulari posse ut et in futurum caveatur, quia et illud ad iudicis offitium pertinet qui in hac actione cognoscit, ut D. si servitus vendicetur l. harum actionum et l. egi ius illi non esse (D. 8, 5, 7 et 12).

Item ideo [23] subieci [24] de dampno et interesse, quia hec omnia fructuum nomine prestantur hac actione, ut D. si servitus vindicetur l. III § III (D. 8, 5, 3 § 3).

Et quod dictum est circa servitutes rusticas vel urbanas prediales potest notari circa urbanas personales, puta: « Conqueror ego A. de B. qui michi in predio suo talem [25] usumfructum debet; unde peto ut mihi utendi et fruendi patientiam prestet, et de prestando in futurum caveat; et quia me hactenus prohibuit et iniuste a tribus annis retro fructus eiusdem fundi percepit, illos [26] mihi prestari peto, vel eorum extimationem, quam X facio, proposita in his omnibus confessoria actione ». Et quod sic teneatur prestare patientiam qui constituit servitutem, sive qui eam debet, probatur D. de usufructu l. III § dare [27] (D. 7, 1, 3).

Item quod pro hac servitute personali detur hec actio, et quod in ea fructus veniant preteriti temporis [28], et ipsa patientia in futurum prestandi, probatur D. si usufructus petatur l. uti frui § in his, cum sequentibus usque in fine (D. 7, 6, 5 § 3 et seqq.).

Sed quid si non ipse qui constituit vel qui servitutem debet, sed quivis alius extraneus fructuarium vel alium servitute sua uti prohibeat? Respondeo contra eum dari confessoriam actionem, ut D. si ususfructus petatur et l. uti frui § utrum autem (D. 7, 6, 5 § 1).

Et in hoc casu commode poterit concipi libellus [29]: « Conqueror ego de B. qui iniuste me prohibet uti servitute mihi debita per tale predium ad predium

---

[1] *Cod.* sine. — [2] *Cod.* possideant. — [3] *Cod. om.* se. — [4] *Cod.* subiecti. — [5] *Cod.* illud. — [6] *Cod. om.* eod. — [7] *Cod.* vobis. — [8] *Cod.* subiecti. — [9] *Cod.* institutoria. — [10] *Cod. om.* est. — [11] *Cod.* dare. — [12] *Cod.* simeniatur. — [13] *Cod. om.* de. — [14] *Cod.* II. — [15] *Cod.* concipiatur. — [16] *Cod.* qui. — [17] *Cod.* prestandum. — [18] *Cod.* honor eis. — [19] *Cod. om.* de. — [20] *Cod.* in. — [21] *Cod.* II. — [22] *Cod.* rem. — [23] *Cod.* non. — [24] *Cod.* subiecti. — [25] *Cod.* tali. — [26] *Cod.* illo. — [27] *Cod.* ante. — [28] *Cod.* proposito tempore. — [29] *Cod. om.* libellus.

Source : BIU Cujas

tale, vel qui [1] non patitur me uti frui usufructu mihi debito in tali predio » et cet. Sed et illud potest notari, quasi commune in confessoria, contra quemlibet et pro qualibet servitute competens, ut prohibeatur, ut argumentum D. de iniuriis l. iniuriarum § si quis (D. 47, 10, 13 § 4); et argumentum D. de actionibus empti l. qui [2] pendentem (D. 19, 1, 25). Sed nonne in his predictis libellis videretur causa exprimenda ex qua proponitur servitutem debitam fore, ut notavi supra de causa exprimenda? Respondeo: Minime, cum pro servitute iam constituta agatur, ut plenius hoc notavi supra de causa exprimenda.

Quia servitutum alie sunt que habent continuam causam, ut servitus tigni immittendi; et in his similibus recte fit acquisitio propter consuetudinem longi temporis, etiam si alius titulus non probetur, ut C. de servitutibus l. I et l. II (C. 3, 34, 1 et 2); et D. si servitus vendicetur l. si quis (D. 8, 5, 10); et D. de servitutibus urbanorum prediorum l. foramen (D. 8, 2, 28); alie vero sunt que non habent continuam causam, ut vie, itineris, actus et similium; et hec non queruntur nisi longissimo tempore cuius non existat memoria, ut D. de servitutibus l. servitutes (D. 8, 1, 14); hic tamen caveat sibi providus advocatus, qualiter faciat clientulum suum causam explicare cum hic sit prorsus ignotum.

Sed nonne supradictis obstat quod alias dicitur quia tempus non est modus tollende obligationis, ergo nec inducendi multo magis, ut D. de actionibus et obligationibus l. obligationum fere § [3] placet (D. 44, 7, 44 § 1 in m.). Respondeo: Illud verum est in personalibus obligationibus: aliud in realibus, que sola patientia et tempore constituuntur, ut D. de servitutibus rusticorum prediorum l. I § fin. (D. 8, 3, 1 § 2). Unde constat alias conditionem persone prescribi solo longissimo tempore, ut C. de agricolis l. litibus in princ., et l. cum satis (C. 11, 47, 20 et 23).

XVI. De negatoria in rem actione.

« Vobis, domine H. [4] potestas Bononie, conqueror ego A. de B. qui cum nullum ius habeat immittendi tigna in pariete meo posito in tali loco et cet. quatuor tigna contra voluntatem meam in predicto pariete meo habet immissa; unde peto ut omnia immissa tollat, et ut caveat de non immittendo in futurum, et interesse meum mihi illatum ob predicta mihi sarciat, quod facio X., opposita in his negatoria actione ». Vel sic: « qui cum nullum ius habeat eundi per predium tale, me invito vadit, vel, me invito, servitute vie vel itineris vel actus iniuste utitur »; vel sic: « qui utitur servitute tali me invito, ne [5] faciat, et ut de non faciendo predicta in futurum caveat » et cet.

Hec exempli causa pro ceteris dicta sufficiant. Et probantur singula supradicta per leges supra proxime dictas in confessoria actione. Est autem hec predicta libelli conceptio in negatoria. Sed quia queritur: ideo negatoria sic dicitur quia proponitur verbis negatoriis, nam ei soli competit qui negat, ut D. si servitus vendicetur l. II in princ. (D. 8, 5, 2); nos tamen sequentes nostrorum preceptorum vestigia, non multum curamus de propositione verborum, sint negative an affirmative, dumtamen de sententia constet; unde sic et per affirmativa verba concipitur etiam negatoria: « Vobis, domine P. potestas Bononie, conqueror ego A. de B. qui habet tigna sua iniuste immissa in parietem meum talem et cet.; unde eum prohibendum peto ». « Cum mihi sit ius altius [6] tollendi libere, eo invito, » et cet. [7] Et probatur hec libelli conceptio D. si usufructus petatur l. uti frui § sed et (D. 7, 6, 5 § 6); et D. si servitus vendicetur l. loci corpus § competit. (D. 8, 5, 4 § 7). Sic etiam contra potest attendi in confessoria, que interdum proponitur negativis verbis, ut in predicta servitute altius non tollendi, verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. qui iniuste edes suas Titianas, positas iuxta [8] meas Sempronianas, qui debitam servitutem alterius tollit, cum non sit ius ei altius tollere me invito ». Et comprobantur hec D. si servitus vendicetur l. si [9] quando § I (D. 8, 5, 17 § 1). Per hoc ostenditur quod non conceptione verborum negativorum vel affirmativorum sunt attendenda; sed effectu et sententia debent [10] ista expediri. Super hac tamen actione est necessarie inquirendum, quid oporteat probare actorem ut vincat, et sic sequatur condempnatio; item quid reum, ut sic sequatur absolutio. Et quidem dixerunt quidam simpliciter semper actorem debere vincere in hac actione, nisi adversarius probet de servitute sibi constituta; quia qui negatoriam intendit, negat; factum autem negantis per rerum naturam nulla probatio est, ut C. de probationibus l. actor (C. 4, 19, 23). Quod non placet; immo dicimus diligenter attendendum quis possideat, quia possessori dantur hec actiones, ut D. si usufructus petatur l. uti frui § fin. (D. 7, 6, 5 § 7).

XVII. De preiudiciali in rem actione. [11]

De hac preiudiciali ideo hic consequenter subieci quia constat eam esse civilem, et potius ex lege quam e pretore descendere, ut Inst. de actionibus § preiudiciales (I. 4, 6 § 13). Et quia directa preiudicialis dicitur competere domino, contractu [12], idcirco de ea subiciamus in primis. Est autem in ea sic concipiendus libellus: « Vobis, domine H. potestas Bononie, con-

---

1 *Cod.* quod. — 2 *Cod.* si. — 3 *Cod. add.* ideo. — 4 *Cod.* Hit. (?). — 5 *Cod. om.* ne. — 6 *Cod.* alius. — 7 *Cod. om.* et cet. — 8 *Cod.* iusta. — 9 *Cod.* ubi. — 10 *Cod.* habent. — 11 *Cod. om.* de preiudiciali in rem actione, *lacuna quadam relicta.* — 12 *Cod.* contractum.

Source : BIU Cujas

queror ego A. de B., qui cum servus meus sit, ideo [1] controversiam mihi facit et se pro libero gerit, unde eum in servitutem vendico, proposita preiudiciali actione in rem ». Et est hec vera preiudicialis quia omnibus aliis questionibus, sive civilibus sive criminalibus, tamquam domina; et preiudicialis regulariter anteponitur, ut C. de ordine cognitionum l. I, et l. cum status (C. 7, 19, 1 et 5); quoniam super hac actione vincit actor [2] si probet se dominum adversarii. Quod ei incumbit cum adversarius sit in possessione libertatis, ut C. de probationibus l. vis eius (C. 4, 19, 15); et C. de liberali causa l. eam que (C. 7, 16, 21). De dominio [3] autem probatur his modis: vel quia probat eum ex ancilla sua natum, vel quia eum cepit ab hostibus, vel quia ipse passus fuit se ei venundari ad pretium partecipandum, ut Instit. de iure personarum § II (I. 1, 3 § 2); vel quia probat quod semel libellum de eius servitute, et ille legitime citatus per edicta, [4] contumaciter in absentia [5] per unum annum duravit, ut C. de assertione tollenda l. I § fin. (C. 7, 17, 1 § 2); vel quia eum pro derelicto habitum a suo domino primo occupavit: D. pro derelicto l. I, et l. ult. (D. 41, 7, 1, § 18). Sed quid si probat eum servilia ministeria fecisse spatio XL annorum et ultra, et semper eum pro servo habitum, et quod publica fama est quod servus eius est ut interdum de facto vidimus? Respondeo quia tunc obtinet [6], quia commune ius sive sit publicum, vel privatum, sive de re, sive de questione persone tollitur illo spatio, ut C. de prescriptione XXX. annorum l. omnes (C. 7, 39, 4).

Preterea est et alia preiudicialis in rem utilis, que datur ei qui possidetur ut servus, ut se in libertatem vendicet; quam ideo dixi utilem, idest indirectam, quia non posset dari alicui directa pro se ipso vendicando in libertatem cum nemo sit dominus sui ipsius sive membrorum suorum, ut D. ad legem Aquiliam l. liber homo (D. 9,2, 13). Et in hac potest libellus concipi: « Vobis, domine G., conqueror ego A. de B. qui detinet me in servitutem iniuste cum liber sim; unde rationem peto, proposita actione in rem ». De qua preiudiciali similiter legitur in ead. § preiudiciales (I. 4, 6 § 15).

Sed hic questionem facti insero, quam interdum vidi de facto, scilicet quia lata sententia in iuditio possessorio contra eum qui dicebatur servus, postea ad iudicium petitorium venit contra dominum, nec in eo iudicio probatur aliquid de origine libertatis vel servitutis, nisi per publicam famam, de qua pariter probaverunt, unde querebatur quis deberet obtinere. Ad quod respondet quidam, ut dominus Bagarotus [7], dominum debere absolvi; quod videtur verum ratione communi quia actore non probante de intentione sua, absolvendus est reus, ut C. de edendo l. qui actione (C. 2, 1, 4); et de rei vendicatione l. fin. (C. 3, 32, 28); et de probationibus l. II (C. 4, 19, 2). Item leges plures specialiter in hoc casu locuntur, quod probationis honus incumbit ei qui se liberum dicit, cum sit in possessione servitutis, ut D. de liberali causa l. liberis § fin. (D. 40, 12, 7 § 5); et D. de probationibus l. circa (D. 22, 3, 14). Item non obstat si dicatur quod cum liber sit possideri non possit, quia illud verum est in eo quem certum est esse liberum, et dum quis [8] sciens eum liberum possidet; si autem incertum sit, et qui possidet ignorans sit, contra erit, ut D. de acquirenda possessione l. I § sed per eum (D. 41, 2, 1 § 6). Sed adhuc instabit quis: In quo ergo proficiet domino possessio cum a nulla [9] exhoneretur probatione? Respondeo: quia partes rei substinebit; item quia si obscura [10] sint hinc inde utriusque iura pro domino possessore pronuntiabitur, ut Instit. de interdictis § commodum (I. 4, 15 § 4). Argumentum contra D. de re iudicata l. inter pares (D. 42, 1, 38); et de regulis iuris l. quotiens dubia, l. libertas (D. 50, 17, 20 et 106).

Stat testamentum, libertas, coniugiumque
Si sint equales qui producuntur utrumque. [11]

XVIII. De hereditatis petitione.

Hic videndum est qualiter in hac actione formetur libellus, et que queri, et quid actorem probare oporteat ut vincat. Sic: « Vobis, domine B. conqueror ego A. de B. qui iniuste possidet hereditatem Sempronii mihi delatam ex testamento eiusdem, iure [12] institutionis, unde quidquid ex ea possidet pro solido mihi peto, proposita petitione hereditatis. » Et nota quia ideo subieci « ex testamento eiusdem » vel si malit dicat « ab intestato » ne si alias hic non exprimas, incertum dimitteres reum, cum si forte alterum exprimeres [13] vel facilius cederet, vel facilius contenderet; quod fieri debet ut D. de edendo l. II in princ. (D. 2, 13, 2). Et est argumentum ad hoc D. de interrogatoriis actionibus l. si sine [14] § illud (D. 11, 1, 9 § 6). Item ideo subieci « iure institutionis » quia hereditas et alias mihi [15] deferri posset, puta iure fideicommissi, sicque si [16] simpliciter diceretur, incertus foret reus. Nam ex illis verbis, sic generaliter positis, possunt duo contraria iura proponi, scilicet petitio hereditatis civilis, que directe datur heredi venienti ex testamento vel ab intestato; item alia pretoria, scilicet fideicommissaria hereditatis petitio. Que quidem non comparantur se ad invicem, immo una intentata, tollitur altera. Ideoque exprimi id oportet ante litem contestatam, ut C. de codicillis l. fin. (C. 6, 36, 8).

---

[1] *Cod.* inde eo. — [2] *Cod.* auctor. — [3] *Cod.* domino. — [4] *Cod. add.* et. — [5] *Cod.* affuit. — [6] *Cod.* utique videt. — [7] *Cod.* Bag. — [8] *Cod.* qui. — [9] *Cod.* nullo. — [10] *Cod. add.* quantum ed ordinationem cum pertinet (sic!). — [11] *Ita Cod.: malui erratum linquere quam meo iudicio mutare.* — [12] *Cod.* iuris. — [13] *Cod.* exprimentem. — [14] *Cod.* defensor. — [15] *Cod.* me. — [16] *Cod. om.* si.

Source : BIU Cujas

Item ideo dixi « unde [1] quidquid ex ea possidet » etc. quia istud iudicium universale est, ut D. de rei vendicatione l. I. in princ. (D. 6, 1, 1); ideoque universaliter proponi potest etiam non expressis rebus aliquibus singulariter, ut D. si pars hereditatis petatur l. I. in princ. et § item si cum (D. 5, 4, 1 et § 4). Quod probatur ex eo quia, etsi post litem contestatam aliquas res hereditarias incipiat possidere reus, tamen in condempnationem debent venire, ut D. de petitione hereditatis l. III. (D. 5, 3, 4); nam propter hoc constat quantum quid restitui oporteat, hereditate evicta, ut C. de petitione hereditatis l. I. (C. 3, 31, 1); quia alias, rebus singulariter expressis, frustratoria fieret predicta questio.

Item ideo adieci « pro solido » quia istud exprimendum est utrum [2] pro solido, an pro parte et pro quota parte se dicat heredem, nisi forte sit ei impossibile dicere de quota portione, propter incertum rei eventum, ut D. si pars hereditatis petatur l. I. § fin. (D. 5, 4, § 5).

Formatur autem libellus recte contra eum qui possidet pro herede vel pro possessore, sive totam hereditatem, sive partem hereditatis, sive etiam rem unicam hereditariam possideat [3], ut D. de petitione hereditatis l. regulariter, et l. licet (D. 5, 3, 9 et 10). Nec curo hic recitare opinionem an teneatur ad totam hereditatem qui unicam rem hereditatis possidet, an ad id solum quod possidet; quia, quidquid dicatur, eadem est forma libelli: illa [4] opinio plene refertur, ut D. si pars hereditatis petatur l. I. § si. (D. 5, 4, 1 § 2) secundum Iohannem. Qualiter autem sunt accipienda hec verba « pro herede, vel pro possessore » dic ut notari solet C. de petitione hereditatis l. cogi (C. 3, 31, 11).

Unum tamen expedit hic inquirere: quare magis detur ei vendicatio contra titulo possidentem, quam petitio hereditatis [5], nisi in casibus, ut notari potest [6] D. de petitione hereditatis l. nec ullam (D. 5, 3, 13); unde si deberet dari hereditatis petitio contra titulo possidentem, interdum de facili advocaret eam non dominus a vero domino, quod esset iniquum.

Oportet autem quem probare, ut vincat hoc iudicio, hereditatem sibi quesitam per se, vel per alium qui est in eius potestate, vel cui ipse successit ex testamento vel ab intestato, ut D. de petitione hereditatis l. I, II et III (D. 5, 3, 1 et 2 et 3). Sed et unum interdum vidi de facto inquiri, quia intentaverat quis petitionem hereditatis contra possidentem quoddam [7] predium hereditarium; sed possessor probaverat heredem habuisse aliquo tempore post mortem defuncti possessionem eiusdem predii, licet postea ita ad se pervenerit. Unde querebatur an deberet absolvi ab hac actione, prima facie. Videbatur Placentino quod non, nam constabat [8] eum heredem et rem illam fuisse in hereditate tempore mortis defuncti; ideoque restituendam hoc iuditio, ut supra probatum est. Potius tamen videtur eum absolvendum, cum aliquo iure quod a [9] se incipit [10] possit rem recuperare. Et est argumentum D. de petitione hereditatis quod si in diem § sed si negotium, et l. non tantum § quod si [11] pro emptore (D. 5, 3, 16 § 3 in m., et 19 § 1).

XIX. De finium regundorum.

Hic notandum est quod [12] propter varias causas competit hoc iudicium [13]; vel quia peto ut inter agrum meum et tuum ponantur termini, cum non sint ibi aliqui, et inter nos fit contentio de proprietate in loco finium: et tunc ita libellus erit concipiendus: « Vobis, domine H. potestas Bononie, conqueror ego A. de B. cum cuius predio habeo predium meum confine. Que predia posita sunt in tali loco, et cet. Unde peto quatenus predictis agris terminos imponatis secundum quod cuiusque [14] predii dominium extenditur, ut res commodius et evidentius distingui possint [15], proposito iudicio finium regundorum ».

Ideo autem tractavi de prediis, quia hoc iudicium non pertinet nisi ad loca rustica, ut D. eod. l. II, primo resp., et l. IV § [16] hoc iudicium (D. 10, 1, 2 et 4 § 10). Item ideo dixi « secundum quod cuiusque predii dominium extenditur » et cet. ut iudex de proprietate cognoscat et cuilibet suam proprietatem salvam faciat. Nam in huius iudicii controversia questio proprietatis coheret, ut C. finium regundorum l. si quis super (C. 3, 39, 3); et D. eod. l. I, et l. de modo (D. 10, 1, 1 et 7). Item ideo subieci « ut res commodius et evidentius distingui possint [17] » quia interdum, licet terra sit utriusque predii, recte [18] tamen non in vero confinio, sed in parte alterius agi potest, et [19] erunt fines imponendi, puta: si videat iudex quod si ibi [20] ponerentur termini ubi sunt fines, de facili possent litigantes pervenire ad rixas, quo casu facienda erit adiudicatio partis fundi unius alteri, et in extimatione eius sequenda condempnatio, ut Inst. [21] de officio iudicis § si [22] finium, in princ. (I. 4, 17 § 6).

Oritur controversia sic: puta quia ego dico lapidem illum qui magis est intra predium tuum esse in proprietate mea; et tu contra dicis de alio qui magis intra meum extenditur. Et tunc ita recte concipietur libellus: « Vobis, domine G. potestas Bononie, conqueror ego C. de Q. qui confines et terminos positos inter meum et agrum suum qui sunt in tali loco, non servat, sed de eis controversiam mihi reffert

---

1 *Cod.* ut. — 2 *Cod.* autem. — 3 *Cod. om.* possideat. — 4 *Cod. add.* ratio. — 5 *Cod. add.* que non. — 6 *Cod. add.* ut. 7 *Cod.* quidem. — 8 *Cod.* constabit. — 9 *Cod.* ad. — 10 *Cod. add.* et. — 11 *Cod. om.* si. — 12 *Cod.* quia. — 13 *Cod.* iudicio. — 14 *Cod.* eatusque. — 15 *Cod.* poterit. — 16 *Cod.* et I. — 17 *Cod.* poterit. — 18 *Cod.* victa. — 19 *Cod.* potius, *om.* et. — 20 *Cod.* sibi. — 21 *Cod.* in D. — 22 *Cod. om.* si.

Source : BIU Cujas

et ultra eos possessione mea in tam..... » ..... [1] monumenta sequenda que fuerunt illa, ut probatum erit, nisi apparuerint aliter noviter instituta, ut D. finium regundorum l. in finalibus (D. 10, 1, 11); et C. eod. l. III (C. 3, 39, 1).

Vel interdum competit hoc iudicium quia habet reus [2] lapides finales deiectos, sive subreptos, vel incisos; quo casu et certa pena L. aureorum pro singulis terminis ex lege agraria peti potest, ut D. de termino moto l. fin. in princ. (D. 47, 21, 3). Et secundum hoc ita proponitur libellus: « Conqueror ego de B. qui lapides finales subripuit sive deiecit, sive incidit, sive eorum faciem obscuravit, positos inter predium meum et suum qui sunt in tali loco. Unde peto eos in suo loco reponi, vel in sua forma restitui; et insuper penam lege Agraria [3], sive actione in factum ex lege Agraria » vel dic « condictione ex lege Agraria ». Probantur hec in Inst. de officio iudicis § si finium (I. 4, 17 § 6) ibi « eo quoque nomine » et cet.; et D. finium regundorum l. III § si dicantur (D. 10, 1, 4 § 4); D. de termino moto l. fin. in princ. et in fine (D. 47, 21, 3). Vel dic quod, licet unum iudicium non tollat alterum, ut ibi, non tamen dictabitur utrumque simul, ut D. de publicis iudiciis l. interdum (D. 48, 1, 4). Et sic oportet libellum separatim super eo proponi.

XX. Familie herciscunde.

Super hac erit ita formandus libellus: « Conqueror ego A. de B. qui hereditatem quondam Titii habet mecum equaliter communem, mihi et ei equaliter delatam ex successione eiusdem Titii, nec in eius divisione consentit; unde eius divisionem inter me et eum fieri peto, habita ratione fructuum et dampnorum illatorum ab eo in hereditate predicta et totius cause, proposito iudicio familie herciscunde ».

Ideo de hereditate dixi nec aliter res expressi singulariter, quia hoc iudicium universale est, et nonnisi pro universitate competit, ut pro hereditate, que est successio in universum ius quod defunctus habuit, ut D. de regulis iuris l. hereditas (D. 50, 17, 62). Sicque etiam non competit nisi his qui sunt heredes directo vel utiliter, ut D. familie herciscunde l. II et l. sed et eius § I (D. 10, 2, 2 et 24 § 1); et Inst. de actionibus § quedam (I. 4, 6 § 20). Item quod sequitur « habet mecum equaliter communem » et cet. ideo dixi quia, nisi proponatur communis, non competit; nam pro his tantum inductum est qui a communione discedere volunt, ut D. familie herciscunde l. I in princ. (D. 10, 2, 1). Nec tamen in eo [4] quod dixi « equaliter » ulla vis facienda est, quia pro quacumque quota portione hereditatis indivisa recte intentatur, ut D. eod. l. II § si quarto et § dubitandum (D. 10, 2, 2 § 1 § 4).

Item quod sequitur « nec in eius divisione consentit » et cet. ideo dixi quia si de plano consentiret, frustra intentaretur, cum omnia iudicia sint absolutoria, ut Inst. de perpetuis et temporalibus actionibus § fin. (I. 4, 12 § 2). Item quod dixi « habita ratione fructuum » et cet. ideo dixi quia in hoc iudicio habetur ratio omnium predictorum, ut Inst. de officio iudicis § si familie (I. 4, 17 § 4). Item ideo dixi « proposito iudicio familie herciscunde » quia non aliter hec divisio expediri potest, ut D. familie herciscunde l. fundus qui § si ego (D. 10, 2, 51 § 1).

XXI. De communi dividundo.

Hoc iudicium pro variis causis competit et variis personis; ideoque et pluribus modis variis concipitur libellus super eo. Ecce uno modo sic, cum communi dividundo pro divisione rei communis intenditur, quia principaliter ad hoc inductum est, ut D. eod. l. I, in princ., et l. per hoc, in princ. (D. 10, 3, 1 et 4); et Inst. de actionibus § quedam, in fine (I. 4, 6 § 20). « Vobis G., potestas Bononie, conqueror ego P. de A. cum quo habeo domum talem [5] communem nec in eius divisione consentit, unde eius divisionem inter me et ipsum fieri peto, quia nolo esse cum eo amplius in communione, proposito iudicio communi dividundo ». Et hoc [6] cum res communis de qua agitur commodam recipit divisionem; alias non esset petenda divisio, nec facienda per iudicem, ut D. eod. l. communi dividundo (D. 10, 3, 1).

XXII. De certi conditione generali.

Hec actio generalis est. Competit enim ex omni causa et ex omni obligatione ex qua certum petitur, ut D. si certum petatur l. certi conditio, in princ. et § quoniam (D. 12, 1, 9 § 3). Concipitur ergo libellus super ea secundum varietatem causarum et contractuum ex quibus ipsa descendit, et proponitur: verbi gratia: « Conqueror de B. qui extitit heres Sempronio qui mihi legavit fundum Bodrianum » vel « equum, quidem brunum, habentem stellam in fronte [7] et pedes sanguineos » vel aliud quid simile « a quo peto id mihi dari, proposita certi condictione. » Vel sic: « qui dampnum mihi dedit in C. libris, incidendo segetes meas tales, vel occidendo equum meum sive servum meum talem. A quo peto predictum mihi dampnum emendari, proposita actione certi. » Quod autem ex predictis causis competit hec actio, lex predicta probat § competit (D. 12, 1, 9 § 1). Et nota

---

[1] *Locus corruptus; certe nonnulla desunt.* — [2] *Cod.* proponitur (!). — [3] *Cod.* Aurelia. — [4] *Cod. om.* in eo. — [5] *Cod. ins.* et cum. — [6] *Cod.* hec. — [7] *Cod.* sponte.

Source : BIU Cujas

quia ideo insigna rerum adieci ut ostenderet certum fore quod peteretur; nam alioquin cessat hec actio. Unde si fundus vel equus vel quid simile debetur in genere, vel ex causa legati vel alia, non posset peti hac actione, cum id esset incertum, ut D. de verborum obligationibus l. ubi autem non apparet, in princ. (D. 45, 1, 75); et Inst. de verborum obligationibus in princ. (I. 3, 16 pr.). Vel dic, quod forte videtur verius secundum Iohannem, quia et recte tunc intentabitur certi condictio; nam, licet equi vel fundi vel hominis in genere debiti non appareat certa qualitas; patet tamen, et certum est quid sit in obligatione. Nam si aliter diceres, nec pro mutuo dari posset hec certi condictio: quod falsum est. Tantum ibi constat quia licet sit certum quid sit in obligatione, est tamen incertum de qualitate eius. Nam nec aliter potest illud intelligi quod condictio competit [1] pro re legata, nisi cum esset legata in genere; nam etsi in specie, aut erat in bonis [2] testatoris; et tunc constat condictionem dari non posse [3], cum eius dominium pertineat ad legatarium ab adita hereditate, ut D. de furtis l. a Titio (D. 47, 2, 64); et sic non potest eam condicere, nisi a fure, ut D. ususfructuarius quemadmadum caveat l. ult. in fine (D. 7, 9, 12); et Inst. de actionibus § sic itaque discretis (I. 4, 6 § 14); aut erat aliena, et tunc non condicitur [4] ab herede, quia nec teneretur [5] dare sive accipientis facere. Non hec de mutuo. Vel dic contrarium: quod magis placet secundum Azonem [6]; quia ad hoc ut quid certum sit, requiruntur ista tria, scilicet: quod, quale, quantumque sit quod petitur, ut D. si certum petatur l. certum (D. 12, 1, 6); et D. de verborum obligationibus l. stipulationum et l. seq., in princ. (D. 45, 1, 5 et 6). Nec obstat quod de mutuo proponitur; quia omnia certa sunt, scilicet « quantum », et hoc patet; item quid sit: quia bononini, sive veronenses, vel frumentum, sive ordeum, vel oleum, vel quid simile, quod numero, vel pondere, vel mensura consistat; item quale sit: nam tale debet esse et eiusdem generis et bonitatis quale fuit aliud quod mutuo datum fuit, ut D. si certum petatur l. II in princ. (D. 12, 1, 2). Unde dic in eum dari condictionem certi ex causa legati, vel cum legatum erat in genere, expressa qualitate et quantitate, vel cum res aliena erat, mihi persone coniuncte legata vel cuicumque alii ex certa scientia defuncti, ut certum sit ipsam deberi, vel extimationem eius, ut D. de legatis III l. non dubium (D. 32, 1, 14). Vel dic quod poterit peti certi condictione nomen a testatore [7] legatum, cum illud certum sit: quod probatur ex eo quod sequitur in eo § competit (D. 12, 1, 9 § 1); scilicet quia datur contra debitorem hereditatis ex Trebelliano senatusconsulto, licet et competat utilis actio ex legato nominis, ut C. de legatis l. ex legato (C. 6, 37, 18).

Super hac autem actione queri solet an possit hec actio dari pro interesse, sicut [8] est in omnibus obligationibus faciendi in quibus venerit interesse prestandum, ut D. de re iudicata l. si quis ab alio § fin. (D. 42, 1, 13 § 1). Et quidem videtur quod non; primo quia interesse incertum est a principio cum petitur; unde propter hoc datur actio prescriptis verbis incerta, ut C. de prescriptis verbis l. rebus (C. 4, 64, 6). Immo, quod plus est, lex dicit expressim actionem incerti dari pro interesse, ut D. si quis in ius vocatus non ierit l. fin. (D. 2, 5, 3). Nostri tamen preceptores dixerunt contrarium. Quod magis placet, scilicet ut pro incerto competat. Nec obstant superiores leges que denotant quod [9] actiones incerti competunt; sed quia competunt ex stipulatione que incertum continet, idest interesse, a principio, quod tamen certum est [10], faciedum est in libello, ut C. de episcopis et clericis auth. generaliter (C. 1, 3, 25 auth. 2); et preterea faciendum est [11] certum in sententia, ut Inst. de actionibus § curare (I. 4, 6 § 32); licet plerumque difficilis sit probatio interesse, ut D. de pretoriis stipulationibus l. fin. (D. 46, 5, 9).

Sed adhuc videtur querendum: Ecce, tu dicis hanc actionem competere ex omni causa, et ex omni obligatione. Quid ergo, si petam rem commodatam vel depositam mihi restitui? Respondeo quia tunc non competit; quia quod dicit lex certi conditio (D. 12, 1, 9) temperandum est, quamquam universaliter proponatur, nam competit ex omni obligatione et ex omni contractu ex qua certum petitur, subaudi « dari » non « restitui »; nam natura conditionum hec est, ut quid dari per eas oporteat, ut Inst. de actionibus § sic itaque, et § appellamus (I. 4, 6 § 14 et § 15); depositum autem aut commodatum mihi dari non potest, cum id quod meum sit amplius quam semel meum fieri non possit, ut D. de exceptione rei iudicate (D. 44, 2); et alibi dicitur: quod meum est, ex alia causa meum esse non potest, nisi desierit esse meum; nisi diceres eam competere in illis casibus ad interesse; ad quod dari potest, ut supra notavi.

Sed quid dices si res illa commodata sit aliena? Respondeo: Idem, quia et natura horum contractuum depositi et commodati et similium non est ut quid mihi detur, sed ut quid mihi restituatur.

Sed quid dices si possessionem eius rei mihi interverteretur? quod potuit fieri [12] aliqua causa accedente extrinsecus, ut notavi C. de adquirenda possessione l. cum nemo (C. 7, 32, 5)..... [13]

Illud autem non ommitto hic inquirendum quare sit inducta hec actio, cum semper sic videatur com-

---

[1] *Cod.* constat. — [2] *Cod. om.* bonis. — [3] *Cod. om.* dari non posse. — [4] *Cod.* condictione. — [5] *Cod.* teneret. — [6] *Cod.* Az. — [7] *Cod.* testare. — [8] *Cod.* sic. — [9] *Cod. om.* quod. — [10] *Cod. om.* est. — [11] *Cod. om.* est. — [12] *Cod. om.* fieri. — [13] *Responsio in Cod. desideratur.*

Source : BIU Cujas

petere, cum et alie speciales actiones competunt, ut ex testamento, actio legis Aquilie, ex vendito; vel alia deficiente, puta conventione interposita ex causa donationis, ex qua nulla datur actio, secundum vetera iura. Quod non placet, quia olim nec competebat ista nec [1] alia; item quia hodie competit condictio ex lege, ut C. de donationibus l. si quis argentum § sin [2] autem hoc [3] minime (C. 8, 54, 35 § 5); ex quo ostenditur nullam aliam superfuisse, ut D. de condictione ex lege l. I (D. 13, 2, 1). Vel dic quia hodie necessaria est ex causa permutationis, scilicet ex qua nulla datur actio, nisi re secuta, vel stipulatione interposita, ut C. de rerum permutatione l. ex placito (C. 4, 64, 3). Sed nec illud placet; quia cum ibi pactum nudum intersit, nulla potest dari actio, et sic nec certi condictio, ut C. de pactis l. legem (C. 2, 3, 10); et D. de pactis l. iuris gentium (D. 2, 14, 7).

Sed dic quod non sequitur, nam quamquam sunt ambe generales, habent se tamen ut excedentia et excessa; nam hec datur etiam pro pecunia numerata, pro qua illa dari non potest; item illa datur pro servitute et usufructu, pro quibus hec dari non posset, ut et predicta lege D. de triticaria l. I (D. 13, 3, 1); et D. de verborum obligationibus l. ubi autem non apparet § fundi (D. 45, 1, 75 § 3).

XXIII. De certi condictione speciali que competit pro mutuo.

In hac actione notandum est in primis quia datur alicui hec actio, vel quia ipse suo nomine mutuavit [4]; et tunc ita recte concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., a quo peto mihi restitui C. lib. bon. quas ei mutuavi, proposita certi condictione de mutuo ». Et hoc probatur Inst. quibus modis re contrahitur obligatio I resp. (I. 3, 15 pr.). Vel datur quia alterius nomine mutuavit; nam ex hoc contractu specialiter receptum est quod alteri per alterum acquiritur actio, ut D. si certum petatur l. certi condictio § penult. (D. 12, 1, 9 § 8); et tunc ita concipitur: « Conqueror ego A. de B., a quo peto mihi restitui C. lib. bon. quas Titius ei mutuavit meo nomine ». Vel datur quia ipse alterius nomine absentis mutuaverat pecuniam que erat ipsius absentis, cum ille postea id non aprobet, ut C. si certum petatur l. si [5] absentis (C. 4, 2, 4); tunc ita dices: « Conqueror ego A. de B. cui mutuavi C. lib. bon. nomine Titii; unde cum Titius id non aprobet, peto illas mihi restitui ».

Sed in isto casu [6], quomodo poterit ei dari hec condictio de mutuo, cum nec mutuum fuerit, quia pecunia sua non erat, sed eius cuius nomine mutuaverat, sicque non fuerit mutuum, ut D. si certum petatur l. II (D, 12, 1, 2 § 2)? Respondeo hoc esse intelligendum post pecuniam consumptam, quia cousumptione reconciliatur mutuum, quod a principio nullum fuerat, ut D. si certum petutur l. nam et si fur (D. 12, 1, 13); vel utiliter competit, ne alias ille locupleteretur cum iactura illius, quod esset contra naturalem equitatem, ut D. de regulis iuris l. iure nature (D. 50, 17, 206); et D. de condictione indebiti l. nam hoc natura (D. 12, 6, 14).

XXIV. De condictione triticaria.

Hec condictio, tamquam generalissima, pro qualibet re competit, excepta pecunia numerata, ut nomen rei largissime accipias, scilicet pro qualibet re corporali et incorporali, ut alias D. de verborum significatione l. rei appellatione (D. 50, 16, 72); et Inst. de rebus corporalibus et incorporalibus (I. 2, 2). Igitur poterit intentari pro quacumque re mobili: et tunc concipietur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui promisit mihi equum talem; unde peto quod predictum equum mihi det, tradat, proposita condictione triticaria ». Eodem modo etiam concipi potest dum petitur res immobilis. Sed circa hoc quod de legato dixi videtur instandum; quia ita demum competit hec actio si res pro qua proponitur actoris non sit, quia rem suam nemo potest condicere, nisi a fure, vel violento possessore, ut D. eod. l. I. § fin. (D. 13, 3, 1 § 1). Sed nonne actor, qui petit rem legatam, petit rem suam [7], cum ab adita hereditate transeat legatum in legatarium, ut D. de furtis l. a Titio (D. 47, 2, 64)? Respondeo quia tunc datur hec actio non ut condicat dominium quod habet, sed possessionem quam non habet, namque sola possessio [8] competit, ut D. eod. l. II in fine (D. 13, 3, 2); et D. de condictione indebiti l. indebiti (D. 12, 6, 15). Item quod [9] pro re legata detur condictio expressim probatur D. si certum petatur l. certi conditio (D. 12, 1, 9) in principio.

XXV. De condictione ob causam.

Hec condictio locum habet in contractu innominato do ut des; et tunc ita recte concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui tradidi Codicem meum eo quod convenit mihi dare Digestum suum pro dicto Codice meo; unde, cum cessavit mihi dare predictum Digestum, peto ut mihi restituat predictum Codicem meum, proposita condictione ob causam. »

Item locum habet in contractu innominato do ut facias. Tunc [10] ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui dedi servum meum ut manumitte-

---

[1] *Cod.* vel. — [2] *Cod.* post. — [3] *Cod. om.* hoc. — [4] *Cod.* mutavit. — [5] *Cod. om.* si. — [6] *Cod. om.* casu. — [7] *Cod.* sententiam. — [8] *Cod.* possessione. — [9] *Cod. om.* quod. — [10] *Cod.* nunc.

Source : BIU Cujas

ret; unde, cum non implevit quod convenit, scilicet quia non manumisit, peto ut predictum servum mihi restituat ». Vel sic: « cui dedi pecuniam, puta X, ut Stichum servum suum manumitteret; unde, cum non implevit quod convenit, id [1] peto, proposita condictione ob causam ». D. eod. [2] l. III § I, et l. si pecuniam (D. 12, 4, 3 § 1 et 5).

XXVI. De condictione ob turpem causam.

In hac condictione sciendum est quia quotiens aliquid tibi do aliqua causa propter quam turpitudo versatur ex parte tua [3] tantum, ita recte libellus concipitur: « Conqueror ego A. de B. cui dedi C. lib. ne committeret homicidium vel furtum » vel: « ut mihi redderet Codicem meum quem ei commodaveram, vel quem apud eum deposueram; unde, cum turpiter fecerit quia a me ex predicta causa acceperat, peto dictam pecuniam mihi restitui, proposita condictione ob turpem causam », ut D. de condictione ob turpem causam l. I § I (D. 12, 5, 1 § 1).

Si autem versaretur turpitudo ex parte utriusque, vel dantis tantum, certum esset hanc actionem deficere, ut D. eod. l. ubi, et l. seq. § quotiens (D. 12, 5, 3 et 4 § 2).

XXVII. De condictione indebiti.

Super hac autem actione libellus ita concipitur: « Conqueror ego A. de B., a quo peto C. lib. bon. mihi restitui, quas [4] solvi ei indebite, proposita condictione indebiti ». Et hoc cum solvi pecuniam propriam. Si autem solvi alienam, dicam sic: « a quo peto possessionem C. librarum, quas [5] solvi ei indebite, mihi restitui ». Tunc enim tantum iure possessionis datur condictio, ut D. de condictione indebiti l. indebiti [6] § 1 (D. 12, 6, 15 § 1). Item sic: « a quo peto fundum Sempronianum mihi restitui, quem indebite ei dedi; item tantum, scilicet [7] C., nomine fructuum quos percepit ex isto fundo ». Qui fundus et fructus [8] veniunt in hoc iudicio, ut in predicta lege in princ. (D. 12, 6, 15).

XXVIII. De condictione furtiva.

« Vobis, domine H. [9], Bononie potestas, conqueror ego A. de B. qui subripuit mihi equum meum, vel librum meum talem et cet. quem peto mihi ab eo restitui, proposita condictione furtiva ». Vincam autem propter duo in hoc iudicio, idest si probavero eum furtum fecisse, quia nec aliter posset dari hec actio, nisi fur esset vel furis heres, adeo quod si furi operam prestiterit, non tamen teneatur hac actione, ut D. eod. l. ex furtiva, et l. proinde (D. 13, 1, 5 et 6). Quid ergo si fur [10] appareat non solvendo; numquid tunc tenebitur qui operam prestitit? Respondeo: Utique, ut D. [11] de peculio l. peculii [12] § si [13] opem (D. 15, 1, 4 § 4). Item secundo oportet me probare scilicet quod sim dominus rei furtive, ut D. eod. l. in rem furtivam (D. 13, 1, 8); vel saltem heres domini, cui subreptum fuerat, ut D. eod. l. sed nec (D. 13, 1, 11).

Sed numquid pro domino hic habebitur emphiteota, pheudatarius, ususfructuarius et similes? Respondeo: Minime, ut D. ad Senatus consultum Silanianum l. I § 1 (D. 29, 5, 1 § 1).

Sed quid in fure possidente cui postea res subrepta est, numquid ei dabitur? Respondeo: Non, ut argumentum D. de furtis l. itaque fullo (D. 47, 2, 12); vel forte illud fallit in casu, ut D. de furtis l. qui vas § si ego (D. 47, 2, 48 § 4). Et hec que dixi vera sunt quando constat rem existere penes furem, vel eius heredem. Si autem constat eam periisse (culpa vel sine culpa non curo, quia semper dicitur esse in mora) durat condictio estimationis eius [14], ut D. eod. l. in rem § si ex causa (D. 13, 1, 8 § 1).

XXIX. De condictione sine causa.

Notandum est hanc condictionem generalem esse, ut concurrere possit cum condictione indebiti; puta cum aliquid solvo indebite et repeto; quod possum etiam [15] per condictionem sine causa. Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui solvi X lib. bon. indebite; unde quia sine causa iusta sunt penes eum, peto eas mihi restitui, proposita condictione sine causa ». Item ut possit concurrere cum conditione ob causam, puta cum causa [16] per quam dedi secuta non est; et tunc similiter evidens est libelli conceptio. Et probatur hoc D. de condictione sine causa l. I in princ. § I (D. 12, 7, 1 § 1).

Sed quero quid proficit hoc dicere? nonne sufficiunt alie actiones prodite [17]? Respondeo quia proficere potest ut interdum magis expediat proponere hanc actionem quam illas. Cum enim pretendo me solvisse indebitum, presumptio facit pro eo, ut oporteat me probare quod indebitum solvi [18], ut D. de probationibus l. cum de [19] indebito § si vero (D. XXII, 3, 25 in m.). Sic et cum dico me solvisse ob causam et eam non secutam, presumptio est pro eo qui accepit, si forte dicat sibi solutum ex causa donationis, nam in eo quod confiteor me solvisse ob causam pre-

---

[1] *Cod. om.* unde cum non implevit quod convenit id. — [2] *Cod. om.* D. eod. — [3] *Cod.* sua. — [4] *Cod.* quos. — [5] *Cod.* quos. — [6] *Cod. om.* indebiti. — [7] *Cod.* et. — [8] *Cod.* partus. — [9] *Cod. om.* H. — [10] *Cod.* non. — [11] *Cod.* S. — [12] *Cod.* peculio. — [13] *Cod.* sed in. — [14] *Cod. om.* durat condictio estimationis eius; *supplevi ex Digestis.* — [15] *Cod. om.* etiam. — [16] *Cod.* causam. — [17] *Cod.* predicte. — [18] *Cod.* solverim. — [19] *Cod. om.* de.

Source : BIU Cujas

iudicandum est mihi, quia contra me est, ut D. de interrogatoriis actionibus l. de etate § I (D. 11, 1, 11).

XXX. De condictione ex lege.

Hic nota omnia exempla que alibi sunt notata secundum Iohannem, et in singulis diverse sunt libellorum conceptiones, ut ecce: si agatur ex pacto donationis: « Conqueror ego A. de B. qui [1] mihi [2] dare [3] convenit ex causa donationis X., que peto ab eo mihi prestari, proposita condictione ex lege ». Vel si donarent speciem, sic: « qui mihi dare [4] convenit ex causa donationis servum meum Stichum »; vel sic: « quod mihi donavit et cet. [5]; unde peto quod eum mihi det et tradat, proposita condictione ex lege ».

Ideo dixi « quod mihi dare [6] convenit ex causa donationis » sive « quod mihi donavit » quia si non donasset, sed simpliciter convenisset donare, non dicerem tunc dari hanc actionem, quia tunc non videretur donatio sed conventio de donando, que, cum simplex et nuda sit, non inducit [7] actionem, ut D. de pactis l. iuris gentium § sed cum nulla (D. 2, 14, 7 § 4).

Est et alius casus in quo datur hec actio, puta cum quis nudo pacto convenit mihi dare C. nomine salarii pro advocatione, ut C. de suffragio l. I (C. 4, 3, 1). Sed [8] potius tunc videtur fuisse locatio et conductio, que non nudo, sed [9] solo consensu contrahitur, ut D. de pactis l. iuris gentium (D. 2, 14, 7 § 1); sicque debet deficere hec actio, superstite actione ex locato, vel ex conducto, ut D. de conditione ex lege (D. 13, 2). Respondeo: Non [10], cum in talibus, propter laudabile advocationis ministerium, non sit locatio vel conductio, quia et opera que prestatur [11] loco benefitii impartitur [12]; et quod ob remunerandum datur non merces sed honorarium appellatur, ut argumentum D. si mensor falsum modum dixerit l. I § I (D. 11, 6, 1 § 9). Et tunc sic concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui mihi convenit dare C. lib. bon. nomine salarii pro patrocinio quod ei conveni prestare in causa tali et cet.; unde peto ut eas mihi prestet ».

Et est etiam tertius, puta cum ego possessor hereditatis solvi creditoribus hereditariis, et postea is qui [13] non erat verus heres evicit a me hereditatem tamquam heres, quo casu dabitur mihi contra eum condictio ex lege, ut C. de petitione hereditatis l. fin. § quod si petitor (C. 3, 31, 12 § 1 in f.); nam si fuisset verus heres, daretur actio negotiorum gestorum, et cessaret hec, ut in predicta lege. Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui quasi heres, cum non esset, evicit a me hereditatem Sempronii; nomine cuius hereditatis solvi creditoribus hereditariis C. que peto ab eo mihi restitui, proposita condictione ex lege ».

Est et quartus casus, puta cum ego solvi legatario, facto inventario; deinde creditores hereditarii, hereditate non existente solvendo, conveniunt legatarios et advocant [14] ab eis quod eis solutum est, cum iam desierit exstare; nam, si extaret, satis esset eis consultum per ypotecariam vel per condictionem indebiti, ut C. de iure deliberandi l. fin. § sin [15] autem a [16] locis (C. 6, 30, 22 § 3). Et tunc ita: « Conqueror ego A., creditor Sempronii quondam, cui Titius extitit heres; qui, facto inventario, hereditate existente non solvendo, solvit Mevio [17] X., que dictus Sempronius ei legaverat, nullo mihi soluto de eodem Mevio, a quo peto tantumdem prestari mihi ab eo, quantum ab herede accepit, cum in ea causa sit ut proprio mihi quod ei in tantumdem debuerit satisfieri, proposita condictione ex lege ».

Est et quintus cum aliquis potuit questionem habere de servo tuo [18] propter crimen adulterii de quo te accusaverit; quo casu, te postea absoluto, dabitur tibi condictio ex lege ad consequendam medietatem extimationis servi mortui vel deteriorati, ut D. ad legem Juliam de adulteriis l. si postulaverit (D. 48, 5, 27 15).

Super hac autem actione bene est ut excutiamus quedam que videntur dubia. Ecce enim dicitur quia quotiens nova lege inducitur aliqua obligatio, non est autem notum quo genere actionis agatur, vel experiamur, datur hec actio, ut D. de condictione ex lege l. I (D. 12, 2, 1).

Item alias dicitur quia quotiens [19] deficit [20] actio, et equitas suadet eam dari, datur utilis actio, ut D. de prescriptis verbis l. quotiens (D. 19, 5, 21); et de extimatoria actione l. 1 (D. 19, 3, 1).

Item alias dicitur, quia quotiens deficiunt usitata et vulgaria nomina actionum, datur prescriptis verbis, ut D. de prescriptis verbis l. II (D. 19, 5, 2).

Item dicitur: quando nulla actio superest, datur actio de dolo, ut. C. de dolo l. II (C. 2, 25, 2).

Item et alias dicitur quotiens nulla actio superest, datur actio quod metus causa, ut D. quod metus causa l. si cum exceptione § in cause (D. 4, 2, 14 § 2).

Item alias idem dicitur de restitutione non in integrum, ut D. de minoribus l. in cause, in princ. (D. 4, 4, 16).

Item alias dicitur idem quod, deficiente alia, datur in factum, ut D. ad legem Aquiliam l. si servum meum (D. 9, 2, 33); et D. de prescriptis verbis l. quia actionum (D. 19, 5, 11); cuius etiam tenor in multis et variis iuris articulis dicitur admissus, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. sancimus (C. 1, 2, 22). Sed ad

---

[1] *Cod. om.* qui. — [2] *Cod.* me. — [3] *Cod. om.* dare. — [4] *Cod. om.* dare. — [5] *Cod. om.* et cet. — [6] *Cod. om.* dare. — [7] *Cod.* inducit. — [8] *Cod. add.* nomine. — [9] *Cod.* et. — [10] *Cod. add.* est. — [11] *Cod.* probetur. — [12] *Cod.* impeditur. — [13] *Cod.* his. — [14] *Cod.* advocent. — [15] *Cod.* est. — [16] *Cod.* in. — [17] *Cod. om.* Mevio — [18] *Cod.* suo. — [19] *Cod.* quod. — [20] *Cod.* defficitur.

Source : BIU Cujas

hec nota glosulam illam « turbatus est quorumdam spiritus » et cet.

XXXI. **Ad [1] exhibendum.**

In [2] hac actione ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., a quo peto equum talem ad me pertinentem iure dominii, vel quasi, mihi exhiberi, et exhibitum restitui, proposita actione ad exhibendum, et rei vendicatione utili vel directa ». Quod quidem recte puto posse admitti, quia hec actio preambula sequentis actionis in rem, et quasi in personam, sive eius auctoritate intenditur [3]. Et sic notari potest in [4] interrogationibus que fiunt [5] interdum propter sequentem actionem: utrum [6], puta, possideat, vel non possideat, vel pro qua parte. Idem puto in petitione hereditatis; nec aliter videtur hoc posse [7] fieri, nisi instituta actione ad exhibendum, que dicitur [8] donari ei qui in rem acturus est, quasi denotet futurum dominii sui [9] tempus; et quia in libello sic ponitur [10], ut dictum est, primo cognoscendum est de hac actione, ut D. eod. l. III [11] § ibidem (D. 10, 40, 3 § 13); et C. de rei vendicatione l. ordinarii (C. 3, 32, 13).

Interdum etiam necessaria est exhibitio quia nec aliter posset intentari rei vendicatio, ut si gemmam meam habes inclusam auro tuo: quo casu naturaliter vendicabo gemmam; sed [12] primo egero [13] ad exhibendum pro gemma, et postea cum [14] exhibita, exclusa de auro, fuerit, rei vendicatione [15], ut D. eod. l. gemma (D. 10, 4, 6) [16].

XXXII. **De actione ex empto.** [17]

In hac autem actione ita potest libellus concipi: « Vobis, domine H., potestas Bononie, conqueror ego A. de B. qui vendidit [18] mihi predium tale et cet.; unde peto ut predictum predium [19] mihi tradat, et confines eius [20] extendat [21], et de evictione caveat, vel rem habere licere, vel interesse mihi prestet, quod facio C., proposita actione ex empto ». De confinibus ideo dixi quia ad hoc tenetur venditor, ut D. de actionibus empti l. Titius (D. 19, 1, 48). Item ideo subieci quod de interesse caveat vel rem habere licere, quia certum est quod ad utrumque [22] hac actione tenetur, ut D. eod. [23] l. ex empto § idem (D. 19, 1, 11 § 8).

Sed et agitur hac actione interdum ad contractum resolvendum; unde dicitur quod hec actio continet redhibitionem, ut D. eod. l. ex empto § redhibitionem (D. 19, 1, 11 § 3). Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui vendidit Bertam ancillam mihi pro virgine, cum esset mulier; ideoque peto dictam venditionem debere rescindi, et pretium quod ei solvi X. mihi restitui », ut D. eod. l. ex empto § si quis virginem (D. 19, 1, 11 § 5).

Sed quid si aliquis vendidit mihi librum eo pacto ut mihi glosaret, vel ut pingeret domum; deinde venditor id non servat? numquid potero distrahere emptionem per hanc actionem ex empto? Respondeo: Utique, si alias empturus non fueram; alias, tantum ad interesse agam, ut C. de rescindenda venditione l. ea condictione (C. 4, 44, 14); et de pactis inter emptorem l. cum te [24] (C. 4, 54, 6); et D. de donationibus l. si cum filius § fin. (D. 39, 5, 2 § 7).

Sed et alius potest notari casus in quo potest agi ad distrahendam emptionem, non tamen precise: puta cum venditor me decepit ultra dimidiam iusti pretii; nam rem, que valebat X, vendidit mihi pro XXI, ut sic videar emisse ultra duplum veri pretii. Vel melius: puta, rem que valebat X vendidit mihi pro XVI: tunc enim V sunt dimidia veri pretii, scilicet X; unde cum dederim [25] VI ultra verum pretium, scilicet XVI [26], bene sequitur me deceptum ultra dimidiam iusti pretii. Et tunc recte contra eum agam [27] hac actione, ut vel recipiat rem venditam et pretium mihi reddat, vel residuum veri pretii, sive superfluum mihi reddat, ut probatur C. de rescindenda venditione l. II (C. 4, 44, 2); et locati et conducti (C. 4, 65).

Hec que diximus vera sunt in actione ex empto. Est et alia actio [28] quanto minoris empturus fuerat: que quidem competit contra venditorem ignorantem vitium rei, puta cum ignorans vendidit servum furem, vel predium tributarium, ut D. de actionibus empti l. Iulianus I resp. (D. 19, 1, 13). Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., qui vendidit mihi servum suum nomine Pamphilum, qui fur est, quem tamen ignorabat [29] furem; unde peto quod tantum mihi prestet, sive restituat, quanto minoris eum empturus fueram [30] si scivissem, scilicet X, quia tanto minoris essem empturus vel fueram ».

Super hac tamen rubrica questionem facti insero satis disputabilem. Quidam, nomine Bertaldus dicebatur vendidisse omnia bona sua Deotesalvi de Salvio pro pretio XXXX librarum; unde dictus Deotesalvi libellum proponebat contra dictum Bertaldum in hunc modum: « Vobis, domine Al. potestas Bononie, conqueror ego A. de B. de tali loco qui mihi convenit

---

1 *Cod.* de. — 2 *Cod.* sub. — 3 *Cod. add.* etiam. — 4 *Cod.* vel. — 5 *Cod.* fuerit. — 6 *Cod.* in omne. — 7 *Cod. om.* aliter videtur hoc posse. — 8 *Cod. om.* ad exhibendum, que dicitur. 9 *Cod.* suum. — 10 *Cod.* propositio — 11 *Cod.* II. — 12 *Cod.* quod si. — 13 *Cod.* egen. — 14 *Cod. om.* postea cum. — 15 *Cod. om.* rei vendicatione. — 16 *Hanc rubricam valde corruptam in Codice ad sensum correxi.* — 17 *Cod.* ento. *Add.* respondeo. —

18 *Cod.*vendit. — 19 *Cod. add.* tale et cet. unde peto ut predictum predium. — 20 *Cod.* eis. — 21 *Scil.* demonstret. — 22 *Cod.* adulterum. — 23 *Cod. om.* eod. — 24 *Cod.* rem. — 25 *Cod. add.* et. — 26 *Cod.* X. — 27 *Cod. add.* contra. — 28 *Cod. om.* est et alia actio. — 29 *Cod.* ignorabam — 30 *Cod. om.* fueram.

Source : BIU Cujas

dare et tradere omnia bona sua, exceptatis pannis de dorso, pro pretio XXXX librarum bon.; unde peto ut omnia predicta mihi det et tradat, et ut mihi cartam venditionis faciat, et de interesse caveat, et de restituendo mihi [1] quod ad eum quandocumque, occasione predictorum bonorum, pervenerit, habita etiam ratione de interesse et omnis cause, quod facio XXX libras ». Demum, lite contestata et causa diligenter examinata, condempnatus fuit Bertaldus ad interesse XXX librarum et absolutus a ceteris petitionibus. Demum Bertaldus appellavit, et quia tempore disputationum in causa appellationis obtulit traditionem rerum, sub quadam tali protestatione: « Protestor ego Bertaldus sententiam latam contra me iniustam debere pronuntiari et me deberi absolvi; sed si vobis videbitur me esse in ea causa ut debeam condempnari, id peto potius ut [2] debeam condempnari in prestatione rerum quam in interesse, si in ea causa debeam subcumbere », iudex appellationis condempnavit eundem in traditionem rerum et ideo pronuntiavit sententiam latam iniustam, et sic absolvit Bertaldum ab interesse et in cautionibus exponendis. Demum appellatum fuerat ab utroque, scilicet a Bertaldo et a Deotesalvi; unde urgens disputatio orta est: primo, an teneat intemptatio proposita; secundo, an iusta fuerit prima sententia [3]; nam tertio queritur an secunda iusta sententia fuerit; quarto queritur pro quo proferenda sit sententia a iudice appellationis, ad quem secundo est appellatum pro actore, scilicet Deotesalvi. Hec proponuntur: Constat quod Bertaldus convenit tradere bona sua Deotesalvi: hec pro supradicto pretio, ut probatur per V testes; igitur fuit emptio et venditio; quia talis contractus solo consensu perficitur, ut Inst. de obligationibus ex consensu (I. 3, 23); et de contrahenda emptione in princ. (I. 3, 24). Item quod teneatur cartam venditionis facere probatur quia hoc consuetudinis est, scilicet cartas fieri pro tam magnis venditionibus, ut argumentum D. de edilitio edicto l. quod si nolit § quia [4] assidua (D. 21, 1, 31 § 20). Item quia hoc tacite agebatur inter partes, ostenditur; sicque pro cauto habendum est, ut D. si certum petatur l. cum quid (D. 12, 1, 3). Item quod teneatur de evictione cavere probatur D. de contrahenda emptione l. in vendendo (D. 18, 1, 66); et D. de evictionibus l. emptori, in princ. (D. 21, 2, 37). Item quod teneatur restituere quod ad eum pervenit occasione predictorum bonorum probatur ex eo quod in hereditate vendita dicitur, ut D. de hereditate vel actione vendita l. II § I, et l. venditor (D. 18, 4, 2 § 1 et 21).

[1] *Cod.* emere. — [2] *Cod. om.* ut. — [3] *Cod.* secunda. — [4] *Cod. om.* quia. — [5] *Cod. add.* de actione. — [6] *Cod. add.* ex locato. — [7] *Cod. add.* pre. — [8] *Cod.* ut secunda. — [9] *Cod.* stabo. — [10] *Cod. add.* ut. — [11] *Cod.* ut libertatis. — [12] *Cod. add.* pro X. — [13] *Cod.* C. — [14] *Cod.* si per te. — [15] *Cod.* solvendum. — [16] *Cod. add.* vero. — [17] *Cod.* civilibus. — [18] *Cod.* socios.

XXXIII. **De actione [5] ex vendito.** [6]

Hec actio principaliter est inducta gratia pretii consequendi, et tunc sic concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui vendidi domum meam pro pretio X librarum bon.; unde peto dictum pretium mihi prestari et usuras carentes a tempore more ». Quod autem [7] pretium et eius usuras [8] ex mora veniant in hac actione, probatur D. eod. l. ex empto § emptor (D. 19, 1, 11 § 2); et C. eod. tit. l. fructus § I (C. 4, 49, 13 § 1). Certe et interdum debentur usure ex quasi mora; puta cum venditor tradidit mihi rem ex qua fructus percepi vel percipere potui; tunc enim debeo [9] usuras ei ratione equalitatis servande, ut D. eod. l. Julianus § veniunt (D. 19, 1, 13 § 20); et C. eod. tit. l. curabit (C. 4, 49, 5). Si autem rem non tradidisset, nec [10] usuras esigere potuisset, ut D. de usuris l. liberalitatis [11] § I (D. 22, 1, 16 § 1).

Sed quid si a te petierim rem venditam mihi tradi cum fructibus, pretio tibi oblato ? numquid tu poteris postulare tempore sententie quod ego tibi condempner ad usuras [12] ? Non, ut C. de usuris l. II (C. 6, 47, 2); nam et sola oblatio cursum usurarum incipiendum impedit, ut D. [13] de usuris l. paratum [14] (D. 22, 1, 47); nam perinde est ac si precium tibi solvi [15], cum non per me, sed per te steterit, ut argumentum D. locati et conducti l. qui operas (D. 19, 2, 38); et D. de conditionibus et demonstrationibus l. iure civili (D. 35, 1, 24). Sed quid si obtuli ? Respondeo, ut tunc servetur predicta equitas, usuras deberi, cum et fructus consequar; licet quidam distinxerunt utrum emptor per se capiat fructus: et tunc tenetur ad usuras; an vero per alium: tunc non tenetur, nisi a tempore traditionis, ut argumentum D. de pignoratitia actione l. si pignore § si predo (D. 13, 7, 22 § 2) in fine. Quod non placet, quia [16] § ille (D. 13, 7, 22 § 2) aliquid facit ad casum.

Veniunt autem in hac actione multa alia que notantur in summa eod. tit. circa finem, pro quibus omnibus [17] facile est libellum concipere.

Vincet autem quis in hoc iuditio si omnia prestiterit que et ipse prestare tenetur ex natura eiusdem contractus, vel alias per eum non steterit quominus prestiterit, ut argumentum D. eod. l. Iulianus § offerri (D. 19, 1, 13 § 8); et argumentum D. de edicto edilitio l. ediles § fin., et l. videamus, et l. seq. [18] I resp. (D. 21, 1, 25 § 10 et 26 et 27).

XXXIV. **De actione ex locato.**

Hac actione principaliter agitur pro pretio a conductore convento, ut D. eod. l. si in lege § si

Source : BIU Cujas

domus, et l. quod si domi [1] § idem iuris [2] (D. 19, 2, 24, § 2 et 28 § 2); nec aliter potest esse locatio vel conductio nisi de pretio conveniatur. Quod consistit in pecunia numerata, ut Inst. de contrahenda emptione § item pretium (I. 3, 24 § 2); et D. eod. l. I (D. 19, 2, 1). Item pro eius usuris, que ex mora veniunt, ut C. eod. l. II, et l. presens (C. 4, 65, 2 et 17). Et pro his rite concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui locavi domum meam, vel equum meum, vel quid simile, pro pretio X librarum bon.; unde peto dictum pretium mihi prestari et eius usuras a quattuor mensibus retro, cum ex tunc fuerit in mora prestandi. » Sed circa hoc queri potest que sint predicte usure prestande. Ad quod respondeo eas prestandas esse [3] que convente sunt. Et prestantur etiam si mora commissa non fuerit, ut C. de pactis inter emptorem et venditorem l. initio (C. 4, 59, 5), ut tamen non excedant modum pretaxatum, ut C. de usuris l. eos (C. 4, 32, 26); vel si convente non sunt, prestabuntur hec que in religione frequentantur, ut D. de usuris l. et in contraria (D. 22, 1, 37).

Item agitur hac actione pro re locata restituenda, ut D. eod. l. videamus § qui vinum (D. 19, 2, 11 § 3); et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui locavi equum meum; unde, cum finitum sit tempus locationis, peto ut predictum equum mihi restituat, proposita actione ex locato; et si non restituerit, sed distulerit usque ad diffinitivam sententiam, peto extimationem ipsius rei, proposita condictione ex lege [4] »; ut C. eod. l. conductores (C. 4, 65, 34). Hanc tamen penam dixerunt quidam non posse peti antequam perventum fuerit ad [5] sententiam, ut ex tunc posset libellus offerri pro pena. Quod sic probatur: certum est quia a principio, cum offertur libellus, nulla est actio orta pro pena; ergo pro ea agi non potest, quia nemo sine actione experitur, ut D. de administratione tutorum l. quotiens § si temporali (D. 26, 7, 9 § 2); preterea, etsi orta esset actio vel obligatio aliqua in hoc contractu, tamen erat in diem [6] dilata [7]; sicque ante diem male peteretur, [8] ut D. de verborum [9] significatione l. cedere (D. 50, 16, 213); et D. quando usufructus legati dies cedat l. I § fin. (D. 7, 3, 1 § 4); item quia cum ita proponitur libellus, ut dictum est, videtur sub conditione proponi, et sic iuditium in pendenti esse: quod esse non debet vel non potest; ut D. de iudiciis l. non quemadmodum (D. 5, 1, 35). Sed Iohannes contra, ut dictum est; nam boni pretoris est dirimere lites, ut D. si certum petatur l. quidam (D. 12, 1, 21); unde utique admittatur petitio, licet actio non sit nata, et contestata sit, licet non tam iuris quam facti, ut C. de contrahenda et committenda [10] stipulatione l. nuda (C. 8, 38, 5); et licet a principio non sit efficax, tamen ex post facto format effectum tempore sententie certe, et post sententiam aliud est remedium; et hoc nisi in casu, scilicet contra [11] parentem, quia contra eum non iuratur in litem, ut hic necesse est [12]: D. de in litem iurando l. in actionibus (D. 12, 3, 5); et D. eod l. si cui § I (D. 19, 2, 48 § 1).

XXXV. De actione ex conducto.

Per hanc actionem agitur ut conductori detur fruendi licentiam, ut D. eod. l. ex conducto (D. 19, 2, 15) in principio. Et tunc ita libellus concipitur [13]: « Conqueror ego A. de B. qui locavit mihi predium suum fruendum, de hinc ad annum, vel equum suum ducendum usque Romam; unde peto ut vel predicta secundum predictum contractum adimpleat, vel interesse meum mihi prestet, quod facio C. lib. bon ». Quod etiam [14] verum est cum vel [15] curator, vel alius qui [16] prohibere potest [17], non patitur conductorem frui, ut D. eod. [18] l. si fundus quem § nam et si colonus, et l. si quis domum § si colonis (D. 19, 2, 33 in fine, et 9 § 3), exceptis tamen casibus in quibus locator conductorem expellere posset, quia tunc vel in nullo tenetur, vel tantum ad remissionem mercedis, ut C. eod. l. III (C. 4, 65, 3); et D. eod. l. qui insulam, et l. et hec distinctio (D. 19, 2, 30 et 35).

Si autem alius quam locator conductorem impediat, siquidem id non iuste facit, tamen ad remissionem mercedis pro rata temporis agetur verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. qui predium suum fruendum de hinc ad annum mihi locavit; eius tamen fruendi potestatem habere non possum potentia domini M. oppressus » vel sic: « per vim fluminis frui impeditus; unde peto ut mihi pensionem quam solvi restituat pro rata temporis quo, impeditus predicto modo, frui non potui, scilicet pro tertia, proposita actione ex conducto »; et hoc probatur D. eod. l. si fundus quem § fin. (D. 19, 2, 33).

Si autem idem de iure faciat, puta quia forte dominus rei est, que locata tibi est ab alio non domino, certe tunc ages [19], quod bona fide contraxit, eodem modo pro remissione mercedis; alioquin, si mala fide, puta quia sciebat alienam [20], ad omne interesse, ut D. eod. l. et hec distinctio, in princ. et § intelligendum est, et l. si tibi alienam, et l. sequenti (D. 19, 2, 35 § in m. et 7 et 8). Et tunc ita concipietur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui domum talem, sciens alienam esse, mihi locavit; unde cum

---

[1] *Cod.* si dominus. — [2] *Cod.* si nec nam. — [3] *Cod. om.* esse. — [4] *Cod. add.* conductores. — [5] *Cod.* per. — [6] *Cod.* die. — [7] *Cod.* dilatam. — [8] *Cod.* peteret. — [9] *Cod. om.* de verborum. — [10] *Cod. add.* et. — [11] *Cod. add.* non. — [12] *Locus valde corruptus certe librarii ignorantia. Cod. habet:* et hoc casu contra non parentem scilicet quia contra iuratur eum in litem ut D. *et cet.; quod sensu caret.* — [13] *Cod. add.* libellus. — [14] *Cod.* tamen. — [15] *Cod. add.* tu. — [16] *Cod.* quem. — [17] *Cod.* potes. — [18] *Cod. om.* eod. — [19] *Cod.* agentur. — [20] *Cod.* alienum.

Source : BIU Cujas

potestatem sive licentiam fruendi non habeam, peto interesse meum, quod C. libras bon. facio, proposita actione ex conducto ».

Sunt autem casus in quibus probabiliter dubitari potest, utrum sit proponenda actio ex conducto an actio ex locato, puta quia dedi tibi aliquod laborerium (in summa ut loquar secundum vulgare bononiense), sive aliquod opus faciendum opera tua et sumptu, certa mercede tibi conventa. Hic enim videtur quod tibi competat actio ex locato quasi locaveris operas tuas, ut D. eod. l. in operis, et l. qui operas (D. 19, 2, 26 et 38); et sic per consequentiam mihi debet dari actio ex conducto. Alie tamen leges videntur velle e converso, scilicet quod mihi detur actio ex locato cum locaveram tibi opus faciendum, tibi vero ex conducto [1]. Verius est dicendum mihi domino dari actionem ex locato, tibi vero operario ex conducto, ut C. eod. l. II, et l. si hii qui (C. 4, 65, 2 et 14); et D. eod. l. ea lege § locavi (D. 19, 2, 51 § 1).

Quid ergo dices cum simpliciter tecum conveni quod faceres mihi operas sumpto meo, et aliqua mercede tibi conventa? Respondeo: Idem, ut mihi detur ex locato; ut probant superiores secunde leges et D. eod. l. si tibi (D. 19, 2, 7); et C. eod. l. II, et l. nemo (C. 4, 65, 2 et 6). Nec obstant prime leges quia proprie ibi ponitur verbum locatoris pro conductore, nam et veteres his verbis utebantur promiscue, ut D. de actionibus empti et venditi l. veteres, et l. sequenti (D. 19, 1, 19 et 20). Vel dic quod [2] in predictis casibus et similibus videtur utilis consideratio, scilicet quis dat mercedem [3] et quis accipit; ut ei qui dat detur actio ex conducto, ei vero qui accipit detur actio ex locato, ut probatur D. depositi l. I § si quis servum et § si vero mercedem (D. 16, 3, 1 § 9). Lex enim illa item queritur (D. 19, 2, 13) videtur in hoc contraria; unde dic quia reffert utrum quis accipiat pretium seu mercedem pro re quam alius faciendam concedat, et tunc datur actio ei ex locato; et ita est intelligenda lex depositi (D. 16, 3, 1); an vero accipiat mercedem pro opera, et tunc datur ei actio ex conducto; et ita est intelligenda lex item queritur (D. 19, 2, 13); et comprobatur hoc D. de prescriptis verbis l. naturalis (D. 19, 5, 5).

Quid ergo dices cum agas [4] ad aliquid impetrandum nomine meo, seu ad aliquid nunciandum? Et quidem mandati non potest agi, quia non fuit gratuitum, ut Inst. de obligationibus que ex quasi contractu § 1 (I. 3, 28 § 1). Dic ergo quia cum mercedem tibi dederim propriam, dabitur mihi actio ex locato, quasi videar tibi locasse negotium meum implendum, et tibi ex conducto, ut supra proxime notavi.

Sed quid dices in partiario colono, puta cum locavi tibi domum meam ut partem fructuum mihi dares? Et quidem tunc non agitur ex locato nec ex conducto cum non interveniat merces in pecunia numerata, ut notavi supra de actione ex locato in principio; sed vel actione pro sotio, si [5] animo coeunde societatis id [6] factum est, vel actione prescriptis verbis, ut D. pro sotio l. si margarita, et l. cum [7] duobus § si in coeunda (D. 17, 2, 44 et 52 § 2); et D. de prescriptis verbis l. si tibi (D. 19, 5, 7).

XXXVI. De actione oneris aversi. [8]

Super hac actione libellum non concipio tunc quia per legem videtur sublata, ut D. locati et conducti l. in navem (D. 19, 2, 31); tunc quia per desuetudinem est abolita, quod fieri potest, ut D. de legibus et Senatus consultis l. de quibus (D. 1, 3, 32).

XXXVII. De actione pro socio.

Hec actio nascitur finita societate, ut probatur C. eod. l. tamdiu (C. 4, 37, 5), sicut alias nascitur actio tutele finita tutela, ut D. de tutelis et rationibus distrahendis l. sed non dantur (D. 27, 3, 10). Finitur autem societas multis modis, scilicet morte socii naturali, et etiam [9] civili, que contingit per capitis diminutionem maximam vel mediam; item morte ipsius rei super qua contracta est societas; item eius condictione mutata, ut quia res est consecrata vel publicata; item consensu; item publicatione [10] bonorum; item cessione facta ab uno super bonis suis; item fine imposito negotio super quo contracta est societas. Et ita notantur isti modi D. eod. l. verum § societas, et l. itaque, et l. actione (D. 17, 2, 63 § 10 et 64 et 65); et Inst. [11] eod. § solvitur (I. 3, 26 § 5). Vel dic (quod videtur utilius) hanc actionem quandoque dari etiam manente societate, cum adhuc ea manente expediat sotio agi, ut D. eod. l. actione § nonnumquam (D. 17, 2, 65 § 15); licet quidam, tamquam speciale, hoc [12] admiserunt in causa vectigalium.

Venit autem in hac actione interdum aliquid prestandum sive faciendum, verbi gratia cum ego et tu emeramus predium animo coniungendi dominium, et ego solus pretium solvi, qua [13] causa agam contra te ut partem pretii mihi refundas, ut C. eod. l. II (C. 4, 37, 2). Et tunc ita concipietur libellus: « Vobis, domine H. potestas Bononie, conqueror ego A. de B. cum quo animo societatis coeunde fundum Sempronianum emi, et de predicto pretium solidum solvi; unde peto ut medietatem pretii [14] predicti mihi solvat, atque restituat, proposita actione pro socio. » Sic

---

[1] *Cod. add.* ut D. eod. tit. l. in proposito. — [2] *Cod. om.* quod. — [3] *Cod.* mentem. — [4] *Cod. om.* quid ergo dices cum agas. — [5] *Cod.* vel. — [6] *Cod.* idem. — [7] *Cod.* si. — [8] *Cod.* honeris adversi. — [9] *Cod.* et cum. — [10] *Cod.* publiciana. — [11] *Cod.* D. — [12] *Cod. om.* hoc. — [13] *Cod. om.* qua. — [14] *Cod.* predii.

Source : BIU Cujas

et cum expensas [1] feci iure communi, ut D. eod. l. cum duobus § idem, resp. socios, et § item si in communem, et l. pro socio (D. 17, 2, 52 § 8 et § 12, et 38); et tunc sic: « Conqueror ego A. de B. a quo peto C. cum eius legitimis augmentis, nomine expensarum quas feci in re communi refficienda, proposita actione pro socio ».

Interdum venit ut patientam solum prestes, puta cum nos, vicini [2] semipedes, inter nos [3] contulimus ut fieret ibi paries qui utriusque domus onera sustineret, ut D. eod. l. cum duobus § item Mela (D. 17, 2, 52 § 13). Et tunc sic: « Conqueror ego A. de B., cum quo parietem [4] in loco communi extruxi ad sustinenda honera domus mee et sue que sunt in tali loco et cet.; unde peto ut patiatur me immittere tigna in predictum parietem que sunt necessaria mee domui predicte sustinende, proposita actione pro sotio ». Confessoria enim hic agi non posset, ut D. de servitutibus urbanorum prediorum l. in re communi (D. 8, 2, 26).

Interdum venit aliquid communicandum, puta cum socii sumus omnium bonorum, et tibi aliquid ex stipulatione vel aliunde obvenit quod proprium tuum [5] fit [6], non commune; tamen cogeris communicare per actionem pro socio, ut D. pro socio l. si quis societatem (D. 17, 2, 74). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B. qui, post societatem inter me et eumdem, fundum Sempronianum sibi quesivit; unde peto dictum fundum mihi communicare [7], proposita actione pro socio ».

Item venit in hac actione aliquid [8] percipiendum, puta dos uxoris mee cum qua societatem omnium bonorum contraxeram, cum apud me sint futura onera matrimonii, ut D. eod. l. actione § fin. (D. 17, 2, 65 § 16). Item omne es alienum [9] venit, occasione societatis a me contractum. Et tunc ita concipitur libellus [10]: « Conqueror ego A. de B. uxore mea, cum qua habui iure societatis omnia bona communia; unde cum soluta sit societas inter me et eam, manente matrimonio [11], peto C., que habui ab ea in dotem, mihi assignari inter precipua » vel sic: « pro debitis a me occasione societatis contractis in diem vel sub condictione, cautione indempnitatis mihi prestita, proposita actione pro socio ».

XXXVIII. De actione mandati.

Ex mandato due oriuntur actiones: directa domino qui mandavit; contraria ei qui mandatum suscepit. Directa autem competit vel quia non implevisti mandatum quod implendum susceperas; vel quia alias in dolo, vel culpa lata, vel levi, vel levissima fuisti [12]; et tunc ad omne interesse teneris, ut C. eod. l. ad comparandas, et l. procuratorem § mandati (C. 4, 35, 16 et 11 in m.). Et secundum hoc ita concipitur libellus: « Vobis, domine H., conqueror ego A. de B. qui, me mandante, emit a Titio fundum talem; nunc autem cessat mihi fundum predictum tradere; unde peto ut predictum fundum mihi tradat [13], et ut venditoris [14] nomine de evictione mihi caveat, vel saltim actiones sibi competentes pro evictione mihi cedat ». Vel sic: « Conqueror ego A. de B. a quo peto ut fundum quem emit, me mandante, cum fructibus inde perceptis vel eorum estimationem, quam facio C., mihi restituat ». Vel sic: « pecuniam meam, quam expendendam in negotium meum accepit, cum in usus suos convertit, cum usuris legitimis, a quattuor annis retro, mihi restituat. » Et possunt hec exempla probari D. mandati l. si procuratorem § fin. (D. 17, 1, 8 § 10).

Sed circa hoc quero: Dixisti hanc actionem ad interesse competentem; quid ergo si in causa non interfuit tempore contestate litis: apparet autem interesse in ea tempore sententie? Respondeo utique condempnationem sequendam, ut D. eod. l. si mandavero tibi ut a Titio (D. 17, 1, 17); et argumentum D. de pignoratitia actione l. si rem alienam (D. 13, 7, 9).

Sed quid si, e contrario, interfuit tempore contestate litis, tempore vero sententie desiit interesse? Respondeo idem, scilicet quod sequenda sit condempnatio, quia sufficit semel interfuisse, ut argumentum D. de servo corrupto l. doli § fin. (D. 11, 3, 5, § 4).

E contra tamen potius videtur quod sit sequenda absolutio, ut D. eod. l. si procuratore § mandati (D. 17, 1, 8 § 6). Et hic [15] nota hanc actionem [16] generaliter posse proponi, puta cum mandatum fuerat generale, verbi gratia quia mandaveram tibi omnia negotia mea gerenda. Quod dico ad exemplum actionis negotiorum gestorum, ut D. pro socio l. pro socio arbiter (D. 17, 2, 38).

Contraria autem mandati datur procuratori qui suscepit mandatum. Libellus sic concipitur: « Conqueror ego A. de B. cuius mandato litem talem exercui » vel sic: « cuius mandato domum ei ediffi-cavi vel aliud quodcumque negotium peregi; in quo negotio perficiendo X. de meo bona fide impendi; unde peto illa mihi restitui cum usuris legitimis currentibus et cursis [17] retro a tempore more » vel sic: « cum usuris quas alias consequi potui [18] pro predicta pecunia quam impendi ». Et tunc veniunt etiam si non fuit ille positus in mora; quia tunc non veniunt ut usure,

---

[1] *Cod.* expensa. — [2] *Cod.* vini. — [3] *Cod.* fere. — [4] *Cod.* pariete. — [5] *Cod.* meum. — [6] *Cod.* sint. — [7] *Cod. add.* cum pro eo. — [8] *Cod.* quando aliud. — [9] *Cod. add.* libellus. — [10] *Cod. om.* et tunc.... libellus. — [11] *Cod.* numero. — [12] *Cod. om.* fuisti. — [13] *Cod. om.* emit a Titio fnndum talem; nunc autem cessat fundum predictum tradere; unde peto ut predictum fundum mihi tradat. *Supplevi ad sensum.* — [14] *Cod.* ceneris. — [15] *Cod.* hec. — [16] *Cod. add.* facit. — [17] *Cod. om.* cursis. — [18] *Cod.* alii impendi.

Source : BIU Cujas

sed ut interesse; et probantur hec D. eod. l. si vero (D. 17, 1, 12 § 9); et D. pro socio l. socium (D. 17, 2, 60).

Nota: agit quis hac actione quia per me datus fideiussor solvit, vel condempnatus, vel quia [1] ego debitor bona mea dilapidare cepi, ut C. eod. l. si pro (C. 4, 35, 10). Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui, cum [2] ego fideiusserim mandato ipsius B. »; vel sic: « a quo peto X. [3] in quibus condempnatus sum et solveram Sempronio creditori, apud quem pro eo fideiusseram »; vel dic: « a quo peto X, pro quibus fideiussi pro eo apud Sempronium quia [4] bona sua dissipare incepit » vel dic: « pro quo diu steti in obligatione fideiussoria apud Sempronium; unde peto ut me de predicta obligatione extrahat ». Et hic casus probatur D. eod. l. Lucius (D. 17, 1, 38).

XXXIX. De actione tutele.

Hec actio generalis est, ut D. pro sotio l. pro socio [5] arbiter (D. 17, 2, 38); ideoque generaliter intendenda est, ut notavi supra de re exprimenda. Verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. qui administravit tutelam meam spatio XIIII annorum; unde cum predicta tutela finita sit, peto ut ipsius predicte tutele mihi rationem reddat, tam de gestis quam de gerendis et non gestis, et omnia reliqua mihi prestet ac restituat ». Quod autem tutelam esse finitam oporteat probatur D de tutelis [6] l. I § hec actio [7] (D. 27, 3, 1 § 24), et D. [8] de suspectis [9] tutoribus l. tutor (D. 26, 10, 3 § 6).

Item quod reliqua prestanda, sive restituenda [10] veniant, notari potest D. de administratione tutorum l. Lucius (D. 26, 7, 21) primo responso. Certe si [11] sempliciter petitum sit quod rationes reddat, petitum videtur idem quod [12] omnia reliqua prestet, ut D. de conditionibus et demonstrationibus l. cum servus ita liber § quid ergo (D. 35, 1, 82 in m.); vel forte, ut fit plerumque et interpretatur, favore ultime voluntatis ideo cautum est; unde [13] ita exprimitur ut supra diximus. Argumentum tamen est pro eo, quod dicitur D. de negotiis gestis l. II [14] § sane (D. 3, 5, 2 in m).

XL. De actione [15] rationibus distrahendis.

Hec actio [16] de rationibus distrahendis, ut D. eod. l. I § rationibus, et l. II (D. 27, 3, 1 § 19 et 2), et de contrario iudicio tutele competere potest [17] finita tutela. Item datur [18] contra eum qui in gerenda tutela rem aliquam ex bonis pupilli abstulit, etiam fruendi animo; et datur in duplum, in quo etiam continetur rei [19] persecutio, sive vera rei estimatio, ut eod. l. I § considerandum [20], et § in tutela (D. 27, 3, 1 § 20 et § 21). Et in ea sic concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui tutelam meam gessit, et dum eam gereret, librum talem vel equum vel aliquid tale ex bonis meis abstulit; unde peto id vel eius veram estimationem, quam facio C., cum altero tanto nomine pene, mihi restitui et prestari, proposita actione de rationibus distrahendis ».

Certe et si abstulisset fruendi animo, posset conveniri etiam furti actione [21] nam [22] ex his duobus una non tollit aliam, dum tamen memineris hanc actionem tolli per actionem tutele, et illam per hanc de rationibus distrahendis tolli, ut D. eod. l. I § in tutela (D. 27, 3, 1, § 21). Et tunc cum rem animo fruendi abstulit, potest concipi libellus: « Conqueror ego A. de B. qui cum [23] tulelam meam gereret, rem talem et cet. ex bonis meis abstulit furtim, sive animo subriponendi; ideoque peto ut mihi dictam rem vel eius estimationem veram, quam facio C., mihi restituat, cum altero tanto nomine pene; quia furtum commisit peto nomine pene duplum », vel si furtum fuerit manifestum dic quadruplum « proposita actione de rationibus distrahendis et actione furti ». Vel dic, quod puto verius, quia etsi una non tollat aliam, [24] quod, licet eiusdem facti nomine, ex duobus tamen obligationibus competunt; unde sequens non competit, nisi pro eo quod plus sit in ea, ut argumentum D. de actionibus [25] et obligationibus l. qui servum, et l. quotiens (D. 44, 7, 34 e 41); vel dic quod videmus illum § in tutela (D. 27, 3, 1 § 21) esse [26] ita intelligendum quasi hec actio, scilicet tutele, non liberet [27] eum ab actione furti.

Sed instabis: Quare ergo magis tollitur hec actio de rationibus distrahendis per illam tutele? Respondeo quia hec non solum eam, sed penam continet una cum rei persecutione, ut supra notavi et probavi. Sed illud verum est quia hec actio non tollit actionem furti nec per eam tollitur, ut D. eod. l. actione (D. 27, 3, 2 § 1).

XLI. De actione commodati.

Hec actio competit cum rem aliquam tibi commodavi gratuito [28] ad certum usum, et finito usu volo eam repetere, verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. cui commodavi equum meum usque ad Burgum

---

[1] *Cod. om.* quia. — [2] *Cod. om.* Et tunc... qui cum. — [3] *Cod. om.* a quo peto X. — [4] *Cod.* qui. — [5] *Cod. om.* pro socio. — [6] *Cod. add.* utendis. — [7] *Cod.* in princ. — [8] *Cod.* C. — [9] *Cod.* officio. — [10] *Cod.* restituendi. — [11] *Cod.* et si. — [12] *Cod. om.* quod. — [13] *Cod.* vel. — [14] *Dehinc usque ad Tit. XLIII locus inest in Cod. valde corruptus: multa itaque ex coniecturis supplevi.* — [15] *Cod. add.* tutele et. — [16] *Cod. add.* sic. — [17] *Cod.* posset. — [18] *Cod. add.* tantum. — [19] *Cod.* res. — [20] *Cod.* ut si dubitandum. — [21] *Cod.* actionem. — [22] *Cod. add.* eum. — [23] *Cod. add.* talem. — [24] *Cod. add.* eo. — [25] *Cod. om.* de actionibus. — [26] *Cod.* non. — [27] *Cod.* libeat. — [28] *Cod.* gratuitum.

Source : BIU Cujas

Panigale, sive Codicem meum ad glosandum; unde, cum predictum usum impleverit, equum sive librum mihi restitui peto, proposita actione commodati ». Ideo dixi hec vera cum gratuito concessi, quia si mercede accepta, res potius transiret in locationem et conductionem, sive contractum [1] innominatum, ut Inst. commodati § fin. (I. 3, 15 § 2 in f.). Item « ad certum usum » ad differentiam precarii; quod si non certa diffinitione iuris contrahitur et tale est et quandocumque revocatur, ut D. de precario l. cum precario (D. 43, 26, 12). Item ideo adieci « finito usu » nam ante non potest, quia sicut [2] voluntatis [3] est commodare, ita necessitatis est consummare, [4] ut D. eod. l. in commodato § sicut (D. 13, 6, 17 § 3).

XLII. De contraria commodati. [5]

Hec actio competit commodatario contra [6] commodatorem alias pro implendis pactis commodati maioribus, non modicis. Item facte secundum morem, causa aliqua, espense naturali ratione debentur ab eo qui commodatum recepit, scilicet facte ob causam valetudinis vel ob causam fuge pro requirendo vel reducendo [7], ut D. eod. l. in rebus § possunt (D. 13, 6, 18 § 2). Et ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui commodavit mihi suum equum [8] in cuius valetudine impendi [9] X » vel dic « ob cuius fugam in requirendo et reducendo expendi C. sol.; quos peto mihi restitui ab eo, proposita contraria commodati ».

XLIII. De pignoratitia actione.

Pignoratitia datur creditori contra debitorem ad reposcendam rem pignori traditam; nam nec aliter locum habere potest, nisi re interveniente, licet quantum ad contrahendum [10] pignus [11] solus consensus sufficit, ut D. eod. l. I in princ. (D. 13, 7, 1); quod fit soluto debito toto pro quo est res obligata. Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. cui obligavi Digestum vetus de antiqua littera, cum apparato Azonis, pro X libris quas ei integrum solvi; unde ut predictum librum mihi restituat peto, proposita pignoratitia actione ». Quod autem pignora competant soluto debito probatur D. eod. l. si rem § omnis, et § seq. (D. 13, 7, 9 § 3 et § 4).

Item competit hec actio oblato debito, et deposito et consignato, ut C. de usuris l. acceptam (C. 4, 32, 19); et C. eod. l. nec creditores (C. 4, 24, 10). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B., cui obligavi vineam meam de Burgo Panigali, positam in tali loco et cet. pro X libris quas ei obtuli; et quia noluit accipere, deposui et [12] consignavi apud ecclesiam sancti Salvatoris ». Vel si dictam pecuniam feram in iuditio, sufficit, et sic dicam: « peto dictum pignus mihi restitui, cum sim paratus ei solvere dictum debitum ». Nam cum per eum steterit quominus [13] debitum accipiat, nata est mihi pignoratitia, ut D. eod. l. si rem § fin., et l. aliena § II § interdum (D. 13, 7, 9 § 5, 20 § 2 § 3).

Competit hec actio contra creditorem non solum [14] pro re pignorata, sed etiam [15] pro pretio redacto ex venditione pignoris excedente debitum et eius usuras, ut D. eod. l. quamvis § fin. et l. seq. (D. 13, 7, 6 § 1 et 7). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B. qui vendidit rem talem et cet. quam ei pignori obligavi pro X libris bon., et habuerat ex predicta venditione XX; unde peto X residua que sunt penes eum cum usuris legitimis, proposita pignoratitia ». Et eodem modo potest notari si creditor perceperit fructus qui [16] excedant debitum. Sed quandoque competit propter dampna in pignore illata a creditore, ut C. eod. l. II et l. creditor (C. 4, 24, 2 et 3). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B. qui dedit mihi dampnum in vinea, quam ei pignori [17] obligaveram, in decidendis arboribus quas ibi habebam, vel domum quam pignoravi destruxit, vel deteriorem constituit; quod dampnum facio C. libras; unde rationem peto, proposita pignoratitia ».

XLIV. De contraria pignoratitia.

Hec actio datur creditori contra debitorem qui obligavit ei rem alienam tamquam propriam [18], ut D. eod. l. si rem alienam, in princ., et l. tutor § contrariam, et l. cum debitore (D. 13, 7, 9 et 16 § 1 et 32). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B. qui obligavit mihi rem alienam tamquam propriam; unde peto ut [19] aliud eque bonum pignus mihi tradat, vel interesse meum mihi prestet, quod facio C. sol., proposita contraria pignoratitia ». Quod autem actione [20] predicta agi possit, probatur D. de constituta pecunia l. quis [21] autem § I et II (D. 13, 5, 14 § 1 et § 2); et Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur § furti (I. 4, 1, § 13 et § 14).

Est enim periculum ne [22] posse facere desinat; et ideo tale interesse poterit extendi [23], argumento D. de negotiis gestis l. divortio (D. 3, 5, 35); item [24] cum fideiubitur pro [25] interesse, ratione [26] alterius debiti cyrographarii, pro quo nullum pignus fuerat obligatum, quod tamen [27] potuisset retineri [28] pro eo si debitoris fuisset, ut C. eod. l. pignoris causa [29] (C. 4,

---

1 *Cod.* gratum. — 2 *Cod.* sic. — 3 *Cod.* voluntas. — 4 *Cod.* assumere. — 5 *Cod. om.* de contraria commodati. — 6 *Cod.* vel. — 7 *Cod.* abducendo. — 8 *Cod. om.* equum. — 9 *Cod.* impendit. — 10 *Cod.* prepot. — 11 *Cod. om.* pignus. — 12 *Cod. om.* et. — 13 *Cod.* quod minus. — 14 *Cod. om.* solum. — 15 *Cod. om.* etiam. — 16 *Cod. om.* qui. — 17 *Cod. om.* pignori. — 18 *Cod.* imprimam. — 19 *Cod.* vel. — 20 *Cod.* a. — 21 *Cod.* quod. — 22 *Cod.* nec. — 23 *Cod.* exteriori. — 24 *Cod.* sed. — 25 *Cod. om.* pro. — 26 *Cod.* cautione. — 27 *Cod.* cum. — 28 *Cod.* retinet. — 29 *Cod.* cypographariam pecuniam.

Source : BIU Cujas

24, 11); item quia forte debitum, pro quo fuerat obligatum pignus, fuerat naturale tantum, cui tamen obligationi pignus poterat accedere, ut D. de pignoribus l. res ypothece et l. quesitum § fin. (D. 20, 1, 5 et 14 § 1); sicque intererat eius, eatenus quatenus erat in debito, cum alias non posset sibi consulere, nisi per retentionem pignoris.

Datur etiam [1] hec actio contra debitorem si obligavit mihi ignoranti rem quam primo alii obligaverat, nisi fuerit adeo ampla, ut utrique sufficere possit, ut D. eod. l. si quis in pignore (D. 13, 7, 36). Et tunc ita: « Conqueror ego A. de B. qui obligavit mihi rem quam alii primo obligaverat, que non sufficit ad utrumque debitum expediendum; unde peto ut prestet aliud eque bonum pignus, vel interesse meum, quod facio X ». Idem notari potest si decepit creditorem subiciendo es pignori pro auro, ut in predicta lege (D. 13, 7, 36); et D. eod. tit. l. I (D. 13, 7, 1 § 1). Et nota quod in predictis casibus datur electio creditori, ut si malit, interesse petat vel aliud eque bonum pignus, nam gravius delinquit debitor qui [2] tradit rem [3] vitiosam [4], nisi omnino non crederet, ut argumentum D. de actionibus empti l. si servum, in princ. (D. 19, 1, 4); et C. quomodo et quando iudex Auth. qui semel (C. 7, 43, 8, auth.).

Item datur pro expensis factis in pignore, ut tamen competens inspectio habeatur per [5] iudicem, ut D. eod. l. si [6] servos (D. 13, 7, 25). Et tunc sic: « a quo peto quod expendi in utilitatem rei talis, et cet. quam mihi [7] pignori [8] obligavit ».

XLV. De pastu pecoris.

Hec actio intenditur quando quis immisit pecudem sive animal [9] in locum meum ut ibi depasceret glandem meam maturam, ut appellatione glandis contineatur quilibet fructus, ut D. de prescriptis verbis l. qui servandarum [10] § si glans (D. 19, 5, 14 § 3); et D. de glande legenda (D. 43, 28, 1). Unde sic in eo concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui animal suum immisit in fundum meum; quod ibi depavit glandem meam, sive segetem meam maturam, sicque dampnum mihi dedit in X., que peto ab eo restitui mihi, proposita actione de pastu pecoris ».

Quidam tamen dixerunt quod hic non sit nomen actionis, quasi propter pastum pecoris sola actio legis Aquilie detur, ut C. de lege Aquilia l. ult. (C. 3, 35, 6). Sed illud videtur sic intelligendum, ut detur propter pastum pecoris actio legis Aquilie cum glans erat immatura, non aliter, ut D. ad legem Aquiliam l. si servus servum § idem et in sylva [11] (D. 9, 2, 27 § 26); nam quod diverse sint actiones, et possint in diversis casibus competere, notari potest in lege illa qui [12] servandarum (D. 19, 5, 14).

XLVI. De actione ex testamento.

Illud certum est hanc actionem propter ultimam voluntatem competere. Sed videndum est pro qua ultima voluntate, et ad quid, et qualiter concipiatur in casu libellus [13]. Competit [14] autem hec actio pro qualibet ultima voluntate [15], dummodo legitima et solempni [16]. « Legitima » [17] ideo dixi quia illegitima ibi servanda non est, ut D. de conditionibus institutionum l. quidam (D. 28, 7, 27); et D. de legatis I l. nemo (D. 30, 1, 55); et Inst. de legatis § fin. (I. 2, 20 § 36). Item « solempnis » ideo dixi, quia si deficiat iuris solempnitas deficit ius agendi, ut C. de fideicommissis l. si veritas (C. 6, 42, 23), nisi appareat heredem sua sponte [18] agnovisse illam hereditatem minus solempnem, ut C. de testamentis l. non dubium § fin. (C. 6, 23, 16); et de fideicommissis l. I et l. II (C. 6, 42, 1 et 2); vel [19] nisi deficiat predicta solempnitas super eo quod pater disposuerat inter filios sive liberos utriusque sexus; quia illud, [20] qualiscumque sit, servandum [21] est, ut C. de testamentis l. hac consultissima § ex imperfecto (C. 6, 23, 21 § 1).

Hec quero: Numquid in predictis casibus exceptatis locum habebit hec actio? Respondeo: Utique, cum heres aprobavit voluntatem solvendo partem legati, vel prestando alimenta non minus triennio [22], ut predicte leges probant.

Item cum pater voluit quid prestari vel fieri inter liberos: et tunc dicimus [23] dari actionem hanc utiliter, non directo, argumento D. de iure codicillorum l. II § fin. (D. 29, 7, 2 § 4); et C. de codicillis l. II § I (C. 6, 36, 2 § 1); vel, si placet, dic potius dari condictionem ex lege. Hic quero: Quam voluntatem hic solempnem accipias? [24] Respondeo: Testamentum iure perfectum coram VII testibus; nam utrobique recte relinquitur legatum vel fideicommissum, ut Inst. de codicillis § non tantum (I. 2, 25 § 1); et C. de codicillis l. II, et l. sive, et l. fin. (C. 6, 36, 2 et 6 et 8); et C. de fideicommissariis libertatibus l. ancillam [25] (C. 7, 4, 15).

Datur autem interdum pro universitate quam quis postulat sibi restitui ex Trebelliano [26] Senatusconsulto [27], ut Inst. de fideicommissariis hereditatibus (I. 2, 23); et D. ad Trebellianum l. nam quod [28] § si [29] quis [30] compulsus (D. 36, 1, 14 § 3). Et secundum hoc ita

---

1 *Cod.* ut. — 2 *Cod.* quod. — 3 *Cod.* et. — 4 *Cod.* vitiose. — 5 *Cod.* vel. — 6 *Cod. om.* ex. — 7 *Cod.* in. — 8 *Cod.* pignore. — 9 *Cod. add.* l. si cum § decima. — 10 *Cod.* quod suadax (!). — 11 *Cod.* Julianus. — 12 *Cod.* quod. — 13 *Cod. add.* quod. — 14 *Cod.* qui petit. — 15 *Cod. add.* et. — 16 *Cod. om.* et solempni. — 17 *Cod. om.* legitima. — 18 *Cod.* qualiterque. — 19 *Cod.* ubi. — 20 *Cod.* illa. — 21 *Cod.* servanda. — 22 *Cod. add.* est. — 23 *Cod.* dictam. — 24 *Cod.* accipiat. — 25 *Cod.* in epistola. — 26 *Cod.* tribus. — 27 Senatusconsultis. — 28 *Cod.* numquid. — 29 *Cod. om.* si. — 30 *Cod.* qui.

Source : BIU Cujas

concipitur libellus: « Vobis domine H., potestas Bononie, conqueror ego A. de B. quem Sempronius instituit sibi heredem, eumque rogavit de restituenda mihi predicta hereditate; unde peto quatenus predictam hereditatem quam adiit mihi restituat [1], proposita actione ex testamento ». Quod enim ita sit restitutio facienda probatur D. ad Trebellianum l. restituta (D. 36, 1, 37).

Vel si rogatus fuerit sub conditione, puta si [2] decesserit sine liberis, ut plerumque fit, ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui heres est Sempronii, quem Titius instituit sibi heredem, eumque rogavit quatenus hereditatem suam mihi restitueret si decederet sine liberis. Cum [3] autem Sempronius [4] decesserit sine liberis, et B. ei heres existat, ab eo peto [5] ut predictam hereditatem mihi restituat [6] ». Et de hoc casu ponitur exemplum D. ad Trebellianum l. si patroni [7] § cui Titiana [8] (D. 36, 1, 55 § 4).

Hec actio universalis est [9], ideoque in ea sunt esprimende res universaliter, ut in [10] Digestis diximus, et notavimus de universalibus actionibus.

Sed quid si testator legavit servum unum in genere cum nullum haberet? numquid [11] tunc electio est heredis, ut argumentum D. de tritico, vino [12], vel [13] oleo [14] l. III. in princ. (D. 33, 6, 3)? Respondeo: Sic [15], ut [16] l. III predicta [17] (D. 33, 6, 3).

Sed quero: Numquid est aliqua differentia inter id quod legatur in genere, et id quod legatur [18] in specie? Respondeo: Utique, quantum [19] ad electionem, ut ex supradictis patet. Item quantum pertinet [20] ad rei periculum; quia species perit legatario, nisi culpa vel mora heredis precesserat, ut D. de legatis I l. cum res § fin. (D. 30, 1, 47 § 6); quod autem debetur [21] in genere, perire [22] non potest legatario, ut C. si certum petatur l. incendium (C. 4, 2, 11); nisi cum incertum de certis legavit, puta unum ex equis suis; quia si omnes equi hereditarii perierunt sine culpa et mora heredis, tunc peribit legatario, ut D. ad legem Falcidiam l. in ratione § certis vero (D. 35, 2, 30 § 4). Item quantum ad evictionem, nam ecce quod, specie legata evicta a legatario, non aget legatarius, ut D. de legatis I l. si a substituto (D. 30, 1, 45), nisi forte testator sciens alienum legaverit, vel ignorans coniuncte persone: tunc, ut C. de legatis [23] l. cum alienam (C. 6, 37, 10), nisi in casu, ut D. de legatis II l. cum pater (D. 31, 1, 77). Si autem res legata in genere, tradita ab herede legatario evincatur, utique adhuc agere poterit legatarius actione ex testamento contra heredem, ut in predicta l. si [24] a substituto (D. 30, 1, 45); et [25] D. de evictionibus l. heres servum (D. 21, 2, 58). Interdum etiam [26] aget legatarius non tantum pro re ipsa legata prestanda, immo etiam pro hoc ipso ut caveatur ei de evictione, puta cum heres noluit rem legatam [27] prestari sine iuditio, ut D. de legatis I l. si domus § de evictione (D. 30, 1, 71 § 1). Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., herede Titii, ex [28] quo idem Titius legavit mihi unum equum in genere; unde peto ut dictum equum mihi prestet, et quia sine iuditio prestari mihi [29] non vult, peto ut pro eo de evictione caveat mihi, proposita actione ex testamento, et officio iudici »; ut probatur predicto § de evictione (D. 30, 1, 71 § 1).

Interdum tamen [30] datur hec actio non tantum in simplum, sed etiam in duplum, puta cum heres, vel is a quo legatum relictum [31] est [32] alicui ecclesie vel alii loco venerabili negat relictum; vel confitetur, sed distulit [33] solvere usque adeo ut [34] in iudicium vocetur et iussu magistratum conveniatur, ut Inst. de actionibus § item mista (I. 4, 6 § 19 in m.).

Sicque constat quod hec actio alterius nature et potestatis est quam alie actiones que sola infitiatione [35] crescunt; quia licet in aliis, delato sacramento actori in iuditio, et eo prestante [36], liberetur reus a pena, ut D. de iureiurando l. eum qui (D. 12, 2, 30) in principio; hic tamen contra erit, cum eo ipso quod posset [37] ad iudicium provocari, in hanc penam inciderit, etiam si nullo tempore se negaverit debere. Unde super hoc sic concipitur libellus: « Vobis, domine H., potestas Bononie, conqueror ego A. sindicus universitatis Pontis Novi de Retio, vel sindicus monasteri Sancti Gervasii, nomine eiusdem monasterii, seu universitatis, de B. herede Sempronii a quo peto C. libras bon. quas dictus Sempronius legavit ab eo predicte universitati sive monasterio; et quia sine iuditio eas prestare non vult, peto aliud tantumdem, scilicet C. libras bon, nomine pene, proposita actione ex testamento ».

Sed quero numquid idem iudex cognoscet [38] ex uno libello de utroque? Respondeo: Utique, quod in evidenti est cum pena committitur etiam ante litem contestatam, eo scilicet [39] quod vocatus est [40] in iuditio pro executione [41], ut aperte inducit littera predicti § Inst. de actionibus (I. 4, 6); nam non [42] aliter

---

1 *Cod. add.* et non bo. restituat, vel saltim verbo, si re non possidet, *que verba sensu carent.* — 2 *Cod. om.* si. — 3 *Cod. om.* cum. — 4 *Cod. om.* Sempronius. — 5 *Cod. om.* peto. — 6 *Cod. add.* et nonne restituat. — 7 *Cod.* internus. — 8 *Cod.* in his casibus. — 9 *Cod. om.* est. — 10 *Cod. om.* in. — 11 *Cod.* utique. — 12 *Cod. om.* vino. — 13 *Cod.* et §. — 14 *Cod.* colorum. — 15 *Cod. om.* sic. — 16 *Cod. om.* ut. — 17 *Cod. om.* predicta. — 18 *Cod. om.* in genere, et id quod legatur. — 19 *Cod.* qualiter. — 20 *Cod.* litis. — 21 *Cod.* debet. — 22 *Cod. habet* perire in genere *pro* in genere, perire; *quod sensu et.* — 23 *Cod.* legibus. — 24 *Cod. om.* si. — 25 *Cod. om.* et. — 26 *Cod. add.* quod est nolle. — 27 *Cod. add.* noluit. — 28 *Cod.* a. — 29 *Cod. om.* mihi. — 30 *Cod. add.* quod est nolle. — 31 *Cod. add.* in. — 32 *Cod. om.* est. — 33 *Cod.* distat. — 34 *Cod. om.* adeo ut. — 35 *Cod.* infratione. — 36 *Cod. add.* et. — 37 *Cod. add.* se. — 38 *Cod. om.* cognoscet. — 39 *Cod.* salvo. — 40 *Cod.* et. — 41 *Cod.* executorio. — 42 *Cod.* rem.

Source : BIU Cujas

a significatione [1] verborum recedendum [2] est, et cet. ut D. de legatis III l. non aliter (D. 32, 1, 69).

Potest super hac actione ista talis notari questio quam quidam valde notabilem fecit. Fecit [3] quis testamentum, et in testamento suo duos heredes instituit: puta filios; et rogavit eis per fideicommissum quod si alter decederet sine liberis, domum hereditariam restitueret [4] superstiti. Deinde, testatore mortuo, fratres isti, heredes instituti, diviserunt inter se [5] hereditatem, et post divisionem, mortuus est alter sine liberis: superstes ab herede fratris premortui sine liberis vult petere domum hereditariam ex fideicommisso. Queritur utrum possit, et qua actione. Et certe videtur quod non possit petere, vel si petat, obstat sibi exceptio divisionis; nam cum ipse de evictione teneretur [6] si alius evinceret, ut C. communia utriusque iudicii l. si [7] fratres (C. 3, 38, 7), respondeo fortius quod ille [8] agens est repellendus per doli mali exceptionem; et facit ad hoc D. de verborum obligationibus l. qui Rome § fin. (D. 35, 1, 122 § 6).

XLVII. De actione ex stipulatu.

Hec tunc demum locum habet quando quid incertum in stipulatione continetur; quia si certum contineatur in ea, locum habet certi condictio ex stipulatu, ut supra notavi de certi condictione, et D. si certum petatur l. si quis certum (D. 12, 1, 24). Est autem incertum omne quod in faciendo consistit, ut D. de verborum obligationibus l. ubi autem non apparet § qui id quod (D. 45, 1, 75 § 7). Et secundum hoc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui promisit mihi fodere fossam in tali loco et cet. » vel sic: « Codicem unum scribere; unde peto ut faciat et impleat sicut convenit, proposita actione ex stipulatu. »

Sed quero: numquid possit sic precise petere ut omnino compellatur facere? Ad hoc respondeo: Hic scribe [9] glosam quam notavi de actionibus et obligationibus [10] (D. 44, 7,).

Sed quid si malim ad interesse agere? Respondeo: Possum, si tamen ante tempus transierat, infra quod potuit opus fieri et factum non sit, ut probatur D. de novi operis nunciatione l. stipulatio (D. 39, 1, 21) [11]; eo tamen salvo ut si reus perficiat opus ante litem contestatam, liberetur a petitione [12] interesse, ut D. de verborum obligationibus l. si fundum (D. 45, 1, 114). Sed in hoc casu in quo [13] solum interesse petitur datur sola certi condictio, licet alii notaverunt contra, ut supra notavi de certi condictione.

Sed quero numquid sit eadem hec actio ex stipulatu cum certi condictione ex stipulatione. Quod quidam admiserunt dicentes eam appellari certam quia certum continet ex stipulatu simpliciter [14]; alii vero dixerunt eas esse duas propter diversitatem certi et incerti. Quid [15] tamen dixeris non curo, dum tamen pro re certa [16] proponas certi condictionem ex stipulatione; pro incerta [17], actionem [18] ex stipulatu.

XLVIII. De actione furti non manifesti.

Fur non manifestus dicitur qui deprehenditur postquam rem subreptam [19] ad locum destinatum [20] pertulit, etsi [21] cum re ipsa ibi inveniatur, ut Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur § sed [22] si pertuli [23] (I. 1 4, § 3 in f.). Et secundum hoc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. qui subripuit mihi equum talem et cet., vel cyphum meum argenteum sive aureum vel vestem talis coloris et cet.; unde peto ab eo penam dupli, proposita actione furti non manifesti ». Quod enim res designande sint probatur D. de furtis l. in actione (D. 47, 2, 19). Item quod ad duplum competat probatur Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur (I. 4, 1 § 5).

Sed quid si mihi fur subripuit rem, animo lucrandi solum usum: puta quia, cum ei accomodasset, equum meum duxit extra [24] provinciam? numquid duplabitur tunc proprietas? Respondeo ut notavi Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur § furtum autem (I. 4, 1 § 2).

XLIX. De actione tigni iniuncti.

Illud sciendum est hanc dandam actionem in duplum eodem modo ut superior. Sic concipias libellum: « Conqueror ego A. de B. qui tignum meum quidem talem et cet. ad me pertinens, edibus suis sive bance sue iniunxit, vel sciens meum esse iniunctum [25] habet; unde peto ab eo penam dupli extimationis predicti tigni [26], proposita actione de tigno iniuncto ».

Sed quero quare dixisti in libello [27] « sciens meum esse »? quid erit in bone fidei possessore? Respondeo quod [28] ille non tenebitur forte ad penam dupli; nam qui ignorans est non delinquit, ut D. de actionibus et obbligationibus l. ex maleficio § I (D. 44, 7, 4 § 1), sicut [29] in furto ita demum tenetur quis, si non ignoravit se [30] esse furem, [31] ut C. de furtis l. ancille, in fine (C. 6, 2, 12); et C. de penis l. sancimus (C. 9,

---

[1] *Cod.* assignare. — [2] *Cod.* recondendum. — [3] *Cod. om.* fecit. — [4] *Cod.* restituerent. — [5] *Cod. om.* se. — [6] *Cod.* teneatur. — [7] *Cod. om.* si. — [8] *Cod.* eum. — [9] *Cod.* scribit. — [10] *Cod. add.* ob es. — [11] *Cod. add.* respondeo. — [12] *Cod.* postatione. — [13] *Cod.* non *om.* in. — [14] *Cod. add.* quia incertum. — [15] *Cod.* tamenque. — [16] *Cod. add.* cum. — [17] *Cod.* incerti. — [18] *Cod.* actione. — [19] *Cod.* subrectum. — [20] *Cod.* destinatari. — [21] *Cod.* si. — [22] *Cod. om.* sed. — [23] *Cod.* pertulerint. — [24] *Cod.* exunde in. — [25] *Cod. add.* cum. — [26] *Cod.* tigus. — [27] *Cod. add.* vel. — [28] *Cod.* et. — [29] *Cod.* et cum. — [30] *Cod. om.* se — [31] *Cod.* furtivum.

Source : BIU Cujas

47, 22); et [1] lex videtur in hoc expressa ut non teneatur bone fidei possessor, ut D. de donationibus inter virum et uxorem l. de eo (D. 24, 1, 63); et leges alie videntur sancire tantum de eo qui sciens alienum edibus suis tignum [2] iniunxit, ut D. eod. l. I, circa finem (D. 47, 3, 1).

Dic ergo quod cum agitur contra furem, sive male fidei iniunctorem, erit ita concipiendus libellus: « Conqueror ego A. de B. qui tignum meum tale et cet. »: et hoc si eram dominus; vel si non eram, sic: « qui tignum quod tale et cet. quod erat meo periculo, me inscio edibus suis iniunxit vel iniunctum habet; unde peto ut mihi prestet quanti interest [3] mea predictum tignum exhiberi, quod facio X, cum dolo desierit posse exhibere, et eius tigni extimationem, quod facio XXX, cum dolo desierit posse dictum tignum mihi restituere, propositis actionibus ad exhibendum, et tali in re; et hec omnia peto cum pena legali, scilicet dupli, proposita actione de tigno iniuncto ». Contra bone fidei autem possessorem sic concipias: « Conqueror ego A. de B. qui tignum quod tale et cet. quod erat meo periculo habet edibus suis iniunctum; unde peto ab eo penam dupli, proposita actione de tigno iniuncto ».

L. De actione arborum furtim cesarum.

Hec actio competit contra eum qui arborem alterius cecidit, ut arboris etiam appellatione contineantur [4] vites [5] quidem [6] et salictum; qui tamen intelligendum est si radices in solo emiserit [7]. Non aliter cedere autem intelligas nisi [8] illum qui facit, et qui [9] ita facit ut arbor cadat; item qui feriit arbores, cedendi causa, licet forte non statim arbor [10] cadat; item qui ramos cedit, vel frondes abstulit, vel corticem tollit. Qui tamen arbores radicitus [11] evulsit [12] et extirpavit non tenetur hac actione, etsi possit teneri lege Aquilia, cum qua tamen hec actio alias recte concurrit, ut tamen in tantum data [13] una, tollatur alia, nisi pro eo quod plus sit; et [14] probantur hec D. eod. tit. [15] l. cedere (D. 47, 7, 5). Numquid [16] et cum actione furti concurreret? Respondeo: Utique, ut D. eod. l. facienda § I (D. 47, 7, 8 § 1). Ad quid ergo inducta est [17] hec actio cum sufficiat illa, cum etiam [18] condictio sit [19], et actio [20] ad exhibendum, ut in predicta lege (D. 47, 7, 8)? Respondeo: Quia interdum hec sine illa competit, puta cum quis [21] incidit arborem animo dampni dandi, non lucrandi causa, nec contrectavit, ut in predicta l. furtim, in princ. (D. 47, 7, 7). Sed nonne videtur hec superflua saltem propter actionem legis Aquilie? Respondeo: Non, nam [22] hec ab ipso principio est penalis, ut in duplum competat; actio vero legis Aquilie est mixta [23], ut tamen contineat pretium arboris et quanti domini interest [24]; sicque plus venit in ea quam in illa, que non datur in duplum nisi per infitiationem: et [25] probantur hec D. eod. l. furtim § fin., et l. sequenti, in princ., et l. fin. (D. 47, 7, 7 § 7 et 8 et 12); et D. ad legem Aquiliam l. inde Neratius § hec actio (D. 9, 2, 23 § 10).

Competit [26] autem domino arboris; item quasi domino, ut emphiteute et feudatario, ut D. eod. l. cedere § fin. (D. 47, 7, 5 § 3). Sed numquid fructuario? Respondeo: Non directo; vel aliter tum recte dabitur, exemplo actionis aque pluvie arcende et legis Aquilie, ut [27] notavi infra [28] de aqua pluvia arcenda.

Ergo sic [29] libellus in hac actione concipitur: « Conqueror ego A. de B. qui arborem meum talem et cet., positum [30] in tali loco et cet. [31], furtim incidit; unde peto eius extimationem, quam facio X, cum interesse meo, quod est tot [32], et cum pena legali mihi debere [33] prestari, proposita actione arborum furtim cesarum ».

LI. De actione rerum amotarum.

Actio ista datur contra quondam uxorem, item nurum et pronurum. Quod tamen ita accipias si eius vir sit in potestate sui patris; alioquin si esset sui iuris, uti communi iure furtum faceret [34], et furti teneretur ipsa dicta nurus, vel pronurus ipso socero vel prosocero, ut D. eod. l. contra nurum, in princ., et l. nihil § uxor (D. 25, 2, 6 et 15 § 1). Que autem sint notanda ad hoc ut competat hec actio dic ut notavi in Codice, rerum amotarum, in glosa que sic incipit « ademi » et cet.

Concipitur autem libellus in ea sic: « Conqueror ego A. de B., scilicet [35] quondam de uxore mea, vel quondam [36] de nuru mea vel pronuru, que furtim, divortii causa, res meas tales et cet. dolo malo amovit; unde, cum iam secutum sit divortium, eas [37] mihi restitui peto, proposito iudicio rerum amotarum. » Vel sic: « que sperande mortis causa, res tales et cet. de bonis meis amovit; unde cum secuta sit mors in persona filii mei, iuris sui quondam, eas mihi restitui peto et cet. »

Erat autem huius actionis effectus quod [38] si mulier [39] condempnata res non restituit, iurabitur

---

1 *Cod.* sed. — 2 *Cod. om.* tignum. — 3 *Cod.* interesse. — 4 *Cod.* contineatur. — 5 *Cod.* vivictis. — 6 *Cod.* quodvies. — 7 *Cod.* emisserunt. — 8 *Cod. om.* nisi. — 9 *Cod.* quod. — 10 *Cod. om.* arbor. — 11 *Cod.* tradicitus. — 12 *Cod.* evulxit. — 13 *Cod.* tanta. — 14 *Cod.* ut. — 15 *Cod.* mente. — 16 *Cod. om.* numquid. — 17 *Cod. om.* est. — 18 *Cod. om.* etiam. — 19 *Cod* fuit. — 20 *Cod.* actione. — 21 *Cod. om.* quis. — 22 *Cod.* § et. — 23 *Cod. om.* actio vero legis Aquilie est mixta. *Cfr.* Inst. de actionibus (I. 4, 6 § 19). — 24 *Cod.* interesse. — 25 *Cod.* ut. — 26 *Cod. om.* competit. — 27 *Cod. om.* ut. — 28 *Cod.* D. — 29 *Cod.* si. — 30 *Cod.* poni et cum. — 31 *Cod.* cum. — 32 B. — 33 *Cod.* debeo. — 34 *Cod.* facere. — 35 *Cod. om.* scilicet. — 36 *Cod.* questio. — 37 *Cod. add.* meas tales et cet. dolo malo amovit; unde cum iam secutum sit divortium, eas. — 38 *Cod.* que. — 39 *Cod.* similiter.

Source : BIU Cujas

contra eam in litem, ut D. eod. l. si cum § fin., et l. sequenti (D. 25, 2, 8 § 1 et 9).

LII. De prescriptis verbis actione.

Hec actio principaliter [1] descendit ex tribus contractibus [2] innominatis scilicet do ut des, do ut facias, facio ut facias.

De primo sic, verbi gratia: « Conqueror ego A. de B., qui convenit mihi dare unum equum pro codice meo quem ei dedi; unde quia non dedit, ut convenit, peto ut mihi dictum equum prestet vel interesse meum, quod facio C. libras, proposita actione prescriptis verbis ». Vel si malit [3], poterit repetere quod dedit alia actione, scilicet condictione ob causam: et [4] probantur hec D. eod. l. naturalis § I (D. 19, 5, 5 § 1). Ideo dixi simpliciter « quod convenit », quia, si promisit, daretur tunc potius certi condictio ex stipulatione, cum esset contractus nominatus, verbis scilicet initus, sicque ista actio [5] superesset [6] ut D. eod. l. I et II (D. 19, 5, 1 et 2). Item ideo dixi « unum equum » in genere; quia si convenisset mihi dare unum equum in specie, non ageretur hac actione tamquam ex do ut des; sed tamquam [7] ex contractu permutationis. De permutatione [8] tractatur in [9] Cod. eod. l. quoniam (C. 4, 64, 5); et in [10] D. de contrahenda emptione l. I (D. 18, 1, 1).

De secundo, verbi gratia: « Conqueror ego A. de B., cui dedi C. lib. bon., vel Pamphilum servum meum ut Stichum servum suum manumitteret; quod non fecit; unde peto ut interesse meum mihi prestet, quod facio X ». Si [11] mallem, possem et tunc repetere quod dedissem; sed alia actione, scilicet condictione ob causam, ut D. eod. [12] l. nam cum, et l. si tibi X (D. 19, 5, 2 et 7). Sed in hoc casu posset tibi dari hec actio in me, puta cum manumisisses [13] servum tuum, et [14] servus [15] quem dedi tibi iure est a te evictus. Tunc potest ita concipi libellus [16], verbi gratia: « Conqueror ego A. de B., qui tradidit mihi Pamphylum ut Stichum servum meum manumitterem, et manumisi. Qui Pamphylus est a me evictus; unde peto interesse meum, quod facio C., proposita actione prescriptis verbis », ut D. de pactis l. iuris gentium (D. 2, 14, 7).

De tertio, verbi gratia: « Conqueror ego de B. cui fabricavi domum quamdam positam in tali loco, eo quod mihi convenerat fabricare quamdam aliam in quodam meo solo, posito in tali loco et cet.; unde cum non fecerit peto interesse meum, quod facio C., proposita actione prescriptis verbis », ut D. eod. l. naturalis § sed si facio (D. 19, 5, 5 § 4). Sed quid si [17] supradictis exemplis volo agere potius [18] ad hoc ut [19] impleat quod convenit? numquid possum? Respondeo: Utique, ut argumentum D. eod. l. ob eam causam accepto, et l. quotiens, et l. ult. (D. 19, 5, 9 et 21 et 26).

Sed quid dices in contractu qui rei interventu vestitur, cum non continenti, post venditionem initam, sed [20] ante rem traditam, pactum subsecutum sit, numquid ex eo dabitur actio [21]?

Item descendit hec actio ex contractu permutationis, et tunc ita verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. cui tradidi equum meum Ferrantem pro equo suo baio, quem convenit dare ex causa permutationis et non dedit; ideoque peto interesse, quod facio C. »

Item descendit cum rem meam extimatam dedi tibi [22] vendendam, [23] et [24] probantur hec Inst. de actionibus [25] § bone fidei (I. 4, 6 § 28); et D. de extimatoria l. I (D. 19, 3, 1). Et tum ita, verbi gratia: « Conqueror ego A. de B. cui dedi vestem meam sericam [26] extimatam C. sol..... [27] in penali, proposita actione prescriptis verbis extimatoria », ut D. de extimatoria l. I § fin. (D. 19, 3, 1 § 1).

Si autem queratur ad quem spectet periculum rei vel culpa, vel casu contingens, dic ut notavi in predicta lege (D. 19, 3, 1); et de prescriptis verbis l. si gratuitam § I (D. 19, 5, 17 § 1).

LIII. De actione iudicati que in factum datur.

Super hac actione autem videndum est qualiter proponatur et ad quid proponatur. Libellus [28] autem sic concipitur [29], verbi gratia: « Conqueror ego A. de B., qui condempnatus est mihi ad X per sententiam latam a domino H. iudice communis Bononie, et ei sententie non paret; unde peto predictam sententiam executioni mandari contra eum, et eius bona, pro modo predicti debiti et usurarum que cucurrerunt a duobus mensibus proximis retro elapsis post quadrimenstre tempus, proposita actione iudicati ». Quod autem sic nominetur hec actio, probatur D. de re iudicata l. III, in princ., et l. miles § II (D. 42, 1, 3 et 6 § 2).

LIV. De actione ex stipulatu pro dote.

Hec actio datur mulieri que sui iuris est. Et sic tunc [30] agat: « Conqueror ego Galdia de Bolognitto,

---

[1] *Cod.* principalem. — [2] *Cod.* casibus. — [3] *Cod.* mali. — [4] *Cod.* ut. — [5] *Cod.* lege. — [6] *Cod.* superstite. — [7] *Cod. add.* in. — [8] *Cod.* mutatione. — [9] *Cod.* ut. — [10] *Cod. add.* l. I. — [11] *Cod. om.* si. — [12] *Cod.* in. — [13] *Cod.* manumississet. — [14] *Cod. om.* servum tuum et. — [15] *Cod.* servum. — [16] *Cod. om.* tunc potest ita concipi libellus. — [17] *Cod. om.* si. — [18] *Cod.* potest *add.* se. — [19] *Cod. om.* ut. — [20] *Cod. om.* sed. — [21] *Responsio deest in Codice Cfr.* D. de prescriptis verbis l. rogasti (D. 19, 5, 19). — [22] *Cod. add.* rem. — [23] *Cod.* venditam. — [24] *Cod.* ut. — [25] *Cod.* actione. — [26] *Cod.* singam. — [27] *Certe nonnulla desunt in Codice.* — [28] *Cod. om.* libellus. — [29] *Cod. om.* concipitur. — [30] *Cod.* nec.

Source : BIU Cujas

cui dedi C. nomine dotis, pro matrimonio quod cum eo contraxi; unde, quia solutum est matrimonium inter me et ipsum, peto ut dictam dotem mihi restituat cum eius actione legitima ». Vel sic: « Conqueror ego A. de B., herede Bolognitti [1] quondam mei viri, cui dedi C. nomine dotis, que peto mihi ab eo restitui, cum solutum sit matrimonium morte [2] eiusdem Bolognitti »; vel sic: « cui dedi Bertam ancillam meam in dotem; ideoque peto ipsam vel [3] eius pretium [4] mihi restitui »; vel sic: « fundum [5], et fructus post solutum matrimonium ab eo perceptos, quos fatio tantum et cet., proposita actione de dote ».

Interdum etiam datur ei dum est in potestate patris, ut D. soluto matrimonio l. si cum dotem § si patri, et § si soluto, et l. quotiens § I, et l. in [6] insulam, in princ. (D. 24, 3, 22 § 4 et § 10, et 29 § 1 et 42); et C. de collationibus, auth. quod locum habet § fin. (C. 6. 20, 5, auth.). In his casibus et similibus eodem modo potest quis [7] actionem proponere et libellum concipere.

Ideo dixi « unde quia solutum est matrimonium » et cet., quia hec actio non datur constante matrimonio, nisi in casibus, puta cum maritus vergit ad inopiam, sive incohat male uti sua substantia, ut C. de iure dotium l. ubi adhuc (C. 5, 12, 29); et D. [8] soluto matrimonio l. si constante, in princ. (D. 24, 3, 24); et in Auth. de equalitate dotis § illud quoque (Nov. 97 c. 6). Et tunc ita concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B. marito meo, a quo fundum talem, et cet. quem dedi ei in dotem » vel sic: « C. que dedi ei in dotem, quia incohavit uti male substantia sua, proposita certi condictione ex stipulatu pro dote ». Et nota quia ideo dixi « quia incohavit » et cet., quia per hec verba que sunt in supradicto § proposito (Novembre 97 c. 6) non videtur necesse habere eum quod languens sit facultatibus, quia sic sero esset benefitium legis, ut argumentum C. quando licet sine iudice se vendicare l. I (C. 3, 27, 1); sed sufficit quia incohat uti male sua substantia, vel quia tota die stat ratabenus, cum id hactenus non consuevit, quia alias argumentum contra D. ut in possessione legatorum l. si is a quo § fin., et l. plane (D. 36, 4, 3 § 3 et 4); vel iam incipit tota die insistere ludis, ut iam vulgo dicant homines eum esse de male efficientibus suum, argumentum D. de [9] instructo et instrumento legato l. cum de lanionis § asinam molendinariam (D. 33, 7, 18 § 2). Vel dic, si placet, hoc iudicis officio et arbitrio relinquendum, cum non videatur lege determinatum, ut argumentum D. de iure deliberandi l. I § I (D. 28, 8, 1 § 1).

Item secundum casum nota in quo agit pro dote, constante matrimonio, ut C. de repudiis l. II (C. 5, 17, 2).

Est et tertius D. de iure dotium l. quemadmodum § traditione (D. 23, 3, 46 in m.).

Item quod dixi legitimam accessionem venire, est intelligendum de tertia parte centesime que prestatur ex quo transierit dies reddende dotis, ut C. de rei uxorie actione l. I § cum autem in exactione (C. 5, 13, 1 § 7).

Item quod dixi de partibus et fructibus planum est, ut partus quandocumque editus [10] constante matrimonio in restitutionem veniat, nisi ancilla data sit extimata, ut D. de iure dotium l. si mancipia (D. 23, 3, 18); et C. de rei uxorie actione l. I § itaque (C. 5, 13, 1 § 9 in m.). Partus fructus tamen non veniunt, nisi vel percepti fuerunt a viro ante contractum matrimonium, vel post dissolutum matrimonium, ut D. de iure dotium l. dotis (D. 23, 3, 7). Fructus percepti constante matrimonio, scilicet pro rata partis ultimi anni quia non stetit matrimonium, repetuntur, ut D. soluto matrimonio l. de divisione (D. 24, 3, 5).

Item datur hec actio patri qui dedit dotem pro filia sua, ut tamen agat consentiente filia. Que tamen si non consentiat, cum iustam causam contradicendi non habeat, cogitur consentire, ut D. soluto matrimonio l. II § I, et l. si cum dotem (D. 24, 3, 2 § 1 et 22). Et tunc sic concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., cui dedi C. nomine dotis pro filia mea Berta; unde cum solutum sit matrimonium inter eos, peto dictam dotem mihi restitui ». Si tamen constituatur sui iuris vel emancipatione, vel morte patris, actio facit transitum ad ipsam filiam, et eius fit propria, ut C. de rei uxorie actione l. I § videamus (C. 5, 13, 1 § 11); nisi pater aliter ea fuerit stipulatus sibi soli reddi, vel suo heredi cum dotem daret, et quandocumque ante nuptias, ut D. soluto matrimonio l. quotiens (D. 24, 3, 29).

LV. De actione aque pluvie arcende.

Hec actio datur domino agri cui alterius aqua nocet non natura loci, non vetustate, non pacto; sed opere novo facto. Dominum agri accipias pleno iure dominum, scilicet directo vel utiliter D. eod. l. si tertius (D. 39, 3, 6). Item quod dixi « nocet » intellige « sive nocuerit iam, sive nocere possit », ut D. eod. l. I § I (D. 39, 3, 1 § 1); et D. de statuliberis l. Labeo (D. 40, 7, 21). Item ideo [11] dixi « non natura loci » et cet., quia si aqua natura loci profluat in agrum meum, vel vetustate, vel pacto, cessat hec actio, ut D. eod. l. I § fin. (D. 39, 3, 1 § 23).

---

[1] *Cod.* Bologia. — [2] *Cod. om.* morte — [3] *Cod.* et. — [4] *Cod.* per ius. — [5] *Cod. add.* fundum. — [6] *Cod. om.* in. — [7] *Cod. om.* quis. — [8] *Cod.* C. — [9] *Cod. add.* fundo. — [10] *Cod. add.* in. — [11] *Cod.* quod.

Source : BIU Cujas

His ergo premissis, ad evidentiam libellum [1] ita concipies: « Vobis et cet. conqueror ego A. de B., cuius opere manufacto in predio suo tali et cet., aqua ex eo profluens, meo predio, ibi prope posito, iuxta stabiles et cet. nocet, sive etiam nocere potest; ideoque peto ut predictum opus sua impensa tollat, et rem in pristinum statum restituat, proposita actione aque pluvie arcende ». « Cuius opere manufacto » et cet. ideo dictum est quia si casu, vel natura loci et cet. cessabit hec actio, ut notavi; et probatur D. eod. l. I § in summa (D. 39, 3, 1 § 15). Opus autem factum accipias manu domini agri vel alias eius iussu. Nam si procurator eius, vel colonus, vel alius quicumque fecerit illud opus, ex quo mihi dampnum detur vel dari speretur, eo inscio vel invito, ad nihil tenebitur dominus, nisi ut [2] patientiam prestet. Is tamen qui fecerit tenebitur quod vi aut clam ut opus sua impensa restituat, et dampnum, si quod illatum est, resarciat, ut D. eod. l. quamquam § penult., et l. si colonus (D. 39, 3, 4 § 2 et 5). « In predio suo tali » et cet.: istud ideo dixi quia hac actione non tenetur quis, nisi cum in suo fecerit opus; unde, si fecerit in publico, non tenetur, etsi forte teneri ab alio videtur, ut D. eod. l. apud Trebatium § aque (D. 39, 3, 3 § 3).

Sed quid si fecerit opus [3] per quod nocetur, sive noceri potest modo aliquo, loco publico existente in medio? Respondeo quia tunc locum habere potest hec actio, ut D. eod. quod [4] principis § fin. (D. 39, 3, 22 § 2). Et idem si alicuius locus privatus sit in medio, ut D. eod. l. si tertius, in princ. (D. 39, 3, 6). Hec autem verba « nocetur sive noceri potest » et cet. intelligas vera esse qualitercumque fiat contra veterem formam, ut D. eod. l. I § II. (D. 39, 3, 1 § 2); item sive fiat a domino superioris agri, sive inferioris, ut D. eod. l. I [5] § item sciendum (D. 39, 3, 1 § 13).

Sed quid si opus faciat non ut aquam mittat in meum, sed ut eam forte defluere impediat que consuevit mihi proficere? Respondeo quia tunc cessabit hec actio; nam hac actione non potest quis cogi ut vicino prosit, sed ne noceat, ut D. eod. l. I § sicut (D. 39, 3, 1 § 21); quod tamen fallit in casibus, ac de equitate, ut D. eod. l. II (D. 39, 3, 2 § 6).

Item quod opus sua impensa debeat tollere probatum est et probatur D. eod. l. I § Neratius [6] D. 39, 3, 1 § 2). Item ideo dixi de dampno dato pendente lite, quia hoc solum venit in hac actione, non dampnum preteritum, ut D. eod. l. I § II in princ., et l. si tertius (D. 39, 3, 1 § 2 et 6).

Quid ergo fiet de dampno iam ante dato? Respondeo utique quia resarciendum erit interdicto quod vi aut clam, ut D. eod. l. Anteus (D. 39, 3, 14). Et tunc ita predicto libello adicies: « Item peto quod dampnum mihio illatum occasione presentis operis, quod facio C., mihi resarciat, proposito interdicto quod vi aut clam [7] ».

LVI. De actione legis Aquilie. [8]

Hec actio datur [9] domino rei in qua dampnum est datum, etiam [10] si [11] universitatis titulo eam possideat [12]: ad quod adest quod legitur in summa eod. tit. § competit. Item ad hoc ut competat hec actio oportet dampnum dari a corpore in corpus, ut puta si servum [13] meum vel pecudem meam transgulavit; si enim daretur dampnum a [14] corpore in non corpus, puta quia anulum tuum de manibus tuis excussi ut caderet in mare; vel etiam si daretur dampnum a non corpore in corpus, puta quia panno rubro fugavi armenta tua, sicque peto si [15] ita [16] precipitata sunt, locum habet utilis actio legis Aquilie, non directa. Vel si [17] daretur dampnum a non corpore in non corpus, puta quia servum tuum compeditum misericordia ductus solvi, daretur actio in factum; et [18] probantur [19] hec Inst. eod. § ceterum (I. 4, 3, § 16) usque in fine. Concipitur ergo libellus sic in actione directa, cum agitur profecto: « Conqueror ego A. de B. qui Stichum servum meum, sive equum meum, vel aliam quadrupedem quamcumque et cet. puta mulum, asinum, bovem, capram, ovem, suem, suo corpore interfecerit; unde peto mihi prestari ab eo extimationem predicti servi mei, sive equi quantumcumque fuerunt a tempore actionis retro infra annum, habita ratione totius interesse et omnis utilitatis etiam extrinsece, quam utilitatem et extimationem facio C. libras imperialium, eo salvo quod si predictus dampnum mihi illatum a se inficiatus fuit, et passus fuerit litem contestari super eo, predicta omnia peto duplari, proposita actione directa legis Aquilie ». Quod autem agatur actione [20] legis Aquilie probatur Inst. eod. in princ. (I. 4, 3); et [21] quod habenda sit ratio omnium utilitatum [22] et causarum probatur D. eod. l. Stichum, et l. proinde, et l. inde Neratius § I et II, et III, et IIII (D. 9, 2, 55 et 22 et 23 § 1 § 2 § 3 § 4).

LVII. De actione de pauperie.

Hec actio datur cuicumque dampnum passo, sive alias eius intersit, ut D. eod. l. hec actio, in princ. (D. 9, 1, 2) contra dominum cuius quadrupedis, que non sit fera bestia, puta equi, bovis, asini et similium, si tamen dampnum dederant contra naturam

---

1 *Cod.* libelli. — 2 *Cod.* in. — 3 *Cod.* immo. — 4 *Cod.* qui. — 5 *Cod.* II. — 6 *Cod.* tertius. — 7 *Cod. om.* interdicto quod vi aut clam. — 8 *Cod. add.* respondeo. — 9 *Cod. add.* idest. — 10 *Cod.* et ei que. — 11 *Cod.* sine. — 12 *Cod. om.* eam possideat. — 13 *Cod.* suum est. — 14 *Cod. add.* non. — 15 *Cod.* ut. — 16 *Cod.* tua. — 17 *Cod. om.* si. — 18 *Cod.* ut. — 19 *Cod.* probatur. — 20 *Cod. om.* agatur actione. — 21 *Cod. om.* et. — 22 *Cod.* animalium.

Source : BIU Cujas

sui generis, ut potest notari exemplum in equo qui est calcitrosus et calce percussit, et in bove qui cornu petiit, nisi forte vel propter loci iniquitatem, vel culpa mulionis, vel instigatu alterius id contigerit, ut D. eod. l. I § I et II et III (D. 9, 1, 1 § 1 et § 2 et § 3). Et secundum hoc concipietur libellus: « Conqueror ego A. de B. cum quadrupes talis et cet. dedit mihi dampnum et servo meo Sticho contra naturam sui generis; quod extimo X.; unde peto ut dictam extimationem mihi prestet, vel dictam suam quadrupedem [1] mihi noxe tradat, proposita actione de pauperie ». Quod autem hec actio sit noxalis, preterquam in quibusdam casibus probatur D. eod. l. I § cum ariete, usque ad § fin. (D. 9, 1, 1 § 11 et seqq.).

Sed quid si fera bestia quam tu habes dederit mihi dampnum? Respondeo quia dabitur mihi hec actio non directa sed utilis. Sed et dabitur actio in factum ex edicto edilium, ita ut pro libero homine cui nocitum est detur in tantum in quantum diximus supra in actione [2] legis Aquilie, et pro ceteris rebus in duplum, ut D. eod. l. I § in bestiis (D. 9, 1, 1 § 10); et Inst. eod. (7, 4, 9). Si vero bipes dampnum dederit, tunc locus erit utili actioni [3] de pauperie, ut D. eod. l. penult. (D. 9, 1, 4).

LVIII. De actione iniuriarum ex [4] lege Cornelia.

Hec actio ei competit qui est pulsatus vel verberatus, vel cuius domus quis introivit, ut pulsatum accipias eum qui [5] qualiterumque, etiam manu, iniuriose, etiam sine dolore, pulsatus est [6]; verberatum vero [7] cum dolore; item domum accipias, sive sit propria, sive sit conducta, sive gratis concessa; et [8] probantur hec D. de iniuriis l. lex Cornelia (D. 47, 10, 5). Et secundum hoc ita concipies libellum: « Conqueror ego A. de B. qui me iniuriose pulsavit, vel me iniuriose verberavit », vel sic: « iniuriose et per vim domum meam talem intravit; unde peto ab eo mihi prestari quanti iudex arbitratus fuerit, proposita actione iniuriarum ex lege Cornelia ». Quod autem ita sit sequenda condempnatio probatur D. eod. l. ult. (D. 47, 10, 45). Est et alia actio [9] iniuriarum, que est pretoria, riteque [10] in ea [11] facienda est condempnatio secundum iuramentum actoris; ut Inst. de iniuriis § pena (I. 4, 4, § 7); vel dic idem in utraque, argumento predicti § (I. 4, 4 § 7). Nec obstat lex illa constitutionibus (D. 47, 10, 37), quia quod ibi dicitur « extimationem iudicis arbitrio faciendam », dicitur propter taxationem ab eo faciendam, ut dicitur in predicto § Inst. (I. 4, 4 § 7), ut sic suppleas in libello: « unde peto ab eo mihi prestari quanti in litem iuravero ».

Illud tamen videtur hic inquirendum quare sit inducta hec actio cum sufficeret pretoria, que pro omni iniuria est inventa, et eumdem habet cum ea effectum; nam quod pretoria, etiam in predictis casibus, competat probatur D. de iniuriis l. lex Cornelia § illud. (D. 47, 10, 5 § 6).

LIX. De actione in factum que competit contra magistratum.

Hec actio datur pupillo et eius heredibus contra [12] magistratus municipales [13], sive duumviros et eorum heredes; ut tantum notes ante omnia quia Prefectus urbis, Preses provincie et alii qui poterant dare tutores, non tamen exigere satisdationem, hac [14] actione non tenentur; et [15] probantur hec D. eod. l. I § I, et II (D. 27, 8, 1 § 1 et 2); et Inst. de satisdatione [16] tutorum § penult. (I. I, 24 § 3); et D. de confirmando tutore l. tutores (D. 26, 3, 5); et de administratione tutorum l. Emilius Dexter (D. 26, 7, 53).

Tenentur autem predicti magistratus, vel quia amoniti per Presidem, facultatibus pupilli excedentibus summam quingentorum solidorum, vel alias amoniti per ipsum pupillum, cessaverunt ei omnino dare tutorem. Vel dic quod non fecit ei cautionem prestare [17] vel caveri se rem pupilli salvam fore; vel tutores ei dedit sed minus idoneos, ut eos accipiat non ydoneos non tantum facultatibus sed et moribus, ut D. de privilegio creditorum (D. 20, 4); et D. eod. l. I § II (D. 27, 8, 1 § 2); et D. de tutoribus et curatoribus datis ab his l. scire (D. 26, 5, 21) circa finem; vel quia fecerit caveri sed non ydonee; vel quia data opera distulerunt in tempus tutelam [18] successorum suorum vel etiam satisdationem. In his enim omnibus casibus dico eos teneri pro omni eo quod fecerunt, vel omiserunt dolo, vel culpa non levi. Heredes tamen eorum non tenentur, nisi de dolo et lata culpa; et [19] probantur hec D. eod. l. I § magistratibus, et § sciendum, et § II, et § si curatoris (D. 27, 8, 1 § 6 et § 7 et § 2 et § 5); et Inst. de satisdatione tutorum § penult. (I. 1, 24 § 3); et D. eod. l. I § non tantum, et l. non similiter (D. 27, 8, 1 § 4 et 4).

Aget ergo pupillus pro omni dampno dato sibi occasione predictorum. Et sic recte libellum concipies: « Conqueror ego A. de B. qui tempore sui magistratus, iussu iudicis non servato, cessavit mihi dare tutorem; ex quo passus sum dampnum in C. libris; ideoque peto ut predictum dampnum mihi resarciat, proposita actione in factum ». Vel sic: « qui,

---

[1] *Cod.* quadrupem. — [2] *Cod.* hac ratione. — [3] *Cod.* actione. — [4] *Cod.* et. — [5] *Cod.* quem. — [6] *Cod.* pulsaneus. — [7] *Cod.* non. — [8] *Cod.* ut. — [9] *Cod. om.* D. eod. l. ult. Est et alia actio. — [10] *Cod.* ritus qua. — [11] *Cod. om.* in ea. — [12] *Cod.* que. — [13] *Cod.* municipalis. — [14] *Cod. om.* hac. — [15] *Cod.* ut. — [16] *Cod. add.* actione hac non tenentur, ut probantur hec D. eod. l. I § I et II, et Inst. de satisdatione. — [17] *Cod. om.* prestare. — [18] *Cod. om.* tutelam. — [19] *Cod.* ut.

Source : BIU Cujas

iussus a iudice ut ei renuntiaret facultates Sempronii mei quondam tutoris, ei falso renuntiavit esse maiores quam essent, ex quo passus sum dampnum in C.; unde peto et cet. ». Nam pro hac recte tenetur, quia non fecit mihi caveri a tutoribus, quos mihi dedit, rem pupilli salvam fore, ut debuit, et cet. Vel sic: « qui non [1] fecit mihi caveri a tutoribus, quos mihi dedit, rem pupilli salvam fore, ut debuit » et cet; vel sic: « quia fecit mihi caveri a tutoribus, quos mihi dedit per minus idoneos fideiussores et cet. ».

Et nota quod si plures magistratus dederint tutores, vel iussi [2] fuerint dare, vel dare debuerunt, pupillus autem habet electionem ut vel omnes, vel alterum quem velit in solidum conveniat, cum [3] nomine doli vel late culpe et [4] pro culpa non levi, quilibet pro utili portione tenetur, ut D. eod. l. antepenult. (D. 27, 8, 7). Hic tamen expedit inquirendum quando et quo ordine possunt predicti magistratus conveniri [5].

LX. De actione ingrati.

Hanc ationem computa [6] inter ceteras actiones, quasi sit proprium nomen actionis, cui [7] favet lex C. de libertis et eorum liberis (C. 6, 7). Et secundum eam [8] ita poterit componi libellus: « Vobis, domine, conqueror ego A. de B. quondam servo meo, cui sponte libertatem imposui, qui nequitia servilis ingenii adversus me cervicem erexit et iniuriam mihi intulit, propter quam mihi ingratus extitit; unde postulo tamquam ingratum factum, in servitutem meam redigi, et manui et potestati mee subici, proposita actione ingrati ».

Ideo dixi de eo cui libertatem imposui sponte, quia si ex necessitate, puta rogatus per fideicommissum, vel alio simili modo non daretur mihi hoc auxilium; sed imponeretur ei alia pena, vel dampnationis in exilium, vel dampnationis in metallum, ut C. de libertis et eorum liberis [9] l. I (C. 6, 7, 1); et C. de operis libertorum l. II (C. 6, 3, 2).

LXI. De publiciana. [10]

Diximus supra de civilibus actionibus; nunc autem est videndum de pretoriis, et sic exequendo Iustiniani exemplum quod tradidit Inst. de actionibus § alie (I. 4, 6 § 3).

Videamus in primis de publiciana. Est autem notum [11] publicianam ei competere qui rem traditam sibi a non domino, ex iusto titulo apto ad dominium transferendum, bona fide acceperit, cum rem nondum usuceperit, vel alias dominium nactus non fuerit; et [12] probantur hec D. eod. l. I, II et III (D. 6, 2, 1, et 2 et 3). Super hoc autem libello concipiendo, competens est ut diligens advocatus primo inquirat a clientulo suo an sciat vel credat se non dominum, an dubitet; ut si sciat vel credat se dominum, cesset ab hac actione proponenda, et recurrat ad directam rei vendicationem, que soli domino competit, ut D. de rei vendicatione l. in rem [13] (D. 6, 1, 23).

« Conqueror ego A. de B., qui fundum talem, et cet, traditum [14] mihi a Sempronio non domino ex causa emptionis, [15] possidet et mihi restituere contradicit; unde tam pro re mihi restituenda, quam pro fructibus ab eo perceptis a X annis citra usque nunc, quos facio tantum et cet., iustitiam peto, proposita publiciana ». Quod autem fructuum possit haberi ratio probatur, quia constat eam habendam [16] in rei vendicatione, ut C. de rei vendicatione l. certum (C. 3, 32, 22); ergo in publiciana idem, ut D. eod. l. sed et si § in publiciana (D. 6, 2, 7 § 8).

Ego autem sic consulo advocato, ut diligenter inquirat in quo magis inclinet animus [17] sui [18] clientuli [19]; et si dicat « dubito », faciat eum deliberare in ultimo modo: satis consentio utilius esse quod publicianam intendat. Quidam tamen circa hunc casum quamdam viam elegerunt dicentes tutius esse quod utramque [20] proponat, scilicet rei vendicationem et publicianam. Quod fit hoc modo, scilicet [21] petendo sibi fundum restitui, quem dicit sibi [22] pertinere iure dominii vel quasi, proposita rei vendicatione [23] et publiciana; vel saltim petendo sub alternatione, puta sic: « rem talem vendico, quam dico meam esse; vel si non possem probare meam esse, peto eam mihi restitui quia bona fide emi ».

LXII. De actione rescissoria.

Super hac autem actione diligentius est videndum primo de eius nomine; secundo de eius nativitate; tertio de eius vita; quarto de eius effectu.

Est autem hec actio sic dicta rescissoria, ut Inst. de actionibus § rursus (I. 4, 6 § 5); et C. ad Velleianum l. si mulier (C. 4, 29, 16); quia per restitutionem, per ius pretorium [24] indultam [25], usucapionem vel [26] prescriptionem rescissam ostendit. Nec mireris si gaudet hoc nomine: parum enim proficeret restitutio si non superesset pro re recuperanda hec actio: et pro hoc facit de minore quod dicitur eam dari rescissa alienatione, ut D. de minoribus l. in causa cognitione § interdum (D. 4, 4, 13 § 1); et nota pro hoc argumen-

---

[1] *Cod. om.* non. — [2] *Cod.* viti. — [3] *Cod. om.* cum. — [4] *Cod. om.* et. — [5] *Cod. om.* conveniri. — [6] *Cod. add.* verum quidem. — [7] *Cod.* quibus. — [8] *Cod.* eod. — [9] *Com. om.* liberis. — [10] *Cod.* de republiciana de publiciana. — [11] *Cod. add.* de. — [12] *Cod.* ut. — [13] *Cod.* si autem sciat vel credet. — [14] *Cod.* quem tradidit. — [15] *Cod. add.* idem B. non. — [16] *Cod.* habenda. — [17] *Cod.* animum. — [18] *Cod* suum. — [19] *Cod. om.* clientuli. — [20] *Cod.* ut nunquam. — [21] *Cod.* si. — [22] *Cod.* a se. — [23] *Cod.* vendicationem. — [24] *Cod. om.* pretorium. — [25] *Cod. add.* contractum. — [26] *Cod. om.* vel.

Source : BIU Cujas

tum sumi ex vi nominis, ut alias notatur C. de episcopali audientia l. decernimus (C. 1, 2, 16). « Conqueror ego A. de B., qui possidet fundum meum talem et cet. quem vendideram, et super quo sum in integrum restitutus; unde cum fundum mihi restituere contradicat, peto dictum fundum mihi restitui cum fructibus inde perceptis et cet., proposita rescissoria, scilicet utili actione in rem ». Quod in eam veniant fructus probatur D. de minoribus l. quod si minor (D. 4, 4, 24).

LXIII. De serviana.

Hec autem competit actio pro rebus coloni que, pignoris iure, pro mercedibus fundi tacite obligate sunt, ut Inst. de actionibus § serviana autem (I. 4, 6 § 7). Aliquis tamen notavit differentiam inter res coloni inductas in predium, in quibus requiritur locatoris scientia, et res inquilini in quibus non requiritur, ut C. locati et conducti l. certi (C. 4, 65, 5); nec distinguo inter res primi coloni [1] et posterioris, quia et hec [2] que posterioris sunt tacite obligantur nedum locatori sed et domino qui primo locavit. Quod tamen intelligas pro rata pensionis [3] convente ab ipso posteriore, et non amplius, ut D. de pignoratitia actione l. solutum § solutam (D. 13, 7, 11 § 5); et locati [4] et conducti [5] l. si in lege § I (D. 19, 2, 24 § 1) [6]. Ita concipias libellum: « Conqueror ego A. de B., qui equum [7] talem et cet. » vel librum, vel cultrum, vel servum, vel simile « induxit in domum meam quam ei certa mercede locavi, causa usus sui, quamdiu ivi inhabitaret; unde cum sint mihi pro predicta mercede pignori obligata, peto ea [8] mihi prestari sive restitui, proposita serviana ». Et hec cum possident colonus sive inquilinus; si autem possideat extraneus, tunc aliter: « Conqueror ego A. de B., qui possidet res tales et cet., que sunt mihi pignori obligate pro mercede sive pensione cuiusdam domus quam locavi Sempronio, eo quod eas in dicta domo induxit causa sui usus quamdiu ibi inhabitaret; ideoque peto ea mihi restitui, proposita serviana ». Et nota quia ideo dixi « causa sui usus, quamdiu ibi inhabitaret » quia non videtur quod aliter cederet pignori, ut D. de pignoratitia actione l. debitor (D. 13, 7, 40); et D. de actionibus empti l. fundi § Labeo (D. 19, 1, 17 § 7).

LXIV. De quasi serviana.

Hec actio datur creditori et heredi eius usque quo fuit ei satisfactum a parte debitoris; unde dicitur habere conditiones suas, id est si soluta sit pecunia vel alias satisfactum sit [9]; quibus cessantibus, ipsa tenet et competit. Ex quo sequitur quia, etiam debitore vel eius successore condempnato, recte moveri potest, ut D. de pignoribus l. grege § etiam, et § si sub conditione [10] (D. 20, 1, 13 § 4 § 5).

Item datur pro quibuscumque rebus pignori obligatis sive soli sive mobiles sint; nec distinguo causam debiti, licet aliud dixerim in superiori actione, ut Inst. de actionibus § quasi serviana (I. 4, 6 § 7).

Item non distinguo utrum generalis fuerit obligatio omnium [11] bonorum, an specialis; nam pro generali obligatione poterit generaliter proponi hec actio ut dicat: « Conqueror ego A. de B. qui obligavit mihi omnia sua bona pro C. libris quas ei mutuo dedi; unde peto omnia bona sua mihi prestari, proposita ypothecaria ». Nec obstat quod alias diximus res esse singulariter exprimendas, quia verum est cum proponitur ad res singulariter obligatas; sed aliud est cum obligatur universitas bonorum. Et quod [12] obligari possit probatur D. de pignoribus l. obligatione (D. 20, 1, 6); et C. que res possunt pignori obligari l. fin. (C. 8, 17, 9); eo tamen diligenter notato, quod si idem mihi specialiter obligavit rem aliquam, et postea generaliter omnia bona sua; quamdiu potest mihi satisfieri de speciali pignore, tamdiu cessat per se cautio generalis ypothece, ut C. de pignoribus l. II (C. 8, 14, 2).

Datur hec actio contra quemlibet possidentem; nam ipsa in rem est, ut C. de pignoribus l. pignoris (C. 8, 14, 18). Et nota quod dicitur advocare nudam possessionem et possessorem persequi, ut D. de evictionibus l. si cum venditori (D. 21, 2, 66); et C. de pignoribus l. debitorem (C. 8, 14, 15); unde dicitur etiam res obligata cum sua causa transire ademptorem, ut D. de distractione pignorum l. si debitor (D. 20, 5, 8).

Libellus autem sic concipi potest: « Conqueror ego A. de B., qui fundum suum talem mihi pignori obligavit pro C. libris quas mutuo ei dedi; ideoque peto predictum fundum mihi prestari, proposita ypothecaria ». Vel si alii possideant, non is qui obligaverit, dices [13] sic: « Conqueror ego A. de B., qui possidet fundum talem et cet., quem mihi obligavit Titius, qui ius obligandi habebat; ideoque peto ipsum mihi prestari, proposita actione ypothecaria ». Et hoc [14] cum possidet is qui convenitur [15]; si autem desinit possidere sine dolo et culpa, frustra agetur [16]; sed si desiit possidere dolo, recte agitur, quia dolus pro possessione est, et nihilominus sequitur condempnatio ut rem cum fructibus prestet; et si iussus [17] non restituerit, iurabitur contra eum in litem. Si autem desiit possidere culpa tantum: si debitor sit,

---

1 *Cod.* colonis. — 2 *Cod. add.* quia et hec. — 3 *Cod.* inpensionis. — 4 *Cod.* locatam. — 5 *Cod.* conductam. — 6 *Cod. add.* datur autem. — 7 *Cod. add.* quendam. — 8 *Cod. add.* eam. — 9 *Cod. om.* sit. — 10 *Cod.* si sub defensore. — 11 *Cod.* cum. — 12 *Cod. om.* et quod. — 13 *Cod.* dicet. — 14 *Cod.* hac. — 15 *Cod.* convenit. — 16 *Cod.* aget. — 17 *Cod.* visus.

Source : BIU Cujas

extimabitur lis [1] contra eum quatenus est in debito; si vero sit extraneus quanti interest creditori; et [2] probantur hec D. de petitione hereditatis l. certum, circa finem (D. 5, 3, 3).

Vincit autem ita demum in hac actione quis si probaverit eum fuisse dominum qui obligavit, vel qui obligationi consensit, ut D. de pignoribus l. et que nondum sunt § quod dicitur (D. 20, 1, 15 § 1).

LXV. De utili in rem actione que superficiario competit.

Ad huius evidentiam nota illum proprie superficiarium dici qui conduxit solum a vero domino sub certa pensione ad modicum tempus, ita ut in eo habeat superficiem sive domum toto tempore conductionis. Ideo dixi « qui conduxit solum », quia si conduceret superficiem sive domum iam extractam quantocumque tempore, non videtur proficere quantum ad actionem hanc in rem que dicitur superficiario dari; quia superficiarius dicitur non eo quod superficiem conduxit, sed eo quod superficiem habet in alieno solo conducto, ut D. de rei vendicatione l. superficiario (D. 6, 1, 74); et [3] D. de superficiebus l. fin. (D. 43, 18, 2). Nam si conduxi superficiem, ita est intelligendum, idest solum in quo est superficies; et quod illi detur hec utilis in rem actio probatur D. de superficiebus l. I § quia autem (D. 43, 18, 1 § 6); et D. de novi operis nunciatione l. in provinciali § penult. (D. 39. 1, 3 § 3).

Sed numquid aliqua datur in rem actio ei qui conduxit superficiem ad non modicum tempus? Respondeo: Utique, exemplo emphiteote qui conduxit fundum fruendum in perpetuum, sive ad non modicum tempus; de quo loquitur D. si ager vectigalis l. I, et II (D. 6, 3, 1 et 2). Quod tamen intelligas in eo qui conduxit superficiem, itaque solum etiam, puta domum sive habitationem domus, quia solius [4] superficiei nulla esset conductio, sive fieret [5] ab extraneo, quia sine solo frui non posset; sive fieret a domino, quia nec ipse conducere posset rem propriam, ut D. de regulis iuris l. nec ex pretorio (D. 50, 17, 27). Quod autem sit eius propria, quantum ad directum dominium utroque iure, probatur D. de superficiebus l. fin. (D. 43, 58, 2).

Sed his obstant que dicuntur in predictis legibus utilem in rem dari ei qui conduxit a municipibus, non autem ita si a privatis; quia tunc dicuntur fundi non vectigales. Sed respondeo quia ibi dicitur « non vectigales sunt » quia ita colendi dantur ut privatis agros nostros colendos dare solemus; et [6] dictum est propter partiarios colonos tantum, quibus recte concedimus hanc actionem dari non posse quantocumque tempore conduxerunt.

Non obstat quod ibi dicitur [7], in illo titulo si ager vectigalis et cet. (D. 6, 3) loquitur tantum cum fit locatio a municipibus; quia intelligendum est exempli causa dictum, ut idem sit in quocumque privato, ut argumentum D. de petitione hereditatis l. item veniunt § in privatorum (D. 5, 3, 20 § 9); de iuris et facti ignorantia l. I [8] (D. 22, 6, 1).

Concipitur libellus sic: « Conqueror ego A. de B., qui detinet fundum talem et cet. ad me pertinentem iure superficiei, quod mihi in eo competit; unde peto dictum fundum mihi restitui, proposita utili actione in rem pretoria ». Aliud autem non curo exprimere, scilicet ex qua causa competat illud ius, non magis quam ut alias dixi in rei vendicatione, scilicet de rei vendicatione; ut tamen notes quia, cum ita simpliciter propono communem casum et ius meum, si quod competere posset, eo etiam [9] eadem actione, si tamen quis vellet largiri via uti posse, ut diceres secundum eos qui talem libellum admittunt: « peto dictam rem mihi restitui, quam dico ad me pertinere iure dominii vel quasi ».

LXVI. De utili actione in rem que datur metu passo.

Hec actio principaliter est inducta contra eum qui metu extorsit, ut D. quod metus causa l. metum § volenti, et § Iulianus, et § licet (D. 4, 2, 9 § 4 § 5 § 6), et scripta [10] est in rem, et sequitur quemlibet possessorem, ut D. quod metus causa l. metum autem (D. 4, 2, 9). Et nota hanc actionem ideo dici utilem, quia directa dari non posset, cum directum dominium transtulerit in accipientem cui metu coactus tradidit; nam etiam [11] ex inutili contractu, cum tradit dominus, transfertur dominium, ut D. quod metus causa l. si mulier [12] § si metu (D. 4, 2, 21 § 5). Concipitur autem libellus sic: « Conqueror ego A. de B., qui librum talem et cet. per metum a [13] me extraxit; unde peto predictum librum ut mihi restituat, et de dolo etiam, nomine eiusdem libri, mihi repromittat, utili actione in rem ex edicto quod metus causa ». Vel si agat contra alium qui metum intulit, sic dices: « Conqueror de Titio qui possidet rem meam talem et cet. a me metu extortam; unde peto eam mihi restitui et cet. ». Et hec si erat dominus vel quasi dominus is [14] qui metu coactus tradidit; si autem solam possessionem habebat, sic dices: « Conqueror ego A. de B., a quo peto possessionem fundi talis, et cet. vel libri talis et cet. mihi restitui, quia [15] dico a me metu fuisse extortam ». Vel dic, si placet, illud fore petendum non per utilem actionem in rem, que tantum

---

[1] *Cod.* lix. — [2] *Cod.* ut. — [3] *Cod.* ut. — [4] *Cod.* solus. — [5] *Cod.* fieri. — [6] *Cod. om.* et. — [7] *Cod. add.* sed. — [8] *Cod. add.* § et licet. — [9] *Cod.* quod. — [10] *Cod.* scriptum. — [11] *Cod. om.* etiam. — [12] *Cod.* similiter. — [13] *Cod.* ad. — [14] *Cod.* his. — [15] *Cod.* quam.

Source : BIU Cujas

respectu dominii solet competere; sed per aliam actionem, scilicet quod metus causa; et de ea videtur loqui lex D. quod metus causa l. si mulier [1] § qui [2] possessionem (D. 4, 2, 21 § 2).

LXVII. De possessoria [3] fideicommissaria hereditatis petitione.

Hec actio a pretore inducta est [4], gratia emancipatorum, quibus petitio hereditatis dari non putabatur [5], quia erant prorsus incogniti iure civili; sed pretor eos adiuvit, non minus pollicendo eis quam dando [6] quod ius civile dedit suis heredibus, ut Inst. de exheredatione [7] liberorum [8] § emancipatos (I. 2, 13 § 3); et de hereditatibus [9] que [10] ab intestato § emancipati [11] (I. 3, 1 § 9); D. eod. l. I (D. 5, 6, 1); et est dicta [12] possessoria quia bonorum possessoribus datur; nam cum heredes appellari non possunt, quia nomen est iuris civilis, dicti sunt, loco heredum, bonorum possessores, ut Inst. de bonorum possessionibus § quos autem (I. 3, 10 pr.).

Concipietur autem in hac actione libellus sic: « Conqueror ego A. de B., qui possidet hereditatem Sempronii quam dico mihi delatam ab intestato, cum fuerim suus filius, licet emancipatus; unde peto eam mihi restitui, proposita possessoria hereditatis petitione ». Et nota quia ideo dixi « ab intestato », quia si in testamento esset institutus, vocaretur de iure civili, sicut quivis extraneus, ut D. de petitione hereditatis l. I (D. 5, 3, 1).

Item omnia que notavi supra [13] de petitione hereditatis hic eodem modo repetita intelligas; nam quecumque veniunt in illo iuditio, veniunt et in isto, ut D. eod. l. II (D. 5, 6, 2).

Hodie tamen videtur posse dici hanc actionem superfluam, quasi civilis supersit, quia in successoribus ab intestato sublata est omnis differentia emancipationis et patrie potestatis, ut in Auth. de heredibus ab intestato § fin. (Nov. 118 c. 6); et est argumentum ad hoc D. de publicanis l. 1 § II (D. 39, 4, 1 § 2).

LXVIII. De fideicommissaria hereditatis petitione.

Hec actio pretoria visa est preceptoribus nostris argumento sumpto a contrario sensu legis D. eod. l. I (D. 5, 6, 1). Et concipietur libellus sic: « Conqueror ego A. de B., qui possidet hereditatem Sempronii » vel sic: « res tales que fuerunt de hereditate Sempronii; que hereditas ad me pertinet, et mihi restituta est auctoritate Senatusconsulti Trebelliani; unde peto eas mihi restitui, proposita fideicommissaria hereditatis petitione ». Et nota quia in hac actione, omnia ea veniunt que in superiori hereditatis petitione civili, ut D. eod. l. II (D. 5, 6, 2).

LXIX. De preiudiciali in rem actione que pro libertate competit.

Hec actio preiudicialis est et pretoria, ut Inst. de actionibus § preiudiciales (I. 4, 6 § 13), et competit liberto qui est in possessione libertinitatis, contra eum qui se patronum dicit, per quam se ad [14] ingenuitatem provocat. Item e contra competit ei qui se patronus dicit [15] contra eum quem allegat suum libertum esse.

Proponet ergo libellum libertus actor sic: « Conqueror ego A. de B., qui iniuste me possidet in libertum suum, nec patitur me pro ingenuo geri cum ingenuus sim; ideoque me in ingenuitatem vendico; unde iustitiam peto, proposita preiudiciali in rem ».

Patronus vero actor sic libellum proponet: « Conqueror ego A. de B., qui iniuste se gerit pro ingenuo cum libertus sit; ideoque ipsum in meum libertum vendico, et operas obsequiales ab ipso, tamquam a liberto meo mihi prestari peto; item operas fabriles sive artificiales tales et cet., quas ei imposui tempore sue manumissionis »; vel dic: « quas imposuerunt mei maiores tempore eo quo eum manumiserunt; de quibus omnibus iustitiam peto, proposita preiudiciali in rem ».

Sed hic quero quare de operis mentionem fecisti; numquid hac actione petuntur? Item cur in operis obsequialibus causam impositionis non denotasti, sicut [16] in aliis fabrilibus sive artificialibus? Respondeo: Utique pro operis intenditur hec actio, sive patronus sit in possessione iuris patronatus [17], et sic de solis operis questionem moveat, sive non sit in possessione, et sic pro utroque agat, ut supra in libello proposui. Et quod ita sit, probatur D. de probationibus l. quotiens (D. 22, 3, 18). Item ad secundam interrogationem respondeo quia circa petitionem operarum obsequialium non est necessaria causa, nisi quia libertus est; nam ipsa natura, sine ulla impositione debentur a liberto, ut D. de condictione indebiti l. si non sortem § libertus (D. 12, 6, 26 § 12); et C. de in ius vocando l. II (D. 2, 2, 2). Quod autem tempore manumissionis sint alie imponende, scilicet fabriles vel artificiales, probatur C. de operis libertorum l. I (C. 6, 3, 1).

LXX. De preiudiciali in rem que pro patre competit.

Hec actio preiudicialis est in rem, pretoria, ut Inst. de actionibus § preiudiciales (I. 4, 6 § 13); et

---

[1] *Cod.* similiter. — [2] *Cod.* quod. — [3] *Cod. om.* possessoria. [4] *Cod. om.* est. — [5] *Cod.* putavit. — [6] *Cod.* hec. — [7] *Cod.* herede. — [8] *Cod.* libero. — [9] *Cod.* heredum. — [10] *Cod. om.* que. — [11] *Cod.* emancipatos. — [12] *Cod.* dic sic. — [13] *Cod.* D. — [14] *Cod. om.* ad. — [15] *Cod. add.* contra eum qui se patronum dicit. — [16] *Cod.* sic. — [17] *Cod.* libertinitatis *pro* iuris patronatus.

Source : BIU Cujas

competit filio contra patrem et avum qui eum negant [1] filium vel nepotem, ut D. de liberis agnoscendis l. sive § I (D. 25, 3, 3 § 1). Et secundum hoc concipitur sic libellus: « Conqueror ego A. de B., cuius filium legitimum me esse dico; ideoque eum in patrem meum mihi vendico, proposita preiudiciali in rem ».

Vincet autem hic filius probando se natum ex uxore illius constante matrimonio inter illos; aliter enim probare se ex illo conceptum impossibile esset; ideoque illud sufficit, ut D. de his qui sui vel alieni iuris sunt l. filium (D. 1, 6, 6) in principio; et D. de in ius vocando l. V (D. 2, 4, 5).

« Conqueror ego A. de B., cui patrem legitimum me esse dico, ideoque eum in filium meum vendico mihi, proposita preiudiciali in rem ». Et nota quod hec preiudicialis sic intenditur ratione solius geniture, non ratione dominii, quia illa non potest intentari pro liberis nostris, cum non sint in dominio nostro, ut D. de rei vendicatione l. I (D. 6, 1, 1). Sed et cum negat eum filium, sic proponet libellum: « Conqueror ego A. de B., qui gerit se pro filio meo; ideoque cum negem eum filium meum iustitiam peto, proposita preiudiciali in rem ». Hoc enim quia ille est [2] in possessione filiationis, et sic eum qui dicitur pater oneret in probando, quia id onus petitoris est, ut C. de probationibus l. non nudis, et l. actor (C. 4, 19, 14 et 23).

Item competit hec actio dum quis vult sibi vendicare aliquam in uxorem et contra, ut D. de liberis agnoscendis l. sive § I (D. 25, 3, 3 § 1). Et sic concipitur libellus: « Conqueror ego A. de B., quam dico meam uxorem; unde cum super eo mihi iniuste controversiam faciat, sive moveat, peto iustitiam, proposita preiudiciali in rem ».

Sed quid si illa controversiam coniugii non moveat, immo bene confiteatur se uxorem, et gerit se pro uxore, et non tamen patitur cognosci a viro, nec debitum carnis vult reddere? Respondeo eam cogendam pontificali auctoritate, sive episcopali; vel, quod forte expeditius erit, domi eam conveniat.

LXX. De pauliana actione.

Per hanc autem revocantur alienata a debitore in fraude creditorum, sive sint corporalia, sive sint incorporalia. Que actio in factum dicitur, licet sic « pauliana » appelletur eo quod fuit a Paulo inventa, ut D. de usuris l. videamus § fin. (D. 22, 1, 38 § 15). Libellus autem sic concipitur: « Vobis, domine Guillelme de Posterla [3], potestas Bononie, conqueror ego A. de B., qui possidet rem talem et cet. sibi a debitore meo Titio in fraudem meam alienatam; unde cum bona predicti debitoris mei excusserim, et nil potuerim consequi, peto, quasi nulla alienatione vel traditione secuta, dictam rem mihi restitui, cum fructibus et usuris [4] ».

In primo casu concipietur libellus sic: « Conqueror ego A. de B. debitore meo, qui in fraudem meam liberavit Titium debitorem suum per acceptilationem; unde cum bona predicti debitoris mei excusserim et nil consequi potuerim, peto id ipsum mihi prestari quod predictus Titius ei debebat, scilicet C., quasi nulla acceptilatione secuta »; in secundo vero casu dices sic: « peto dictam obligationem in pristinum statum restitui, quasi nulla acceptilatio intercesserit », ut D. de his que in fraudem creditorum l. ait pretor § si conditionalis (D. 42, 8, 10 § 23); et D. de iure dotium l. licet § quoties (D. 23, 3, 43 § 1).

LXXI. De faviana actione.

Hec actio datur, secundum nos, soli patrono pro revocandis his que alienavit libertus in fraudem patroni, ut D. si quid in fraudem patroni l. I § [5] hec actio (D. 38, 5, 1 § 26). Quidam tamen dixerunt eam dari utrique, scilicet creditori et patrono, argumento D. de usuris l. videamus § in faviana (D. 22, 1, 38 § 4); quod nos reprobamus. Et in hac actione sic ordina libellum ut in superiori, eo salvo quia, licet in superiori actione interdum utriusque fraus requiratur, in hac tantum sufficit fraudem intervenire ex parte alienantis, ut D. si quid in fraudem patroni l. I § dolum accipere (D. 38, 5, 1 § 4).

LXXII. De calvisiana actione.

Hec actio, secundum preceptores nostros, datur patrono et creditori pro revocandis alienatis in fraudem; sed secundum alios, soli patrono. Et de ea legitur D. si quid in fraudem patroni l. si patronus (D. 38, 5, 3). Eodem modo concipies libellum ut dixi supra in faviana et pauliana.

LXXIII. De actione in factum revocatoria.

Hanc actionem dico eamdem cum pauliana, ut supra notavi de pauliana. Ideoque non est necessaria alia libelli conceptio quam ut supra notavi. Quidam tamen dixerunt eam diversam et [6] divisam a pauliana, quasi illa tantum pro rebus corporalibus detur; hec autem pro incorporalibus. Sed quidquid dicere velis, liquet qualiter sit concipiendus libellus ex his que notavi supra de pauliana [7].

Explicit libellus a domino Pilio compositus.

---

[1] *Cod.* negat. — [2] *Cod.* sit. — [3] *Qui fuit potestas Bononiae anno 1203.* — [4] *Cod.* eius causa. — [5] *Cod.* et. — [6] *Cod. om.* et. — [7] *Cod.* publiciana.

Source : BIU Cujas

AUTHENTICARUM COLLECTIO ANTIQUA

EX COD. MS. CASSINENSI XX 313

CUM EXTRAVAGANTIBUS EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS

MONACENSI 22, BEROLINENSIBUS 275, 409, PARISIENSIBUS 4528, 4527

CURANTE

JOHANNE BAPTISTA PALMERIO

Source : BIU Cujas

SIGNORUM EXPLICATIO

Cod. - *Codex manuscriptus Cassinensis.*

M. - *Codex manuscriptus Monacensis n. 22.*

B1. - *Codex manuscriptus Berolinensis n. 275.*

B2. - *Codex manuscriptus Berolinensis n. 409.*

P1. - *Codex manuscriptus Parisiensis n. 4528.*

P2. - *Codex manuscriptus Parisiens n. 4527.*

V. - *Editio vulgata Codicis.*

H. - *Editio Aemilii Hermanni; Lipsiae, sumtibus Baumgaertneri 1856.*

Source : BIU Cujas

HOC ius porrectum est ad omnem venerabilem locum omneque collegium, quod sanctio [1] pia constituit, ut nec res pignorentur, et perpetuo serventur in his rebus immobilibus, que ab imperiali domo predictis locis applicantur. In ceteris eatenus excipitur, si debitum urget. Quod si [2] ex mobilibus solvi non possit, primo res immobiles specialiter dentur pignori, quarum [3] fructus creditor sibi [4] reputet [5] tam in sortem quam in usuras [6] usque ad quartam centesime. Quod si nolit creditor [7], tunc ordinator domus, apud eum, a quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis, iuret, maiori parte ibidem servientium consentiente, et debitum existere, nec ex mobilibus solvi posse; quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesie esse venalem publice notum sit, ut plus offerenti detur; pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emtori non conceditur; et hoc inscribatur nihil esse factum in ea re ad dampnum divine domus. Emptore non invento, res extimata districte creditori detur in solutum, addita in pretio decima universe estimationis parte, et accedente consensu ordinatoris et maioris partis ibidem servientium, si tamen ea res mediocris est inter ceteras, inspecta ipsius et qualitate et quantitate et onere. Et is creditor hic intelligatur qui quod credidit probat in utilitatem divine domus processisse [8]. M, B1, P1, P2.

II. Multo magis prohibetur ipsius monasterii alienatio per quam redeat in antiquum statum et secularem usum. M, B1, P1, P2.

1. *In Auth. de alienatione et emphiteusi* (*Nov. 120*). Item nullo modo aliquis hereticorum rem immobilem a quolibet venerabili loco recipiat. Quod si fecerit, quidquid pro hac causa dederit amittat; et rector qui alienavit, omni gubernatione remotus, in monasterium mittatur [9], et per annum sacra communione privetur [10], M. [11].
2. Si archiepiscopus vendit, exigitur presentia duorum episcoporum ex his qui sub eo sunt constituti Io. b.. M.
3. Et si ecclesiis vel monasteriis inveniantur quedam possessiones adiacentes, permittitur [12] despensatoribus [13] venerabilium locorum vel domorum in [14] conductionem vel in emphiteosim eos accipere, omnibus tamen clericis vel monachis, pro his causis in ipso instrumento subiectis, locorum [15] memoratorum [16] consentientibus, et manifestantibus pro utilitate venerabilium locorum fieri hoc. Item licet [17] clericis possessiones earum ecclesiarum propriarum conducere et gubernare cum voluntate episcopi et yconomi [18]. Al.. M, B1.
4. *In Auth. tit. eod.* § *in scriptis* (*Nov. 123 c. 17 in f.*). [19] Novissimo autem iure in possessione cuius est adscriptitius [20], quis clericus fieri etiam preter domini voluntatem permittitur, impositam [21] agri culturam adimplere cogendus. M, B2.
5. Privilegium non alienandi datur, non gratia personarum inservientium ecclesiis, sed Dei. P1.

---

1 *H.* actio. — 2 *Cod. om.* si. — 3 *Cod.* cuius. — 4 *Cod.* subire. — 5 *Cod.* putet. — 6 *Cod.* usuram. — 7 *H. add.* ita accipere. — 8 *In B1 extat etiam authentica Friderici* Cassa et irrita esse *et cet.* — 9 *M.* mittitur. — 10 *M.* privatur. — 11 *Fortasse*, *ut sequens*, Io. B. — 12 *M.* permittuntur. — 13 *M.* despensatori. — 14 *M. om.* in. — 15 *M. om.* locorum. — 16 *M.* monumentorum. — 17 *M. om.* licet. — 18 *B1 add.* in auth. ut nulli iudicum § quia vero. Ba; *quae postea addita videntur.* — 19 *M*, *B2 add.* in. — 20 *B2* adscriptus. — 21 *B2* semper.

Source : BIU Cujas

6. Locationes vero ab ipsis venerabilibus locis vel domibus fieri concedimus in quantoscumque annos contrahentibus placuerit, non transcurrentibus tamen XXX annorum spatium P.. P1.

III. Sicut alienatio rerum eccelesiasticarum interdicitur, ita prohibetur ne sterilis ei detur possessio, aut aliter onerosa, veluti nomine fiscalium. M, B1, P1, P2.

IV. Ingressi monasteria ipso ingressu se et sua dedicant Deo; nec ergo de his testantur, utpote nec domini rerum. Y. [1]. M, B1, B2, P1, P2.

V. Si qua milier aut vir, monasticam vitam elegerit et monasterium intraverit, liberis non extantibus, monasterio res eius competunt. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus inter liberos disponat, monasterium intret, licet ei postea inter eos dividere legitima nulli diminuta. Quod autem eis non dederit, competit monasterio. Sed si omnem substantiam inter eos dividere voluerit, sua persona connumerata, filii partem sibi retineat, que monasterio competere debet [2]. Sed si post ingressum monasterii moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente [3]. M, B1, B2, P1, P2.

7. Et hoc autem concedimus ut Ierosolimorum ecclesie licentiam habeant domos eis competentes et positas in eadem civitate sanctissima vendere, non minori pretio quam de pensionibus earum in L annis colligitur, ut ex earum pretio meliores redditus emant. P.. P1.

VI. Qui res iam dictas non gratuito alienationis titulo citra formam legis accepit [4], rem quidem cum omni incremento medii temporis reddat, is autem qui dedit, nullam habeat actionem contra venerabilem locum, sed adversus eum, qui alienavit. Donatarius autem, rem cum omni causa restituat, et aliud tantum. Creditor quoque, restituta re pignorata, contra solum pignoris datorem actionem habeat. Emphyteoseos acceptor et ab ea cadat, nec quod dedit repetat, immo statim solvat, quod soluturus esset [5], si iure contraxisset. Sed melius dicitur omnino denegandas esse huiusmodi actiones acceptori. M, B1, P1, P2.

VII. Si quas ruinas habent memorate domus, quas reedificare non valent, et hec in emphyteosin dentur perpetuam, emphyteoticario usuro materia habitationis deposite, ut pensio minuatur, in tertiam partem ab ea, que extantibus adhuc habitationibus colligebatur, aut, prius eo reedificante, ex additis illi estimatione pensionibus medietas detur religiose domui; nam priore casu ab initio emphyteosis prestanda est pensio. M, B1, P2.

8. Quod medicamenta morbis, ita iura negotiis, ut de non alienandis ecclesiasticis rebus in Auth. de alienatione et emphiteusi § si vero aliquis. B1.

VIII. Perpetua quoque emphyteosis in hiis permittitur, si res in eorum geratur presentia, quibus hac lege assignatur, iurantibus hiis, quorum interest, ex eo contractu nihil ad lesionem domus effici, solo redditu ipsius rei, qui fuit quum [6] divino iuri dedicaretur, non minuendo, nisi in sextam partem, aut, si ob cladem diminuta fuit, tunc constante numero pensionum in emphyteosim detur. Quod si res quidem pretiosa est, parum tamen, aut nihil prestat pensionis, res subtiliter estimanda est, ut ex hac iusta pensio constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteosin, que ad hoc congrua videntur yconomo et aliis gubernatoribus. M, B1, P1, P2.

IX. Qui rem huiusmodi conductam, vel in emphyteosim acceptam fecit deteriorem, aut canonem per biennium non solverit, repelli potest, ut inde solvat totius temporis pensionem, et id, in quo rem lesit, resarciat; non repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis. M, B1, P1, P2.

9. Item sibi invicem recte permutant cum utriusque indempnitate, eorum scilicet consensu qui supra referuntur. M.

X. Predium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, ut supra, conficiendis et eorumdem iuramento prestito, idest, quod alia de causa non alienatur, nisi ut immunitas eius venerande domus servetur [7]. M, B1, P1, P2.

XI. Sed et permutare principi licet [8] pro re maiori vel equali, si respublica hoc exposcit, pragmatica super hoc precedente forma. Item sibi invicem recte permutant cum utriusque indempnitate, eorum scilicet consensu, qui supra referuntur [9]. M, B1, P1, P2.

XIII. Hec usus prestatio locum habet in omni domo religiosa, quo finito, res utraque pleno iure perveniat in domum iam dictam. Nec [10] tributis quidem gravata maioribus sit ea res, que datur invicem [11]. M, B1, P1, P2.

10. Ierosolimorum quoque sanctissima ecclesia, domos sibi competentes et in eadem civitate positas vendere potest, non minori pretio quam de pensionibus earum in L annis colligitur, ut ex earum pretio redditus meliores emantur Al.. M. [12].

---

[1] *Siglam habet P1.* — [2] *Cod.* debetur. — [3] *Cod. om.* competente. — [4] *Cod.* accipit. — [5] *Cod. add. inter lineas sed recentius* in uno quoque anno; *quod et H. habet.* — [6] *Cod. om.* quum. — [7] *M. add.* ab hac autem maior ecclesia Constantinopolitana excipitur alienatione. — [8] *Cod.* possunt. — [9] *Cod. add. cassato verbo* referuntur *recens scriptum verbum* queritur. — [10] *Cod.* ne. — [11] *Cod. habet recentius scriptum* et eiusdem redditus sit; *quod et H. habet.* — [12] *Cfr. Auth.* 7 *quam P1 Placentino tribuit.*

Source : BIU Cujas

XIV. Quibuscumque modis hoc aliis permittitur: interdicitur certis personis rem huiusmodi accipere, ut yconomo, eiusque cognatis [1]. M, B1, P1.

11. Hec usus prestatio locum habet in omni domo religiosa, scilicet usque ad XX annos tantum. B1.
12. In integrum restituantur universa que in preiudicium ortodoxe religionis sunt facte. B1.
13. *In Auth. coll. VIIII de alienatione et emphiteusi § sanctissimas (Nov. 120 c. 9).* — Sed pro captivorum redemptione rem immobilem alienant, nisi ea condictione eis donata fuerit ut nullo modo alienetur. Item Ierosolimorum ecclesia domos sibi competentes et in ea civitate constitutas vendere potest non minori pretio quam L annis ex pensionibus colligitur, ut ex pretio redditus meliores emantur. **Io. B.** [2]. B1, M.
14. Preterea si annalem legatum cuilibet [3] venerabili [4] domui relinquat quis [5], siquidem in ipsa vel vicina provincia fuerint qui hoc dare iussi [6] fuerint, vel locum ex quo iussum est prebere, nullo modo alienetur [7]; si vero persone aut loca ex quibus dari preceptum est longius fuerint [8], tunc et commutari potest, et redditus idonei pro eo percipi debent [9], cum augumento tamen non minus quarte partis relicte, et non maioribus tributis fiscalibus pregravatis; et vendi debent [10] pro pretio quod ex tali legato in XXV annis colligitur; ita tamen ut huiusmodi pretium ad utilitatem predicte venerabilis domus applicetur [11]. B1.
15. Idem est de immobilibus ut possint pignori dari vel alienari, nisi ex conditione date sunt ne aliquo modo alienentur. **Yr.**. B1.
16. *In Auth. de alienatione et emphiteusi § sanctissimas (Nov. 123 c. 9).* — Nisi sub hac condictione aliqui eis possessiones dederant, ut nullo modo eas alienent. **P.** P1.

XV. Preterea quoque si habet ecclesia superflua vasa, cum debitrix sit, nec aliunde solvere possit, ne quid immobile alienetur vel distrahatur, ea, gestis habitis coram eo, cuius loci ordinatio est, vel aliis locis venerabilibus oblata [12], vel conflata, cuilibet vendantur, quo magis debitum persolvatur. Qui autem hec accepit contra hanc observationem, eisdem penis subiaceat, que in rebus immobilibus sunt prodite. M, B1, P1, P2.

XVI. Quas actiones decennalis prescriptio excludit, si loco religioso competant, quadraginta annis claudentur. Idem de prescriptione XX, vel XXX annorum, usucapione trienni, vel quadriennii robur suum servante [13], sola ecclesia Romana gaudente privilegio C. annorum. M, B1, P2.

Sub tit. Codicis de episcopis et clericis et cet. (C. 1, 3).

XVII. Sed nec curialem aut officialem, clericum fieri permittimus, ne [14] ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si vero in clero persone tales constituantur, tamquam ad ordinationem perducte, proprie fortune restituantur, nisi forte monasticam vitam aliquis eorum non minus quindecim annis impleverit. Tales [15] enim [16] ordinari [17] precipimus, quarta proprie substantie sibi retenta, reliquis partibus curie vendicandis, aut fisco, si in clero constituti [18], monasticam [19] et decentem vitam impleverint. Sed si post clericalem honorem, aliquis eorum uxorem vel concubinam acceperit, proprie fortune reddatur, licet tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem est et in omnibus aliis monachis [20], licet nulli fortune prius subiecti fuerint. Et generaliter, quicumque in quolibet ecclesiastico gradu constitutus ad secularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortune proprie civitatis tradatur [21]. M, B1, P1, P2.

17. Sed iudex mittat ad eos quosdam de suis ministris, ut propositis sacrosanctis evangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant ea que noverint. M, B1, P1, P2.
18. Qui sicut et diacones, etiam si falsum testimonium in causa pecuniaria perhibuisse convincantur, pro verberibus per tres annos a sacro ministerio separentur, monasteriisque tradendi. M.
19. Presbiteri aut diaconi, etiam si falsum testimonium in causa pecuniaria perhibuisse convincantur, pro verberibus per tres annos a sacro ministerio separentur, monasteriis tradendi. Sed si criminalis causa fuerit, legitimis penis afficiendi sunt. Ceteri clerici communi iure, officio ecclesiastico depulsi, verberibus subiciantur. B1 [22].
20. *In Auth. de sanctissimis episcopis.* (*Nov. 123 c. 12*). — Clericos autem non ordinari precipimus qui litteras nesciant; sed rectam fidem et vitam habentes, ut neque concubinam, neque naturales habuerint liberes, uxore legitima una et prima, neque vidua, neque a viro separata, nec aliter a legibus aut sacris canonibus interdicta [23]. M, B1, B2, P2.
21. Tales vero mulieres cum propriis rebus monasterio tradi iubemus, in quo castius custodiri possint, ne [24] rursus in eodem crimine deprehendantur. **P.**. P1.
22. Si quis autem episcopus, sacerdotio pulsus, presumpserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, relinquens locum, in quo iussus est degere, iubemus hunc monasterio in alia regione constituto tradi, ut que in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat. **P.** [25]. P1.
23. Presbiter, diaconus et subdiaconus, iure cognationis, ad tutelam vocantur, nec tamen inviti, nec ad aliam nolentes hac occasione trahantur. Insuper intra IIII menses scribant ad competentem iudicem se sponte hoc munus accepisse. Si quis hoc fecerit, nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curam preiudicium patietur. P1.

XVIII. Diaconissam in sancta ecclesia non ordinari precipimus, que minor sit annis quadraginta, aut si ad secundas ierit [26] nuptias. M, P2.

---

[1] *B1. add.* alioquin bona eorum *et caet. ut in V. et H.* — [2] *B1. om. siglam.* Io. B. *Cfr. Auth.* 7 *et* 10. — [3] *B1.* cuiuslibet. — [4] *B1.* venerabilibus. — [5] *B1. om.* quis. — [6] *B1* ausi. — [7] *B1.* alienet. — [8] *B1. om.* longius fuerint. — [9] *B1.* deberent. — [10] *B1. om.* debent. — [11] *B1. om.* venerabilis domus applicetur. — [12] *Cod. om.* oblata. — [13] *Cod.* servantibus. — [14] *Cod.* ut non. — [15] *Cod.* talem. — [16] *Cod. om.* enim. — [17] *Cod.* ordinalem. — [18] *Cod.* constituto. — [19] *Cod.* monaco. — [20] *Cod. add.* sed. — [21] *In B1 extat etiam authentica Friderici* Item nulla communitas. — [22] *Cfr. Auth.* XXII. — [23] *B1 add.* non minus presbiterum XXXV, non diaconum aut subdiacomun XXV. — [24] *Cod.* ut non. — [25] *Haec authentica, quae extat in editionibus, deest in Cod.* — [26] *Cod.* inierit.

Source : BIU Cujas

24. *In Auth. de alienatione et emphiteusi* § *si vero quis* [1] (*Nov. 120 c. 8*). — Qui rem huiusmodi conductam vel in emphitheosim acceptam, deteriorem fecerit, aut canonem per biennium non solverit, repelli potest, ut tamen solvat totius temporis pensionem, et id in quo rem lesit, resarciat, non petiturus si quid impenderit nomine meliorationis. M.

XIX. Presbyterum XXX annis minorem fieri non permittimus; sed neque diaconum aut subdiaconum minorem viginti annis, neque lectorem minorem XIIII annis [2]. M, P2.

25. Si ergo criminalis causa fuerit, legitimis afficiendus est penis. Eiusdem conditionis est diaconus; ceteri clerici communi iure, officio ecclesiastico depulsi, puniantur. M, B1.

XX. Sed novo iure pro tali iniuria verberatur, aut in exilium mittitur. Sed si sacra misteria turbaverit vel celebrare prohibuerit, capite puniatur. Idem in litaniis. Nam pro iniuria verberatus exilio tradatur; si eas concussit, capite plectatur. Laicis interdicimus litanias facere sine clericis, que sine orationibus et cruce fieri non debent. M, B1, P1, P2.

XXI. Episcopi non debent cogi nec cogantur causa dicendi testimonium ad iudicium venire; sed iudex mittat quosdam ex personis sibi ministrantium ad eos, ut positis evangeliis, ante offitiales, quod exinde sciverint [3] dicant. Episcopi non etiam iurent, sed faciant [4] quod omnibus sacerdotibus honestum est. [5].

XXII. Presbyteri seu diaconi, si falsum testimonium dixerint, si quidem in causa pecuniaria, divino ministerio dumtaxat per tres annos separati, in monasterio tradantur; si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis penis subiciantur. Ceteri vero clerici, sine delectu cause, legitime coerceantur. M, B1, P1, P2.

XXIII. Interdicimus sanctissimis episcopis, et presbyteris, diaconis [6], lectoribus, et alio alicuius venerabilis ordinis collegio aut schemate constitutis, ad tabulam ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectores fieri; aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex hiis in [7] hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis venerabili monasterio redigi. Si vero medio tempore se recte penitentem ostenderit, liceat sacerdoti, sub quo constitutus est, tempus minuere, et hunc rursus proprio monasterio reddere. M, B1, B2, P1, P2.

XXIV. Multo magis ergo cessant eorum coniugia. Soli enim cantores et lectores nuptias contrahere permittuntur; aliis autem omnibus penitus sunt interdicte [8]. M, B1, B2, P1, P2.

XXV. Episcopo [9] nullam mulierem secum habere permittitur; sed si habere probetur, episcopatu prohiciatur, quo se fecit indignum. M, B1, B2, P1, P2.

26. Dum tamen si ad secundas nuptias pervenerint, nequaquam ad maioris sacerdotii culmen ascendant. **Y.**. B2, P1, P2.

27. Aut alias personas que omnem suspicionem effugiunt. M, B2, P1, P2.

XXVI. Episcopis quidem aliisque [10] rectoribus omnium venerabilium locorum interdictum est mobiles aut immobiles res, quecumque ad eos post susceptum offitium pervenerint, in proprios cognatos vel alios transferre. In pauperum vero alimenta, aut in captivorum redemptionem, aut in alias pias causas, aut pro sue ecclesie utilitate hoc eis expendere permittimus. Quidquid autem post obitum eorum, in eorum facultatem ex eis rebus remanserit, hoc ad dominium ecclesiarum vel aliorum religiosorum locorum pertinere. Ea vero que ante susceptum officium vel episcopatum eos habuisse probatum fuerit licentiam alienandi, vel relinquendi quibus voluerint habent. Item ea que postea ex genere coniuncto, quibus usque ad quartum gradum succedere potuerunt, ad eos pervenerunt, in quos voluerint similiter transmittent. [11]

XXVII. Nunc autem cum monachus factus est, hoc ipso suas res omnes obtulisse monasterio [12] videtur, si prius testatus non sit; exinde iudicio eius cessante lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus substantie monasterio destinate detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum. **Y.** [13]. M, B1, B2, P1, P2.

XXVIII. Sin autem filios habet, et de rebus suis nihil disposuerit, et legitimam partem eis non deputaverit, etiam [14] postea ei permittitur in proprios filios suos substantias dividere, dumtamen nulli filiorum legitimam partem diminuet. Quod vero filiis non dedit, monasterio competit; facta vero divisione substantie in proprios liberos, pro sua substantia tantumdem retinendum et [15] monasterio aggregandum est. Quo non facto, eo mortuo in monasterio, partem legitimam filii percipient.

XXIX. Generaliter autem iudex provideat libellum pulsato non porrigi sportulasve ab eo non exigi, nisi prius actor in libello se vel tabularios conscribat, et in actis intervenientibus fideiussorem, periculo competentis officii prestet, quod usque ad finem litis permanebit, eamque vel per se, vel per suum procuratorem exercebit, et, si victus fuerit

---

[1] *M.* yconomo. — [2] *M. add.* Item episcopus minor XXXV annis ordinari prohibetur; *quae verba etiam in H. V. extant.* — [3] *Cod. add.* et. — [4] *Cod.* hoc. — [5] *Cfr. auth. 17.* — [6] *Cod.* diaconibus. — [7] *Cod. om.* in. — [8] *M et B1 add.* verumtamen si et ipsi *et caet. ut V. et H.* — [9] *Cod.* episcopum. — [10] *Cod.* accepturis. — [11] *Cfr. Nov. 131 c. 13.* — [12] *Cod. om.* monasterio. — [13] *Siglam habet P1. P1, P2, B1, B2, add.* salvo tamen iure uxoris et aliorum creditorum. **P.**, *ut H. et V.* — [14] *Cod. add.* si. — [15] *Cod.* etiam.

Source : BIU Cujas

iniuste movisse litem, expensarum sumptuum nomine decimam partem quantitatis in libello comprehense pulsato restituet. Aut si fideiussorem dare non valeat, super hiisdem iuratoriam exponat [1] cautionem, pena iudicis et eius officio [2] imminente si aliter non satisfecerit, nisi causa moveatur ex consensu utriusque partis. M, B1, B2, P1, P2.

28. Non liceat episcopis res, quecumque post episcopatum ad eos quoquo modo pervenerunt, in proprios cognatos aut in alias quascumque personas transferre; sed quidquid ex huiusmodi rebus post obitum in ipsorum facultate remanserit, ad proprietatem ecclesiarum, quorum sacerdotium habuerit, competat. In illis enim solummodo rebus licentiam alienandi aut relinquendi quibus voluerint habeant que ante episcopatum probantur habuisse, vel que ex genere sibi coniuncto ad eos devolute sunt; quibus ab intestato usque ad quartum gradum succedere potuerunt. Hec omnia de venerabilium domorum rectoribus intelligenda sunt.

29. *VIIII coll., const. VI, de sanctissimis episcopis (Nov. 123 c. 1).* — Cum episcopus est eligendus, clerici et primates civitatis in qua est ordinandus, in tribus personis decreta interponentes, propositis sacrosanctis evangeliis, periculo suarum animarum, dicant in ipsis decretis quod neque aliqua donatione, vel amicitia, vel alia causa eos [3] elegerunt, sed quod sciebant catholicos et honestos, litteratos esse, nescientes eos habuisse vel habere uxorem vel filios, aut concubinam vel liberos naturales; vel si quis eorum uxorem prius habuerit, primam et unam, neque viduam, neque viro disiunctam, neque legibus vel sacris constitutionibus interdictam; nescientes eos curiales vel offitiales; vel si fuerint, sciunt eos non minus XV annis in monasterio vitam monasticam implevisse; et XXXV annorum esse; ut ex tribus personis melior ordinetur, electione et periculo ordinantis. Curiali vel officiali XV annis in monasterio conversato, et ad episcopatum provocato [4], a fortuna propria liberato, liceat [5] ut quartam partem substantie sue sibi remaneat, reliquis curie et fisco vendicandis. Liceat autem decreta facientibus, si quemquam laicorum, preter curialem vel officialem, dignum memorata electione putaverint, hunc cum duobus clericis vel monachis eligere; ut si laicus ad episcopatum eligatur, non statim episcopus ordinetur, sed primo clericus tribus mensibus, cum sacras regulas et cotidianum ecclesie ministerium fuerit edoctus. Qui enim alios docere debet, ab aliis post ordinationem docendus non est. Sed si non inveniantur tres persone idonee ad talem electionem, liceat in duabus personis vel una decretum facere predictas testationes habentibus. Sed si inter sex menses qui debet non elegerit, tunc, periculo sue anime, ille cui competit episcopum consecret, omnibus aliis que diximus observandis. Si aliter episcopus ordinetur, ipse ab episcopatu depellatur, et qui illum ordinare presumpserit, uno anno a sacro ministerio segregetur, omni eius substantia, propter talem culpam, domino ecclesie, cuius episcopus est, vindicanda. Si quis autem electum accusat in his que possunt eius consecrationem impedire, differatur ordinatio, et a quo ordinandus est accusatio examinetur, accusatore presente et implente accusationem, vel non implente, scilicet per tres menses deserente [6]; et si obnoxius inveniatur, eius consecratio inhibeatur; alioquin non: et accusator qui non probavit seu accusationem deseruit, a provincia quam inhabitat abiciatur. Sed si [7] qui ante examinationem accusatum consecrarunt: consecratus sacerdotio [8] expellitur; is qui consecravit predictis penis subicitur. Et si quid pro predicta consecratione dederit vel accipere mediaverit [9], sacerdotio removeatur vel clericatu: datis [10] pro hac causa ecclesie vindicandis [11] cuius voluit sacerdotium comperare [12]; sed quod laicus vel mediator accepit ecclesia in duplum vindicabit; et si [13] cautum est, cautionem omnem reddet et aliud tantum ecclesie quantum cautio continet. M, B1.

30. Eum qui desiderium habuit ad adquirendam dignitatem, indignum esse iudicamus, quia in ea ambitione fraus et mala tractatio intelligitur. Qui [14] semel habuerit et sua culpa perdiderit, non amplius audeat repetere; et si sua petitione iterum acquisierit, non valeat, sed teneatur lege Iulia de ambitu [15]. M, B1, B2, P2.

31. Qui contra hoc ordinatus fuerit, ipsius [16] ecclesie servus efficitur [17]. Ceterum [18] quod pro hac causa datum fuerit [19] iuri ecclesie illius vendicatur cuius voluit comperare, si clericus fuerit qui accepit aliquid ut aliquem ordinaret vel eligeret [20]. Si extraneus, et non in clero constitutus, in duplum reddat ecclesie. M, B1, B2, P1, P2.

32. Sed et quoscumque clericos non alias ordinari permittimus nisi certam scientiam et rectam fidem habeant et vitam; neque concubinam, neque naturales filios habuerunt vel habeant; et si uxorem habuerunt [21], legitimam tamen et unam et primam, non viduam, nec a viro alias separatam, neque alias legibus aut canonibus interdictam. P.. P1.

33. Qui autem dat vel accipit, si sit sacerdos, sacerdotio nudabitur; his que accipiunt venerabili loco vindicandis. Si autem secularis sit qui accepit aut mediator, quod datum est in duplum repetatur et venerabili loco prebeatur. Si autem clericus cuiuslibet gradus, vel ante ordinationem vel post, rerum suarum aliquod voluerit loco in quo ordinatur offerre, non solum non inhibemus hoc fieri, verum etiam invitamus eos talia pro salute anime sue facere. P.. P1.

34. Nullus episcopus invitus ad civilem vel militarem iudicem in qualibet causa producatur vel exhibeatur, nisi princeps iubeat; alioquin iudex, qui iubere ausus est, spoliationem cinguli et XX librarum auri condempnatione plectetur, ut dentur hec libre ecclesie cuius est episcopus. Litis executor, post amissionem cinguli, tormentis subiciatur, et in exilium mittatur. M, B2, P1, P2.

XXX. Prohibitum est generaliter tam in pecuniaria quam in criminali causa apud civilem seu militarem iudicem episcopum invitum produci seu exhiberi, nisi imperialis iussio hoc permiserit; et iudex qui hoc iusserit cingulo spoliandus et XX libris auri condempnatione plectendus est, persolvendis ecclesie cuius episcopus est; executor quoque

---

[1] *Cod. om.* exponat. — [2] *Cod.* officii. — [3] *M* eum. — [4] *M.* provecto. — [5] *M om.* liceat. — [6] *M* deficiente. — [7] *M, B1, om.* si. — [8] *M om.* sacerdotio. — [9] *M om.* is qui consecravit..... vel mediaverit. — [10] *M, B1* data. — [11] *M, B1* vindicanda. — [12] *B1 om.* sacerdotium comperare. — [13] *M, B1, add.* tamen. — [14] *B1* etsi. — [15] *Fortasse* Io. Ba. — [16] *B1 om.* ipsius. — [17] *B2* efficiantur. *Om. reliqua.* — [18] *B1, om.* ceterum *hic authentica in B1 bipartitur.* — [19] *B1* est. — [20] *B1 om.* si clericus..... eligeret. — [21] *P1 om.* habuerunt.

Source : BIU Cujas

cingulo privabitur; et verberibus subdetur et in exilium deportetur. [1].

XXXI. Hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta in qualibet causa criminalis vel pecuniaria cuiuscumque quantitatis, vel diaconissa, vel monachus, vel ascetria [2], amplius quatuor siliquis dare permittantur, nisi cum ex iussione principis ad alias provincias vocantur; ubi non ultra unum solidum executor accipiet. Episcopus nihil prestet nomine sportularum, actiones contra ecclesias propositas yconomis suscipientibus, vel illis qui in ea causa ordinati sunt. Qui contra hoc exegerit, in duplum quod exactum est reddet, nudatus cingulo, si miles est; si clericus, a clero removendus. M, B1, B2, P1, P2.

XXXII. Sed neque propriis manibus licet episcopo aliquem percutere: hoc enim extraneum est sacerdoti. M, B2, P1.

35. Licet testator vel donator interdixerit ei aliquod ad hoc participium in ea re habere. Idem est in economo. Sed si hi, qui facere iussi sunt, neglexerint, semel vel bis ab episcopo vel economo admoniti per pubblicas personas, amittant lucrum quod eis contingebat ex voluntate defuncti, et episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum, et illud, quod distribui debet, distribuere; quod si non fecerit, rationem reddere debet. M, B2, P1, P2.

36. Quod hodie in omnibus generale est qui tutoris vel curatoris funguntur officio, et de rebus orphanis vel orphanotrophiis competentibus et sine satisdatione conveniuntur. M, B2. [3].

37. *Coll. VIIII, const. de sanctissimis episcopis* § *si servus sciente (Nov. 123 c. 17).* — Si servus, sciente domino et non contradicente, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso liber et ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatio fiat, licet domino intra spatium unius annis et servilem fortunam probare et servum recipere. Si vero servus, sciente vel insciente domino ordinatus, sicut diximus, liber factus sit, et ecclesiastico officio derelicto, ad secularem vitam redierit, suo domino ad servitium [4] tradatur. M.

XXXIII. Causa que fit cum monacho vel cum muliere in quolibet monasterio consistente, non apud iudicem civilem ventiletur, sed [5] apud episcopum, qui [6] de persone presentia statuet quod convenit, sive per abbatem, sive per alium hoc fieri debeat; qui [7] rem secundum legem disponat et sacras regulas, salva persone reverentia. Si contra [8] fiat, pene que statute sunt imminebunt. Iudex enim, qui proferre sententiam presumpserit, ab administratione repulsus, tamquam divinitati contumeliam faciens, pena decem librarum auri iudicis officio multabitur, sacratissimo nostro erario inferenda; executoribus, qui admonitionem afferre presumserint, ab ipsis in locis decanicis detrudendis, nec de cetero nullam exactionem facere [9] permittendis. M, B1, B2, P1, P2.

38. *In Auth. de sanctissimis episcopis* § *sed neque* [10] (*Nov. 123 c. 6*). — Sed neque procuratcrem litis, vel fideiussorem pro talibus causis episcopum aut iconomum aliumve clericum vel monachum fieri permittimus, ne [11] per hanc occasionem sacris domibus dampnum fiat. B2.

39. *In Auth. de sanctissimis episcopis* § *si quis episcopus* (*Nov. 123 c. 24*). — Nisi litis contestatio in provincia pro ipso negotio sit facta: tunc enim lis in provincia compleri debet. Si vero nondum inchoata est, vel apud eos qui a nobis deputati fuerint iudices eos respondere precipimus. B2.

40. *In Auth. tit. eod.* § *si quis et* § *pro omnibus.* (*Nov.* 123 c. 22). — Episcopi vero pro omnibus causis pro quibus apud proprium metropolitam, sive patriarcham, sive apud alios quoscumque iudices conveniantur, nulle fideiussiones aut cautiones pro lite exigantur; ut tamen studeant, illatis sibi causis, semetipsos absolvere. B2.

XXXIV. Clerici quoque in lite pecuniaria prius apud episcopum conveniantur, per quem sine dampno causa decidatur. Quod si natura cause aut alia ratio faciat ut negotium apud episcopum decidi non sit possibile, per civilem iudicem procedat, observatis privilegiis clericorum; nec mora [12] circa talia fiat. Sed in civili crimine civilis presit [13] iudex, ut lis ultra duos menses non egrediatur, nec tamen puniatur. Et si reus sit inventus, priusquam per episcopum spolietur, si crimen sit ecclesiasticum, episcopalis sit examinatio et castigatio. M, B1, B2, P1, P2.

XXXV. Licentiam habeat episcopus, quecumque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, et quecumque post episcopatum iure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultima voluntate transmittere; ceteris rebus, ab eo aliter acquisitis, dominio ecclesie reservatis, nisi in utilitatem ecclesie vel opera pietatis consumpte sint; eadem distinctione [14] habita in administratoribus cuiuscumque loci religiosi. M, B1, B2.

XXXVI. Sed dignitas episcopalis solvit ius patrie potestatis, sicut et consularis, et prefectura [15] nostrorum pretoriorum, et urbicaria [16], et magisterium militare; et omnis dignitas valens liberare a curia, cum hoc [17] quodcumque cingulum premium [18] sue potestatis honoratis prestet. Ita tamen ut filii eorum post mortem aliorum recidant in potestatem, ac si contigisset eos post mortem parentum, et non ex precedenti lege sue potestatis fieri. B1, P2.

41. Prohibitum est episcopis et ceteris rectoribus ecclesiarum alienare ea que ipsi acquirunt post episcopatum vel administrationem susceptam; sed ecclesie relinquere iubentur,

---

[1] *Cfr. Auth.* 35. — [2] *Cod.* sisteria. — [3] *Fortasse* **Io. B.**. *M add.* ut in Auth. de ecclesiasticis titulis, in fine. — [4] *M add.* non. — [5] *Cod. om.* apud iudicem civilem ventiletur, sed. — [6] *Cod. om.* qui. — [7] *Cod. om.* qui. — [8] *Cod.* extra. — [9] *Cod. om.* facere. — [10] *B2* aliud vero. — [11] *B2* ut non. — [12] *Cod. om.* nec mora. — [13] *Cod.* possit. — [14] *Cod.* diffinitione. — [15] *Usque huc. M.* — [16] *Cod.* urbania. — [17] *Cod.* vel. — [18] *Cod.* quod.

Source : BIU Cujas

excepto si quid postea obvenitur eis ex successione propinquorum ab intestato usque ad quartum gradum. M, B1.

XXXVII. Ascriptitios in ipsis possessionibus in quibus sunt ascripti, clericos etiam preter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen, ut clerici facti impositam sibi agriculturam impleant. M, B1, P2 [1].

XXXVIII. Si servus, domino sciente, ordinatus fuerit, ex hoc ipso quod constitutus est in clero, liber et ingenuus est. Si vero ignorante domino ordinatio fiat, liceat domino intra spatium unius anni et servilem fortunam probare, et servum suum recipere. Si vero servus, sive sciente sive nesciente [2] domino, sicut diximus, eo quod in clero constitutus est, liber factus, ecclesiasticum ministerium relinquit et ad secularem transierit vitam, suo domino ad serviendum tradatur. M, B1, P1, P2 [3].

XXXIX. Verum si legitimo probatus experimento, efficiatur monachus, evadit iugum servitutis. Debet enim per triennium, antequam monachus efficiatur, in monasterio permanere, postea monachus efficitur, et liber factus est. M, B1, P1, P2.

XL. Episcopalis [4] ordo liberat a servili fortuna vel adscriptitia, sed non a curiali vel officiali. Nam etiam post ordinationem durat. M, B1, P2.

42. Immo non tenet ordinatio nisi XV annis antequam ordinetur moratus [5] fuerit in monasterio; immo liberatur a curia si fuerit legitime ordinatus, ut in Auth. de sanctissimis episcopis, in principio. Io. B.. M, B1.
43. Si monachus reliquerit monasterium et ad seculam vitam migraverit, hunc militia et honore, si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum et provincie iudice in monasterio mitti, et res quas postea habuisse probatum fuerit monasterio in quo mittitur competere. Si vero rursus reliquerit monasterium, tunc eum iudex provintie in qua inventus fuerit teneat et subdito officio commonere Io. b.. M, B1.
44. Ascripticii sunt qui conditione certa fundo ascribunt, idest ea lege ne ultra recedere eis licitum sit sine permissu domini; et ideo dicuntur servi glebe; non autem simpliciter servi: sunt enim liberi. Hoc tamen ius ad ipsis tantummodo stabit; non autem in liberos vel heredes eorum transit. B1.

XLI. Si captivi alicuius liberi seu cognati redemptionem eius neglexerint, non solum exheredari possunt, sed etiam lege denegatur eis successio, et si fuerint scripti heredes, tantum valeat testamentum in aliis capitulis. Hec ergo successio defertur ecclesie civitatis ipsius, expendenda scilicet in captivorum redemptionem. Multo magis, si extraneos instituant, qui redimere supersedeant. Excipitur minor XVIII annis. Qui autem redimere studeret si proprias non haberet pecunias, super rebus quibuslibet ipsius in causam recte contrahunt [6]. M, B1, P1, P2.

XLII. Presbyteros, diaconos, subdiaconos, lectores, et cantores, quod omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere in sua potestate precipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum, et donare secundum leges, et in his testari, licet sub parentum sint potestate; sic tamen, ut eorum filiis, aut his non extantibus, parentibus eorum legitimam ferant portionem [7]. B1, B2, P2.

XLIII. Presbyter, diaconus, subdiaconus, iure cognationis ad tutelam vocatur vel curam; et [8] hoc tantum tutelis conceditur, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocatus est, apud [9] competentem iudicem in scriptis manifestaverit quod huiusmodi tutelas sua sponte suscepit. Si quis hoc fecerit, nullum circa aliam tutelam preiuditium ex hoc patiatur [10]. M, B1, B2, P2.

45. Sed novo iure non licet eis filios suos legitima defraudare, aut, his non extantibus, parentes. B1, P2.
46. Episcopos et monachos ex nulla lege tutores fieri permittimus. B1.
47. Quod generaliter est in omnibus in seculari vita conversantibus ut nec schemate uti audeant vel imitari aut illudere in ecclesiastica disciplina; et alioquin et corporalia supplicia sustinebunt, et exilio tradentur, ut in Auth. de sanctissimis episcopis § penult. (Nov. 123 c. 24) Io.. B1, P2.

Sub tit. de episcopali audientia (C. 1, 4) ponuntur hec authentice:

XLIV. Si quis litigantium infra X dies contradicat hiis que iudicata fuerunt, tunc locorum iudex examinet causam; et si invenerit iudicium recte factum, per sententiam propriam hoc confirmet et executioni proprie tradat que iudicata fuerunt, et non liceat secundo appellare victo in tali casu. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali precepto, episcopus iudicat inter quascumque personas, appellatio aut in principem aut ad eum qui transmittit negotium referatur. B1, B2, P2.

48. Hodie cum quilibet administrator creatur ita iurat quod « communicator sum sacrosancte et apostolice ecclesie et nullo modo vel tempore adversabor ei, nec alium quemcumque permitto tantum quantum possibilitatem habeo ». [11] Io. B.. M, B1.
49. Sancimus si quando abfuerit is qui res alienas creditori obnoxias detinet, et desiderat dominus rei vel creditor

---

[1] *M, add.* subrogato aliquo quem maluerint. Sive sciente sive ignorante domino clericus ordinatus et liber factus, si ecclesiastico officio relicto, ad secularem conversationem redeat, suo domino reddatur. — [2] *Cod. om.* sive nesciente. — [3] *Cfr. Auth. 38.* — [4] *Cod.* episcopatus. — [5] *B1, M* mortuus. — [6] *B1 add.* etiam si minores, *et caet. ut H. et V. postea scripta.* — [7] *B1, add.* ut D. de donationibus inter virum et uxorem l. Quintus Mutius. Io. — [8] *Cod.* in. — [9] *Cod.* et per. — [10] *B1 add.* Episcopos autem *et caet. ut H. et V.* — [11] *Cfr. Nov. 8.*

Source : BIU Cujas

suam intentionem proponere, non ei licentia sit, absente adversario suo qui rem detinet, vel infantia vel laborante furore, neminem tutorem vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, sed [1] licentia detur ei adire presidem provincie vel libellum porrigere et hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora et interruptionem facere. Sin autem nullo poterit modo presidem adire, saltim ad episcopum locorum eat et suam manifestare voluntatem deberet scriptis. M.

XLV. Presides gentium per unamquamque civitatem preparent non vilissimos homines, sed meliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bone opinionis constituta, nominare defensores per circulum, ut eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem revertantur: decreto faciendo cum iureiurando omnium possessorum in civitatem consistentium; electione facienda ab eo amabili episcopo, et venerabili clero, et aliis in civitate opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare, alioquin pena V librarum auri coercebitur, que in opera civitatis impendetur, et post pene solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur, et iurabit, omnia secundum leges et iura agere. Et confirmabitur ex precepto [2] gloriosissimorum prefectorum nostrorum, et in bienno solo administrabit, et iudex potius, quam defensor esse videbitur, etiam ut testamenta et donationes apud eum insinuentur, et acta apud hunc conficiantur; et habeat unum executorem, et duos officiales, et iudicet in causis pecuniariis usque ad CCC aureos. Preterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, et unum hominem, qui acta conservet. B1, B2, P2.

XLVI. Liberi furiosi [3] qui curam ei [4] negligunt prebere, tam exheredatione digni sunt, quam penis legitimis. Nam si quis alius, attestatione ad eos missa, cum adhuc negligant, in domum [5] suam [6] eum suscipit et procurat, ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus esset etiam in liberos forsitan, manentibus tamen aliis testamenti capitulis. Eadem in parentibus constituta sunt, si quem ex liberis in furore constitutum curare neglexerint [7]. M, B1, B2, P2.

Sub tit. de hereticis (*C. 1, 5*).

XLVII. Item privilegium dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, nec non de tacitis ypothecis, et omnia lege alia data mulieribus, clauduntur hiis que catholicam non percipiant communionem. M, B1, B2, P1, P2.

XLVIII. Interdicimus hereticum per emphiteosim, aut per emptionem aut per quemlibet alium titulum res a quacumque ecclesia immobiles accipere aut ab alio venerabili loco. Si contra hoc fiat, quod dedit hereticus amittat. Rector domus qui res dedit heretico ab omni gubernatione removeatur et in monasterio recludatur, et uno anno a sancta [8] communione segregetur. Sed et si privatus, possessionem habens [9] in qua est ecclesia, et quocumque titulo, licet conductionis, dederit [10] Iudeo aut Pagano aut heretico, sancta ecclesia eiusdem vici vendicet proprietates alienationis huius. B2, P2.

XLIX. Idem de Nestorianis et Acephalis; quia, si quis ex his liberos habet ecclesie recte communicantes, hiis solis hereditatem transmittere potest. Si permixti sunt, etiam portio infidelium interim resideat penes orthodoxos, ipsis, si conversi fuerit, restituenda quidem, sed absque ratione fructuum et administrationis. Permanebit autem apud ortodoxos si ipsi perseverent in nequitia. Si liberi omnes fuerint perversi, vocantur cognati recte fidei. Quibus non inventis, si clericus fuerit, ecclesia intra annum admittatur. Quo transacto, aut si non fuerit clericus, succedat fiscus. B1, B2, P2.

L. Novo iure si ortodoxus contra hereticum litiget, pro ortodoxo heretici testimonium valet: [11] contra orthodoxum autem, solius orthodoxi testimonium valeat, nisi contingat ut ortodoxus in curialem conditionem trahatur: tunc enim hereticus admittitur contra eum. [12] M, B1, B2, P2.

50. *Sub tit. de iudeis et celicolis l. hac valitura (C. 1, 9, 19).* — Hodie tamen prorsus prohibitum est veteres sinagogas gestare; immo ad ecclesiarum figuram sunt formande seu in ius ecclesiasticum reducende sunt: ergo nullo modo reficiende. B1.

51. *Sub tit. de his qui ad ecclesiam confugiunt l. presente.* (*C. 1, 2, 6*). — Sed novo iure termini sanctorum neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus prosunt. [13] B1.

52. *Sub tit. de legibus et constitutionibus* (*C. 1, 14*). *In Auth. de mandatis principum.* (Nov. 17 c. 4). — Si quis occasione portuum et itinerum sternendorum aut murorum, aut domorum destructionis, tamquam in pubblico factarum [14], et aliorum talium, dampnificare nostros subiectos, maxime hinc venientes, attemptaverit, nec ob causam talem ullum eis [15] inferre dampnum providebis. Si quis autem, cui aliquid tale iussum est, veniat, omnino non recipias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc [16] scriptam. [17] Tunc suscipies quidem talem formam, non autem aliquid ages ex ea, antequam ad nos nuncians, secundam preceptionem nostram suscipias. B2.

Sub tit. de precibus imperatori offerendis (*C. 1, 19*). [18]

LI. Que supplicatio gloriosissimis prefectis, vel eorum consiliariis, vel causam introducentibus, intra X dies post sententiam, offerenda est. Quo subsecuto, sententia non aliter executioni mandetur, nisi victrix pars dignam fideiussionem prebuerit tantum resti-

---

[1] *M. om.* sed. — [2] *Cod. om.* precepto. — [3] *Cod.* furori. — [4] *Cod.* eis. — [5] *Cod.* domo. — [6] *Cod.* sua. — [7] *M habet* eadem pena manente contra parentes si filios suos factos furiosos non aluerunt *quae omnia om. B2 et caeteri codd.* — [8] *Cod.* facta. — [9] *Cod. om.* habens. — [10] *Cod.* de. — [11] *Cod. add.* sed. — [12] *Cfr. Nov. 45, c. 1.* — [13] *Cfr. Nov. 17, c. 7.* — [14] *B2* facte. — [15] *B2 om.* eis. — [16] *B2 om.* pro hoc. — [17] *B2* prescriptam. — [18] *Cod. om.* sub tit. *et caet.*

Source : BIU Cujas

tuendi cum legitimis augmentis quantum condemnatio fuerit, si legitima renunciatione sententia resolvatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur, executio cause sine fideiussione procedet; retractationis iure illi servando, qui se gravatum putaverit. [1] B1, B2, P2.

53. *Sub tit. Ut lite pendente l. qui licitam* (*C. 1, 21, 3*). *In Auth. in medio litis non fieri, coll. VIII.* (*Nov. 113, c. 1*) — Sed neque a quocumque iudice respiciatur rescriptum, aut iussio nostra vel nostrorum iudicum disponens examinationem aut sententiam; iudice qui iussionem inspexerit, et eo qui formam dictaverit, et ministrantibus eis, subiciendis penis X librarum auri et nostre indignationis. Sententiam autem ex tali rescripto latam ita infirmari volumus ut neque appellatione indigeat, nec ex compromisso pena inferatur. Rescriptum autem non disponens examinationem aut sententiam, sed causam tradi legitimo fini, aut actori imponens editionem, aut simile, secundum quod nostre prestant leges, fieri et valere non prohibemus. Sed si de aliqua lege dubitaverit iudex, et nobis nuncietur, et declaratio et interpretatio a nobis expectetur, et secundum eam lites decidantur. B1, B2, P2.

54. *In Auth. ut differentes iudices* § *propterea* [2] (*Nov. 86, c. 1*). — Nunc autem cognitio et examinatio est episcopi illius civitatis, inter clarissimum iudicem et eum qui ab eo ledi putatur. B2.

55. *Sub tit. de diversis rescriptis* (*C. 1, 23*). — Gloriosissimi quoque questoris subscriptio est necessaria in qua contineatur inter quos, et ad quem iudicem, et per quem sacrum dirigatur oraculum, alioquin a nullo iudice suscipiatur; et qui contra fecerit, viginti libris auri plectatur, et eius officium simili pena percellatur. Al.. M.

Sub. tit. de officio diversorum iudicum [3] (C. 1, 48).

LII. Sed hodie nove iure pro fiscalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi, sed ad iudicem veniat per se vel per procuratorem, vel [4] mittat unum vel alterum, quatenus legitime exequatur negotium. Si contra factum fuerit, maiores iudices XX libris, minores X libris puniantur. Deobedientes autem eis cingulo spoliabuntur et penis subiacebunt corporalibus, et in exilium dampnabuntur. B1, B2, P2.

56. Si vero, antequam compleantur quiquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur a provincialibus, et omne quod datum fuit ea occasione, furti actione exigatur, presente tamen Deo amabili episcopo, et causam ex non scripto examinante. M, B1, B2, P2.

57. *Sub tit. de defensoribus civitatum* (*C. 1, 54*). *In Auth. ut sponsalitia largitas* § *et hoc.* (*Nov. 119 c. 3*). — Et insuper iubemus ut si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti, nullam ex hac memoria fieri exactionem, nisi et aliud documentum cuius memoria in secundo facta est proferatur, aut alia secundum leges probatio exhibeatur quia et quantitas cuius memoria facta pro veritate debetur. Hoc enim in veteribus legibus inventum est. B2.

58. *In Auth. tit. eod.* (*Nov. 15, c. 4*) — Novo iure permittitur defensoribus civitatum iudicare in omnibus causis pecuniariis usque ad trecentos aureos.

Sub titulo de edendo (*C. 2, 1*) *ponitur* [5] *hec authentica* [6].

LIII. Si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem, nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentum, cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia quantitatis debite probatio exhibeatur [7]. M, B1, B2, P2.

59. *Sub tit. de procuratoribus l. quicumque* (*C. 2, 13, 25*). *In Auth. ut ab illustribus.* (*Nov. 71, c. 1*) — Quod ius stabit usque ad illustres solos; ceteros commune ius amplectitur. B1, B2.

60. *Sub tit. ut nemo privatus l. II* (*C. 2, 16, 2*). *In Auth. de mandatis principum.* (*Nov. 17, c. 1*) — In collationibus bona quoque eius novo iure publicantur. Hic autem contingit illud quod est in bonis proscriptorum **M.** [8]. B1, B2.

Sub tit. si adversus venditionem. (*C. 2, 28*).

LIV. Sacramenta puberum sponte facta super contractibus ratione suarum rerum non revocandis, inviolabiliter custodiri precipimus [9]. B1, P2.

Sub tit. si adversus creditorem, vel si minor ab hereditate abstineat. (*C. 2, 38 vel 39*).

LV. — Si omnes creditores presentes sunt, ubi restitutio [10] postulatur, a iudice vocentur ut intersint cum minor se abstinet. Sed si omnes absunt vel quidam, solempniter citentur a iudice; quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat, iudice providente, ubi debeant res hereditarie custodiri quantitate eorum in actis manifestanda. M, B2.

Sub tit. de temporibus restitutionum tam minorum et cet. (*C. 2, 53*).

LVI. Si minor de dote cauta non numerata non conqueritur, restituitur eatenus ut trascendat XII annos a tempore nuptiarum. Eo quoque mortuo intra predictum tempus, heredi eius indulgetur annus. Sed si heres sit minor, maioris seu minoris defuncti, V annorum gaudeat spatio, non exspectato exitu etatis ipsius. B1, B2, P2, M.

Sub tit. de arbitris. (*C. 2, 56*).

LVII. Decernit novum ius nullum [11] arbitrium sic fieri ut cum sacramenti religione iudicet, sed pena statuatur, qua prestita, licet a iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum [12] fuerit, iudex, qui male iudicat, si dolo facit, penam a Deo exspectet, si ignorantia, nihil ei preter sacramentum erit. M, B1, B2, P2.

---

[1] *B1, add.* ut intra biennium supplicare possit imperatori *ut H. et V.* — [2] *B2* si extra. — [3] *Cod. om.* sub tit. *et caet.* — [4] *Cod. om.* vel. — [5] *Cod.* ponuntur. — [6] *Cod.* authentice. — [7] *Cfr. auth. 57.* — [8] *B1, om.* Hic autem... proscriptorum. M. — [9] *B1, add.* Per vim autem *et caet. ut H. et V.* — [10] *Cod.* responsio. — [11] *Cod. om.* nullum. — [12] *Cod.* iuramentum.

Source : BIU Cujas

Sub tit. de iuramento calumpnie. (*C. 2, 59*).

LVIII. In isto iuramento adiiciendum est, nullam in tota lite exacturum probationem, nisi quam pro veritate putat quis necessario exhibendam, ne sepius iuretur. M, B1, B2, P2.

LIX. Hodie hoc sacramentum remittitur cum initio iuretur nichil se calumpniose in toto negotio exigere. M, B1, B2.

61. *In Auth. ut cum de appellatione cognoscitur* § *sed et hoc.* (*Nov. 115 c 2*). — Iubemus ut [1] quando una pars aliegationibus suis renunciaverit, alia vero pars dixerit se habere aliquid [2] quod proponat, iudex negotii modis omnibus eam partem que utitur dilatione compellat intra XXX dies postquam altera pars allegationibus renunciaverit quicquid voluerit proponere sine aliqua intermissione; quod si non fecerit, tunc ad eius maliciam superandam unus mensis indulgeatur a iudice. Si vero et sic distulerit, alterius unius mensis dilatio ei prebeatur, ita ut si usque ad predictos tres menses suas non proposuerit allegationes, cause cognitor, non amplius expectans, modis omnibus sententiam proferat. B2, P2.

LX. Principales persone vel alie, ad quas negotium in medio migraverit, coram iudicibus iurent, quod nihil penitus causa patrocinii iudicibus vel alieni persone promiserunt, vel postea dabunt vel per se vel per aliam personam mediam; exceptis que propriis advocatis pro patrocinio prestant, aliisque personis, quibus nostre leges dari disponunt. Si quis autem litigantium iusiurandum prestare noluerit, cadat a causa; reus vero condempnationem sustineat. Curatores et tutores hoc idem prestabunt in causis. M, B1, B2, P2.

62. *In Auth. iusiurandum quod prestatur, in coll. II; in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio in coll. II* § *ult.* (*Nov. 8*). — Sed novo iure prius debet iudex taxare; et postea in minus condempnare non licet. M.

63. *In Auth. de iudicibus* § *oportet.* (*Nov. 82 c. 10*). — Hodie post iusiurandum de expensis a iudice delatum cum quantitate que visa ei fuerit recte se habere (quam taxationem vocant leges) et prestitum, non licet ipsi minus condempnare. B1.

64. *In Auth. de iudicibus* § *oportet.* (*Nov. 82 c. 10*). — Sed hodie novo iure si iudex prius taxaverit, et secundum eius taxationem iuratum fuerit, in minorem quantitatem sententiam ferre non poterit; sed si viderit neutrum subdi rationi sumptuum debere, forte propter negotii varietatem, hoc sua sententia declaret. B2.

Sub tit. de iudiciis. (*C. 3, 1*).

LXI. Ad hec si administrator sit, et publicis occupationibus impeditur, litem apud se agitandam saltem in contestatione audiat; et rursus in medio semel, in fine omnia etiam que sunt examinata consequenter audiat, et sic ferat sententiam, et appellationem, si fiat [3], suscipiat; cuncta licet expedire per consiliarios. Item iudex appellationis rem per se audiat. Delegatus autem omnia per se litem una [4] cum consiliariis examinet. Si contra factum sit, graves pene sequentur, cum ministratores et delegati XX librarum auri mulctam prestent, consiliarii, si advocati sint, ab advocatione expellentur, si vero cingulum habent, cingulo privabuntur, et X libras auri prestabunt. M, B1, B2, P2.

LXII. Jubemus, ut si quando una pars allegationibus suis renuntiaverit, alia vero pars dicit se habere quod proponat, quidquid velit sine determinatione proponere, proponat [5]. Quod si non fecerit, ad eius maliciam superandam, alius mensis a iudice indulgetur; et si etiam sic distulerit, alterius mensis dilatio prebeatur, ita ut, si usque ad predictos tres menses non protulerit allegationes, cognitor, non amplius exspectans, proferat sententiam, vel, si voluerit, referat [6].

LXIII. Sed hodie novo iure iuratur secundum quod eis visum fuerit iustum, exceptis defensoribus civitatum, qui iurant omnia secundum legem et iura se facturos. M, B2.

LXIV. Post delatum iusiurandum et prestitum non licet iudici amplius taxare. B2.

LXV. Si vero [7] contigerit quemdam subiectorum nostrorum in dubitationem habere iudicem, iubemus sanctissimum episcopum ipsum adire cum clarissimo iudice, quorum auctoritate per amicabilem conventionem dissolvantur que dubia sunt, aut annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicentur inter litigantes, ne provinciales, recedentes a patria, ad longinqua trahantur examina. Si autem iudex episcopo parere noluerit, principi rescribat, qui de eo iudice sumet vindictam [8]. B1, B2.

65. *In Auth. de iudicibus* § *audient* (*Nov. 82 c. 5*). — Novo iure permissum est pedaneis usque ad trecentos solidos iudicare. B2.

66. Si vero ipsum iudicem provincie suspectum quis habuerit, tunc episcopus locorum simul et ipse iudex ambo, aut per amicabilem conventionem, aut diffinitione legitima, dissolvant que videntur dubia, ne provinciales recedentes a patria ad longinqua trahantur examina. Si autem iudex episcopo parere noluerit, principi rescribat qui de iudice sumet vindictam. [9] P2.

Sub tit. de ordine cognitionum. (*C. 3, 8*).

LXVI. Libellum vero non alias dirigat actor, nisi prius et in [10] ipsum, quem dicit obnoxium, et in negotii executorem exponat cautionem, vel inter duos menses contestaturum litem, vel omne dampnum ei,

---

[1] *B2 add.* si. — [2] *B2 om.* aliquid. — [3] *Cod.* sit. — [4] *Cod.* unam. — [5] *Cod. om.* proponat. — [6] *Cod-* referatur. — [7] *Cod.* quando. — [8] *B2, om.* inter litigantes... vindictam. *B1, om.* ne provinciales... vindictam. — [9] *Cfr. auth. LXV.* — [10] *Cod.* se et.

Source : BIU Cujas

qui convenitur, contingens restituturum in duplum; non trascendente cautione XXXVI aureos. M, B2, P2.

LXVII. Offeratur ei libellum, qui in iudicium vocatur, et exinde prebitis sportulis, dato fideiussore, XX dierum gaudeat induciis, in quibus deliberet, an velit cedere vel contendere, atque iudici petat alium associari, vel eum recuset, nisi sit ille, quem iam recusato alio, petiit. Denique presens interrogetur, an hoc tempus transierit; quod non modo ipsius responsione, sed etiam libelli manifestetur subscriptione, quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita pro nihilo habenda est [1]. Y. [2]. M, B1, B2, P2.

Sub tit. de dilationibus. (*C. 3, 11*).

LXVIII. Quod fieri non debet, nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, si litem [3] non exequatur, vel exequens non vincat causam. Si ergo post tempus a se constitutum, intra X dies reo presente non occurrat; dimittitur reus, exacto eo, quod promissum est, et si quid plus impenderit circa litem cum taxatione iudicis iuravit. M, B1, B2, P2.

67. Prius tamen actor per se vel per tabularium scribat, et apud acta fideiussorem prestet, usque ad finem litis se perseverare, et per se vel per procuratorem litem exercere. B2.

Sub tit. ubi de crimine agi oportet. (*C. 3, 15*).

LXIX — Qua in provincia quis delinquit, vel de qualibet re reus sit, illic et iuri subiaceat. Quod ius perpetuum est. Si ergo ambo, et actor et reus sint in provincia, illic omni privilegio cessante res expediatur. Eo autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior, ipsum, qui ammisit, vel curatorem conveniam, cui datis induciis licet nuntiare domino cause. Qui si nec veniat, nec mittat, is qui primo conventus est, presentatus condamnetur, in quo sit obnoxius, insuper et is, qui mittere noluit, si tamen omnino pareat obnoxius; nam et de rebus eius satisfiet, si is, qui presens est, solvendo non est. Si nec ipse qui dominum presentare debuerat comparet, preconia voce vocatus, condempnatur, quia contumacia eius pro presentia est. Quod si desit accusator, cum reus venerit, sive miserit, absolvendus est, et dampna ei resarciri tenetur. Excipitur hic, si pragmatica forma publice cause procedens occasione precipit quemquam [4] principali comitatui exhiberi. Induciarum vero prefinitum tempus non est. B1, B2, M, P2.

Sub tit. de inofficioso testamento (*C. 3, 28*).

LXX — Novissima lege si quatuor sint vel pauciores, ex substantia deficientis triens, et si plures sint, semis debetur eis relicti titulo, ex equo scilicet inter eos dividendi, cuius portionis nec [5] usufructu fraudari possunt a parentibus. M, B1, B2, P2.

LXXI — Unde et si parens in quendam liberorum seu quosdam facit immensam donationem, quisque tamen ex hereditate tantum Falcidie nomine feret, quantum deberi poterat ante donationem. Licet autem ei, qui largitatem meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione, si opus sit, ceterorum portiones. M, B1, B2, P2.

68. *In Auth. ut cum de appellatione cognoscitur.* (*Nov. 115 c. 3*). — Non licet patri aut matri [6], scilicet avo [7] aut avie, proavo aut [8] proavie, filios vel communes liberos exheredare nisi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem; nisi ingratus probetur, et causas ingratitudinis nominatim testamento inserat. Item liberis parentes suos preterire non licet [9]; alioquin rescinditur testamentum circa institutionem; nam in ceteris perseverat. Item ius repletionis locum habet, cum ex aliqua parte heres instituitur. B1, P2.

69. Sed hodie hec querela locum [10] habet non solum [11] adversus patrem vel matrem, sed etiam [12] inter fratres, turpibus tamen personis scriptis heredibus. B1, B2, P2, M.

70. Hodie parenti non licet debitam portionem liberis relinquere nisi vel totam vel aliquid habeant iure institutionis; nec preterire liberos vel exheredare, nisi causas ingratitudinis probandas ab herede nominatim testamento inseruit. Que XIV sunt scilicet:

I. si quis parenti manus intulit;

II. si gravem et inhonestam iniuriam ei fecerit;

III. si parentem accusaverit, nisi in crimine maiestatis;

IV. si cum maleficis ut maleficus conversatur;

V. si vitam parentis cum veneno vel alio modo insidiaverit;

VI. si noverce sue vel concubine parentis se se immiscuerit;

VII. si ex delatione filii gravia dispendia parens sustinuerit;

VIII. si pro parente incluso liberi masculini, capaces doli, qui ab intestato ei succederent, rogati ab eo pro persona vel debito, in quantum idonei erant, fideiubere noluerunt;

IX. si convictus fuerit filius parentes prohibuisse testari, unde parenti licet eum exheredare si postea testamentum fecerit. Sed si in ipsa prohibitione decesserit, futuri heredes vel legatarii vel alii quicumque lesionem passi probantes, adversus eum suas actiones exercere possunt;

X. si contra voluntatem parentis, neque arenarii, neque mimi, cum arenariis vel mimis, dum parens vivit, conversatur;

XI. Si filia vel neptis non consenserit volenti eam honeste copulare, sed luxuriose vivere maluerit. Sed si XXV annis facta, parente eam differente marito copulare, in suum corpus peccaverit, vel sine parentis consensu se libero homini copulaverit, hoc ad ingratitudinem ei non imputatur;

---

[1] *Cod. om.* habenda est. — [2] *Siglam Y. habet M. tantum.* — [3] *Cod. om.* litem. — [4] *Cod. B1* quamquam. — [5] *Cod.* vero. — [6] *B1* avo. — [7] *B1 om.* avo. — [8] *B1 om.* aut. — [9] *B1 om.* suos preterire non licet. — [10] *B1 add.* non. — [11] *B1 om.* non solum. — [12] *B1 om.* etiam.

Source : BIU Cujas

XII. Si liberi furioso parenti curam adhibere neglexerint competentem, exheredatione digni sunt cum penis legitimis. Is enim legitimus successor erit qui, attestatione liberis missa, eis adhuc negligentibus, in sua domo eum suscipiens procuraverit, licet testatus esset, et immanentibus aliis capitulis testamenti;

XIII. si parentem captivum liberi redimere neglexerint, et hii non solum exheredari possunt; sed ex lege denegatur eis successio, licet scripti fuerint heredes, aliis capitulis testamenti manentibus, successione deferenda ecclesie civitatis illius, expendenda in redemptione captivorum, multo magis si extraneos scripsit heredes, qui redimere supersedeant. Ab hac excipitur pena minor XVIII annorum, qui redimere studuerit, sed proprias pecunias non habens, recte super rebus ipsius contraxit in eam causam;

XIV. si parens ortodoxus liberos hereticos habeat.

Cause vero ingratitudinis propter quas licet liberis exheredare parentes VIII sunt, scilicet:

I. si parens liberos accusaverit, preterquam in crimine maiestatis;

II. si vite filiorum insidiaverit;

III. si pater nurui sue vel concubine filii sese immiscuerit;

IV. si parens liberos testari prohibuerit, in quibus testandi licentiam habent, omnibus servandis in hac prohibitione que in persona parentis diximus

V. si vir uxoris vite vel alienationi mentis insidiatus fuerit vel e converso: tunc enim licet liberis nichil insidianti relinquere;

VI. si furiosis liberis parentes curam adhibere neglexerint, his omnibus servandis que in parente furioso diximus;

VII. si parens filium captivum redimere neglexerit, qui si in captivitate decesserit, eius facultates super quibus testari poterat ad parentem non pervenient, in hoc quoque capitulo observandis his que de parente captivo constituimus;

VIII. si liberi ortodoxi parentes hereticos habuerint. [1]. M.

LXXII. Si post viginti quinque annos, te differente copulare eam in [2] matrimonio, in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo si libero homini copulaverit, eam exheredare non potes. M, B1, B2, P2.

LXXIII. Sed et illum solum tamquam ingratum circa fratrem partecipare lucrum non concedimus qui mortem voluit fratri aut accusationem criminalem contra eum inducere, aut substantie properavit inferre iacturam; sed eius portio tam ad reliquos fratres quam ad matrem perveniat. B1, B2, P2.

LXXIV. Non licet parentibus liberos exheredare vel preterire nisi probentur ingrati, et causas ingratitudinis scriptas nominatim testator inserat testamento. Item liberis parentes; alioquin rescinditur testamentum circa institutionem; nam in ceteris perseverat. M, B1, B2, P2. [3].

71. *Sub tit. Familie herciscunde l. inter omnes* (*C. 3, 36, 26*). *In Auth. de testamentis imperfectis coll. VIII.* (*Nov. 107*). — Si quis velit res suas inter filios distribuere testamento vel ex alia voluntate, liceat ei hoc facere dumtamen distributionem confirmet sua subscriptione; sin autem non ipse velit subscribere, filios ipsos evocans, faciat subscribere divisionibus ipsis [4] inter quos rerum distributio fit. Quod si ita non fecerit, vel etiam sine testibus voluntatem suam crediderit, sciat nullius esse momenti; ideoque liberi eius ab intestatu succedunt. B1.

72. Si modo subiciatur huic scripture vel ipsius parentis vel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio. Y.. M, B1, B2. [5].

73. Voluntas testatoris minus legitima, scripta et subscripta a testatore, valet inter liberos tantum; inter extraneos vero nequaquam: aliter autem non valet. M.

74. Collatio dotis date ita demum cessat si pater hoc expressit. M, B2.

75. *Sub tit. si certum petatur l. super* (*C. 4, 2, 17*). — Sed novo iure neque quantitas ultra libram auri in civitate, neque contractus distinguitur, V testibus adhibitis bone opinionis et probate subscribentibus [6] in instrumentis ex scripto confectis. Et si quis facere quemlibet contractum voluerit ex non scripto, manifestum est quia per testes aut per iusiurandum fidem percipiet, actore quidem testes adducente, pulsato autem iurante aut referente [7], sicut iudex negotii disposuit. B1, B2, M. [8].

Sub tit. de actionibus et obligationibus (*C. 4, 10*).

LXXV. *Sub l. ob es alienum.* — Immo creditor a debito cadit, tantumdem [9] dando vel [10] retento vel parentibus eius; ipsoque creditore corporalibus penis subdendo. M, B1, B2, P2.

Sub l. est in arbitrio (*C. 4, 10, 14*).

LXXVI. Hodie nove iure prius conveniendi sunt omnes fideiussores et mandatores et sponsores, quam perveniatur ad possessores pignorum. M, B1, B2, P2.

Sub tit. ne uxor pro marito (*C. 4, 12*).

LXXVII. *Sub l. cum te, in fine.* — Sed omnino qui alium pro alio secundum formam pignorationis exigit, id ipsum, quidquid sit, in quadruplum vim passo restituet, nec non et ab actione, pro qua talia presumit, cadet. M, B2, P2.

Sub tit. de constituta pecunia [11] (*C. 4, 18*).

LXXVIII. Si quando quis pro se vel alia persona pecuniam constituerit vel spoponderit, sic dicens: **Satisfaciam tibi**, tenetur pro quantitate quam promisit. Si autem dixerit: **Satisfiet**, verbo impersonali prolato, non tenebitur. Si autem: **Satisfiet a me et ab illis**, et illis quidem, quos nominavit, non consentientibus, solus pro rata tantum portione persolvet. Sin autem sic dixerit: **Erit tibi satisfa-**

---

[1] *M, habet sub tit.* de officio perfecti l. I (C. 1, 27, 1). — [2] *Cod. om.* in. — [3] *M, B1, B2, add.* Item ius repletionis tunc solum locum habet cum ex aliqua parte heres instituitur. — [4] *B1 om.* filios ipsos evocans, faciat subscribere divisionibus ipsis: *ex Authentico supplevi.* — [5] *Siglam habet M. tantum.* — [6] *B1 om.* bone opinionis et probate subscribentibus. — [7] *B1, B2* deferente. — [8] *M. usque ad verba* testibus adhibitis *om. caet.; add.* loquitur inter peritos litterarum. — [9] *Cod. om.* tantumdem. — [10] *Cod. om.* vel. — [11] *Cod. om.* sub tit. *et caet.*

Source : BIU Cujas

ctum aut a me aut ab illo, quem nominavit, non consentiente, solus in solidum tenebitur. M, B2, P2.

LXXIX. Sed ita tenetur quis, si in constituendo personaliter de se promittit; alioquin, impersonaliter loquendo, non obligatur. M, B2, P2.

76. . . . . veluti **fiet tibi satis.** Si vero dicat: fiet **tibi satis a me aut ab illo,** tunc [1] ipse obligatur: aliis preiudicium non facit. M.

LXXX. Si quis dixerit: **Satisfiet tibi a me et ab illo et illis,** quos nominavit, non consentientibus, nullum ex tali voce eis fiet preiuditium vel ei pro eis: pro rata tamen portione pro se solvere cogitur. Quod si dixerit: **Satisfiet tibi aut a me aut ab illo,** et illo tunc nominato non consentiente, non obest; ipsum vero qui hoc promisit, totum debitum cogi persolvere certi iuris est.

Sub tit. de probationibus, l. rationes, in fine (*C. 4 19, 6*).

LXXXI. Quod obtinet omnimodo, si non iuraverit; alioquin heredes necesse habent religioni testatoris stare, aut minime fruentur his, que relicta sunt. Sed creditoribus nihil ex hoc preiudicii comparabitur. M, B1, B2, P2.

LXXXII. Si quis conventus rem habere alterius, negaverit eius esse cuius actor eam dicit, et probaverit actor rem illius esse; reus vero uti voluerit illius iure cuius probatum fuerit, vel ex ypotheca vel ex alia causa in persona eius relicta, prius possessionem restituat, quam de iure suo doceat. M.

Sub tit. de testibus, prima lege (*C. 4, 20, 1*).

LXXXIII. Si [2] quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, aut aliter lesus, aut dampnum patiens, testes apud iudicem producere voluerit, ut publicentur, moneatur a iudice adversarius [3]: attestationes, si presens est, recipiantur [4]. Quod si venire contempserit, audiat iudex testationes, ita tenentes, ac si presente eo recepte [5] sint, eo non valente opponere, quod ex una parte date sunt. **Jac.**. M, B1, B2, P2.

77. Quod obtinet in pecuniariis questionibus; nam in criminalibs presentandi sunt testes apud iudicem, qui et que cognita habent et doceant, et si opus est, tormentis subiciantur. M, P2.

78. Sed testium productio apud iudices vel defensores non aliter valeat nisi presente quoque adversaria parte, vel contumaciter non [6] interveniente, scilicet ut ex his salva prescriptio ei competat quam opponendam extimaverat. M.

79. Si scriptum sit debitum, et non scripta proferatur solutio, hii demum sunt recipiendi qui ad hoc ipsum adsumuntur ut testes pro facienda solutione, vel factam dummodo confiteatur qui accepit. Hii tamen si fide digni sunt, alioquin nulla ratione valerent. M, B1.

80. Item si quis collatorum dubitat de possessione pro qua fiscalia exiguntur, aut pro fiscalium quantitate, omnibus modis fiscalium descriptionem custodes coguntur apud presidem provintie aut illo negligente a locorum sanctissimo episcopo eos proferre et secundum veritatem publice descriptionis exigitur possessor.

Sub l. eos testes.

LXXXIV. Testes bone opinionis esse oportet, non artifices, innobiles nec vilissimos, nec nimis obscuros; quod si ignoti quidem fuerint, et apparuerint circa testimonium veritatem corrumpere, festinanter verberibus subici potuerunt [7]. M, B1, B2.

LXXXV. Si dicatur servilis esse fortune testis qui testari voluerit, is vero se liberum esse affirmet, si quidem ex nativitate, impleatur eius testimonium, et si habita disputatione servus esse apparuerit, respuatur eius testimonium. Si vero libertinum [8] se dicat, prius instrumentum manumissionis ostendat, quam testetur, nisi iuraverit, circa hoc se probationem habere; quo facto, testatio quidem scribatur, sed, nisi instrumentum monstraverit, respuatur testimonium eius. Si dicatur odiosus, et hoc [9] ex criminis lite mota inter eos, et hoc probaverit, non ante audiatur, quam de crimine iudicetur. Si vero ex lite pecuniaria vel aliter odiosus esse dicitur, procedat quidem testatio, tempore vero disputationum serventur huiusmodi questiones. M, B1, P2.

81. Si testis productus dicatur servilis esse fortune, et testari voluerit, ipse vero se liberum esse affirmet, si quidem ex nativitate, recipiatur testimonium eius, disputatione de statu servato, ratione ut si apparuerit servilis esse fortune, ipsius eius testimonium ac si neque datum fuerit, ita sit. Si vero libertinum se dixerit, prius instrumentum sue manumissionis ostendat quam testificetur. Sed si in alia provincia dicat sibi datam libertatem, aut non habere in promptu probationes, et hoc iuraverit, testatio quidem scribatur. Non monstrato manumissionis instrumento, qui eum deduxit non utetur eius testimonio. B2.

82. *In Auth. de testibus* (*Nov. 90 c. 1 § 1*). — Hoc [10] si iudices fueruit administratores. Si vero amministrationem non habent, in civitate apparitorem pretoris, in provincia vero officiales defensorem locorum accipiant, et per eos inferantur testibus verbera in experimentum, quatenus propter hoc nichil celent veritatis, aut etiam capiantur per hanc viam pecuniis testimonium perhibere, aut aliter circa hoc malignantes. B2.

83. Et in causis pecuniariis compelli non debebunt hii qui mediatores ipsius facti sunt, nisi pars utraque consentiat, ut in Auth. de testibus § quoniam vero. (*Nov. 90 c. 8*).

Sub l. testium facilitatem [11] (*C. 4, 20, 18*).

LXXXVI. Sed qui semel produxit testes, aut bis, et [12] testificationem tractaverit, aut ab adversario

[1] *M, add.* enim. — [2] *M, P2, add.* preterea. — [3] *Cod. om.* adversarius. — [4] *Cod. om.* recipiantur. — [5] *Cod.* ecclesie. — [6] *M, om.* non. — [7] *M, add.* ut in Auth. eod. secundum **Pla.** — [8] *Cod.* liberum. — [9] *Cod. om.* hoc. — [10] *B2* per se. — [11] *Cod.* fides. — [12] *Cod. om.* et.

Source : BIU Cujas

disputationem receperit, et ex hoc testificata didicerit, non habebit licentiam ultra uti productione testium, ex divina etiam [1] iussione. Si vero hoc [2] non egerit, tunc danda est quarta productio testium, sacramento prius ab eo dando, quod neque subtraxerit, nec percontatus est testificationes ipse vel aliquis advocatorum, vel alius pro eo agens, nec per dolum aut machinationem vel artem petere quartam productionem fieri. **Jac.** [3]. M, B1, B2, P2.

LXXXVII. Rogati ut in testamentis, non [4] fortuitu vel transeuntes veniant [5], idem est, si post solutionem rogati intersint confessioni creditoris dicentis pecuniam sibi fuisse solutam. M, B1, B2, P2.

84. Sed si coram testibus specialiter od hoc convocatis, non tamen obscuris et ingnobilibus, qui sine tormentis non audiuntur, confessio facte solutionis fuerit celebrata, recipiatur sicut confessio coram iudice facta. **Iac.**. M. P2.

85. Si testis odiosus esse dicatur ei contra quem producitur, et probetur statim quod lis criminalis inter eos movetur non recipitur eius testimonium donec de crimine iudicatur. Si vero aliter odiosus esse dicatur, aut conventus pecuniarie, procedat quidem testatio ; tempore vero disputationum serventur huiusmodi questiones. B2.

86. *In Auth. tit. eod.* (*Nov. 90 c. 2*). — Testimonia eorum inania atque ex transitu [6] perhibita esse dicimus, qui propter alium quoddam opus transeuntes, dicunt se audisse aliquos dicentes accepisse pecuniam ab aliquo aut alicui debere. B2.

Sub tit. de fide instrumentorum (*C. 4, 21*).

LXXXVIII. Apud eloquentissimum iudicem vel defensorem civitatis, sive a provincia in provinciam, vel in urbem petant, sive ab urbe in provinciam. Sed hoc in causis tantum civilibus; nam in criminalibus apud iudices testes presentandi sunt, et cum res exegerit, tormentis subiciantur. M, B1, B2, P2.

LXXXIX. Et si contractus fiat in civitate, et unam libri auri excesserit, omnimodo collationi adsit argumentum quodlibet, nec credatur ei soli. M, B2, P2.

XC. Ad hec et ex his literis, quibus adversarius tuus utitur et profert, recte petis examinationem fieri. Item ex charta, que profertur ex archivo publico testimonium publicum habet. M, B2, P2.

Sub tit. ad Senatusconsultum Velleianum. (*C. 4, 29*).

XCI. Sive a me, sive ab alio pro me propter nuptias fiat donatio, quod ex ea causa immobile est, neque alienare valeo neque obligare. In hoc igitur contractu mulieris consensus nihil proficit, nisi et secundo post biennium profiteatur et etiam alie res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his enim, nec si frequenter consentiat, ledetur; vir tamen obligatur in aliis rebus suis huius alienationis seu obligationis occasione, que, quantum ad mulierem, pro non dicta nec scripta habetur, quia mulier est domina de iuris subtilitate, licet vir sit dominus de natura; et multo potius hec in dote valebunt, verum pro muliere valebunt; sed contra non. M, B1, B2, P2. [7]

87. Quod verum est pecunias in res suas expendendas; alioquin pro infecto habetur etsi [8] multotiens se obligavit, vel res suas, sive publicum sive privatum sit debitum, ut in Auth. ut nulli iudicum. (*Nov. 134 c. 8*). B2.

88. Sed hodie non tenetur nisi manifeste probetur pecuniam in utilitatem mulieris esse conversam. M, B2.

Sub l. si mulier, in fine (*C. 4, 29, 22*).

XCII. Si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro aut scribat, aut se aut rem propriam obligaverit, licet frequenter consentiat, non valet; et hoc sive sit publicum, sive privatum sit debitum; sed ita est, ac si non esset scriptum, nisi manifeste probetur pecuniam in utilitatem mulieris processisse. Intelligitur etiam quando intercessit pro marito. [9]. M, B1, B2, P2.

Sub tit. de non numerata pecunia (*C. 4, 30*).

XCIII. Contra, qui propriam scripturam, qua convenitur, abnegat, vel numerationem inficiatur, convictus in duplum condemnetur, nisi illato sacramento confiteatur; tunc enim non punitur, nisi in expensis circa probationes factas, actoris iuramento declarandas. At si post numerationis infitiationem pretendat solutionem, omnino solidum exigitur, nec prodest ei iam facta solutio. Contra, si actor literas suas a reo prolatas abneget, eadem sit et pene et iurisiurandi forma. Hac pena curatori infligenda, si de suis literis questionem referat in causa eius quem curat. M, B1, B2, P2.

XCIV. Hodie tabellionis scriptura advocet tres testes ut non in sola scriptura deposita et eius comparatione pendamus; alioquin non videtur sufficiens scripture sola fides nisi malit iusiurandum deferre.

89. *In Auth. de instrumentorum cautelis* § *si quis igitur* (Nov. 73 *c. 1*). — Hodie qui deponit sine scriptura tabellionis advocet tres testes ut non in sola scriptura deposita [10] et eius comparatione pendamus, alioquin non sufficiens scripture videbitur sola fides, nisi malit iusiurandum deferre. M, B2, P2.

---

[1] *Cod.* autem. — [2] *Cod. om.* hoc. — [3] *Siglam* **Jac.** *habet M.* — [4] *Cod. om.* non. — [5] *Cod. om.* veniant. — [6] *B2 om.* ex transitu. — [7] *M. B1, B2, P2 om.* quia mulier est domina.... sed contra non. *M. add.*: et multo magis idem in dotibus locum habet. *B2 add.*: idem in dote servatur. *B1 add.*: Idem est et in dote; et hec multo fortius in dote valebunt. Si quidem res immobilis in ea alienetur vel obligetur, omnibus tamen privilegiis que iam a nobis doti data sunt in sua firmitate manentibus, sive mulier agat, sive alius pro ea. — [8] *B2* nisi. — [9] *M, B1, B2, P2 om.*: intelligitur... marito. *M. add.*: ut Auth. ut nulli iudicum liceat habere loci § et illud. (*Nov. 134 c. 8*). Quidam hoc Authenticum non in viro tantum, sed ad omnes trahere conantur. Quod non placet. **Ugo**. — [10] *M.* depositarii.

Source : BIU Cujas

Sub l. in contractibus, in fine (*C. 4, 30. 14*).

XCV. Hanc autem querelam in scriptis fieri oportet, et si quis in iudicio hoc facit, oportet eam mulieri vel omnino ei, qui conscribit, innotescere. M, B1, B2, P2.

90. *Sub. tit. de usuris l. per retentionem* (*C. 4, 32, 4*). Creditor instrumentis suis probare debet que intendit, et usuras se stipulatum si potest; non enim, si aliquando prestite sunt, obligationem constituunt. M.

Sub tit. de usuris l. si ea lege (*C. 4, 32, 17*).

XCVI. Ad hec qui fructus aridos vel pecuniam, in unoquoque anno pro modio octavam partem modii, pro solido siliquam unam nomine usurarum accipiens, terram seu aliud pignori acceptum, omnino reddat. Si aliud preter hoc dimiserit, actione cadet. M, B1, P2.

Sub tit. depositi l. si quis vel. (*C. 4, 34, 11*).

XCVII. Sed iam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionem, qua subsecuta, depositor possidens pulsari potest. Si contra factum fuerit, dampnum, quodcumque fuerit vel acciderit ei, qui passus est prestabit, nec non et tertia centesime usurarum nomine, ex quo facta [1] est huiusmodi contestatio. Quibus penis subiacent, qui vel inquilinis pensionum [2] dationem, vel publice persone prius interdicit administrationem. M, B1, B2. [3].

Sub tit. de rescindenda venditione (*C. 4, 44*).

XCVIII. Sed et periculum in se suscipere vel recipere potest, si examinatione ante traditionem facta, emtor minus idoneus inventus fuerit; tunc enim venditor apud gesta profiteri cogitur, quia periculo suo transpositio fit fiscalium tributorum. M, B1, P2.

91. *Sub. tit. si propter publicas pensitationes l. I* (*C. 4, 46, 1*). Nos autem qui publica tributa colligunt [4] iustis ponderibus et mensuris uti precipimus, ne quis in hoc nostros tributarios lederit; si autem collatores parent se gravari sive in mensuris, sive in ponderibus, habeant licentiam specierum quidem mensuras et pondera a gloriosissimis prefectis, auri vero et argenti et reliquorum metallorum pondera a gloriosissimo pro tempore comite sacrarum largitionum accipere; quas mensuras et pondera in sanctissima uniuscuiusque civitatis ecclesia servari, et secundum ea et gravamen collatorum et fiscalium illatio et militares et alie expense fiant. B2.

92. *Sub tit. de locato l. viam.* (*C. 4, 65, 10*). — Licet in solidum obligati sint, si tamen presentes sunt idonei, simul cogendi sunt ad solutionem.

Sub tit. de donationibus propter nuptias (*C. 5, 3*).

IC. Sed iam necesse est, si altera pars aumentum prestat, alteram quoque partem incrementum celebrare. Et si quidem vir alieno ere non impediatur, in quibuslibet rebus procedat aumentum. At si debitor sit, ut fraudis suspicio subesse possit erga creditores, res omnino immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis [5] substantie domina, res mobiles dederit in aumentum, in hac parte dotis nullo utitur adversus alios creditores privilegio. M, B1, B2, P1, P2.

C. Dos data donationem propter nuptias meretur. Preterea si pars mulieris sit parata, cum ex diverso recusetur, et hoc contestetur, cumque sit mobilis, signaculo interposito, recondatur, aut ingrediens iudicium petat hoc fieri ut parti viri denuntietur. Nequaquam declinanda est donationis exactio. At si per dilationem dos non detur, et donatio prorsus denegetur. M, BI, B2, P1, P2.

CI. Nunc diminutio inhibetur, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii. Unicuique etiam tantum dare cogitur ut cui minus datum est detur [6] quantum dat [7] secunde uxori. Ita et a parte uxoris. M, B1, B2, P2.

CII. Permissa [8] est in rem actio mulieri pro tali donatione [9]. M, B2, P1, P2.

CIII. Pater qui propter nuptias donationem [10] contulit in uxorem non cogitur conservare eam liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas migraverit nuptias. Aliud est si apud maritum quid ex dote vel apud mulierem ex donatione remansit. M, B2, P2. [11].

CIV. Eo decursum est, ut sponsalitia largitas specialis sit contractus, nec [12] insinuationem desideret etsi ab alio detur, licet in viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat. Hoc quantum ad mulierem. At si vir vel alius, qui dederit eam, non insinuet, quum sit quantitas eadem, et pacta dotalium concedant parti viri, nullam super eis habeat vir actionem. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de nuptiis (*C. 5, 4*).

CV. Sed novo iure nulla dignitas cum liberta prohibet nuptias contrahi, dotalibus instrumentis confectis. M, B2, P1, P2.

93. Maiores [13] XXV annis, etiam invitis parentibus sese copulare possunt. B2.

CVI. Idem eis permittitur, et si iuraverint in tali professione se perseveraturos, quia legibus expressum est, illicite rei iusiurandum servari non oportere, et pena periurii, si qua est, in eum convertenda est, qui exegit [14]. M, B1, B2, P1, P2.

---

[1] *Cod.* factum. — [2] *Cod.* possessionum. — [3] *B1 add.* tenebitur domino rerum vel ei cui pecunia vel res erat restituenda. — [4] *B2 om.* colligunt. — [5] *Cod. om.* incremento... immobilis. — [6] *Cod. om.* detur. — [7] *Cod. om.* dat. — [8] *Cod.* promissa. — [9] *M add.* post solutionem matrimonii, ut Auth. ut immobilia antenuptialis donationis neque ypothece dentur. (*Nov. 61*). — [10] *Cod. om.* donationem. — [11] *M add.* illud enim servare debetur liberis prioris matrimonii. — [12] *Cod.* vero. — [13] *B2* minores. — [14] *M add.* et insuper decem libras auri dare cogendus est eidem mulieri.

Source : BIU Cujas

CVII. Maximis decorati dignitatibus usque ad illustres, nonnisi dotalibus instrumentis conscriptis, recte contrahunt nuptias, licet ante [1] contractas retineant, exceptis barbaris. Reliqui omnes affectu solo recte copulant matrimonium. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de incestis et inutilibus nuptiis. (*C. 5, 5*).

CVIII. Ex coitu nephario aut incesto seu dampnato liberi nec naturales sunt nominandi, omni paterne substantie benefitio indigni, ut nec alantur a parente. M, B1, P1, P2.

CIX. Incestas nuptias contrahentis pena est confiscatio bonorum, tam ceterorum quam dotis, cinguli, si quo potitur, spoliatio, exilium, verberatio, si vilis sit. Femina quoque peccante talia [2] scienter, simili pene subiuganda. Substantia sic amissa liberis hoc ipso sui iuris actis, si quos habet legitimos, applicatur, ut tamen pater [3] ab eis alatur; quibus non existentibus, fisco defertur. M, B1, P1, P2.

94. Si quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere coniugem, cuiuslibet dignitatis sit, nuptialia condat instrumenta, et sic erunt filii liberi et ingenui et sui patris successores. M, B1.

95. Hodie vero si filios non habuerit ex prioribus legitimis nuptiis, omnia [4] bona sua, et ea que nomine dotis acceperit fisco vendicantur, et cingulo privabitur, et in exilium mittetur, et si vilis persona sit etiam corporis umiliatio. Idem et in feminis statutum est. Substantia sic amissa liberis hoc ipso sui iuris factis, si quos habet, legitimis applicatur, ut tantum pater ab eis alatur, quibus non existentibus fisco defertur. M.

CX. In donatione [5] propter nuptias, etsi alius pro viro dederit, deserit eam proprietas. M, P1, P2.

Sub tit. de secundis nuptiis. (*C. 5, 9*).

CXI. Lucrum hoc in liberos equaliter lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur. M, P1, P2.

CXII. Eisdem penis subicitur et ea, que parit intra tempus luctus, si modo indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto non existere; nam et in usufructu nuptialis donationis privatur; item et ea, que suscepta liberorum tutela contra sacramentum secundo nubit, non prius tutores petens, et rationem reddens, et omne, quidquid debet, solvens. **Al.** M, B1, P1, P2. [6].

96. Solvitur autem infamia si quis ex prioribus sine liberis sit nuptiis, imperatoribus [7] hoc iubentibus. Si vero filios habuit, et tunc per imperatores tollitur si medietatem omnis substantie, quam [8] habuit cum ad secundas venerit [9] nuptias, pure et sine omni conditione, nec usufructu quidem sibi retento, eis donaverit. Tunc enim et aliis liberatur penis. Aliter vero nullam rescriptorum utilitatem consequitur. Hanc autem medietatem inter se filii ex equo divident si filios habuerint; alioquin ad fratres transmittent; quibus non extantibus, redit ad matrem ut habeat consolationem sue infelicitatis. Et hec quidem si intestati decesserint; superstites enim quo voluerunt modo disponere valeant. B1.

CXIII. Ex testamento quidem succedit mater liberis suis, sicut institutus quilibet. Ab intestato quoque vocatur, sive ante mortem filii, sive postea secundas ineat suptias. Sed eorum solum usumfructum percipit, que ex substantia paterna ad filium pervenerunt. Quantum vero ad nuptiales donationes pertinet, similiter, ut in residuis, omnino ingratitudine et hic contra matrem et fratres inspecta [10]. M, B1, P1, P2.

CXIV. Uxore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus [11] omnimodo reservandum est quantum ad proprietatem, usufructu patri concesso. Idem [12] est a parte mulieris, si lucretur ex sponsalitia largitate. Item si [13] aliter matrimonium solvatur, super hiisdem lucris loquitur eadem constitutio. M, B1.

CXV. Si tamen abstinet mater a secundis nuptiis, habebit ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, et in omnibus ascendentibus. M, B1, P1, P2.

CXVI. Si aurum fuerit in donatione scriptum, cautio usurarum exponitur, non autem aurum exigitur, nisi forte viri substantia sit habens aurum et cetera, que scripta fuerunt. M, B1, P1, P2.

97. Sed et si quis ex his premoriatur absque progenie, redit ad matrem dominium, quantum acquiritur ex facto non exsistentium liberorum, residuum autem conceditur quibuslibet defuncti heredibus. Si quid ergo ex his alienaverit, pro suprascripta portione confirmatur alienatio; quare si sola heres extiterit, in solidum ad ipsam redit, vel alienationem sequitur. P2, M, B1.

98. Eam quoque penam patitur et ea que post mortem viri in XI mense parit. P2.

99. Plus autem tempore mortis binubi parentis inspicitur. P2.

100. Et generaliter omnis eam proprietas deserit omnium eorum que a viro priori ad eam veniunt, et mox quo mater coniuncta est filiorum fit. P.. P1.

101. Hec res lucro cedunt liberis, licet heredes non sint patris aut matris aut utriusque, nisi fuerint ingrati, et probetur ingratitudo. P1, M, B1.

102. Nunc autem, nisi expressim transponat in alios, presumitur ipsis conservare talia lucra. M, B1, P1.

103. Transponere autem sinit preter dotem et donationem propter nuptias; que omnia servare cogentur, sive ad secundas nuptias pervenerint, sive non. M.

CXVII. Ad eos solos et nunc pertinet; et si quis ex eis premoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur. M, B1, P1, P2.

CXVIII. Hoc locum habet, si datus vel relictus fuit ea lege, ut ex secundis nuptiis interiret; alioquin

---

[1] *Cod.* tantum. — [2] *Cod.* vilia. — [3] *Cod.* pene. — [4] *M. add.* sunt. — [5] *Cod.* item donationem. — [6] *B 1 add.* sed hodie *et caet. ut II. et V. Siglam* **Al.** *habet M.* — [7] *B1* imperatoris. — [8] *B1* que. — [9] *B1* veniebat. — [10] *Cod.* expecta. — [11] *Cod.* coniunctibus. — [12] *Cod.* quidem. — [13] *Cod. om.* si.

Source : BIU Cujas

perseverat, sive relictus [1] esset sive donatus, quibus casibus licuit. Sed usufructus in dote [2] vel propter nuptias donatione [3] lege permissus non potest a testatore [4] denegari. M, B1, P1, P2.

104. Donationem quoque propter nuptias in hoc casu constante matrimonio vindicare potest. M, B1, P1, P2.

Sub tit. de rei uxorie actione, in fine. (*C. 5, 13*).

CXIX. Sed quamvis dos potestatis sive pactionis [5] iure ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia denuo nubente, deminuere prioris dotis mensuram, nisi forte substantia sua decrescat aliqua fortuita clade; tunc enim amplius in dotem secundo marito prestare cogitur, nisi quantum facultates eius patiuntur. M, B1, P1, P2.

CXX. Sed que mihi ex dote conscripta prestitit, omnimodo viro mortuo percipiet ex donatione. Item que minus quam professa est dedit, pro quantitate prestita et lucrum sentiat. B1, P1, P2.

CXXI. Equalitas omnino servanda est et in dote et in donatione nuptiali, non tantum in lucris exinde proventuris, sed etiam in prestatione utriusque et constitutione. M, B1, P1, P2.

CXXII. Augmentum quoque vel prorsus non fiat, vel ab utraque parte celebretur, pari scilicet quantitate, ne vel eo modo subvertatur equalitas. M, B1, P1, P2.

Sub tit. de dote cauta et numerata. (*C. 5, 15*).

CXXIII. Quod locum habet, si intra biennum solvatur matrimonium. Si ultra biennium usque ad X annos extendatur, et ipsi et heredi eius intra tres menses querela permittitur; si vero decennium transcurrerit, omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum prefinita, et specialiter si minor etas interveniat. M, B1, B2, P2.

CXXIV. Hodie nemo fit servus ex supplicio, unde nec matrimonium ex tali dissolvitur. M, B2.

CXXV. E contra si filiifamilias distrahunt parente nolente, quid iuris sit exprimitur codice novo de nuptiis; nec matrimonia distrahantur in lesionem parentum, vel dotes vel ante nuptias donationes obtulerint aut susceperint soli vel cum filiis, quia, sicut in contrahendo matrimonio consensus parentum exigitur, ita in dissolvendo. M, B1, B2, P1, P2. [6]

CXXVI. Hodie, quantiscumque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum audierit, non prius nubat, quam per se vel alium eum, sub quo militabat, audiens interrogaverit, si pro veritate mortuus est, ut apud gesta deponatur cum iureiurando, si mortuus sit; quo secuto, post annum nubat. Si preter hec nupserit, tam ipsa, quam qui eam duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iurat, si falso iurasse convincatur, militia nudatus, X libras auri solvet illi quem mortuum mentibus est, eo licentiam habente, si voluerit, suam uxorem accipere. M, B1, B2, P2.

CXXVII. Si matrimonium solutum fuerit culpa mulieris sive mariti approbata, ne postea tempus habeat nubendi, ab episcopo civitatis ubi domicilium habet in monasterio mulier retineatur; ibique maneat dum vixerit, pena tam dotis quam donationis existente. Vir autem, si culpa eius solutum fuerit, pena plectatur, lucro dotis et ante nuptias donationis filii superstitibus conservato. Vel si filios non habet, lucrum fieri marito vel mulieri, quicumque eorum deprehendatur sine culpa, dotis vel ante nuptias donationis, non super tertie partis alterius tante quantitatis quantum colligit dos et ante nuptias donatio. M, B2, P1, P2.

CXXVIII. Quod hodie non licet nisi decennio transcurso, ea mittente viro litteras vel verbum per aliquos venientes ad eum, quasi aperte nuptias eius retinuerit; vel absolute [7] libello oblato ei sub quo militat, preces imperatori porrigat et tunc hoc mereatur. B2, P1, P2.

CXXIX. Sed novo iure tantum ex hiis causis infrascriptis, licet viro vel uxori repudium mittere et dotem vel donationem propter nuptias lucrari, dominio [8] eorum servato liberis ex [9] matrimonio natis [10], quibus non extantibus proprietate fruatur, videlicet [11] ex his causis si uxor conscia coniurationis contra imperium non propalavit neque per se neque per alium.

105. Sed hodie verberatio matrimonium non solvit. Sed vir qui sine causa uxorem ceciderit, pro hac iniuria, etiam constante matrimonio, cogitur ei dare tantum quantum est quarta pars donationis ante nuptias. M, P1, P2.

106. Nunc autem non solvitur matrimonium, verum alia pena amplectitur, idest ut tertiam partem ex alia substantia sua cese mulieri prebeatur, sponsalicie scilicet donationis; nisi hoc fecerit iusta interveniente causa. B2.

107. Sed novo iure tantum ex his causis infrascriptis licet viro et uxori repudium mittere et dotem et donationem propter nuptias lucrari, dominio eorum servato liberis ex eodem matrimonio; quibus non extantibus proprietate fruentur; videlicet ex his causis: si uxor conscia coniurationis [12] contra imperium, neque per se neque per alium hoc imperatori [13] declaretur; si de adulterio convinci putaverit, ubi oportet virum accusare mulierem ream adulterii, et si huiusmodi accusatio vera ostenditur, tunc repudio misso, vir habebit donationem propter nuptias et dotem; ut filios non habenti tunc ex illa substantia uxoris quantum tertia pars dotis esse cognoscitur, tantum proprietatis dos et a nobis definita pena applicetur. Sed liberis extantibus.... B2.

108. Nunc liberi soli naturales ad hunc modum cohartantur non etiam mater. B2, P2.

---

[1] *Cod.* rectus. — [2] *Cod.* dotem. — [3] *Cod.* datus. — [4] *Cod.* testatione. — [5] *Cod.* pretoris. — [6] *B2 om.* codice novo de nuptiis.. dissolvendo. — [7] *Cod. add.* convenit. — [8] *Cod.* deinde. — [9] *Cod. om.* ex. — [10] *Cod. om.* natis. — [11] *Cod.* licet. — [12] *B2* cogitantibus. — [13] *B2* imperio.

Source : BIU Cujas

CXXX. Sed novo iure vir, qui sine causa hoc fecerit, ex alia substantia, constante matrimonio, tantum dabit uxori, quantum tertia pars facit antenuptialis largitatis.

CXXXI. Quod hodie non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat, tam dote quam ante nuptias donatione filiis conservatis. Que si alias nuptias postea contrahere, vel luxuriose vivere inveniantur, liberis tradende sunt, delinquentibus earum proprietatem ammittentibus. Filiis autem non exstantibus fisco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis penis subiciantur. M, B1, B2, P1, P2. [1]

109. Lucrum hoc communiter dividatur inter omnes, arbitrio autem parentis. P1.

110. Constante etiam matrimonio, adhuc recipere eam potest vir, qui sine causa reddiderat. B2, P2.

Sub tit. divortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant. (*C. 5, 24*).

CXXXII. Hodie non biennium solum, sed triennium numerari volumus.

CXXXIII. Si pater prestitit causam divortii, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis, nisi pater minus sit [2] idoneus; tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Nam et locupletes filii matrem egentem debent alere. Quod de matre alenda et filiis indigentibus dictum est, idem in omnibus ascendentibus et descendentibus personis optinet. M, B1, B2, P2.

Sub tit. de naturalibus liberis. (*C. 5, 27*).

CXXXIV. Licet patri sine legitima prole seu parente, cui relinqui, scilicet tertia, necesse est, decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere. Quod si parentes duntaxat ei supersint, legitima parte parentibus relicta, reliquum in naturalibus distribui permittitur. Ab intestato vero, cum desit soboles civilis, nec supersit coniux legitima, si naturales ex concubina exstent, que sola fuerit ei indubitato affectu coniuncta, in duas paterne substantie uncias succedant, ut matri inter eos virilis portio detur. Huius enim naturales filios et pasci viri boni arbitrio est necesse, ut legitimi exstent et succedant, vel coniuge viva quilibet sint alii heredes. Hii ergo et parentibus parem prestent, si opus sit, pietatem. Sed quod ex condempnato supersunt coitu [3], omni prorsus beneficio secludantur. M, B1, P1, P2.

CXXXV. Item si quis liberos habens naturales de libera muliere, que uxor ei poterat esse, dicat in instrumento, sive publico sive propria manu conscripto, habente subscriptionem trium testium fide degnorum, sive in testamento, sive sub gestis monumentorum, hos filios esse, nec adiecit naturales, huiusmodi legitimi filii suceessores erunt. Si autem ex filiis testamento cuilibet ex predictis modis prebuerit, ceteris ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet. M, B1, P1.

111. Item si quis filium vel filiam habens de libera muliere, cum qua nuptie possunt consistere, dicat in instrumento publico, vel propria manu scripto, habente subscriptionem trium testium fide dignorum, filium suum aut filiam, et non adiecerit naturalem; huiusmodi filium iura legitimorum habere dicimus. Si autem uni tantum ex filiis dixerit, ceteri idem ius habebunt. **Io. B.**. M, B1, P2.

CXXXVI. Quod ius locum habet etsi ante hoc consortium legitimorum sit pater ex alia coniuge, a qua separatus sit legitime. M, B1, P1, P2.

112. *In Auth. ut liberti de cetero non indigeant anulo aureo.* (*Nov. 78, c. 4*). — Et hoc generaliter inducere videtur ut his qui ex ancilla sunt, ex ipsa dotis inscriptione, simul et libertatis tribuatur et ius suorum. B1, P1, P2.

CXXXVII. Non permettitur hoc in ancilla, nisi ei qui sine legitimis aliis reperitur (Auth. in coll. VI). Et hoc generaliter inducere videtur ut hiis qui ex ancilla sunt ex ipsa dotis inscriptione simul et libertatem tribuatur et ius suorum. P1.

CXXXVIII. Preterea qui legitimam non habet prolem, sed ex huiusmodi consuetudine duntaxat naturales, potest eos, precibus principi datis, legitimos sibi constituere et sine matrimonio, si mulier iam defuncta sit, vel deliquerit, vel occultetur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, ut sacerdotio. M, B1, P1.

CXXXIX. Item sine legitimis decedens, in [4] testamento scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, licentiam habeat, ut post mortem eius filii supplicent, testimonium ostendentes, et principis et legis dono fiant heredes, si tamen filii voluntatem patris amplectantur. Quod generaliter observatur. M, B1, P1, P2.

113. Sed novo iure huiusmodi mulieres cum omnibus hominibus contrahere nuptias possunt, etiam cum preditis magnis dignitatibus, dumtamen dotalia instrumenta super hoc conficiantur ab Illustribus. Reliqui vero citra eos, qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo adfectu nuptias contrahere possunt dumtamen libere sint, cum quibus licet nuptias celebrare. B1.

Sub tit. de legitima tutela. (*C. 5, 30*).

CXL. Sicut hereditas, agnatione [5] non inspecta, proximis defertur, sic et tutele onus comitatur emolumentum. M, B1, P1, P2. [6]

---

[1] *M, B2 om.* filiis autem..... subiciantur. — [2] *Cod.* est. — [3] *Cod. om.* coitu. — [4] *Cod. om.* decedens in. — [5] *Cod.* annotatione. — [6] *B1, P1 add.* si masculi et perfecte *et caet., ut H. et V.*

Source : BIU Cujas

Sub tit. qui dare possunt tutores et cet. (*C. 5, 34*).

CXLI. Minoris debitor vel is cui minor tenetur, aut qui tenet minoris [1] res, prohibetur a curatione. Nam et ante curator, si minoris creditor efficiatur, non sine adiuncto curatore administrabit. Hoc [2] autem ab initio vel probet vel iuret, se credere minorem obligatum vel res eius habere. Nam si taceat, actoris sustinebit iacturam. Item si debitor taceat, nec redhibitione nec alia tempore curationis iuvatur solutione. Sed si cessionem adversus minorem suscipiat, nec post curam quidem depositam ei permittitur uti, nec vero is, qui cesserit, agere debet, quum in legem commiserit. M, B1, B2, P2.

Sub tit. quando mulier tutele officio et cet. (*C. 5, 35*).

CXLII. Sacramentum quidem non exigitur, sed contractis nuptiis expelli eam a tutela convenit, salva minoribus alia, prout iuris est, cautela. M, B1, B2, P1, P2.

114. Matri et avie secundum ordinem tutelam etiam ante agnatos subire permittimus, si inter gesta nuptiis aliis et Senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverit, solis testamentariis tutoribus eas precedentibus, legitimis et dativis postpositis. M, B1, B2, P1, P2. [3]

CXLIII. Ad hec et si [4] debitum inter ipsam et filios quoquo modo vertitur, tutela materna non ideo minus admittitur, debito in sui natura durante. [5] M, B1, B2, P1.

CXLIV. Etiam ante agnatos matri et avie tutelam secundum ordinem subire permittimus, si inter gesta nuptiarum et auxilio Senatusconsulti Velleiani renuntiaverint, solis testamentariis tutoribus antecedentibus. [6]

Sub tit. de aministratione tutorum vel curatorum. (*C. 5, 37*).

CXLV. Novissime cautum est a curatore pecuniam non esse fenerandam. [7] Quod si fecerit, mutui [8] subiacebit periculo. M, B1, B2, P1. [9]

CXLVI. Quod nunc [10] generale est circa omnes curatores, ut iurent quidem, non tamen a ratiociniis sint excepti. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de servis fugitivis. (*C. 6, 1*). [11]

CXLVII. Sed novo iure, si criminis qualitas hoc exigit ante abscissionem una sola manus abscindetur. Sed pro furto nec morietur nec aliquod membrum abscindetur, sed aliter castigabitur. M, B1, B2, P1, P2. [12]

Sub tit. VI libri de iure aureorum annulorum. (*C. 6, 1*).

CXLVIII. Sed hodie, quia manumittentes servos cives denuntiant Romanos, (non hoc aliter licet) ex ipsa manumissione annulorum aureorum et regenerationis ius habent, ut sint quidem liberi et ingenui, et iure patronatus illeso conservando; nisi et hoc remissum fuerit inter vivos, vel in ultima voluntate. Nam si hoc remiserit, omnino qui manumittitur absolvetur a iure patronatus. Sed si ingratus extiterit, vel contra patronum vel eius filios, in servitutem revocabitur, licet ingenuus erat effectus. M, B1, B2, P2. [13]

115. *In Auth. ut liberti de cetero.* (*Nov. 78 c. 1 et 2*). — Sancimus si quis manumittens servum aut ancillam cives denuntiaverit romanos, neque enim aliter licet, sciat ex hac lege quod qui libertatem accipit habebit subsequens mox et annulorum aureorum et regenerationis ius; et non iam ex necessitate hoc a principibus postulabit, et omnino ulla scrupolositate non indigebit sed libertatis veritate hec omnia subsequatur hac nostra lege ex presenti die incohante. P1.

116. Aliquid horum que prius facta sunt perscrutamur, illud adiicentes, ne per hanc legem iura patronatus tollantur. P1.

117. Si patrono vel filiis eius libertus aliquid malignum aut iniurias asperas et indecentes seu plagas et intollerabilia dispendia intulit, in servitutem poterit revocari. P1.

118. Ius aureorum anulorum et ingenuitatis mox sequitur manumissum, nulla expectata postulatione super illo, principibus salvo iure patronatus, nisi manumissor libertum ab eo iure absolverit. B2.

Sub tit. de successorio edicto. (*C. 6, 16*).

CIL. Preterea si matrimonium sit absque dote, coniux autem premoriens locuples sit, superstes vero laboret inopia, succedit una cum liberis communibus alteriusve matrimonii in quartam, si tres sint vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionem, ut tantum eiusdem matrimonii liberis, si extant, proprietas conservetur, his non [14] extantibus, potietur etiam dominio; impartitur autem legatum in talem portionem. Hoc idem est si inops inveniatur, et sine donatione propter nuptias. [15] M, B1, P1, P2.

Sub tit. de collationibus. (*C. 6, 20*).

CL. Ex testamento cessat dotis et aliorum datorum collatio ita demum si parens hoc designavit expressim. M, B1.

CLI. Quod locum habet, sive pars viri sit idonea, sive mulieri possit imputari, quare, marito vergente ad inopiam, ex lege Iustiniani etiam constante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licuit, et cum sui iuris et etatis legitime est, et cum mater obtulit dotem, et cum pater ei consentit agenti. Hoc cum [16] dos parva sit. Sed dotem magnam que conferri spe-

---

[1] *Cod. om.* qui tenet minoris. — [2] *Cod.* licet. — [3] *B2, P1 om.* legitimis et dativis propositis. — [4] *Codd. add.* ut. — [5] *B1 add.* potest etiam *et caet. ut H. et V.; sed quasi glossam.* — [6] *Cfr. auth. 117.* — [7] *Cod.* terendam. — [8] *Cod.* mutuo. — [9] *B1 add.* nisi mobilis sit..... pupillum faciendas *ut H. et V.; B2 add. tantum verba* nisi mobilis sit..... caute recondatur. — [10] *Cod.* tunc. — [11] *Cod. om.* sub tit. *et caet.* — [12] *B1 add.* fures autem *et caet. ut H. et V.* — [13] *M, B1, B2, P2 tamen omm.* conservando; nisi..... ingenuus erat effectus. — [14] *Cod. om.* non. — [15] *Cod. add.* et ut liceat matri et avie. *M, B1, P1, P2 omm.* Hoc idem..... nuptias. — [16] *Cod.* hec autem.

Source : BIU Cujas

ratur invito patre filia exigere potest. His cessantibus, solam actionem, licet inanem, conferens, partem [1] ex hereditate feret. Hec observantur, ubicumque ratio collationis emergit, etiamsi avita sit successio. M, B1.

Sub tit. de testamentis et quemadmodum (C. 6, 23).

CLII. Que tertie portionis imminutio correctionem novo iure capit, ad equalitatis iustitiam reducta in omnibus personis. M, B1, P1, P2.

119. *Sub tit. de testamentis l. I. (C. 6, 23, 1).* — Si vero dicatur servus esse qui testari voluerit, is vero liber affirmetur constitutus, et postea apparuerit servilis fortune esse, eius testamentum ac si neque datum fuerit, ita sit. M.

120. Sed hodie novo iure si testis productus servilis fortune esse dicatur, ipse vero dicat se liberum ingenuumque esse, scribatur testimonium eius ut si postea apparuerit servilis fortune esse, testimonium ac si neque dictum fuerit ita sit. Idem est etsi libertum se dixerit. B1, B2.

121. Hodie autem ex quo testari possunt, possunt et libertates relinquere nova constitutione, antiqua lege cessante. P2.

122. Sed in aliis civitatibus apud earum defensores testamentorum insinuationes fieri possunt. P2.

CLIII. Hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens septem testibus adhibitis declaret se nolle tale testamentum valere, et aliam disponat voluntatem vel in testamento perfecto, vel non scripta perfecta voluntate. M, B1, B2, P1, P2.

CLIV. Quod sine subscriptione ita procedit, si parens, litteris doctus, manu propria non signis sed litterarum consequentia, declaret tempus et liberorum, nomina, item et unciarum numerum seu signa rerum specialium; in quo et aliis legari, et fideicommitti potest, et libertas relinqui. M, B1, B2, P1, P2.

CLV. Si modo subiciatur huic scripture vel ipsius parentis, vel omnium inter quos partitio fit liberorum [2] subscriptio.

Sub tit. de liberis preteritis exheredandis (C. 6, 28).

CLVI. Et non observato eo subveniatur, sive per se sive per alium quis inscribat nomen heredis. M, B1, B2, P1, P2.

CLVII. Non liceat parenti aliquem ex liberis exheredare vel preterire, nisi is probetur ingratus, et ingratitudinis causas nominatim inserat in testamento. Cause vero ingratitudinis nova constitutione expresse XIV sunt, sub tit. de inofficioso testamento [3] M, B1, B2, P1, P2.

CLVIII. Ex causa exheredationis vel preteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones; cetera namque firma permanent. M, B1, B2, P1, P2.

123. Qui neque testamenta concedunt facere, neque facta insinuare, de propria substantia eveniens dispendium eis in duplum restituunt. P1.

124. *Sub tit. de verborum significatione l. cum quidam. (C. 6, 38).* — Si quis in testamento inter filios, rerum divisione facta, eas extra familiam alienare prohibuerit, eosque invicem si sine liberis decederent substituerit, filiisque procreatis alienationem permittitur; ac si non tantum filiis verum his qui eis ex testamento successerunt alienationem extra familiam interdixerit, quartus heres qui per medium aliquem pupillo successerit, habebit licentiam ad extraneos quoscumque voluerit res illas etiam transmittere. B2.

Sub tit. de indicta viduitate. (C. 6, 40).

CLIX. Cui [4] relictum quid fuerit a coniuge vel a qualibet persona, ne secundas ineat nuptias, infra annum quidem non petat nisi spes nuptiarum deficiat, post vero capiat, prestita cautione rei cum fructibus restituende, si contra fecerit. Pro immobili re iuratoria fiat cautio cum hypothecis; pro mobili re si persona sit idonea, eadem cautio; alioquin et fideiussor exigitur, si prestari potest. Contractis nuptiis res data etiam vindicari potest; quod sic admittitur, sicut est ac si non ei relictum esset. B1, B2, P1.

Sub tit. communia de legatis et fideicommissis. (C. 6, 43).

CLX. Amplius hoc qui iudicium lege defuncti non representatum, monitus a iudice intra annum non implet, excluditur eo quod preter debitum naturale percepit ex eodem iudicio. Hoc ergo cum onere suo, danda super hoc cautione, defertur primo substitutis, ordine servato coheredibus adeuntibus, vel generali fideicommissario soli vel ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario vel legatario maioris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertatibus in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatus est, exheredatis ne hic quidem respectis; postremo defertur extraneo vel fisco. M, B1, B2, P1, P2.

CLXI. Res que subiacent restitutioni prohibentur quidem alienari vel obligari. Sed liberis si portio legitima non sufficit ad dotis sive donationis propter nuptias oblationem, permittitur res predictas in eam causam obligare vel alienare, pro modo personarum honestati congruo. M, B1, B2, P1.

CLXII. Contra rogatus quis, ut sine liberis decedens, quod tunc ex hereditate superest, restituat, vel aliis huiusmodi fideicommissi verbis [5] gravatus, quartam institutionis fideicommissario cogitur reservare. Super hoc igitur et cautionem, nisi a defuncto remissa sit, exponet. Quodsi contingat eam diminui [6], aut ex ipsius substantia suppletur, aut ea deficiente tunc vel hypothecaria fideicommissario uti permittitur adversus rerum acceptores. Ex causa tamen dotis, seu propter nuptias donationis, seu captivorum redemptionis, vel si non habeat unde faciat expensas, huius quarte permittitur diminutio. M, B1, B2, P1, P2.

---

[1] *Cod. add.* quam. — [2] *Cod. add.* fit. — [3] *M, B1, B2, P1, P2 omm.* sub. tit. de inofficioso testamento. — [4] *Cod.* cum. — [5] *Cod.* vobis. — [6] *Cod. om.* diminui.

Source : BIU Cujas

Sub tit. ad legem Falcidiam. (*C. 6, 50*).

CLXIII. Nisi [1] rogati restituere datum dotis causa vel propter nuptias donationis, vel relictum sub conditione nuptiarum vel liberorum, monasterium vel alium venerabilem locum ingrediantur. M, P1, P2.

CLXIV. Sed et cum testator hoc expressim vetuit, non ignarus quis modus sit sui patrimonii, Falcidia cessat, et si heres in hoc defuncto non pareat, defertur hereditas personis enumeratis sub titulo de legatis. Item si quedam legata, substantie mensuram subtiliter agnoscens, prestat in solidum, neque ex his repetitio, neque ex aliis permittitur retentio, nisi inopinatum quid emergat. His cessantibus locus est Falcidie, si fiat inventarium secundum modum tempusque statutum in conditione, hac quoque adhibita observatione, ut in presentia omnium ipsius civitatis, in qua fiat, legatariorum aut pro eis agentium, si persone ratio sit habenda, perficiatur, vel si quis absit ex ipsis aut interesse voluerit, succedat presentia trium personarum, tam ipsius civitatis locupletum et bone opinionis, absque preiudicio veritatis [2] inquirende per servorum questionem et heredis testiumque iusiurandum. Quo non observato, solide legata prestet, etsi fines hereditarios excedant. Nulla vero talium questionum vel litium transeat annum. M, B1, P1, P2.

CLXV. Similiter lex Falcidia cessat in his que ad pias causas relicta sunt. M, B1.

CLXVI. Sed et in ea re lex Falcidia cessat que ita relicta est ne alienetur, sed [3] permaneat apud successores eius, cui relicta est. M, B1, P1, P2.

CLXVII. Item lex eiusdem et in testamento quidem militis ius legis Falcidie cessat.

Sub tit. de suis et legitimis liberis l. si defunctus, in fine. (*C. 6, 55, 9*).

CLXVIII. In successionem mortui patrisfamilias sive filiifamilias liberi eius, si sunt, omnibus aliis prelati succedunt. Primi quidem gradus equaliter succedunt; nepotes et ulteriores in stirpes, non distinguendo sexum vel iura potestatis, sed sola naturali causa inspecta. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. ad Senatus consultum Tertullianum [4] *l. mater que filia.* (*C. 6, 56, 5*).

CLXIX. Et cum solis fratribus, et cum solis sororibus, et cum permixtis mater vocatur in virilem portionem. M, B1, B2.

CLXX. Ex testamento succedit liberis sic institutis quilibet ab intestato vocatus, sive ante mortem filii, sive postea ineat secundas nuptias. Sed eorum fructum solum percipiet que ex paterna substantia pervenerunt.

CLXXI. In testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi iusta causa inseratur exheredandi, quas [5] septenario numero nova constitutio distribuit. Alioquin rescinditur testamentum circa institutiones; nam in ceteris perseverat. M, B1, B2, P1, P2.

CLXXII. Defuncto sine liberis parentes, si soli sunt, succedent, salva gradus prerogativa; si pari [6] gradu sunt, pariter succedunt, paternis quidem dimidia, maternis quoque dimidia debita, licet dispar sit eorum numerus. Si cum parentibus fratres et sorores utrimque defuncto coniuncti supersint, vocantur cum ascendentibus in gradu proximis, ut viriles fiant portiones, exclusa prorsus omni differentia sexus et patrie potestatis; ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de suis et legitimis heredibus. (*C. 6, 58*).

CLXXIII. Cessante successione linee descendentis et eius, que sola sit adscendentis, prius vocantur fratres fratrisque premortui filii in stirpem. Dico autem de fratre eiusque fratris filiis, qui ex utroque parente contingunt eum, de cuius hereditate agitur. Que persone vocantur et sine [7] defuncte persone [8] parentibus et cum proximis gradu adscendentibus. Et quidem predicti fratris filius, etsi tertio gradu sit, prefertur fratribus defuncti, qui proximo tantum parente cognati erant. In hac successione cessat omnis differentia sexus et emancipationis. [9] M, B1, B2, P1, P2.

CLXXIV. Post fratres ex utroque parente et eorum filios admittuntur ex uno latere fratres sororesve, cum quibus et filii eorum, si qui ex eis iam decesserint. Hii autem fratrum filii, cum pares sint defuncti fratribus, preferuntur procul dubio eiusdem defuncti patruis et aliis similibus. In his successionibus cessat omnino sexus et agnationis ratio. M, B1, B2, P1, P2.

CLXXV. Post fratres fratrisque filios vocantur, quicumque gradu sunt proximiores, vel pares in gradu pariter admittuntur, sublata differentia masculorum et feminarum: sola namque cognatio in talibus spectatur. Et fit hec successio in capite, non in stirpes. M, B1, P2.

Sub tit. communia de successionibus. (*C. 6, 59*).

CLXXVI. Itaque mortuo quoque patre, si decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus, aliis consanguineis, aliis uterinis, quibusdam ex utroque parente coniunctis, in eos solos transmitti hereditatem, qui utrimque connexi fuerunt. M, B1, B2, P1.

Sub tit. de bonis maternis et cet. (*C. 6, 60*).

CLXXVII. Nisi tricennale transeat tempus, et detentio dominos faciat accipientes, incipiente filiis tempore currere, ex quo sue potestatis apparuerint existentes, aut fratri, nisi aliqua etas impubes adiuvet eos. M, B1.

---

[1] *Cod. add.* Nisi rogati restituere monasterium vel alium venerabilem locum ingrediantur. — [2] *Cod.* civitatis. — [3] *Cod. om.* sed. — [4] *Cod.* Velleianum. — [5] *Cod.* que. — [6] *Cod. om.* pari. — [7] *Cod.* in iure. — [8] *Cod. add.* non. — [9] *Cod.* enumerationis.

Source : BIU Cujas

125. Nisi sit tricennalis, qua possessor fit dominus, que currit pubertate veniente, cum fuerint facti sui iuris. B2.

Sub tit. de bonis que liberis in potestate constitutis. (*C. 6, 61*).

CLXXVIII. Idem est in his, que ex lege deferuntur liberis, parentibus presumentibus solvere matrimonium sine causis lege diffinitis. M, B2, P2.

CLXXIX. Excipitur quod eis datur vel relinquitur ab aliquo parentum conditione hac adiecta, ne patri perveniat usufructus. Aliter, si quid ei, scilicet filio, obvenit ex quacumque causa, pater usumfructum habebit ex lege eadem. Quecumque res ad filium vel filiam, nepotes, pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos ex priore vel secundo aut tercio coniugio pervenerunt ex dote vel ex quacumque donatione seu hereditate vel fideicommisso, vel legato earum usque in diem vite sue pater vel avus [1] vel proavus usumfructum habeat. M, B1, B2, P1, P2. [2]

126. Erubescat lex filios castigatores patris constituere. B2.

CLXXX. Hereditas fratris sororisve, ad quam una cum patre admittitur, et forsan etsi aliunde querittur [3] lege predicta. M, B1, B2, P1, P2.

127. *In Auth. ut nulli iudicum § quia si aliquid. (Nov. 134 c. 11).* — Idem est in his que ex lege deferuntur liberis, parentibus presumentibus solvere matrimonium sine causis lege definitis. M, B1.

CLXXXI. Et excepto eo [4] quod defertur filiis, parentibus presumentibus solvere matrimonium sine causis diffinitis; quo casu due partes substantie pertinent ad liberos, tertia prestatur monasteriis in quibus clauduntur.

Sub tit. de latina libertate tollenda. (*C. 7, 6*).

CLXXXII. Ad hoc qui suam ancillam credenti tradidit in matrimonium tamquam liberam, aut sciens eam duci, tacuit ex studio, dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de servo quidem ascriptitio. M, B1, B2, P1, P2.

CLXXXIII. Sed et [5] si quis servum suum egritudine periclitantem sua domo publice expulerit, nec ipse ipsum procurans, nec eum alii commendans, cum eius erat libera facultas in xenonem eum mittere vel quo poterat eum adiuvare, nec consueta ei prebens salaria, maneat ab eo eiusque substantia penitus segregatus tam omni tempore vite liberti quam cum moriatur, nec non postquam iam fuerit in fata sua concessus.

Sub tit. de hiis qui a non domino. (*C. 7, 10*).

CLXXXIV. Ex quo testari possunt et libertates relinquunt antiqua lege cessante.

CLXXXV. Male fidei possessore alienante, cessat longi temporis prescriptio, si verus dominus ignorat et ius suum, et alienationem factam; spectatur ergo triginta annorum defensio. B.. M, P2.

Sub tit. in quibus causis cessat longi temporis prescriptio. (*C. 7, 34*).

CLXXXVI. Sed et si quis quibusdam annis presens fuerit, quibusdam annis absens, adiciuntur ei tot anni, quot annis ex decennio absens fuit. M, P2.

128. *Sub tit. de sententiis prefectorum pretorio.* (*C. 7, 42*). — Quotiens sententia prefectorum pretorio cuiuscumque regionis profertur, et unus forsan litigantium putaverit se gravari, habere eum licentiam peticionem offerre gloriosissimis prefectis qui sententiam protulerint, aut eorum consciliariis, aut causas introducentibus, intra X dierum inducias post latam sententiam, ut hoc subsecuto, non aliter executioni sententia tradatur, nisi prius fideiussiones dignas prebuerit victrix pars, tante quantitatis quanta fuit condempnatio, ut si post hanc retractationem modo legitimo procedente sententia resolvatur, res ei cum augmentis legitimis restituatur [6]. Si vero intra decem dies memoratos post prolatam sententiam non obtulerit libellum, is qui putat se lesus, iubemus omnem executionem sine fideiussione procedere, retractationis iure servando illi qui se gravatum putaverit. P2 [7].

Sub tit. quomodo et quando iudex sententiam et cet. (*C. 7, 43*).

CLXXXVII. Qui semel actionem proponit, sive conventione iudiciaria, sive precibus principi oblatis iudicique insinuatis, et per eum adversario cognitis, necesse habet usque ad finem litis exercere. Quod si prosequi differat, reo postulante, tribus edictis vocetur per intervalla triginta dierum, quia vox preconia paucis innotescit. Citatio etiam per principem delegatis permittitur; et locum habet etsi lis cepta non sit. Quod si vocatus litem detractat, eidem anni spatium indulgetur, intra quod si cessat, iudex auditis allegationibus presentis, et perquisita veritate, pronuntiet. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi prius reo litis expensas, sacramento rei manifestandas, quas sostenuit inferat. His quoque prestitis, si interrupto dumtaxat anno denuo litem deserit, post edictorum et anni spatii observationem ab omni cadat actione. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de sententiis sine periculo recitandis. (*C. 7, 44*).

CLXXXVIII. Nisi sint breves lites et maxime vilium: tunc enim sine scriptis et sine aliqua expensa presidem cognoscere oportet. M, B1, P2.

129. *Coll. VI. ut clerici apud proprium episcopum conveniantur.* (*Nov. 83*). — Item episcopum novis canonibus sine scriptis ferre posse sententiam. M.

---

[1] *Cod. add.* vel avus. — [2] *M, B1, B2, P1, P2 om.* aliter si quid ei..... usumfructum habeat. — [3] *Cod.* querit. — [4] *Cod. om.* eo. — [5] *Cod. add.* servs dicitur. — [6] *P2 om* res ei cum augmentis legitimis restituatur. — [7] *Cfr.* Nov. 119 c. 5.

Source : BIU Cujas

130. Brevissimas lites, et maxime vilium, sine scriptis et sine aliqua expensa presidem cognoscere oportet. P1.

CLXXXIX. Cum clericus apud episcopum litiget, valet ab episcopo lata sententia etsi scripta non fuerit.

Sub tit. de sententiis et interlocutionibus. (*C. 7, 45*).

CXC. Et consequenter ego conventus ab aliquo, si vicissim et ipsum convenire velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud eumdem iudicem. Qui, si displiceat, intra viginti recusari potest, aliumque meremur, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioquin lite contra me mota prius terminata, tunc demum et ego admittar. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de pena iudicis qui male iudicaverit et cet. (*C. 7, 49*).

CXCI. Novo iure, qui dicit se dedisse vel promisisse aliquid, et personam declaraverit, et hoc probaverit, veniam meretur. Qui accepit vel promissionem suscepit, si in causa pecuniaria sit, datum triplum, promissum duplum a comite rerum privatarum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. Si criminalis, confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur. Et si datum vel promissum litigator probare nequit, persona, que dicitur suscepisse, iuret, quod neque per se, neque per aliam personam accepit vel promissionem habuit, et sic libera sit. Sed litigator qui non potuit ostendere, in causa pecuniaria estimationem litis a comite rerum privatarum exigitur, lite sustinente proprium eventum; in criminali, bonis omnibus confiscatis, causis apud competentem iudicem legitime terminandis. Sed si persona a litigatore manifestata predictum iusiurandum refutaverit, memoratis subiaceat penis. Si quis litigantium iuraverit se non dedisse vel promisisse, si intra decem menses post sententiam ostendatur dedisse vel promisisse, memoratis penis dantes et accipientes subiacebunt. M, B1, B2, P1, P2.

131. Si confessus fuerit debitor de debito vel de re aliqua qua confessus fuit coram vicinis et amicis intervenientibus, pro eodem habetur ac si confessus fuerit coram iudice vel apud magistratum.

Sub tit. res inter alios acta. (*C. 7, 62*).

CXCII. Novo iure causa perfecte examinata sententia terminetur; que exsecutioni legitime tradatur, nisi ab ea fuerit appellatum. M, B2, P2.

132. Sancimus examinatores appellationis, secundum leges que tempore diffinitive sententie optinebant, terminum dare negotio, nisi lex nova ad preterita negotia vigorem suum extendat. B2.

Sub tit. de appellationibus et recusationibus. (*C. 7, 62*).

CXCIII. Hodie cuilibet impertitur spatium decem dierum, a sententie recitatione numerandorum. M, B2.

Sub tit. de temporibus et reperationibus appellationum. (*C. 7, 63*).

CXCIV. Sed lis, que speratur in consistorio principis inferri, absque damno more manet intacta, donec ipse faciat eam introduci et a proceribus secundum morem dirimi. M, B1, P1, P2.

CXCV. Ei qui appellat impertitur annus intra quem secundum se communiterve litem exequatur; aut si iusta causa intercesserit alius annus indulgetur, quo transacto lite non completa rata manet sententia. M, B1, B2, P1, P2.

CXCVI. Appellatore cessante, cum unus mensis superest ex biennio, licet victori ingredi ut reus queratur. Quo sive invento, sive non, suas afferat allegationes, ut vel confirmetur vel infirmetur sententia, omni casu absente in expensas condempnando. B1, B2, P1, P2.

CXCVII. Neutro occurrente post secundum fatalem permanet sententia. B1, B2, P1, P2. [1]

133. Si tamen in medio cause apud iudicem appellationis vel mote vel non mote aliqui eligantur arbitri, et propterea biennium transeat, intra quod oporteat appellationem finiri, et per quamlibet occasionem ad iudicem appellationis causa revertatur, non ledatur ex cursu temporis, sed exerceatur, et terminum legitimum suscipiat, etsi decies millies plus, quam biennii tempus transierit, nisi biennium cesserit, postquam arbitrium fuerit desertum. Al.. B1.

134. Si appellatione secuta, novissimo induciarum die, aut pars utraque, aut solus qui appellatione usus est occurrerit, et suam presentiam manifestaverit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vel eius consiliariis, aut his, qui lites intromittunt, et iudex in definitis diebus eum suscipere differat, nullum preiudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi et legitima sententia terminari. Al.. B1.

Sub tit. de bonis auctoritate iudicis et cet. (*C. 7, 72*).

CXCVIII. Et qui iurat se venturum ad iudicem, si se subtrahit, iudex ipse, si administrator sit, vel is qui iudicem dedit, iubeat [2] eum exhiberi. Si omnino absit, examinet iudex ubi sit, induciis datis, intra quas si non occurrat, secundum unam partem, examinato negotio, mittet actorem in possessionem rerum eius iuxta mensuram declarati debiti. Quodsi redit, antequam [3] prosequatur causam, reserciat omne damnum, prestabitque fideiussorem. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de pignoribus. (*C. 8, 14*).

CIC. Hoc si debitor ei non satisfaciat ex pretio rei vendite, quod ut fiat, permittitur ei vendere.

CC. Hoc si debitor possideat: alio vero possidente inhibetur ypothecaria, donec personaliter actum sit

[1] *P1 add.* Hoc totum invenitur infra eod. l. ult. post ibi additum a compositoribus; fuit enim lex condita post Authenticum, **secundum P.** — [2] *Cod.* iubet. — [3] *Cod.* nunquam.

Source : BIU Cujas

cum reo et intercessore. Et si nec ex hypothecis debitoris satisfiat, tunc demum intercessoris hypothece, si que sunt, petantur. M, B1, P1, P2.

135. Sed hodie prius conveniendi sunt fideiussores et mandatores et sponsores quam perveniatur ad pignorum possessionem. M.

Sub tit. qui potiores in pignore habeantur. (*C. 8, 18*).

CCI. Quod obtinet, si adhuc mutuaverit ut militia evictetur; alioquin filii aut uxor defuncti omnibus preponentur. Sed si nullus predictorum fuerit, tunc aliis creditoribus hoc prebet. M, P1, P2.

CCII. Item possessor pignoris negans rem eius esse cuius actor eam esse asseverat, si probata intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca vel alia causa in eandem personam delata se propinquiorem esse, quam qui movet causam, prius possessionem trasferat, quam ius suum proponat. M, B1, P1, P2.

CCIII. Si quis vult caute deponere, non soli credat accipientis scripture, sed advocet testes idoneos et fide dignos non pauciores tribus. Sed et si quis aut mutui instrumentum aut alterius cuiuspiam contractus [1] faciat, et voluerit in publico confiteri, non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur presentia fide dignorum, ut sive veniant et subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidam testificentur, quia eis presentibus confectum est documentum, fidem causa ex utroque percipiat. Si tamen quisquam aut deponens aut mutuans aut alias contrahens contentus sit sola scriptura eius, cum quo contrahit, sciat scripturam non sufficere ad probationem. B1.

CCIV. Quo iure utatur et adversus eos qui privilegio personali muniuntur, veluti quorum pecunia res emte sunt sive refecte, eis hoc fieri procurantibus, nisi qui nova constitutione sunt exempti, sicut qui militie causa marito in scriptis mutuaverunt. M, B2, P1, P2.

CCV. Si quid ex rebus dotis ipsius appareat, mulieri, cui et in rem actio competit, seu filiis eius servetur; alioquin sive supersint ambe, sive defecerint, sive altera dumtaxat exstet, prior omnino seu quelibet soboles eius superior habeatur; quod nova lege factum est apertius. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de litigiosis. (*C. 8, 37*).

CCVI. Litigiosa res est, de cuius dominio causa movetur inter possessorem et petitorem iudiciaria conventione, vel precibus principi oblatis et iudici insinuatis, et per eum futuro reo cognitis. M, B1, P1, P2.

CCVII. Nunc si heres in lite victor extiterit, rem ipsam, cuius dominus esse apparet, legatario prestet; qui nihil [2] consequitur, si victus fuerit heres, cum litis eventus ei videatur relictus. Igitur et liti adesse potest, ne colludatur. M, B1, B2, P1, P2.

142. Talis alienatio etiam tempore litis permittitur. P2.

Sub tit. de duobus reis stipulandi vel promittendi. (*C. 8. 40*).

CCVIII. Hoc ita si speciale pactum fuerit, et unumquemque [3] teneri in solidum, et alter vel inops sit in solidum partemve, vel ut saltem ab alio petantur, vel absens sit. Cum enim ambo absunt, per iudicem producuntur, negotium communiter examinatur, et sententia communiter infertur. Quod fiet per administratorem [4], si iudex sit delegatus. Si autem non convenit specialiter, equo sustinebunt onus. Sed et si convenit, si tamen presentes ambo sint et idonei, simul cogendi sunt ad solutionem. M, B1, B2, P1, P2.

136. Duobus reis stipulandi constitutis, si adiectum est in solidum teneri, ex quo sustinebunt honus, si adiectum est, et ambo sunt ydonei et presentes, pro parte exigantur. Si alter sit minus idoneus, in parte vel in solidum, vel absens, quod ab ipso non potest accipi, alter sustinebit. Sed cum ambo presentes sunt et ydonei, productis eis per iudicem, ad solutionem cogantur. Quod si delegatus sit iudex, fiet hoc per aministratorem de reis promittendis. P1.

137. Qui habet ex quolibet contractu reum principalem et intercessorem, presente quidem utroque, non conceditur intercessorem convenire priusquam reus inventus est minus idoneus in totum sive in partem. Absente reo autem, presens intercessor iure quidem convenitur; ipso tamen desiderante, iudex diffiniet tempus intra quod deducat reum, prius conveniendum, ipso in subsidium reservando. Nam transacto tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi actionibus a creditoribus, absque distinctione contractus sive intercessionis. P1.

Sub tit. de fideiussoribus et mandatoribus. (*C. 8, 41*).

CCIX. Presente tamen utroque, non permittitur intercessorem convenire priusquam reus inventus est minus [2] idoneus sive in totum sive in partem. Absente autem reo, presens intercessor iure quidem convenitur, ipso tamen desiderante iudex definient tempus, intra quod deducat reum primo conveniendum, ipso in subsidium reservando. Nam transacto tempore compellitur intercessor satisfacere, cessis sibi a creditoribus actionibus, absque distinctione contractus sive intercessionis. M, B1, B2, P2.

Sub tit. de solutionibus et liberationibus. (*C. 8, 43*).

CCX. Si debitor pecuniam vel aliam rem mobilem solvere nequeat, tunc res immobilis, quam debitor habet meliorem, solvi debet, facta per iudicem subtili eius cause estimatione, ut rem predictam et debitori solvere et creditori liceat petere, prestanda creditori cautela, que debitori sit possibilis; quod est in omni actione. At si creditor paratus sit emtorem rei preparare, oportet debitorem, cautela iudicis arbitrio creditori prebita, rem distrahere, ut satisfiat creditori. M, B1, B2, P1, P2.

---

[1] *Cod. om.* contractus. — [2] *Cod.* quidem. — [3] *Cod.* unum. — [4] *Cod.* administrationem. — [5] *Cod.* unus.

Source : BIU Cujas

Sub tit. de infantibus expositis. (*C. 8, 52*).

CCXI. Antiqua lex erat ex persona libera et altera adscriptitia natos [1] adscriptitiam sequi conditionem, quod per Iustinianum [2] ad ius commune liberi ventris redactum est. M, B1, B2, P1, P2.

138. *In Auth. quibus modis naturales efficiuntur sui.* (*Nov. 74*). — Sed nec filiis invitis solvere ius potestatis permissum est parentibus, sicut nec sub potestatem redigere filium invitum, etiam naturalem, permittitur. Ia.. B2, P2.

139. *Sub tit. que sit longa consuetudo l. penult.* (*C. 8, 53, 2*). — Quod in omni restitutionis casu, sive mobile sit sive immobile quod petitum est, futurum reddi valere sancimus, in Auth. de nuptiis § quia vero.

Sub tit. de donationibus. (*C. 8, 54*).

CCXII. Igitur a privatis in principem et cessantibus actis fit donatio. P1, P2.

140. *Coll. V. ut non fiant pignorationes* (*Nov. 52*). — Item donationes imperatoribus a privatis facte monumentorum non egebunt gestis cuiuscumque quantitatis sint nisi tantummodo pro veritate. M.

Sub tit. de revocandis donationibus. (*C. 8, 56*).

CCXIII. Hec quoque revocantur tribus ex causis: si vite eius insidiatus est; si mortem [3] intulit; si totius substantie molitus est iacturam. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. ad legem Iuliam magestatis. (*C. 9, 8*).

CCXIV. Sed novo iure nullam mulierem pro pecunia fiscali seu privata causa vel pro crimine quolibet modo in carcerem mitti concedimus. Si vero tale sit crimen ut necesse sit custodiri, si quidem fideiussorem dare potest, ipsi conceditur. Si vero iuraverit se non posse dare fideiussorem, iuramento prestito, caveat de iudicii observatione. Sed si gravissimum sit crimen de quo accusatur, in monasterium vel assisterium mittatur, vel mulieribus tradatur per quas custodiatur. B1, P1, P2.

141. *Coll. IX ut nulli iudicum* § *necessarium. (Nov. 134 c. 9).* — Nulla mulier neque pro criminali neque pro civili causa carcere detrudenda est; sed causa si egerit, in monasterio vel assisterio vel apud mulieres servetur honestas. M.

142. Sed novo iure nulla mulier neque in causa civili neque in causa criminali in carcerem mittatur, atque viris tradatur ne castitati iniurietur; sed si gravissimo crimine accusatur in monasterium vel assisterium mittatur aut mulieribus tradatur a quibus custodiatur donec causa manifestetur. B1.

Sub tit. ad legem Iuliam de adulteriis.

CCXV. Hodie licet ut adultera verberata in monasterium mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto vel viro, priusquam reduceret, mortuo, adultera, tonsa, habitu monachali suscepto, ibi, dum vivit, permaneat; duabus partibus proprie substantie liberis, si habet, applicandis, tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus existentibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur, due monasterio. Quibus non exstantibus, omnis eius substantia monasterio queratur, pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro servandis. M, B1, P1, P2.

CCXVI. Sed novo iure potest, et si accusatio vera ostenditur, tunc repudium mittere. Sed et si maritus crimen adulterii non probaverit quod intendit, illis quoque subdatur suplitiis que esset mulier passura si huiusmodi fuisset accusatio probata. B1.

CCXVII. Si quis ei, quem suspectum habet de uxore sua, ter [4] denuntiaverit sub presentia trium testium fide dignorum, et postea invenerit eum loquentem sue uxori in domo, aut in suburbio, sine periculo eum perimat. Si alibi eum invenerit, tribus testibus convocatis, tradat eum iudici, qui nulla alia ratione quesita, habet puniendi licentiam. B2.

CCXVIII. Novo iure licet solus vir fugerit, a iudice comprehensus, post tormenta ultimo supplicio subdetur, nulla eius excusatione audita. Sed mulier castigata in monasterium mittetur, ibi mansura dum vixerit, utriusque substantia secundum ordinem predictum in alia authentica sub hoc eodem titulo, dividetur periculo tam comitis rerum privatarum quam iudicis loci. M, B1.

143. Sed neque ante novem dies ab obitu numerandos ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, vel quid simile fiat, inutile erit, ex hoc nullo preiudicio creditori generando. B1, B2, P1.

Sub tit. de sepulcro violato. (C. *9, 19*).

CCXIX. Item qui domum moribundi adscendit, ipsum aliosve, qui eius sunt, molestans, aut rebus eius, non servato legali officio, signacula imponit, hac ratione post mortem illius cadit, et alterum tantum exigit ab heredibus iniuriati, publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem penis subiaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum [5] exequias prohibeat. M, B1, B2, P1, P2.

Sub tit. de bonis proscriptorum seu dampnatorum. (*C. 9, 49*).

CCXX. Bona damnatorum seu proscriptorum non faciunt lucrum iudicibus aut eorum officiis, neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus et descendentibus usque ad tertium gradum, si supersint. Uxores vero eorum dotem et ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dote sint, accipiant partem a legibus definitam, sive filios habeant, sive non. Sed si neminem predictorum habent, qui debiliquerunt, bona eorum fisco sociantur. In maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari volumus. B1.

---

[1] *Cod.* nati nisi. — [2] *Cod.* institutionem. — [3] *Cod.* manus. — [4] *Cod.* sibi. — [5] *Cod.* qui.

Source : BIU Cujas

Google

JACOBI BERTALDI

SPLENDOR

VENETORUM CIVITATIS CONSUETUDINUM

PRODIT CURANTE

FRANCISCO SCHUPFER

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

In nomine Jhesu Christi amen. Gracioso flamine lucis superne huic compillationi divinitus inspirato, potest et decet istius libri volumen sic in suo titulo appellari: *Splendor Venetorum consuetudinum civitatis*, editum sive compositum, iuvante mundi auctore, [1] a Jacobo Bertaldo, olim per longum tempus existente cancellario ducalis aule, nunc vero veglensi episcopo, sub anno domini MCCXLV, die V augusti. [2]

PROLOGUS

Quoniam omne bonum a summo bono, idest a Deo, procedit, sine quo ad bene esse nil validum potest perfici cum effectu, idcirco, dilecte mi Marce, virgam seu baculum manu tenens, in principio huius mei operis levemus devote oculos nostros ad Deum tota mente et corde cum omni affectione animi et spiritus, ut hoc meum opus ad bonum perficiendum sua gracia divinitus inspiretur. Quia ut ait Augustinus: *omnis scripture operacio, divinitus inspirata, bona et utilis est ad docendum;* quod prestare dignetur, cuius sua novi plus conferre magna largitas, quam mea postulare [3] mereatur humana fragilitas. Unde, karissime, cum ego vocatus Ja. Ber., nunc vero factus veglensis episcopus, animadverterem, vidi, et nunc superhabundanter vides [4], quamplurimos vagantes per palacium ducale et plateam venetam ac rivaltinam, graviter errare in via morum rivaltinorum consuetudinum eorumdem, a te, mi attente, piis precibus inductus, et a beato Jacobo ammonitus, dicente: *scienti bonum facere et non facienti, peccatum est illi,* cogitavi succurrere vagationi eorum, qui iam plus quam per triginta annos in ipsis undique continue sum revolutus, assiduis actibus de facto per experienciam [5] ab omnibus senioribus approbatis, sine quibus virga, quam manu tenes, non potest esse recta, iuxta psalmistam: *ut virga recta est virga regni tui;* quia tu, iudex, rectam sentenciam ferre non vales, eos mores te penitus ignorante. Et nisi baculum equitatis et substentationis utrumque parcium coram te adversancium secundum ius in manu teneas, rectum tuum iudicium non poterit censeri. [6] Ergo, karissime, ut virga iudicii tui sit recta et ferrea et non tamquam vas figuli ut confringatur, et baculus tuus sit consolacio ad substentandum, ut ait David: *virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt,* oportet te penitus iura non ignorare; et qui iudicando alium ignorat, in ultimo iudicii ignorabitur, audiens illam terribilem vocem: *nescio vos, ite maledicti in ignem eternum,* quia eadem messura qua messi fuerunt, sibi rementietur. Sed gratia Yhesu Christi scio quod semper virgam rectam et baculum equitatis in manu tenuisses, dilecte mi.

Verumtamen, parum est enim ius in civitate esse, nisi sint hii qui iura reddere possunt, qua potencia

---

[1] iuvante mundi auctore, *om. Cod. Vind.* — [2] MCCXLV die V Augusti, *om. Cod. Vat.* — [3] cuius sua novit... quam sua postulare, *ambo Cod.* — [4] video, *Cod. Vat.* — [5] et experiencia, *Cod. Vat.* — [6] censi, *Cod. Vat. et Vind.*

Source : BIU Cujas

penitus carent inscii et indocti, ignorantes iura civitatis eorum! Et ve illis ignaris hac potencia carentibus, qui sibi assumunt officium alios iudicandi, vel annotandi, aut consulendi, ambulantes in tenebris et umbra mortis, deviantes a via iusticie, lucis et veritatis, que via, karissime, habet in civitate tua rivaltina duplicem tramitem: unum per statutum, quod est ius scriptum, alterum per consuetudinem, quod est ius non scriptum.

Hiis vero duobus defficientibus, de similibus ad similia est procedendum. Et quamvis ius scriptum, quod est statutum, sit dignius et forcius consuetudine, quod est ius non scriptum, quia constitutum est a principe, id est a duce cum laudacione populi, contra quod non valet consuetudo; nichilominus consuetudo, que est ius non scriptum, est maior et utilior statuto, et quasi lux eius intellectus. Et quod prodest legere et non intelligere? nil aliud est quam acquirere fastidium, et quasi amittere tempus. Sed ut intelligas quod legis in statuto, studeas hic legere de consuetudine, et inluminabitur cor tuum ad intelligendum, quamvis satis per graciam Dei inluminatum est, et tunc lucraberis solacium cum gaudio, et videbis lucem magnam sapiencie et intellectus.

Unde, dilecte mi, ad hoc meum opus consuetudinum lucidarium attendas diligenter, et oculis mentis inspice, [1] ut virga, que in tua (manu) potestas est iudicandi, valeat esse recta et fortis, et baculus possit esse equitatis et solacii. Et si in hoc meo opere videretur tibi aliquid displicibile, transeas quiete, et legas placibile. Et quis posset satisfacere voluntati omnium? Certe nisi solus Deus, ad honorem cuius et Virginis gloriose, ac ob reverenciam beatissimi Marci evangeliste — quia [2] suo patrocinio ducale regimen gubernatur et tota patria Venetorum decoratur, et egregius et illustris dominus Marinus Georgio suis suffragiis in trono ducali magnifice et honorifice dominatur — atque ad utilitatem omnium Venetorum, et ut rudes inde erudiantur, et astuti maliciosi deceptores, quasi ypocrite, triste confundantur, nixus sum hoc meum opus consuetudinarium fabricare in scriptis. Et non differt, karissime, utrum consuetudo sit scripta vel non scripta, quia, postquam non est facta a principe cum sollepnitatibus, statutum semper remanet in suo nomine et appellatur consuetudo. Arbitror, quod ex hoc opere forte aliqui invidi assument in suo corde per suam maliciam, ob hoc confusam, turbare; sed tu, karissime, per tuam dilectionem et caritatem assumes gaudium et leticiam et [3] consolacionem, quod tibi prestare dignetur, cuius regnum et imperium permaneat in secula seculorum amen.

---

[1] in tua, *Cod. Vat. et Vind.* — [2] qui, *Cod. Vat.* — [3] *librarius scripsit* eam — [4] nimiam, *Cod. Vat.* — [5] Et quia tunc utebantur purissime et discrete, *Cod. Vat.*

Cap. I. — DE CONSUETUDINE

Tractaturus igitur, karissime, de huiusmodi consuetudine veneta sive rivaltina, ad ipsam cognoscendam extimo in primis esse videndum quid sit consuetudo veneta sive rivaltina, et in quo differt a more vel ab usu, et unde sumpsit originem sive orta sit, et ad quod valeat, prosit vel operetur ad bonum. Item, qualiter de ipsa constari debet et probari in iudicio. Item, qui tenentur ipsam observare et astringuntur.

Nota, quod preposita consuetudo est loci ius tractum ex longa consuetudine utencium Venetorum in suis assiduis actibus, et per continuam [4] observanciam approbatum. Differt autem consuetudo a more, quia consuetudo accipitur universaliter in multis, mos vero in paucis; unde mos dicitur longa consuetudo in moribus paucorum tracta. Differt autem parum ab usu, quia usus est actus usualis, quo cotidie quilibet in suis exerciciis utitur. Sepe enim unum pro alio accipitur indifferenter. Item talis consuetudo sumpsit originem et orta fuit, karissime, a nostris senioribus Venetis, eam racionabilibus actibus assidue approbantibus cum effectu, qui sua puritate sequebantur sacras leges in suis moribus racionabiliter et attente, ut de ipsis legibus in suo statuto veteri fit mencio specialis in pluribus locis. Et quia tunc erant nostri antiqui puri [5] ac caritate pleni, nec non et pura dilectione inter se astricti, parvum statutum in scriptis habebant, sed multis inter se consuetudinibus utebantur purissime et discrete, quas, quia iuste et sancte erant, nostri moderni Veneti ad statutum novum confirmatum in concione publica reduxerunt, ut in ipso statuto novo habetur. Et quia omnes non reduxerunt, tam de ipsis antiquis consuetudinibus quam de modernis, necessariis ad intelligenciam statuti novi, (plures) remanserunt non scripte, de quibus intendo hoc meo opere in scriptis sub compendio declarare.

Item, ad quid valeat hec talis consuetudo et quid prosit et operetur ad bonum, superius in premisso prologo tibi satis exposui diligenter.

Item, qualiter de huiusmodi consuetudine inducta in iudicio, defficiente statuto, probari debet plena fides, est notandum. Illa vero consuetudo, qua cotidie in iudicio utitur de facto, non expedit aliter probari. Consuetudo vero, que inducitur in iudicio, fuisse ab antiquo tempore, seu longo, vel aliquando in aliquo tempore, expedit quidem probari: aut de certa scientia per evidenciam de facto quod sic fuit observata in iudicio, ut inducitur si dicetur fuisse nostro tempore; aut per ydoneas personas fide dignas ex auditu a suis senioribus discretis, (ut) si dicetur antiquitus fuisse, sed in nostro tempore in iudicio deducta (non) fuisse.

Source : BIU Cujas

Item, consuetudinem in iudicio approbatam tenentur et astricti sunt omnes iudices rivaltini, seu de civitate Veneciarum, observare ubi statutum deffecerit, qui ad statutum tenentur generale: et dico generale ad differentiam statuti curie peticionis, quod est speciale ipsius curie. Et nota, quod hoc nomen Veneciarum sepe accipitur pro tota provincia Veneciarum, videlicet a Grado usque ad Caput Aggeris, ut habetur statuto lib. [1] IIII cap. XVII circa finem. Et sepe tenetur pro magistrali civitate tocius dicte provincie et suprema, que est Rivoaltus, in qua tronus ducalis residet, et ideo isti de hac civitate similiter possunt vocari Rivaltini et Veneti secundum usum. Scis enim quod illi, qui sunt Clugie seu in Murano vel in episcopatu Torcelli, volentes venire ad civitatem Rivoalti, non dicunt quod volunt venire ad Rivoaltum, ymmo ad Venecias. Et sic dupliciter accipitur hoc nomen Veneciarum. Et nota quod omnes ducali dicioni suppositi tenentur ad statutum generale, ut habetur in eodem in primo prologo; sed ad observandam consuetudinem Veneciarum civitatis modo tenentur nisi dicti iudices Rivoalti, cum alie civitates et loca dicte provincie habeant suos proprios mores ad quos tenentur. Et nota, quod binus actus iudiciarie consuetudinis, si per iudicium extiterit approbatus, et non videbitur aliud iudicium in contrarium — sicut ego vidi duas sentencias suctionis [2] alternatim contrarias, videlicet unam alteri in simili facto incidentes — (sufficit) ad consuetudinem terre, secundum formam statuti lib. IIII cap. XXVII in fine. Et quamvis ius consuetudinarium sit acquisitum in honorificentiis ducalibus et curie proprii et aliarum, ut dignoscitur per registros ducales et curie proprii, de ipsis non intendo aliquid exprimere circa eas, sed tantum de consuetudine iudiciaria.

Cap. II. — DE IUDICIIS ET SENTENCIIS ET CURIIS IUDICIARIIS IN GENERE

Cum in precedenti capitulo de diffinicione consuetudinum fecerim mencionem, et quod, defficiente statuto, secundum consuetudinem approbatam debet iudicium terminari, videndum nunc est quid sit iudicium, unde dicatur, a quo fieri debet et ubi et quando, et que sint necessaria ad iudicium faciendum, et ad quem effectum [3] per ipsum iudicium pervenitur, et in quo differt a sentencia.

Iudicium enim est prolacio sentencie alicuius cause coram iudice discusse ab eius ore pro tribunali sedentis cum iusticia promulgate, et dicitur iudicium a *iudico iudicas*, quod componitur ex *ius* et *dico*, quasi *ius dico*, et remota *s* fit *iudico*, unde et iudicium quasi *ius dictum*. Dicitur eciam iudicium locus specialiter deputatus ad discuciendas et diffiniendas causas et questiones, quem locum, karissime, secundum usum Veneciarum, nos appellamus curiam, et specialiter que est curia [4] ordinaria, videlicet que habet proprios advocatos, ut proprii, mobilium, forinsecorum, procuratorum, et petitionum; alie autem sunt extraordinarie, et vocantur, secundum usum, officia sua loca cum speciali vocabulo, ut advocatorum communis et de nocte.

Item fieri debet a iudicibus, qui in dictis curiis ordinariis solent esse tres. Et nota, quod ubique iudices possunt terminare questiones ad audiendum, sed ad diffiniendum per iudicium solummodo in palacio secundum consuetudinem; et hoc iudicium fieri debet quando conclusum est in causa, videlicet quod partibus interrogatis a iudicibus si volunt aliud dicere, et respondetur *non*; vel si aliud prius dixerint per maliciam dilatationis placiti, sic [5] non audiuntur, sed ad iudicium procedetur, habito consilio diligenti, si curia erit in ordine.

Hec quidem sunt necessaria in curia ordinaria ad pronunciandum iudicium et sentenciam faciendam secundum usum: videlicet, ut iudices, qui solent esse tres, sedeant pro tribunali, vel saltem duo ex ipsis. Item, quod auditis et intellectis racionibus, allegacionibus, responsionibus et peticionibus parcium diligenter, et concluso in causa, ita quod aliqua pars plus dicere noluerit, unus iudicum, de voluntate sociorum, vel socii, debet accipere omnes cartas et scripturas ibi in placito ostensas in manibus suis et dicere: *estote varenti;* et tunc sedendo et loquendo in plurali, ut videatur dicere pro se et sociis suis, proprio ore debet recitare preceptum, tenendo illud in manibus suis, hoc modo: *fuit preceptum ex parte domini ducis talis* etc. per totum, ut continetur in precepto, si placitum fuerit per preceptum; si autem fuerit per testes, sic solet dici: *debet esse per testes hodie ante terciam coram nobis in curia tali*, et per totum, ut continetur in precepto. Si autem fuerit placitum per voluntatem, sic dicetur: *dominus talis est per voluntatem in curia, nunc coram nobis ad respondendum tali de clamore et eo quod sibi dicere vult* et cetera; et hoc recitato, debet recitare omnes cartas et scripturas, et testificaciones in curia ostensas et depositas coram eis a partibus utriusque. Item, ibi, quando sentencia pronunciatur, debent esse presentes in curia duo saltem proprii advocati curie, unus pro parte: alioquin curia secundum usum non esset in ordine, et sentencia non posset fieri.

Item, expedit quod notarius qui scribere debet sentenciam sit ibi presens et audiat promulgare eamdem, et, promulgata, debet accipere omnes cartas

---

[1] *Ita procul dubio legendum, quamquam ambo Cod. habeant* le. — [2] *sic ambo Cod.* — [3] officium, *Cod. Vat.* — [4] curia, *om. Cod. Vat.* — [5] sic, *om. Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

et scripturas de manu iudicis; et rogatus [1] tunc a uarentis [2] duobus, qui interfuerunt ad audiendam ipsam sentenciam, quandocumque voluerit, poterit ipsam scribere, in qua saltem duo iudices, a quibus processit, debent subscribere propria manu, et postea extimare et complere et dare. Item quando fertur sentencia, actor [3] debet esse presens per se vel per alium, et reus similiter: alioquin stridabitur reus. Et nota, quod in qualibet curia ordinaria in omnibus iudiciis, quibus iudices sunt astricti ad statutum, habito consilio, debet pronunciare iudex et dicere per legem et iudicium; hoc est dicere: *secundum scripturam statuti, que est lex, per ipsam legem qua legamur et astringimur, et per iudicium, hoc est per ius quo tenemur dicere, videlicet scriptum et non scriptum, tenemus firmum suprascriptum clamorem; et per effectum iudicii perveniat ad executionem iuxta intencionem et . . . . . quietem.* Differt autem iudicium a sentencia in eo, quod iudicium est id quod profertur a iure, sentencia quod sentitur per prolacionem iudicii. Item in criminalibus, puniendus ad penam corpoream malefactor [4] dicitur iudicatus; ad penam autem pecuniariam dicitur condempnatus; in civilibus autem sentenciatus quis in sorte et pena. (Sed) sepe unum pro alio utitur Veneciis.

Dictum est supra de iudicio et sentenciis in genere, qualiter secundum Veneciarum consuetudinem fieri debent in curia et specialiter in ordinaria: nunc ostendendum est de consuetudine Veneciarum, quid sit curia in genere, et unde dicatur, et quot sunt curie et officia curialia in palacio, et qualiter nominantur; et postmodum infra, tam de ipsis curiis quam de dictis eorum iudiciis et sentenciis, dicam in specie, singulariter de consuetudine quarumlibet, et specialiter vel principaliter de ordinariis et que ad statutum et consuetudinem sunt astricte.

Et debes scire quod, secundum hoc, vocabulum curia, universaliter sumptum sine determinacione aliqua, tripliciter assumitur secundum usum. Primo et principaliter, pro curia domuali, que est sita [5] infra vel prope domum, que est terra vacua [6] circumdata muris sive parietibus de foris, et de intus est aperta, manifesta et clara. Secundo, pro actuali accipitur curia, que et per similitudinem assumpsit nomen ab ista. Et dicitur actualis, quia quousque [7] durant actus iocosi, solaciosi et splendidi, manifeste et aperte ac clare, hoc est gaudendo in convivando, dicitur curia: defficientibus actibus, defficit nomen. Tercio vero pro iudiciaria accipitur, de qua ad presens intendimus tractare, predictis duabus aliis pretermissis. Hec eciam sumsit nomen a prima ex simili forma, que sic diffinitur secundum morem venetum.

Curia iudiciaria, est locus publicus [8] in palacio specialiter deputatus alicui officio seu officiali ad iudicium et iusticiam faciendam, sive ad officium exercendum; dicitur eciam curia, quia officiales debent esse curiales in qualibet curia, (seu) bone persone, [9] hoc est *cortesi*, sed minime nimis. [10] Curia vero dicitur a *curro curris*, eo quod tam officiales quam precones, qui habent reddere precepta, quam eciam partes, que curie interesse seu comparere debent, illuc currere habent, antequam campana officialium sonare cesset secundum usum, ut solet sonare. Dicitur eciam hec curia a *curo curas*, quia iudices et officiales curiarum curare debent et studere unicuique ius suum dare racionabiliter cum effectu. Sunt autem omnes curie de palacio cum illa sublimi domini ducis, nunc duodecim. Illa sublimior domini ducis, que est consiliariorum, vocatur curia maior respectu dignitatis ducalis; prima vero de palacio, que est maior omnibus aliis, vocatur de proprio; secunda examinatorum; tercia de mobili; quarta forinsecorum sive communis; quinta procuratorum; sexta peticionum, que in quibuslibet potencior est omnibus premissis de palacio, quamvis in fine ponatur: de cuius origine et potencia inferius distincte enarrabo. Aliarum vero, que sunt officia, et nominantur eciam curie, una, que est septima, vocatur advocatorum communis, quorum est maximum officium advocandi ubique pro factis de communi, et contra quemcumque officialem et personam ac rectorem. Et differt a curia communis predicta, que dicitur eciam forinsecorum, in hoc, quia ista officium habet patrocinare seu advocare, illa vero iudicare et cognoscere in questionibus vertentibus inter specialem personam et commune. Octava vocatur de contrabannis; nona de maiori salario hodie, sed hactenus vocabatur *dal men*; decima de super publicis et usuris; undecima et ultima vocatur de nocte: que quamvis sit ultima, habet miram potenciam et fortissimum brachium, tam in quemlibet capiendo et carcerando, quam per penarias cedulas execucioni mandando vel ducendo, et in violatores fures et raptores ac forciatores et alios malefactores persequendo et totam terram Veneciarum custodiendo. Et nota, karissime mi Marce, quod omnis iudex ordinarius, advocatus et officialis deputatus pro communi ad aliquod officium tamquam iudex, debet fieri in maiori consilio per ellectionem; et dominus dux ad hoc per suam promissionem astringitur, ut non permittat aliter fieri; sed aliqui ad certum tempus reprobari debent inter XL. Et nota, quod quilibet ellectus in quocumque iudicio, rectoria, advocaria, vel officio, si erit Veneciis presens, iurare debet personaliter coram domino duce, eciam absentibus suis consiliariis, et ab ipso accipere confirmationem et mandatum exercitationis sui regiminis

---

[1] rogare, *Cod. Vind.* — [2] vocentis, *Cod. Vat.* — [3] auctor, *Cod. Vat.* — [4] puniendo... malefactore, *Cod. Vat.* — [5] ficta, *Cod. Vat.* — [6] *Ambo Cod.* in terra vacua — [7] quociescumque, *Cod. Vat.* — [8] positus, *Cod. Vat.* — [9] *sic emendavi; ambo Cod. habent* bonis personis — [10] minime invenio, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

sive officii. Et ideo in omnibus et singulis iudiciis, sentenciis et quibuslibet processibus seu preceptis, a iudicibus vel officialibus faciendis, debet dici: *de mandato domini ducis*, vel *propter preceptum domini ducis*, aut *ex parte domini ducis;* ita quod de consuetudine approbata habetur, quod brachium ducale in omnibus curiis dominatur iuxta promissionem; et quamvis potencia ducalis spargatur per omnes et singulas curias et officia, tamen in tribus curiis specialiter fungitur, videlicet in consiliatoria, iudiciaria, que dicitur de proprio, et executoria, que ad solam potenciam principis, id est domini ducis pertinet. Et quia de dictis duabus curiis, tam consiliatoria quam executoria, non intendo ad presens in aliquo tractare, quia non sunt astricte ad statutum et consuetudinem iudiciariam, idcirco ad alias revertor, [1] et specialiter ad ordinarias, et que sunt astricte ad statutum et consuetudinem Veneciarum; et primo ad curiam proprii, quam dixi potentem, seu primam et maiorem alia iudiciaria, que eciam dicitur lex. Si vero (sit) rector de novo, qui nunquam rexit [2] in regimine quo intendit regere, tam ellectus quam aliter pro domino duci et communi Veneciarum institutus, si fuerit absens, solet accedere coram domino duce et iurare, ut predicitur. Si vero subsequenter fuerit inmediate ellectus vel institutus, non expedit ut iuret personaliter, sed sufficit per commissionem; aut dominus dux committat alicui ad ipsum sacramentum accipiendum: et hoc vidi et novi de facto.

Cap. III. — DE CURIA PROPRII

Exposui supra de curiis iudiciariis in genere: nunc autem, karissime, eas secundum consuetudinem intendo exponere in specie, ac singulas distinguere per capitula seriatim, atque cuilibet capitulo earumdem consuetudinario coniungere capitula statuti, que ad ipsum consuetudinarium tetigerint, ut per ipsum consuetudinarium de facto capitula statuti, que sunt de iure scripto, melius et clarius intelligantur et habeantur, tam in iudiciis et placitis, quam in forma scripturarum omnium et instrumentorum. Proposui, namque superius incipere a curia proprii, quia prima et prior ac maior est aliis curiis iudiciariis de palacio, que eciam appellatur *lex*. Unde, amice devote, non te tedeat si tibi videbitur quod de consuetudinibus huius curie, et de hiis que ad eam pertinent, multum sive nimium per longum rescribam et exponam, quia hiis cognitis, de aliis non remanebis indoctus; et si te legere fastidiret omnia simul et semel, lege interpolatim ut fastidium allevietur et appetitus legendi augmentetur. Unde ad cognitionem consuetudinum huius curie videndum est: primo, quare dicitur *de proprio* et curia *lex* appellatur; secundo, quare dicitur prima seu prior et maior aliis iudiciariis; tercio, ad que eius iudices specialiter teneantur et sint astricti observare in suis iudiciis et processibus; quarto, que sunt necessaria de iure et consuetudine ipsi curie ad iudicia, sentencias ac processus iudiciarios faciendum; quinto, que pertinent et debent agitari in ipsa curia de proprio et per iudices determinari et diffiniri; sexto, qualiter peticio advocatorum eiusdem curie, et aliorum placitantium in ipsa curia, fieri debeat secundum usum, et qualiter forme quorumdam processuum, qui prodeunt a iudicio eiusdem curie, fieri et scribi debeant et soleant secundum usum. Modo, Marce dilecte mi, vigilanti animo prospice et attende ad declarationem suprascriptarum proposicionum et diffinicionum, ut rectam virgam manu tenere possis, et baculum securitatis, fortitudinis et substentationis, et non solum in hac curia de proprio, ymmo eciam in omnibus aliis curiis, quamvis ipsas semper manu tenuisti et tenes viriliter et discrete.

A. — De nomine curie de proprio et quare ipsa curia lex appellatur

De prima quidem proposicione premissarum distinctionum, videlicet quare curia de proprio dicitur *de proprio*, et cur appellatur *lex*, est exponendum, ut de consuetudine habeatur. Sed nota, quod curia de proprio duplex officium nobilissimum tenet: unum videlicet in causis civilibus, alterum in criminalibus. Et respectu civilium dicitur de proprio quasi a re digniori, [3] quia proprietas, quam appellamus de consuetudine [4] possessionem et inmobile, est dignior re mobili: quia inmobile in sua firmitate perseverat, mobile vero cito labitur. Dicitur eciam de proprio ad differenciam aliarum curiarum de palacio, et vere potest (officium suum) in hoc dici nobilissimum, quia nobiliores de Veneciis ibi iudicialiter solent residere. Et nota, quod dici debet, sed alicubi *de proprio* scribi non debet, nisi curia solummodo, [5] sine illo cognomine *de proprio;* et sic eciam iudices ubique [6] debent describi, quia propter excellenciam eiusdem curie, magnitudinem et dignitatem, ut infra ostendemus, intelligitur de proprio, secundum consuetudinem diucius et continue approbatam. Et si scriberetur *de proprio* fieret iniuria non modica eidem curie et iudicibus, quia viderentur sua excellencia privari. Item sepe hec curia de proprio appellatur et nominatur *lex* secundum consuetudinem, quia — vulgo solet dici — quando aliquis malefactor de mandato principis, id est domini ducis, deducitur ad ipsam curiam proprii, dicitur: *talis malefactor deductus est ad legem*, hoc est ad accipiendam legem, id est penam corpoream iuxta formam legis promissionis

---

[1] revertitur, *Cod. Vat.* — [2] regit, *ambo Cod.* — [3] nobiliori, *Cod. Vat.* — [4] de consuetudine, *om. Cod. Vat.* — [5] solummodo, *om. Cod. Vat.* — [6] ubique, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

domini ducis. Pene enim corporee malefactorum in ipsa lege promissionis sunt singulariter determinate; et non licet principi, id est domino duci, iudicium suis labiis proferre propter excellenciam sue potencie et dignitatis, sed hortari et mandare habet suis iudicibus, ut, mediante iusticia, iudicium proferatur. Et nota, de consuetudine, quod tale iudicium fieri vel proferri non potest, nisi malefactor deductus sit ad legem de mandato domini ducis, et nisi presente et residente in medio iudicum pro tribunali ipso domino duce personaliter: aliter iudicium seu sentencia non valet; et ut iudex qui habet proferre possit dicere: *de vultu tuo iudicium meum prodeat, et iusticia tua, id est legis* [1] *promissionis tue, videat equitatem ut execucioni per tuam potenciam ducalem mandetur.* Et nota, quod iudices dicte curie, quandocumque dominus dux vult accedere ad ipsam curiam, debent ire festinanter obviam ei cum viderint ipsum esse ad portam magnam, qua itur ad scalam per quam ascenditur ad salam maiorem consilii; et quando ipse recedit, debent ipsum sequi, et associare ipsum usque ad ipsam portam magnam; et quandocumque aliunde veniens dominus dux ad ipsam ianuam, que est ante dictam curiam, ipsi iudices descendere solent ad secundum scalinum et ibi in pede stare, donec dominus dux inde transibit. Verumtamen de huiusmodi legibus breviter transeo, quia in facto istius non licet multa distincte loqui.

B. — Quare curia de proprio dicitur prima et maior aliis iudiciariis

Exposita prima parte, seu proposicione de nomine seu cognomine curie de proprio secundum consuetudinem, videndum est de secunda parte seu proposicione, videlicet de dignitate eius, antiquitate et maioritate. Et quare dicitur prima sive prior et maior, habetur quidem ex relatione antiqua, quod penes dominum ducem iudices istius curie de proprio erant soli consiliarii, id est soli iudices et officiales in omnibus et singulis causis, tam civilibus quam criminalibus, et in omnibus, que tunc in strepitu iudiciali modo aliquo occurrebant, ipsi determinabant secundum usum et bonam conscienciam, cum pauca statuta haberent, et illa que habebant erant quasi consilia a consultacione sapientum habita; et tunc non dicebantur iudices de proprio, sed tantum iudices. Legi ego Ja. Ber. in quodam publico instrumento, quod simul et semel eodem tempore duo duces ducabant, et si qua discordia inter eos oriebatur, quicquid isti iudices determinabant erat firmum. Tunc enim inter eos vigebat et florebat maxima puritas, devota charitas, humilitas, veritas, legalitas, dilectio et amor fraternus, [2] et omnes alie virtutes, leticie et consolaciones, et aliqua crimina enormia, sive publica, quis committere non audebat, ut legitur in legenda translacionis corporis beati Marci, cuius suffragiis, ob suam maximam devocionem, quam in eo tota intencione specialiter habebant, et eciam in aliis factis gloriosis tota terra Veneciarum crescebat in bono statu; et amplificabatur, non solum in facere amplificationes et ellevaciones de acqua, verum eciam in maxima multitudine populi, et in acquisitione multarum civitatum et insularum ac locorum cum mirabili victoria triumphante. Propter quod ad honorem Dei et Virginis Marie ac beati Marci evangeliste, sui devoti patroni, eius ecclesia magna et spaciosa ac pulcherrima, et preciosissima quasi omnium aliarum de mundo, fuit fundata, et splendidis margaritis et gemmis atque lapidibus preciosissimis ornata; cuius thesauro tante magnitudinis simile in alia ecclesia tocius orbis inveniri non posset, ubi maximis aromatibus preceps gloriosum corpus beati Marci locaverunt honorifice: [3] et reverenter fulget hec ecclesia, et decoratur multis discretis et honorabilibus ministris ecclesiasticis et devotis, qui continue officia divina celebrant atque cantant. Nec non et alie ecclesie multe et infinite ibi fuerunt hedificate secundum singulas devociones, multiplicate vero Veneciis. Sic isti iudices non poterant soli ad tanta insistere et satisfacere; et quia maxima multitudo populi in ea et sub ea creverat cotidie et crescebat, disposuerunt ipsam curiam, que erat solus trunchus sine ramis, spargere per ramos, idest per alias curias. Et sicut ista fuit causa prima et prior omnibus aliis, fuit et est maior, quia omnes alie ab ea orte fuerunt. Et isti curie maiora et nobiliora duo genera officiorum precipue remanserunt, videlicet inmobilis et meri imperii ad iudicandum malefactores: propter quod merum imperium hec curia precipit, et habet omnes suas honorancias, sicut in eadem sunt in quodam registro manu mea, ut alias dixi, per singulum annotate. Et nota quod, defficiente aliqua honorancia, iudex, cui defficeret, potest, si vult, secundum usum secedere a iudicio maleficii faciendo in criminalibus; sed non in civilibus. Et debent ipsi iudices ex parte domini ducis ad quamlibet sollempnitatem, cui interesse solent, saltem una die ante per cavalerium domini ducis vel aliam ydoneam personam invitari: alioquin ire iudices non tenebuntur.

Et hec est racio quare iudices solent et debent invitari, et unus in magnis sollempnitatibus popularibus interesse in dextra domini ducis et penes ipsum inmediate stare; videlicet quia ibi in ipsis sollempnitatibus tria per dominum ducem manifeste [4] coram populo ostenduntur, iuxta racionabilem consuetudinem atque usum, et maxime ut populus inde doceatur declinare a malo et facere bonum. Primo enim ostenditur ma-

---

[1] legem, *Cod. Vat* — [2] amor firmus, *Cod. Vat.* — [3] locaverint, *Cod. Vind.* — [4] manifeste, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

yestas glorie ducalis in apparatu et ornamento precioso et splendido sue persone, ut doceantur boni de splendore gracie, per suam bonitatem largiter remunerari et iusta desideria obtinere. Secundo, ostenditur iudex in dextra eius, habens a brachio dextro sue magnificencie merum imperium iudicandi malefactores, ut, iudice viso, ipsi doceantur declinare a malo et sibi cavere de faciendo malum, terrore iudicii iudicum spaventati. [1] Tercio, ostenditur ensis sive spata domini ducis, que post eum aportatur, ut doceantur de vindicta potencie et fortitudinis ducalis ad penas iudicantis incisione membrorum graviter infligendas. Et debet post dominum ducem ensis sive spata portari, quia vindicta malefactorum post iudicium fieri debet. Et nota, quod ubicumque spata portatur in publico, iudex in dextra debet interesse. Non decet ducem seu principem suis labiis iudicium contra malefactores in publico promulgare, nec eciam suis manibus eorum vindictam exercere, propter excellenciam sue dignitatis ducalis imperii, et ideo ipsam portare non debet suis manibus, sed aliis, quia ex suo iussu et mandato alius ipsam vindictam debet iuxta iudicium exercere. Et nota quod non reperitur aliqua consuetudo antiqua, que non sit valde racionabilis et discreta.

C. — De hiis ad que iudices curie de proprio specialiter tenentur et sunt adstricti.

Viso supra de secunda parte seu proposicione primitatis et maioritatis dicte curie de proprio, nunc instruendum est de tercia: videlicet de hiis ad que tenentur et astringuntur iudices eiusdem curie. Tenentur enim ipsi iudices et in suo iuramento sunt astricti specialiter ad septem. Primo et principaliter, ad suum capitulare et ad ea omnia et singula que in ipso continentur, quod legi facere tenentur vel legere singulis duobos mensibus, donec permanebunt et erunt iudices in ipsa curia. Secundo, in criminalibus causis de maleficiis tenentur et sunt astricti ad leges promissionis domini ducis, et secundum eas habent procedere et iudicare, et ipsis defficientibus secundum consuetudinem racionabilem approbatam, vel de similibus ad similia; et quia non videtur michi licitum distinctius et amplius loqui vel instruere [2] super huiusmodi criminalibus causis, revertar ad civiles. Tercio, tenentur ipsi iudices ad statutum et ad omnia capitula que in ipso continentur, in civilibus et criminalibus; et sunt astricti, tam per suum capitulare quam per ipsum statutum, ut habetur in eius primo prologo, ubi circa finem eiusdem prologi sic continetur: *volentes igitur, quod omnes nostre iurisdicioni subpositi ipsis statutis utantur, districte volumus et iubemus, ut nostri iudices in iudiciis ab eorum sanctionibus non discedant* etc.; quod statutum totum iudices sunt astricti legere vel sibi legi facere certis temporibus, dum existunt in ipsa curia, ut habetur in suo capitulari. Quarto, tenentur ad constitutiones seu consilia capta et affirmata in maiori consilio, si missa fuerint ad curiam ex parte domini ducis per aliquem officialem sue curie sublimioris, dummodo non sint [3] contra statutum expresse; quia statutum confirmatum est auctoritate domini ducis et sui minoris et maioris consilii in concione publica et laudatum ab omni populo Veneciarum: consilia vero tantum inter speciales personas de maiori consilio. Unde minus non debet in hoc casu derogare maiori; quamvis aliquando indirecte propter abusum magis prospicitur ad consilium quam ad statutum. Quinto, tenentur ad consuetudinem racionabilem approbatam, defficientibus statuto et consilio; et ad ipsam consequendam, et in suis iudiciis observandam, predictis duobus defficientibus, sunt precipue astricti ipsi iudices, de qua, karissime, hic nitor distincte exponere. Sexto, tenentur ad bonam conscienciam, predictis tribus defficientibus, videlicet statuto, consilio et consuetudine: que bona consciencia oriri debet et formari ab aliquo trium predictorum de similibus ad similia, aut per apertam presumpcionem, que inducitur in pura consciencia iudicum ad informandum, aliquibus iuribus [4] vel racionabili causa, ad sic esse vel non esse; sed suspiciosa, ad male credendum tantum ex cogitacione sine causa, est a iusto iudice abolenda et penitus spernenda. Et est differencia inter presumpcionem et suspicionem, quia presumpcio comprehenditur in bonum, suspicio in malum, de quibus distinctionibus habes distincte in secundo prologo statuti. Et nota, quod prohibetur in fine tercii prologi statuti sic de huiusmodi presumpcione: *et licet has presumpciones dicamus locum habere, tamen nolumus, quod locum habeant, vel aliquid valeant, ubi nostris statutis, legibus, promissionibus, vel consuetudinibus approbatis viderentur modo aliquo obviare, vel aliquatenus contrariare.* Et quia iste presumpciones magis locum habent ad curiam peticionis, que est curia amplioris iusticie, quam ad istam de proprio, idcirco hic desisto amplius instruere de ipsis presumpcionibus. Septimo autem, tenentur et sunt astricti ipsi iudices, tam per suum capitulare quam de consuetudine approbata, qualibet die non feriata in mane, audita missa in ecclesia sancti Marci, venire ad palacium antequam campana cesset et sedere in loco constituto ipsi curie, et si fuerint in Rivoalto, et stare usque ad terciam sancti Marci. Verumtamen die lune, mercurii et veneris ante terciam inde secedere [5] a curia non possint, nisi quatuor de causis. Primo, si dominus

---

[1] spaventari, *ambo Cod.* — [2] instare, *Cod. Vat.* — [3] sit, *ambo Cod.* — [4] aliquibus iuribus, *om. Cod. Vind.* — [5] desendere, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

dux miserit pro eis vel aliquo eorum, quia tunc incontinenti ad eum ire tenentur. Secundo, pro tutoria et vadia facienda coram domino duce. Tercio, pro consulendo alicubi in palacio super criminibus malefactorum deductorum et adsistencium tunc in curia. Quarto, pro honestate alicuius nobilis millitis in ecclesia sancti Marci pro sacramento aliquo vel testimonio accipiendo. Et, hiis expeditis, incontinenti redire debent ad curiam et ibi stare usque ad terciam ad placita audienda et diffinienda. Quinta de causa, si aliquis iudex de proprio haberet aliquam questionem coram iudicibus peticionum, et aliquis iudex peticionum vellet placitare in curia proprii coram eo, pendente ipsa questione ad curiam peticionum, ipse iudex proprii in placito iudicis peticionum sedere non potest. Et eciam si aliquis haberet cartam raptam super aliquem iudicem, et habuerit facere coram eo, ille iudex sedere non valet in placitis ipsius sui creditoris, tam pro quodam consilio quam de [1] consuetudine approbata. Sexto, et si (placitaverit) aliquis de prole vel propinquis alicuius iudicis, pro quo ipse iudex exiret de consilio, sic secedere debet a sede tribunalis et stare foris de sede quousque durabit illius placitum, cuius vel quorum loco debent assumi de illis qui vadunt [2] per singulas curias de palacio; et non debet intelligi placitum quam in loco defficiente dicti deputati per curias sint primo accepti. [3] Aliter, si non steterint iudices usque ad terciam, ut dictum est, hiis tribus diebus, habentur ut si non venissent; aliis vero diebus possunt ire pro officio quocumque sibi bonum apparebit, et eciam die mercurii et veneris post nonam, et ad consilium, si placita fuerint interdicta.

Et nota, quod si aliqua mulier de ca' Dandulo esset uxorata a ca' Bragadino, mortuo viro, iudex de ca' Dandulo racione mulieris in eius placito sedere non potest, nec eciam ille de ca' Bragadino racione viri; et maxime in hiis que mulier intendit petere de bonis viri. Item, si propinquus de ca' Dandulo habuerit aliquod simile placitum alicuius placitantis, et non placitaverit modo aliquo in parte ipsius ille de ca' Dandulo, pro tali simili placito ille iudex de ca' Dandulo non debet exire foris; sed tantum si res quam aliquis placitatur tangit illum de ca' Dandulo modo aliquo in parte ipsius rei vel in toto, et tunc secedere debet. Et nota, quod ubi de iure habetur opinari, suspicio decet, et convenit iudicis secessio. [4] Et nota, quod si [5] aliquis nomine alterius coram suo propinquo vel de prole placitatus fuerit per commissionem, tutoriam, commissariam, et per alia similia, huiusmodi iudex propinquus non debet secedere, sed tantum ille iudex qui fuerit propinquus illius vel de prole pro quo placitatur. Et quamvis in hac curia de proprio hec sunt instructa, tamen in aliis curiis debent et [6] officiis observari.

[1] per vel de, *Cod. Vat.*; pro valde, *Cod. Vind.* — [2] vadiant, *Cod. Vind.* — [3] sine primo acceptum, *Cod. Vat.* — [4] de iudicio absessio, *Cod. Vat.* — [5] nisi, *Cod. Vat.* — [6] et, *om. Cod. Vat.* — [7] curatorium, *ambo Cod.* — [8] effici, *Cod. Vat.*

D. — De hiis que sunt necessaria curie de proprio ad iudicium faciendum, et maxime de citationibus et precepto.

Cognito superius de tercia parte seu proposicione, scilicet de hiis, ad que dicte iudices curie de proprio tenentur et sunt astricti, nunc autem providendum est de quarta parte seu proposicione, videlicet de illis que sunt nesessaria de iure et de consuetudine eidem curie de proprio ad iudicium et sentencias ac processus iudiciarios faciendum. Sunt enim necessaria huic curie, maxime in placitis que requirerent ipsam esse in ordine.

Primo et principaliter, sunt necessarii iudices; et dixi in plurali iudices, quia non possunt esse secundum usum minus duobus, nec plures tribus. Secundo, sunt necessarii advocati proprie deputati eidem curie, vel saltem duo, unus pro parte,,cum sint tantum quatuor, videlicet duo pro parte. Tercio, notarii specialiter ipsi curie iurati et deputati per iudices, vel saltem unus ex eis, cum sint solummodo duo. Quarto, quia actor et reus: actor dicitur quia agit in petendo, reus dicitur a re de qua agitur in respondendo. Et quia superius in capitulo de iudiciis et sentenciis in genere de huiusmodi personis iudiciariis seu curialibus exposui, idcirco de ipsis hic intendo breviter transire; sed in fine huius capituli forte aliquid in specie exponam. Quinto, est necessarium preceptum citatorium, [7] et ut sit redditum iudicibus per preconem in scriptis; vel accessio voluntaria utriusque partis comparentis coram iudice in ipsa curia sponte sine precepto; aut terminus a iudicibus partibus prefixus et nomine curie in scriptis annotatus. In placitis vero, que non requirunt ipsam esse in ordine, sufficiunt solummodo iudices cum uno notario, et aliquando cum uno cancellario, ut inferius in fine huius capituli describere intendo. Et nota, quod placita, que requirunt de consuetudine necessarie ipsam curiam esse in ordine, sunt ea breviter que requirunt et fieri habent per aliquem modum precepti, quod reddi debet per preconem, videlicet in scriptis; et inde breviarium legis fieri [8] debet, sive sentencia, in quo duo testes saltem testificantur de prolatione sentencie in hunc modum: *testificamur nos talis et talis quod die eadem eramus in curia coram nostrorum iudicum presencia* etc. Et nota, quod pocius dicitur curia racione iudicum et personarum curialium, quam causa vel racione loci deputati ad aliquam curiam; quia ubicumque in palacio, et aliquando alibi, iudices determinant aliquod placitum, et intersunt iudices et dicte persone cu-

Source : BIU Cujas

riales, ibi dicitur esse curia [1]: (sed) ad sentenciandum est necessaria ad speciale locum deputatum in palacio, vel saltem necessaria in palacio et non alibi de consuetudine; quia sepe totum palacium accipitur ubique pro curia. Alioquin, testificantes breviarium legis non bene testificarentur, dicentes: *eramus in curia* etc. Et cum preceptum citatorium sit penitus valde necessarium, non solum [2] in hac curia, verum eciam in omnibus aliis curiis de palacio, sine quo aliquod iudicium vel sentencia, ubi debet requiri reus sive altera pars aut aliqua persona, fieri non debet nec valet, quia est principium, origo et fundamentum in iudicio omnium causarum sive placitorum — quoniam, acto substantiali [3] in curia ordinaria vacante, curia in iudicio illius placiti omnino vacat, et iudices aliquid inde audire vel intelligere non habent, ac si factum non fuisset — oportet te, karissime, attencius cum omni diligencia taliter providere, ut tale preceptum deffectuosum non exeat de manu tua, nec de labiis tuis prodeat indiscrete, [4] quamvis semper prodeat ordinate eciam et discrete. [5] Verecundum enim et turpe est illi de cuius sentencia speratur recte ad bonum finem deduci, de quo ostendit se philosophum, si publice videatur principium ignorare; quia qui ignorat principium dignoscitur ignorare medium atque finem. Ergo, ut talis verecundia et turpitudo penitus abiiciatur, sciendum est quid sit preceptum citatorium, quod est principium in iudiciis omnium placitorum, ut dixi. Item, a quo procedat et cuius iussu vel mandato fieri debeat. Item, per quem et ubi et quando fieri debeat, et quot modis habeat fieri secundum usum Veneciarum. Item, quomodo precipi debeat, et cui et qualiter scribi, et quando ipsum debeat reddi per preconem.

Nota igitur, quod preceptum citatorium [6] est mandatoria vocacio facta ex parte domini ducis, vel scriptura citatoria, alicui comparituro vel responsuro cum mencione diei, loci et persone tam actoris quam rei. Et nota, quod omne preceptum citatorium, cuiuscumque modi vel condicionis, sic debet fieri: *ex parte domini ducis*, et aliquando cum additione: *et per legem iudicum*, ut infra dicetur, et *de eius iussu et mandato* fieri debet, ut statuto libro primo, capitulo VI, in quibusdam et plerumque induciis cessantibus, [7] specialiter que fiunt per stridorem, ut infra dicetur. Et nota, quod omne preceptum citatorium fieri debet per preconem domini ducis, ex(cepto) precepto eo quod per binam contestacionem, bulla ducali plumbea munitam, debet fieri. Hoc enim fieri potest tam per preconem quam per aliam quamcumque personam. Fit autem preceptum per preconem multis et pluribus modis, aliquando ore tenus in persona citanda, aliquando ad eius domum seu habitacionem, aliquando ad domum persone citande in scalis Rivoalti, aliquando per tres dominicas ad eius domum, vel ad ecclesiam, aliquando per binam contestacionem in scriptis [8] sine bulla plumbea ducali, aliquando cum bulla, ut predixi; que omnia per singulum ut fieri debeant secundum usum, infra exponam. Nota, quod aliquod preceptum tam in persona quam per stridorem fieri non potest nisi in Veneciis, videlicet a Grado usque ad Caput Aggeris; et alibi extra Venecias fieri non potest. Verumtamen fieri non potest foris Venecias nisi per binam contestacionem, aliquando sine bulla, aliquando cum bulla, et nisi subditis ducali dominio. Et nota, quod tam omnis stridor, quam omnis bina contestacio, debet fieri ex parte domini ducis de certa sciencia iudicum et per eorum censuram et ordinacionem; et ideo [9] debet describi in quacumque earum: *ex parte domini ducis et per legem iudicum*. Et nota, quod aliquis stridor ad domum tantum dari non debet, nisi primo sit datum preceptum in persona, de consuetudine continue observata et approbata. Item nota, quod quodlibet preceptum solet fieri quocumque tempore, die et hora ab ortu solis, ita quod nigrum ungule per solem sive lucem possit decerni, usque ad occasum solis, videlicet quousque appareat aliqua stella in celo, exclusive, vel ad similem horam, nisi forte immineret aliquod periculum aut necessitas, propter que, in qualibet hora fuerit factum preceptum, solet substineri, si videbitur iudicibus. Et nota, quod eadem die preceptum fieri non potest et placitari, nec nimis ad longum tempus diem institui [10] per preconem, et maxime ultra dies XV, nisi de licencia iudicum: nec ad aliquam diem post nonam, nisi forte testibus, et in similibus de licencia iudicum, secundum usum; sed solummodo ad quamcumque aliam diem in mane, que non sit feriata sive sollempnis. Et nota, quod quamvis contineatur in quolibet precepto, quod fit in civitate Rivoalti, ut hodie esset ad curiam, et *hodie* intelligatur et accipiatur per totam diem, de consuetudine intelligitur semper et accipitur solummodo [11] ante terciam sancti Marci. Sed quando preco precipit, debet penitus exprimere horam; sed non scribitur nisi: *ut hodie* etc. Et eciam quando redditur per preconem vel recitatur per advocatum, debet exprimi hora. Verumtamen terminus per iudicem partibus [12] assignandus, si sunt presentes in curia partes, ad quamcumque diem non feriatam et horam potest assignari, et eciam solent terminari placita, si advocatus partis absentis voluerit ipsam determinare, recipere et acceptare; et hec consuetudo que tenetur in curia Rivoalti, observatur eciam in episcopatu torcellano et Metamauco. Sed quando

---

[1] dicuntur tenere curiam, *Cod. Vat.* — [2] saltem, *Cod. Vat.* — [3] stabili, *Cod. Vat.* — [4] indirecte, *Cod. Vind.* — [5] directe, *Cod. Vind.* — [6] curatorium, *Cod. Vind.* — [7] iudicibus cessentibus, *ambo Cod.* — [8] in scriptis, *om. Cod. Vind.* — [9] et modo, *Cod. Vind.* — [10] institutam, *ambo Cod.* — [11] tantum, *Cod. Vat.* — [12] partibus, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

precipitur illis de curia a Metamauco supra usque ad Caput Aggeris per riparium, ut esse debeat coram aliquibus iudicibus de Rivoalto, non potest sibi institui terminus per preconem minus quam ad quartam diem. Et si preceptum factum fuerit in civitate Rivoalti, prima vice non minus quam ad octo dies, et inde supra; quando vero precipitur testibus de dictis partibus Clugie, ut veniant Venecias ad testificandum super aliquo facto ad peticionem alicuius partis, tunc iudices, antequam dent licenciam preconibus de ipsis testibus precipiendo, pars, que eos petit, debet esse contenta de facere eis expensas secundum usum. Videlicet quia ipsa testium consuetudo est, quod quilibet testis qui fuerit vocatus de dictis partibus Clugie ad testificandum Veneciis, debet habere a [1] die qua inde recesserit pro venire Venecias, ipsa die eciam computata, quousque expeditus fuerit per iudices, soldos V parvorum qualibet die, computando eciam die sue expedicionis; et tunc detur licencia preconi. De aliis vero partibus et locis, qui sunt ab episcopatu Torcelli usque ad Gradum, remaneat in discretione iudicum, de instituendo terminum sive diem ut veniat, et de expensis faciendis testibus inde citaturis venire, ut sibi videbitur. Et nota, quod in appellatione que mittitur domino duci de extra Rivoaltum, si non continetur hora, intelligitur tota dies usque ad vesperas sancti Marci.

Preterea, viso supra de loco, tempore et modo (de) quampluribus preceptis que fiunt per preconem, nunc restat videre, quomodo per preconem precipi debeat, et cui, et qualiter unumquodque preceptum scribi debeat, et quando iudicium reddi. Et primo nota, amice mi, quod discretus preco habet considerare personam precipiendam, et honeste et quiete precipere, non cum rabuto et impetu exclamando, ut non ex tali motu possit considerari iniuria, et scandalum non modicum inde oriri, sed quietis animo et verbis debet suum officium in precipiendo maxime exercere; et solet sepe preco non ignorare, (quod) personam precipiendam bone condicionis, si fuerit in consorcio multorum, ad se extrahere (debet) ex una parte, ut ipsa non verecundetur et inde turbetur propter circumadstantes, et postea debet eidem curialiter facere suum preceptum. Et nota, quod preco semper, quando precipit, debet habere bastonem, sibi traditum a domino duce, penes se, ut ostendat ipsi per se habere auctoritatem et mandatum a domino duce precipiendi, qui esse debet grossus ab uno capite, et ab alio subtilis, ad differenciam aliorum bastonum; et eciam in omnibus aliis, que exercere habet pro suo officio: alioquin posset puniri et preco reprobari, ac omne suum exercicium preconizari. Et nota breviter, quod hoc preceptum fieri potest in persona ex parte domini ducis per ipsius preconem, tam eidem domino duci, de eius licencia et cum suo verbo et consensu, quam omnibus rectoribus officialibus ac universis et singulis a Grado usque ad Caput Aggeris commorantibus, exceptis carceratis et clericis ac religiosis et personis ecclesiasticis, nisi in certis casibus; infirmis vero fieri debet ipsum preceptum eciam, et postea excusacio coram iudice de sua infirmitate debet fieri legiptime, ut aliqua fraus inde suspicari non possit. In carceratis, de mandato domini ducis extractis extra carcerem solet precipi, et postea, facto precepto, retruduntur in carcere.

Volo quidem incipere a domino duce tamquam a summo domino et capite omnium predictorum, cui quidem, habita licencia sua et verbo, potest fieri duobus modis: uno modo, tamquam domino duci pro suo officio et dignitate, et vice et nomine communis Veneciarum; altero, tamquam sue speciali persone, tam pro suis propriis factis, quam aliorum sibi [2] extra officium ducale commissis. [3] Sed antequam sibi [4] fiat preceptum per preconem sic reverenter, capite toto discoperto et genu flexo coram eo, preco petere debet: *domine, si vobis placet mihi dare licenciam et verbum, habeo vobis facere unum preceptum.* Consuetus est dominus dux dicere benigne: *fac quod vis.* Et tunc preco coram eo suum preceptum facere potest: *ex parte vestra, domine dux, vobis domino duci nomine et vice communis Veneciarum, ego facio preceptum, ut die veneris in mane ante terciam esse debeatis ad curiam de proprio, ad respondendum nobili viro Francisco Dandulo de confinio sancti Silvestri, de laborerio quod fieri fecerunt vel faciunt vestri officiales de supra Rivoalto pro vobis et communi Veneciarum super quadam proprietate in dicto confinio posita, et de eo quod vobis dicere voluerit.* Hoc modo fieri debet preceptum per preconem reverenter in verbis quandocumque debuerit fieri; verumtamen sic debet scribi et postea reddi: *precepi ex parte domini ducis domino Marino Georgio Dei gratia inclito duci Veneciarum, nomine et vice communis Veneciarum, ut hodie esset ad curiam responsurus* [5] *nobili viro Francisco Dandulo de confinio sancti Silvestri de laborerio* etc., ut supra. Et nota hic magnitudinem et excellenciam huius *curie* de proprio, quia in hac curia non scribitur nisi *curie* in precepto. In aliis vero curiis scribitur *curia* et *coram talibus iudicibus*, videlicet *de mobili* et *forinsecorum* etc. Nota, quod preco, quando precipit domino duci, non debet in suis verbis exprimere sibi nomen, videlicet: *domine M.*, neque cognomen, sed tantum dignitatem ducalem, scilicet: *domine dux*, quia faceret iniuriam dignitati; sed penitus scribi debent nomen et cognomen in precepto, et sic reddi. Nec eciam in talibus preceptis sibi factis pro ducatu non scribitur contrata, quia per dignitatem habetur con-

[1] in, *Cod. Vind.* — [2] sibi, *om. Cod. Vat.* — [3] commissum, *Cod. Vat.* — [4] sibi, *om. Cod. Vat.* — [5] respondendo, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

trata et locus. Verumtamen quando preceptum fit domino duci tamquam speciali persone, et non pro ducatu, semper expedit scribi primum contrata, videlicet sancte Justine; et fit preceptum tamquam speciali persone. Aliquando fit pro questionibus ortis antequam foret dux, tam pro suis factis propriis quam pro commissaria vel successione seu hereditate; et tunc penitus scribi primum contrata oportet. Aliquando pro questionibus ortis postquam fuit dux, de utriusque factis, tam propriis quam sibi commissis. Preterea de facto suo novo, in precepto sibi facto simpliciter, sine mencione alicuius veteris cause, non expedit scribi aliqua contrata, nisi forte occasione primarum racionum esset faciendum de facto suo proprio postquam fuit dux incepto. (Et) sic intelligitur. Videlicet, si dominus dux emit aliquam proprietatem postquam fuit dux, in emptione non fuit necesse poni propria contrata, nec in vesticione, sic nec in clamore, sic nec in precepto; sed si forte occasione primarum racionum ipse investivit vel proclamavit, videlicet propter vendicionem vel noticiam, antequam esset dux habitam, tunc de contrata primum mencio fieri debet, hoc modo. Facta reverencia et habita licencia, preco debet facere preceptum sic: *vobis, domine dux, non tamquam duci sed tamquam speciali persone.* Et si fuerit pro commissaria, debet dicere: *non tamquam duci, sed tamquam commissario talis et talis, de tali confinio, ut die tali esse debeatis ad curiam, responsurus* etc. Sed si fit tamquam speciali persone in suis factis propriis, debet sic scribi et reddi preceptum: *ex parte domini ducis, domino Marino Georgio, condam* [1] *de confinio sancte Justine, nunc vero Dei gratia inclito duci Veneciarum, ut hodie* etc. Et si fit per commissariam, debet sic scribi et reddi preceptum: *ex parte domini ducis, domino Marino Georgio, condam de confinio sancte Justine, olim filio et commissario domini Ja. Georgii de eodem confinio, nunc vero inclito duci Veneciarum, ut hodie esset ad curiam* etc. Et si dominus dux aliis precipi fecerit, debet sic scribi: *ad sibi respondendum in palacio.* Et nota, quod preceptum debet semper concordare cum carta preparatoria, sicut sunt investiciones que perpetrantur ad alias cartas optinendum, videlicet de proprio, et noticia conductoria, [2] sicut sunt clamores et interdicta, et hiis similia que conducunt placita a curia examinatorum [3] ad curiam proprii, quia et iste omnes et singule, tam preparatorie quam conductorie, debent concordare cum carta et scripturis principalis negocii. Et si placitum non fuerit per viam istarum talium cartarum, debet preceptum concordari cum principalibus, et precipue cum commissionibus, testificacionibus, tutoriis, successionibus, vigore et robore, promissionibus et deiudicatu mulierum, et aliis omnibus et singulis, et specialiter de necessitate in istis que hic exprimuntur, videlicet in nomine, in cognomine, sive sclata [4]; in contrata, et si est mutata, dicatur: *in tali contrata, sive confinio, nunc in S. in contrata;* in dignitate, si tunc eam tenebat, quamvis ad presens non teneat; in propinquitate, videlicet si continetur in carta pater, filius vel eius filia, utendo *olim* et *condam*, si mortui fuerunt, de quibus fit mencio in cartis; in confraternitate, vel aliqua amicicia. Et iste concordancie aliquando proponuntur in principio precepti, circha personam citatam, aliquando post *responsurus*, circha personam que citare fecit: ubi et qualiter poni debent, poteris comprehendere, ut iacet in cartis. Et nota quod in omni precepto facto in curia ordinaria sine dictis concordantiis, si autentica carta inde non appareret, debet contineri nomen sclate, et si sclata sive proles defficeret, debet contineri filiacio atque contrata, tam rei quam actoris. Et nota, quod in placitis, pro quibus datur tantum unum preceptum, debet exprimi, tam in verbis per preconem, quam in scriptis ipsum ponendo, et de reddendo, seu occasionem propter quam sibi precipitur circa finem — preceptum videlicet *de investicione* vel *de clamore* —et semper debet in fine iungi: [5] *et de eo quod sibi dicere velit;* in quolibet precepto istud apponitur in fine, tam si fit mencio de causa seu occasione, quam non. Placita vero que habent tantum unum preceptum sunt hec: de robaria, preda, furto, forcio, clamoribus, interdictis et presentacionibus; et non possunt neque debent habere inducias advocatoris, ut in statuto libro quinto capitulo decimo septimo. [6] Sed de investicione (qui investivit) habet tantum unum preceptum et potest habere inducias advocatoris, ut statuto libro primo cap. VII. Item de fictibus domorum habent tantum unum preceptum, sine inducia advocatoris, ut statuto libro tercio capitulo IX. Item omnia alia placita, que agitantur in curia extraordinaria, solent habere unum preceptum sine inducia advocatoris. Solent enim iudices habere infirmos excusatos, si legiptime de infirmitate fuerit sibi testificatum.

Dixi supra, karissime, in specie de preceptis in persona domino duci per preconem faciendis, et qualiter scribi et iudicibus reddi debeant, incipiens ab eo tamquam a principe et summo capitaneo Venetorum, et de quibusdam aliis necessariis ad precepta facienda in persona: nunc autem dicam in genere de preceptis faciendis cuilibet [7] in persona, et qualiter debeant reddi per preconem secundum usum; et postea dicam de tempore universaliter, quando reddi debeant omnia et singula precepta facta, tam in persona quam per stridorem cuiuscumque modi, quam eciam per binam contestacionem. Et nota, quod precepta que fiunt po-

---

[1] condam, *om. Cod. Vat.* — [2] noticia condicionis, *Cod. Vat.* — [3] a curia examinatorum, *om. Cod. Vat.* — [4] *vulgo* schiatta. — [5] fungi, *Cod. Vat.* — [6] octavo, *ambo Cod.* — [7] ceteris, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

testati Clugie, vel alicui potestati inde supra, tam si est eorum speciali persone, quam nomine et vice sui communis, debent sic fieri, sicut alia aliarum specialium [1] personarum ibidem commorancium: et debent habere tantum unum preceptum propter distanciam suorum locorum, et accipere iudicialem advocatum postquam in curiam venerint, ad quam citati fuerint, sicut possunt illi de Rivoalto et Torcello et Metamauco secundum usum; et talis terminus instituitur eis in sero, qualis instituitur singularibus personis in ipsis locis habitantibus, ut superius dixi. Et debet preceptum sic scribi et reddi per preconem iudicibus: *precepi ex parte domini ducis nobili viro M. Barbo, olim de confinio sancti Pantaleonis nunc vero potestas Clugie, ut hodie* etc.; et sic omnibus potestatibus, capitaneis a Grado usque ad Caput Aggeris fieri debent, quando fiunt sue speciali persone. Quando vero fiunt pro suo communi, debent sic scribi et reddi: *precepi ex parte domini ducis, nobili viro* [2] *M. Barbo potestati Clugie, nomine et vice sui communis Clugie, ut hodie esset ad curiam, responsurus N. Cauco de confinio sancti Pantaleonis, de investicione et de eo quod sibi dicere vellet.* Et nota, quod post huiusmodi preceptum [3], antequam reddatur iudicibus, quod fit in dictis locis, ubi habent tantum unum preconem, debet sic addi et scribi et reddi: *et hoc suprascriptum preceptum feci ego Semprebene preco in Clugia, seu in Rivoalto,* si factum fuerit in Rivoalto, *potestati vel alicui clugiensi, die decima intrante februario indicione nona;* sed recordare de concordancia cartarum et scripturarum in preceptis ponenda et aptanda. Et nota, quod preco semper in verbis, quando precipit, debet exprimere persone citande cognomen, curiam, videlicet de proprio vel mobili, et horam, videlicet ante terciam, sicut superius dixi; et sic scribitur in respondendo, quando potestas aliis precipi facit, et dignitate potestarie sive capitanarie pretermissa, sicut fiunt precepta omnium singularium personarum ibi commorancium. Quando vero preco habet precipere ab episcopatu Torcelli inde supra, tam potestatibus quam aliis personis usque Gradum, debet petere a iudicibus de die instituenda et hora persone citande, et de quantitate expensarum testium, ut supra dixi. Potest eciam in Rivoalto fieri preceptum indifferenter cuilibet persone, et non solum pro negociis propriis, sed eciam aliorum, virtute alicuius mandati seu commissionis, vel alicuius iuris sibi acquisiti, ut superius dixi. Videlicet, aliquando per testamentum, tam in precipi faciendo quam in respondendo. In precipi faciendo debet sic scribi et reddi preceptum: *ex parte domini ducis M. Starno de confinio sancti I. N. filio condam, vel fratri talis de confinio sancti talis,* si continetur in instrumento quod appelletur filius vel frater, ita ut concordetur; et postea: *ut hodie esset ad curiam, responsurus P. Tervisano S. P. de Maiorbio de presentatione proprietatis, et eo quod sibi dicere vellet;* vel sic: *de clamore quem fecit* [4] *suprascriptus talis talis, suus commissarius, et de eo* etc. Aliquando fit dupliciter et per testamenta et [5] per aliam iurisdicionem mandatorum, seu commissionem, seu iuris alieni per cartam vigoris et roboris vel donacionis acquisiti, hoc modo ipsum scribendo: *precepi ex parte domini ducis Valerperto, de confinio sancti talis, condam patri* [6] *H. sibi relicte de confinio sancti talis, atque tali tali de confinio sancti talis, omnibus commissariis P. Valentini* [7] *de dicto confinio sancti talis, ut hodie essent ad curiam responsuri Johanni Vilielmo de confinio sancti talis, condam compatri et nunc soli commissario Barnabe talis de confinio sancti talis, de clamore et de eo quod sibi* etc. Et nota, quod sic concludi debet preceptum in fine, videlicet de clamore simpliciter, si ipsi commissarii P. Valentini clamaverint super investicione quam posuit dictus Johannes commissarius dicti Barnabe; sed [8] si Barnaba investivit et proclamavit ambobus tunc viventibus, sic concludi debet preceptum: *de clamore quem fecit P. Va. super investicione, quam possidet Barnaba, et de eo* etc.; sed si Barnaba, qui investivit, habebat ius aliorum, propter quos investivit, videlicet vigorem et robur, sic debet concludi: *de clamore quem fecit P. Va. super investicione, quam posuit Barnaba per virtutem unius vigoris et roboris carte, quam habuit a Nicolao tali de confinio sancti talis* etc. Si vero commissarius Barnabe investivit post eius obitum, tunc sufficit concludi simpliciter, scilicet tantum *de clamore et de eo quod sibi dicere vellet.* Et similiter, si commissarii P. proclamaverunt, et non suus commissarius in vita sua, non debet fieri in precepto aliqua mencio de vigore et robore. Si vero commissarius Barnabe acquisivit post mortem Barnabe [9] sui commissarii aliquod ius per eius commissariam cum vigore et robore vel alio iure, tunc non solum in conclusione debet fieri mencio de vigore et robore, verum eciam circha ubi in precepto dicitur *responsurus*, hoc modo: *precepi* etc. *ut hodie esset ad curiam, responsurus Jo. Vi.* [10] *de confinio sancti M. soli commissario B. per virtutem unius vigoris et roboris carte, quam nomine dicte commissarie habet a M. tali de confinio sancti talis, de clamore* etc., si ipse postquam habuit vigorem et robur investivit. Si autem aliqua alia persona investivit, debet fieri eciam mencio in conclusione. Et nota breviter, quod quandocumque aliquis actor precipi facit alicui persone propter aliquod ius aliorum sibi actori commissum, vel per testamentum, vel per furnitionem testamenti, aut per tutoriam, [11]

---

[1] specialium, *om. Cod. Vat.* — [2] domino, *Cod. Vind.* — [3] post hec in omni precepto, *Cod. Vind.* — [4] de clamatione quam fecit, *Cod. Vat.* — [5] vel, *Cod. Vind.* — [6] condam patri, *om. Cod. Vind.* — [7] rivoaltinis, *Cod. Vat.* — [8] et, *Cod. Vat.* — [9] Petri, *Cod. Vat.* — [10] P. M., *Cod. Vat.* — [11] per cortoriam, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

vel per commissariam, vel propter aliquod ius sibi acquisitum, per quod datur sibi bailia sive potestas placitandi, utpote per vigorem et robur, vel per donacionem, aut per securitatem et refutacionem, sive per hereditatem, per successionem, [1] aut per alium hiis similem modum, tunc, tam de consuetudine approbata quam secundum statutum libro primo cap. XIIII, debet fieri mencio in quolibet precepto de ipso iure aliorum, pro quo precipi ipse facit, et a quo ipse habet ipsum ius aut pro quo; hoc modo. Si habet ius per testamentum, post illud vocabulum *responsurus*, debet sic dici scribi et reddi per preconem: *responsurus tali tali, et tali tali commissario talis et talis* etc. Si per furnitionem: *responsurus tali tali, et tali et tali, procuratoribus sancti Marci, atque tali tali et tali de confinio tali* [2], *condam filio, nunc vero* [3] *furnitoribus testamenti talis talis.* Et similiter per tutoriam, faciendo mencionem pro quo sint instituti tutores. Sed hec duo precepta semper agitantur in curia procuratorum. [4] Si vero per commissariam: *responsurus tali tali de confinio tali per virtutem unius commissionis carte quam habet a tali tali.* Et similiter fieri debet per vigorem et robur et per donacionis ac securitatis et refutacionis cartas. Si autem per hereditatem: *responsurus tali tali de confinio tali, condam filio et heredi talis talis de confinio tali.* Si per successionem: *responsurus tali tali de confinio tali, nunc magis propinquo talis talis;* vel sic: *responsurus tali tali nunc magis propinquo et successori talis talis.* Et quamvis hec suprascripta sint necessaria actori quum reo per se [5], nichilominus si reo precipitur pro nomine et vice aliorum ab eis vel pro eis aliquod ius habenti, necessarium est eciam actori illud ius ponere et exprimere in precepto incontinenti post nomen et cognomen, et contratas ipsius rei citare, specialiter in hiis casibus: videlicet, per testamentum, per furnitionem, per tutoriam, per commissariam, propter quos habet quis ius sibi commissum, quia, non suo nomine, sed alieno in curia precipitur comparere. Et nota, quod quandocumque alicui precipitur nomine alieno, incumbit actori coram iudice facere mandatum ostendi; solent enim iudices isti, reddito precepto et ostensis aliquibus racionibus per actorem, ad eius peticionem [6] cogere [7] reum et alias quascumque personas sub pena, ut adducant [8] cartas et scripturas necessarias ad curiam, si placitum eidem curie pertinuerit. Item, si habet quis ius sibi acquisitum et ipse proclamaverit, non est necesse actori facere aliquam mencionem de ipso iure acquisito, videlicet de vigore et robore vel de donacione etc. sed solummodo de clamore etc. [9] Sed si alius proclamavit, debet fieri mencio et circha principium et circha finem in precepto de ipso iure acquisito, hoc modo: *precepi ex parte domini ducis tali tali de confinio tali, habenti cartam vigoris et roboris,* [10] *a tali, ut hodie compareat ad curiam, responsurus tali tali de confinio tali, de clamore quem fecit suprascriptus talis talis super investicione dicti talis talis et de eo* etc.; et hoc fit de consuetudine. Et nota, quod quandocumque precipitur alicui, qui non clamavit vel investivit, sic mencio fieri debet in clausula precepti circa finem, scilicet de eo qui clamavit vel investivit; et aliter preceptum non valet in placito unius precepti, sed in aliis bene et sufficienter valet, [11] videlicet ubi concluditur solum de eo quod sibi dicere vellet. Sunt enim placita quedam de duobus preceptis, in quibus eciam de consuetudine exprimitur causa pro qua citatur in conclusione, quamvis non sit necesse, videlicet de administracione, de tenuta et possessione, de divisione proprietatis. Et nota, quod si exprimeretur in quolibet de duobus preceptis, propter hoc non viciaretur preceptum. Et nota, quod ubicumque plures commissarii habent communem administracionem, omnibus et singulis debet precipi; et omnes debent per se vel alium legiptime comparere: alioquin, si aliquis deffecerit qui non venerit, vel non steterit, omnes debent stridari, ac si aliquivis non venisset. Quod non observatur quando plures heredes vel successores citantur: quia in commissaria habentur omnes commissarii ad placitandum et respondendum et administrandum; in hereditate et successione, quilibet potest pro se [12] placitare et respondere pro parte sua. Sed si fuerint tres commissarii, et maior pars per testamentum poterit administrare, nichilominus omnibus tribus, si fuerint omnes in Rivoalto, debet preceptum fieri et scribi et reddi; at si unus in curia deffecerit, vel non venerit, nichilominus iudices pro illa maiori parte, que venerit et steterit, solent largiter procedere: sed si aliquis esset extra Venecias non debet ille citari. Non licet actori aliquem commissarium de commissaria aliqua excludere; sed iudices, facto omnibus precepto qui sunt in Rivoalto, possunt procedere pro maiori parte, iuxta formam testamenti: alioquin preceptum non valet. Et similiter intelligatur de furnitione et tutoria, et aliis hiis similibus. Et nota, quod quando precipitur testatori, seu pro cartis adducendis ad curiam, debet fieri preceptum de certa licencia iudicum, tam quando fit cum pena quam sine pena; et solent reddi per preconem tantum in verbis sine scriptis.

Preterea fit eciam preceptum per preconem domini ducis, ad istam curiam et ad omnes alias curias de palacio iudicum secularium, in certis casibus,

---

[1] per successionem, *om. Cod. Vind.* — [2] et tali de confinio tali, *om. Cod. Vind.* — [3] omnibus, *Cod. Vind.* — [4] in curia, *Cod. Vat.* — [5] actor quam per se, *Cod. Vind;* actor quum tum per se, *Cod. Vat.* — [6] ad curie peticionem, *Cod. Vat.* — [7] cogat, *Cod. Vat.* — [8] adducat, *Cod. Vat.* — [9] sed solummodo de clamore, *om. Cod. Vind.* — [10] roborationis, *Cod. Vat.* — [11] valet, *om. Cod. Vind.* — [12] pro se, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

clericis et religiosis ac ecclesiasticis personis, de consuetudine diucius observata continue. Uno videlicet, [1] si persona ecclesiastica cuiuscumque ordinis seu conditionis sit, et habeat ius aliorum sibi commissum vel acquisitum, ut superius exposui: scilicet per commissariam, vel vigorem et robur; tunc enim debet dictis personis ecclesiasticis precipi ad illam curiam ad quam precipitur illi per quem commisit, vel qui tribuit aliquam racionem cum vigore et robore. Et hoc eciam de similibus ad similia, ut statuto libro primo capitulo LXX, ubi de huiusmodi vigore et robore statuitur, quod ad curiam illius precipi debeat, unde, sive a quo, ipsa racio rei acquisite originem habuit. In alio vero casu solet precipi coram iudicibus secularibus pro bonis seu dimissoriis alicui dimissis per testamentum a personis ecclesiasticis, tam mobilibus quam inmobilibus, et maxime si sui commissarii sunt layci vel aliquis eorum. Et nisi tantum pro dimissoriis; [2] sed pro debitis denariorum et rerum mobilium, debet fieri preceptum ad curiam ecclesiasticam per eius preconem. Verumtamen, si omnes commissarii persone ecclesiastice fuerint clerici et persone ecclesiastice, solet fieri preceptum ad curiam ecclesiasticam, nisi in illis casibus pro quibus illa persona ecclesiastica, si viveret, preciperetur ad curiam secularem: videlicet, de investicione, clamore, presentacione proprietatis, de laborerio proprietatis clamato vel interdicto, de intromissione alicuius proprietatis per vim aut per forciam. Et breviter non solum de predictis specificatis, sed generaliter de omnibus et singulis casibus et questionibus proprietatum seu possessionum, tam ecclesiarum quam de patrimonio alicuius persone ecclesiastice, positarum a Grado usque ad Caput Aggeris, cuilibet persone precipitur coram iudicibus secularibus et de consuetudine approbata. Et cogito quod hec ab antiquo specialiter fuerunt concessa Veneciis de gracia ab ecclesia, quia semper sic continue observantur. Videlicet in primo casu, ut omnis fraus et dolus per commissum ius aliorum vel acquisitum, dum mutatur curia, abiiciatur, quia fraus et dolus alicuius patrocinari non debet. In secundo vero casu de dimissoria, ut voluntates ultime per racionem [3] summarie factam cicius expediantur. In tercio casu, [4] ut iura inmobilium et proprietatum ecclesiarum, ac ipse proprietates conserventur et teneantur quasi per hedificatores qui ellevaverunt eas de aqua et hedificaverunt ecclesias, ac eas de ipsis bonis inmobilibus suis sudoribus et laboribus [5] ellevatis et edificatis dotarunt, non destruentur nec usurpentur; quia isti iudices in hac parte possunt pocius appellari procuratores et tutores [6], deffensores et conservatores ipsorum bonorum, ne usurpentur, quam iudices. In aliis vero casibus non solet sibi fieri preceptum ad curiam secularem per ipsum preconem domini ducis, nisi in casibus officii notarie vel cancellarie, quibus casibus per dictum preconem potest [7] precipi omnibus et singulis clericis, notariis vel cancellariis ad quamlibet curiam secularem, et pena pecuniaria sibi imponi et tolli secundum usum.

Viso supra de precepto faciendo cuilibet in persona, et de hiis que sunt necessaria ad singula facienda, et qualiter sunt scribenda et reddenda, nunc videndum est de aliis preceptis que fiunt per stridorem, et quot modis fit stridor, et quando potest dari, fieri et scribi, et quomodo iudicibus reddi debeat. Et nota, quod stridor aliquando fit per preconem, aliquando per advocatores curie, aliquando per principales personas in suis placitis. Et nota, quod nullus stridor fieri potest, nisi de licencia et iussione iudicum, tam per preconem quam per aliam quamcumque [8] personam. Fit autem stridor aliquando per preconem, aliquando publice, aliquando private. Fit quidem publice quando fit in publicis locis, ut in palacio et platea sancti Marci super columpna porfiretica, [9] in Rivoalto super scalas, ubi solet fieri, et ad ecclesiam illius qui stridari debet. Fit autem stridor private, quando fit ad locum privatum solummodo, videlicet ad domum tantum ubi habitabat [10] stridandus. Et nota, quod iste stridor privatus dari non debet nec fieri nisi [11] persona citanda publice inveniri non poterit, diligenter pluribus diebus et locis requisita per preconem; et postmodum datur stridor a iudicibus, et precipitur ut citandus ad domum stridetur, sibi instituendo certam diem et horam ad comparendum coram eis, responsurus etc. Sed talis stridor privatus de consuetudine dari non debet, nec fieri potest nisi primo ille, qui petetur stridandus, habuerit unum preceptum in persona in eodem [12] placito, quo petitur stridari, et eadem curia, et [13] non venerit, et in registris curiarum, que sunt astricte ad statutum generale, inveniatur scriptum, quod sit positus ad unum preceptum hoc modo: *C. C. de confinio tali, habente unum preceptum a C. C. de confinio tali, de dominio proprietatis et de eo* etc., vel tantum *de eo quod sibi* etc. Excepto in illis casibus, pro quibus unusquisque tenetur et cogitur a statuto publice morari Veneciis, videlicet a Grado usque ad Caput Aggeris; et debet morari, aut in civitate Rivoalti, aut in sua civitate vel loco per annum, vel per certum tempus a iudice assignatum: qui si infra annum vel infra ipsum tempus sibi commissum et assignatum inveniri non poterit, debet, sine precepto in persona sibi facto,

---

[1] una vice, *Cod. Vat.* — [2] de commissariis, *Cod. Vat.* — [3] per citationem, *Cod. Vind.* — [4] in tercio vero, *Cod. Vind.* — [5] suo sudoribus et laboreriis, *Cod. Vat.* — [6] proprietatum tutores, *Cod. Vat.* — [7] potest per dictum preconem, *Cod. Vat.* — [8] per quamcumque aliam, *Cod. Vat.* — [9] proferita, *Cod. Vind.; vulgo* Piera del bando — [10] habitat, *Cod. Vat.* — [11] quum, *Cod. Vat.* — [12] eiusdem, *Cod. Vat.* — [13] eciam, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

privatim [1] stridari ad domum sue habitacionis de iussu iudicum per preconem. Sed prius debet, antequam detur stridor, inquiri de illo qui debet stridari, et maxime per preconem; et si, requisito, non inveniatur publice in dictis locis et civitate, solet [2] citandus stridari, ut predicitur. Et nota, quod si citatus in persona venerit ad curiam ad primum preceptum, et steterit ut debuerit, et actor nichil dixerit, non valet [3] istud preceptum pro uno precepto in curia ordinaria ubi contumaces scribuntur ad unum preceptum, nec solet dari stridor, ut statuto lib. I cap. VI. Et nota, quod sine aliquo precepto precedenti in persona, potest dari iste stridor privatus in septem casibus solummodo, quum quilibet astringitur per statutum publice in Veneciis morari [4] per annum. Primo, qui [5] habuerit unum preceptum, et sibi a iudice interdicatur [6] ut de Veneciis non exeat, ut eodem cap. statuti. Secundo, ille qui fecerit vocari aliquem de foris [7] Veneciis per binam contestacionem ad certum terminum, ut statuto eiusdem libri cap. XI. Tercio, ille qui fecerit terminum assignari alicui per vadiam testificacionis, quod quis sit visus ire super terraneo versus Tarvisium vel alibi, ut eodem capitulo, et eiusdem libri cap. X. Quarto, qui per se vel pro alio [8] tulerit interdictum. Quinto, ille qui clamat super investicione alterius. Sexto, qui investit possessionem alterius. Et isti tres casus sunt omnes singuli sub uno cap. statuti, lib. I cap. XVI. Septimo, si extraneus, qui non sit propinquus vel lateraneus, proclamaverit super investicione ad usum novum per debitum vel similem racionem, morari debet Veneciis per annum per se aut per suam plenam commissionem, in qua contineatur placitum et responsurus de etc., ut statuto lib. III cap. XIII. Isti vero omnes et singuli publice morari debent Veneciis usque ad annum per se vel per suam plenam commissionem. Alioquin, si in Veneciis publice morari [9] non invenientur, tunc infra annum auctoritate iudicum ad domum habitacionis eorum stridari debent, et poterit per iudices contra eos in iudicio procedi. Et nota, quod premissum ultimum cap. statuti lib. III videtur et sic est: quod si propinquus vel lateraneus clamat, non coguntur infra annum Veneciis publice morari, sicut tunc venditor, qui potest evacuare clamores factos. Super investicione ad usum novum propter debitum fit iste stridor per preconem, ut dictum est.; scribitur autem sic: *stridavi ex parte domini ducis et per legem iudicum ad domum C. C. de confinio tali, ut hodie* etc. per totum, sicut fuit preceptum in persona. Post annum vero non datur [10] stridor alicui in predictis casibus, nec aliquo eorum, nisi primo preceptum in persona precesserit. Datur eciam talis stridor a iudice, [11] post terminum datum a iudice [12] alicui et assignatum ad certum tempus et elapsum, ut in termino bine contestacionis et aliis similibus, si citatus infra terminum, vel ad terminum, coram iudice non comparuerit: alioquin, minime dabitur nisi precedente precepto in persona.

Datur autem stridor publicus a iudice, et fit publice per preconem septem modis. Primo modo datur pro possessione dividenda illis qui sunt absentes extra Venecias, semel ad eorum domus et semel ad Rivoaltum, ipsis absentibus, ac presentibus, certum terminum et diem assignando ad peticionem presencium: alioquin, [13] non obstante alicuius eorum [14] absencia, iudices procedent mediante iusticia ad divisionem faciendam secundum usum, ut statuto libro tercio cap. VII. [15] Facto vero stridore de absentibus, et assignato termino similiter ad eamdem diem et horam presentibus per eumdem preconem, idem preco ipsum stridorem solet iudicibus tantum reddere sine scriptis in verbis, quando et ubi ipse illum fecit, et quem terminum partibus assignavit; iudices autem solent precipere ut talis stridacio scribatur in quaterno curie per suum notarium. Solet autem sic scribi: *die tali talis preco retulit dominis iudicibus se publice stridasse ex parte domini ducis et licencia iudicum alta voce die tali, semel ad domum C. C. de confinio tali, et semel ad Rivoaltum, ut ipse talis, qui dicitur esse foris Venecias, veniat* [16] *ad curiam die X lune exeunte mense februario ad divisionem de suis proprietatibus ubique in Veneciis positis cum C. C. de confinio tali et C. C. in Veneciis presentibus (faciendam); et eumdem terminum eisdem C. C. de mandato dominorum iudicum assignavit; et quod, non obstante absencia alicuius, per iudices procedatur ad divisionem faciendam secundum usum, si petitum* [17] *fuerit ab aliquo eorum.* Et nota, quod pro huiusmodi divisionibus de possessionibus faciendis, [18] si aliquis, cui expectat dividere, relictus a patre ab intestato, fuerit infra etatem constitutus, iudices debent intervenire pro eo ad divisionem faciendam. Item si fuerit infra etatem et sub potestate commissariorum seu furnitorum vel tutorum, si non habent potestatem dividendi, non possunt petere divisionem faciendam; sed bene vocari possunt, et per preconem in persona, et per huiusmodi stridorem, si erunt absentes, vel aliquis eorum, ad divisionem faciendam per iudices, et non sine iudicibus, ut eodem cap. libro III. Secundo modo datur stridor publicus ad domum ubi habitabat aliquis defunctus vel ad eius ecclesiam, de quo non invenitur aliquis heres, vel successor, aut propinquus, aut testamentum; et debet stridari per preconem tribus diebus dominicis, ut statuto libro III

---

[1] prius, *Cod. Vat.* — [2] solet eciam, *Cod. Vat.* — [3] solet, *Cod. Vat. et Vind.* — [4] recitari, *Cod. Vat.* — [5] quod, *Cod. Vind.* — [6] interdici, *Cod. Vat.* — [7] defendi, *Cod. Vat.* — [8] vel alium, *Cod. Vat.* — [9] *verba:* debent... publice morari *exciderunt in Cod. Vat.* — [10] dabitur, *Cod Vat.* — [11] *et* [12] iudicibus, *Cod. Vat.* — [13] aliquando, *Cod. Vind.* — [14] dierum, *Cod. Vat.* — [15] cap. VIII, *Cod. Vat.* — [16] venerit, *Cod. Vind.* — [17] presentato, *Cod. Vat.* — [18] de possessione facienda, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

cap. XXXV. [1] Et nota, quod antequam detur iste stridor, solent iudices diligenter inquiri facere per preconem ad domum et ad contratam ubi habitabat defunctus, de eius heredibus, successoribus, propinquis et testamento, et si aliquid huiusmodi non invenitur, tunc stridor dari debet. [2] Habita preco licencia a iudicibus, debet sic stridare ad domum defuncti: *ex parte domini ducis et legis dominorum iudicum de proprio, crido et precipio hic ad domum talis talis defuncti, ubi in vita sua habitabat, quod si est aliquis eius heres, successor vel propinquus, aut aliquis sciens eius testamentum alicubi esse, die lune proxime usque ad octo dies proximas esse debeat* [3] *ad curiam coram iudicibus de proprio, responsurus tali tali de confinio tali de clamore* etc. Debet autem iste stridor, qui fieri debet per tres dominicas, sic scribi et reddi iudicibus: *stridavi ex parte domini ducis et legis publice per tres dominicas ad domum talis talis defuncti de confinio tali, ubi ipse in vita sua habitabat, ut si est aliquis supervivens* [4] *heres, successor vel propinquus, aut aliquis habens suum testamentum, hodie esse debeat ad curiam, responsurus tali tali de confinio tali de clamore quem ipse talis talis fecit super investicionem eiusdem talis et de eo* etc. Et si dictus stridor datur fieri ad ecclesiam, debet tunc sic scribi et reddi: *stridavi ex parte domini ducis et legis per tres dominicas ad ecclesiam sancti Petri, in cuius contrata est domus in qua habitabat talis talis in vita sua, qui nunc mortuus est, ut si est* etc., ut supra. Et nota, quod in qualibet dominica, qua sic stridatur, debet semper assignari terminus a proxima die lune ad octavam diem lune, usque ad quartam diem lune, in quo ante terciam debet reddi preceptum, et iterum sic stridatur in curia, ut fit de aliis preceptis et stridoribus. Et nota, quod si per istum stridorem aliquis propinquus defuncti apparuerit in curia, dicens se esse propinquum, opportebit ipsum propinquum ostendere et probare coram iudici suam propinquitatem; alioquin non admittatur, sed procedent inde [5] iudices per ipsum stridorem, ac si ipse propinquus non comparuerit. Quod non fit quando aliquis vocat aliquem propinquum alicuius nominatim, quia tunc opportet vocantem probare proximitatem citati: alioquin non auditur qui citare fecit illum propinquum. Tercio, stridantur omnes carte, que dari debent cum vigore et robore, publice in ecclesia debitoris per tres dominicas ex parte domini ducis et lege iudicum examinatorum per preconem antequam transactentur, secundum usum et formam consilii. Quarto, stridantur eciam omnes alienaciones, transactiones et concessiones proprietatum, [6] et omnes alie carte, per quas dominium alicuius possessionis transfertur in aliis, per preconem publice in scalis Rivoalti, super columpna sancti Marci et ad ecclesiam venditoris per tres dominicas, ex parte domini ducis et lege iudicum examinatorum; et debet fieri mencio in ipso stridore, per preconem, de nomine vendentis et ementis, et ubi proprietas est posita, et qualiter confiniat, et de precio ipsius sive fictu, quantum est. Isti vero duo stridores notantur ad curiam examinatorum, secundum usum et formam consilii. Et nota, quod non stridantur bona proprietatum, quas pater donat filio suo tempore eius emancipationis pro sua paterna benedicione, quando dividit eum a se, per securitatis cartam; et eciam, quando pater aliquam proprietatem dimittit filio suo vel alicui ex descendentibus, [7] non debet illa stridari, nec de ipsa fieri aliquod datum, quia non intelliguntur tales proprietates, sic donate vel dimisse filio a patre, esse alienate, nec in eis iudices examinatorum habent subscribere de consuetudine et secundum formam statuti lib. I cap. IIII circa finem eiusdem capituli. [8] Nec eciam est necesse stridari renovacio concessionis livellarie in perpetuum alicuius proprietatis, quando renovatur; nec per iudices subscribitur, dummodo fiat mencio in renovacione de prima concessione. Alie vero omnes donaciones et pignoraciones, et alie singule carte alienationis proprietatum, debent stridari, in quibus iudices examinatorum debent subscribere, ut statuto lib. V cap. XI et cap. XII, secundum consilium ut dictum est. Quinto, stridantur eciam per curiam proprii bona defunctorum, qui moriuntur extra Venecias ab intestato, et pervenerunt ad ipsam curiam, publice per preconem semel ad sanctum Marcum et semel ad Rivoaltum, ut quicumque habet dicere de dictis bonis vel petere, infra VIII dies coram iudicibus debeat comparere: alioquin ex tunc [9] ipsi iudices procedent ad ea distribuenda, secundum usum et statutum Veneciarum, ut statuto lib. V cap. IV et VI. Et tunc, facta hac stridacione, debet scribi in quaterno curie nomen preconis et dies stridacionis, quando fuit facta, et nomen defuncti, cuius fuerunt ipsa bona stridata; [10] et subsequenter debent scribi nomina eorum qui se presentaverunt, tam creditorum quam heredum et successorum. Sexto, stridantur eciam fugitivi, ut mandat statutum [11] speciale curie peticionis: habent enim cavere qui de huiusmodi stridacione fugitivorum debent cognoscere et stridacionem fieri facere, ne absencia fugitivi sit maliciosa vel fraudulenta aut ficticia, quia tunc, si talis (paruerit) in consciencia iudicum, qui habent de huiusmodi cognoscere, habeatur tamquam super [12] esset testificatum per mille testes. Quod (si) honere debiti pergravatus quis fugerit, non debent ipsum sumere pro fugitivo, nec ipsum stridari facere. Solet enim

---

[1] cap. XXX, *ambo Cod.* — [2] debet dari stridor, *Cod. Vat.* — [3] debeant, *Cod. Vat.* — [4] superveniens, *Cod. Vat.* — [5] inde, *om. Cod. Vat.* — [6] proprie tantum, *Cod. Vat.* — [7] vel descendentibus, *Cod. Vind.* — [8] circa finem eiusdem carte, *Cod. Vat. et Vind.* — [9] ex nunc, *Cod. Vat.* — [10] stridata bona, *Cod. Vat.* — [11] ut mandatur statuto, *Cod. Vat.* — [12] quamquam, *Cod. Vat. et Vind.;* super, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

in talibus committi malicia, in penis cartarum que sunt rapte, [1] contra creditores, ut non habere possint nisi capitale, vel contra debita creditorum existencium extra Venecias, ut cito et subito ipsis bonis venditis, non inveniant unde se appacare possint, quod est maxima malicia furti. Cui ipsi iudices habent penitus obviare ex suo officio, quia est non solum furtum, sed aperta expoliatio. Solet eciam committi fraus et dolus contra propinquos et lateraneos, ut usurpentur eorum iura, tam propinquitate quam lateranitate, qui debent preponi omnibus aliis emere volentibus aliquam proprietatem: que iura ipsi perdunt per talem absenciam fraudulentam, et perdunt eciam id quod debent habere de precio pro adavantagio, si vendita foret per usum novum, videlicet VIII vel VI aut IIII pro centenario, ut statuto lib. III cap. XIX [2] et cap. XXIII, cui fraudi habent attencius obviare. Item, solet eciam esse ficticia contra veritatem, quia debitum erit ficticium et non verum, et inde oritur absencia ficticia, ut quis cicius precium possit percipere et habere, sub tali decepcione, cui iudex non debet penitus confovere. Tunc suum officium ad talem absentacionem non extenditur, nisi absentator vere fidei sit honere debiti pergravatus, et tunc potest stridari secundum usum. Septimo, stridantur eciam malefactores in causis criminalibus ut habetur in promissione domini ducis. Item stridatur proprium antequam fiat noticia infra XXX dies semel ad sanctum Marcum, et semel ad Rivoaltum, et semel ad ecclesiam, ut statuto lib. III cap. XXXVI. Item stridatur similiter antequam quis ponatur in possessione per [3] proprium, ubi noticia vel noticiola fieri non debet; et si per noticiolam, infra XXX dies (a quo) primo facta fuerit, ut eodem preallegato capitulo ultimo lib. I cap. LXIIII, et de consuetudine. Item fit stridor publice in curia qualibet ordinaria coram iudicibus per advocatorem, qui ad ipsam curiam [4] placitare potest, aut per principalem personam ipsius placiti, quando reus ante terciam non comparet in curia, ad quam citatus fuerit. Et eciam per illos qui habent ius aliorum sibi acquisitum vel commissum, ut supra diximus. Et nota, quod commissio in qua continetur: *non obstante mutua iussione*, sive *si ego video te vel tu videris me* etc. non valet: ymmo, qui rogat talem commissionem et fieri facit, cadit ad penam librarum L. Item, potest quilibet placitari pro tali suo propinquo et de prole, pro quo exiret de consilio. Et nota, quod (ad) omne placitum, quod pledatur in curia per stridorem propter absenciam rei, debet reus absens tribus vicibus stridari, et postea debet recitari preceptum per advocatorem vel per aliquam dictarum personarum ibi [5] coram iudice in pede [6] stancium. Et postea, ut ponatur reus ad unum preceptum vel pledetur racionabiliter, antequam pulsetur ad terciam sancti Marci; et postea debet reus expectari usque post dictam terciam, et tunc iterum debet semel in [7] curia stridari per illam personam que pledavit ante terciam, et debet petere a iudicibus sentenciam. Et si reus venerit, vel aliquis pro eo, poterit respondere vel terminari per iudices. Alioquin tunc, intellectis racionibus partis presentis, si per eas [8] viderint ipsam [9] ius habere, iudicabunt ut statuto lib. I cap. VI. Potest eciam pledari quelibet persona alicui data specialiter a domino duce et a suo minori et maiori consilio, et citatus [10] in curia stridari. Et nota, quod dominus dux non debet modo aliquo stridari, nisi de sua licencia et verbo, de consuetudine continue approbata, propter excellenciam sue dignitatis. Ad duas vero curias de palacio extraordinarias stridantur, non solum reus, sed eciam prius actor per preconem post terciam sancti Marci, videlicet *dal men* et *forinsecorum*.

Fit eciam preceptum per binam contestacionem subdictis venetis qui sunt extra Venecias, aliquando cum bulla plumbea ducali pendenti, aliquando per preconem sine bulla: fit autem sine bulla, sed tantum per cedulam in scriptis, Ferrarie et [11] eius districtu, Padue et eius districtu, Tarvisii et eius districtu: cum bulla solet fieri in omnibus aliis locis. Scribitur autem cedula, postquam est ordinata bina a iudicibus, que esse debet sine bulla, hoc modo per notarios curiarum: *precipere debeo ego talis ministerialis curie palacii ex parte domini ducis et lege iudicum sub bina contestacione tali tali de confinio tali, nunc vero in districtu Ferrarie commoranti, tam in civitate Ferrarie quam in toto eius districtu, ubicumque eum invenire potero, ut usque ad dies X proxime sequentes, postquam ei precipero, vel infra, esse debeat per se vel per sufficientem responsalem in civitate Rivoalti ad curiam dominorum iudicum de proprio, responsurus tali tali de confinio tali, de clamore quem ipse fecit super investicione dicti talis talis, quam ipse posuit super V proprietates talis talis, una quarum est posita in confinio tali, et alia etc., que fuerunt talis talis, propter tres cartas testatas et roboratas; una quarum est manifestacionis carta, quam fecit talis talis ipsi tali tali de libris C., facta anno etc., alia est breviarii legis carta dicte manifestacionis facta anno etc., tercia est proclamacionis carta dictarum manifestacionis et brevarii legis facta anno etc., et de eo. Alioquin ex tunc ipsi iudices, non obstante eius absencia, mediante iusticia procedent in quantum fuerit procedendum, secundum usum et formam statuti Veneciarum.* Facto dicto precepto, preco debet referre iudicibus quando ipsum fecit, et ubi, et sic denotari debet in curia, ut statuto lib. I

---

[1] rupte, *Cod. Vind.* nupte, *Cod. Vat.* — [2] cap. XI, *Cod. Vat.* — [3] per, *om. Cod. Vat.* — [4] curiam, *om. Cod. Vat.* — [5] ubi, *Cod. Vat.* — [6] in pedibus, *Cod. Vat.* — [7] in, *om. Cod. Vat.* — [8] et per eas, *Cod. Vat. et Vind.* — [9] ipsam, *om. Cod. Vind.* — [10] citatos, *Cod. Vat.* — [11] vel, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

cap. XI. Altera vero, que habet fieri cum bulla, solet scribi per unum de cancellariis aule ducalis, postquam a iudicibus extiterit ordinata, tam de termino quam de loco, et aliis que expedierint [1] per eos ordinari. Et nota, quod bina non debet modo aliquo dari a iudicibus, nisi ille qui eam petit eis ostenderit ita ad plenum racionabiliter raciones, [2] quod si citandus esset presens teneretur respondere. Et si aliquid deffecerit, bina dari non debet, de consuetudine approbata. Et non potest vocari per binam nisi qui est Venetus, seu habet domicilium Veneciis, et habet etatem, et non sit filius familias, aut quod non habeat aliud legiptimum impedimentum; sed si erit forbannitus, nichilominus vocatur per binam contestacionem, ad respondendum et se deffendendum, sed in petendo [3] non assumetur eius procuracio. Debet autem hec bina contestacio sic contineri et scribi ex parte domini ducis et lege iudicum: *Marinus Georgio dei gratia Veneciarum Dalmatie atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidie tocius imperii Romanie, nobili viro tali tali fideli suo dilecto de confinio sancti talis de Veneciis, nunc vero Pole commoranti vel in eius districtu, salutem et dilectionis affectum.* Et si non fuerit nobilis persona, sufficit tantum dicere sic: *Petro tali de confinio sancti talis de Veneciis, nunc vero Pole commoranti vel eius districtu, fideli suo devoto suam gratiam cum salute. Coram nostris iudicibus de proprio comparuit nobilis vir talis talis de confinio sancti talis, filius condam Berte, olim uxoris talis talis, de confinio sancti talis, ac eius bonorum successor, ostendens eis duas cartas completas et roboratas; quarum una est diudicatus carta, facta ab incarnacione usque Rivoalto, quam nos cum nostris iudicibus fieri fecimus eidem suprascripte Berte postquam comprobavit* [4] *et iuravit de sua repromissa, et de hiis omnibus que sibi habere pertinuerunt,* [5] *secundum usum patrie nostre, per quam ex iudicio igitur nostrorum iudicum, et nostra confirmacione, potestatem dedimus plenissimam ad ipsam suprascriptam Bertam tantum intromittendi et ad proprium dominandi* [6] *de bonis omnibus et habere atque proprietatibus terrarum et casarum cohopertis et discohopertis suprascripti condam viri sui defuncti, quantum sunt libre denariorum venecialium C., habendi, tenendi etc., ut in ea legitur. Altera est investicionis sine proprio carta facta anno usque Rivoalto, qua testificatur Semprebene ministerialis curie palacii, quod* [7] *die eadem* [8] *propter preceptum nostrum et per legem nostrorum iudicum investivit sine proprio ad nomen suprascripte Berte cunctas,* [9] *videlicet super totas, tres proprietates terrarum et casarum cohopertarum et discohopertarum, que fuerunt suprascripti talis viri condam suprascripte Berte: una quarum posita est in confinio sancti P., et firmat ab uno suo capite in rivo etc., per omnes confines ut continet* [10] *investicio; altera posita est in confinio sancti S., et similiter omnes confines;* et sic de tercia, ut sunt confinate singule secundum investiciones, et postea propter suprascriptam diudicatus cartam, *quibus investicionibus interfuerunt tales tales* etc., ut in ea legitur. *Item ibidem fecit eciam testificari legiptime* [11] *idem talis talis, quod suprascripta Berta mortua est, ad cuius obitum remansit solummodo suprascriptus talis talis, eius solus filius,* [12] *heres ac successor.* Et sic poteris inserere in qualibet bina, mutatis mutandis et additis addendis, secundum concordacionis cartas et testificacionis, et ut instructus cancellarius noverit inserere ordinate et discrete penes se; et postea, prepositis dictis cartis et testificacionibus, seriatim sic iniungas: *quod omnibus sic ostensis, visis et intellectis, idem talis talis a nostris iudicibus maxima cum instancia suplicavit, ut te per binam contestacionem ex parte nostra facerent* [13] *secundum usum nostrum vocari: quo nobis per legem diligenter a dictis nostris iudicibus requisito, idcirco tibi suprascripto tali tali de confinio sancti talis de Veneciis, nunc vero Pole commoranti sive eius districtu, per legem eciam nostrorum predictorum iudicum, in hiis scriptis precipiendo mandamus sub bina contestacione, ut usque ad unum mensem, postquam hec nostra pagina tibi fuerit presentata, et si occurreret dies feriata, tunc in proxima* [14] *die non feriata comparere et esse debeas per te, vel per legiptimum nuncium tuum, vel responsalem sufficientem, coram nostris dictis iudicibus de proprio in eorum curia, responsurus tali tali etc.,* ut supra, *de clamore quem tu fecisti super dicta investicione et de omni eo quod tibi dicere voluerit. Alioquin ex tunc, non obstante tua absencia, ipsi nostri iudices tam ad sentenciam quam ad alia procedent,* [15] *ut de iure fuerit procedendum, secundum usum et formam nostri statuti. Datum per amonitionem ducalis palacii per manum presbiteri I., nostre curie cancellarii, die secundo marcii indictione nona.*

Et sic potest fieri de omnibus aliis placitis seu causis, tam de uno precepto post annum elapsum, quia infra debet fieri per stridorem, ut dictum est; quam eciam de duobus preceptis, ut de administracione et omnibus aliis. Et provide studeas attendere et providere ne aliquid de substancia placiti defficiat in bina contestacione, videlicet carte, testificaciones et concordancia nominum et cognominum ad cartas et testificaciones, sicut habent concordari: quia frustra acciperetur illa bina contestacio, et nil penitus valeret, et labores et expense totaliter perderentur; quia aliquid quod sit de substancia iudicari non potest in curia coram iudicibus postquam missa et lata (est) ipsa bina contestacio, secundum consuetudinem approbatam. Verumtamen, si aliquis vellet aliquem vocari facere

---

[1] expedierit, *Cod. Vat.* — [2] racionem, *Cod. Vat.* — [3] inpetrando, *Cod. Vat.* — [4] approbavit, *Cod. Vat.* — [5] item petraverunt, *Cod. Vat.* — [6] ad astum dominandum, *Cod. Vat.* — [7] ex, *Cod. Vat.* — [8] etatem, *Cod. Vat.* — [9] ydonee cartas, *Cod. Vat.* — [10] continetur, *Cod. Vat.* — [11] testificatum legiptimum, *Cod. Vat.* — [12] solus eius, *Cod. Vat.* — [13] fecerint, *Cod. Vind.* — [14] tunc dies feriata in proximo die, *Cod. Vind.* — [15] procedunt, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

sub bina contestacione, et non habuerit nisi testimonium, et non cartas super principali quod intendit petere ab aliquo, iudices non debent recipere ipsos [1] testes, nec dare aliquam binam contestacionem, nisi primo scribatur per iudices illi qui petitur citari: *quod talis talis intendit coram eis tali die ante terciam* [2] *in sua curia introducere testes contra eum super tali causa, quia intendit probare quod sibi tenetur ad tale quid. Et ipse absens coram eis tali die ante terciam in sua curia debeat comparere ad audiendum ipsos testes et eorum dicta: alioquin, non obstante eius absencia, iuris ordine observato, ipsi testes et eorum dicta recipientur ab ipsis iudicibus ordinate, et deinde procedent prout de iure fuerit procedendum. Datum* etc.; et hoc cuytu [3] facto, et receptis dictis testium, per illa dicta testium solet dari bina contestacio tam sine bulla quam cum bulla. Sed illa, que datur cum bulla, potest presentari tam per riparium quam per aliam quamcumque personam, hoc videlicet modo secundum usum. Quia nuncius, (qui) debet ipsam presentare, debet habere commissionem ab illo, qui tulit ipsam binam contestacionem a iudice pro ea presentanda ea die, *ipsam presentandi coram iudice quocumque, et rectore, ac bonis* [4] *hominibus et personis, tam in civitate Pole, quam in toto eius districtu, ubicumque ipsum talem talem invenire poterit; et instrumenta, cartas ac litteras de ipsa presentacione ad petendum et fieri faciendum, et copiam ipsius* [5] *bine contestacionis, si eam pecierit, sibi dandum, et autenticam in se retinendum, et ad iudices qui ipsam dederunt refferendum quocumque modo, tam in verbis quam in scriptis, tam per se quam per aliam quamcumque personam, et quidquid pro ipsa presentacione seu relacione expedierit faciendum* etc. Qui nunc habens dictam commissionem, quando fuerit Pole, debet diligenter inquirere de illo qui citari debet, et eo invento nil dicere debet, sed incontinenti accedere ad iudicem, [6] seu rectorem Pole, seu consulem Veneciarum, et petere *ut sibi placeat talem talem coram se facere vocari per suum platerium seu nuncium, quia habet ei presentare quasdam litteras citatorias domini ducis bine contestacionis nomine et vice talis talis, quod eum facit citari, et quod intendit (de) ipsa presentacione facere fieri cartam seu instrumentum, et litteras recommendacionis ipsorum instrumentorum per ipsum iudicem, seu rectorem, domino duci, et dare eidem tali tali copiam ipsarum litterarum, retinendo apud se auctenticum.* Hoc narrato ipsi rectori, et accesito coram ipso rectore [7] illo citando, iste nuncius debet habere unum notarium secum et testes, et coram ipso rectore, notario et testibus debet ipsam binam contestacionem eidem citando, ex parte domini ducis et lege iudicum de proprio vel de mobili, presentare; sed non dare nisi notario et eidem copiam, ut dictum est. Instrumentum vero talis presentacionis huiusmodi bine contestacionis solet fieri hoc modo: *Tali die* etc. *Coram nobili viro tali tali potestate, seu capitaneo, vel iudice Pole, et rectore aut consule veneto* [8] *Pole, presentibus dominis tali, tali, tali et aliis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, ac me notario infrascripto. Discretus vir talis talis, habens commissionis cartam a tali tali,* prout continebitur in commissione, *ex parte domini ducis, et per legem suorum iudicum, presentavit talis talis quasdam litteras bine contestacionis apertas cum bulla plumbea pendenti eiusdem domini ducis huius tenoris: Marinus Georgio* etc. per totum ut supra, *actum est hoc in tali loco.* Et facto tali instrumento, si bina contestacio [9] perderetur, non esset iustum, postquam habentur littere de instrumento recommendatorie, [10] si instrumentum nil valeret. Sed si non haberetur tale instrumentum cum litteris recommandatoriis ex deffectu notarii, sufficit si habuerit litteras de presentacione ipsa ab ipso rectore, reducendo secum [11] ipsam binam contestacionem, et representando iudicibus qui eam dederunt cum ipsis litteris, secundum usum. Et nota, quod si alibi presentaretur ipsa bina quam in loco deputato, videlicet in Pola vel eius districtu, eciam sicut ubique, nil valeret presentacio illa, quia terminus comparendi est fixus solummodo ad illum certum locum, unde debet citari, videlicet de Pola et eius districtu. Et nota, quod ob hanc causam dicte presentacionis faciende, omnes rectores, qui sunt pro Veneciis extra Venecias in diversis partibus, solent esse astricti per suas commissiones esse solliciti et studiosi, ut tales bine contestaciones sic presententur. Sed si talis bina contestacio presentatur per riparium notarii, [12] non est necesse ut habeat commissionem, sed expedit ut omnia illa faciat sicut [13] alius specialis nuncius; nec possit opponi de ignorancia persone citande, et dici quod non fuit illa persona vel homo, quem citari debebat, sed fuit alia persona sive homo, et quod ipse preco [14] fuit deceptus. Hoc enim factum fuit de facto, quia preco [15] non cognoscebat personam citandam. Et nota, quod bina contestacio dicitur quasi bina citacio, ac si aliquis habuisset unum preceptum, et istud esset alium, idest ultimum, propter quod iudices possunt procedere ad sentenciam diffinitivam, si liqueat eis de causa, per actorem, eciam reo absente, ut preallegato cap. VI statuti lib. I. Et nota, termini harum binarum solebant antiquitus prefigi ad muduam, seu per muduam pasce domini, seu aliam [16] muduam ymberni.

---

1 non debent ipsos, *Cod. Vind.* — 2 tali die ante terciam, *om. Cod. Vind.* — 3 cuyto, *vulgo* cogito *seu* cognito. — 4 dictis hominibus, *Cod. Vat.* — 5 copiam tocius, *Cod. Vat.* — 6 attendere ad iudicem, *Cod. Vat.* — 7 coram rectore, *Cod. Vat.* — 8 venetorum, *Cod. Vat.* — 9 contestacio, *om. Cod. Vat.* — 10 reccomendacionis, *Cod. Vind.* — 11 secundum, *Cod. Vat.* — 12 per notarium, *Cod. Vind.* — 13 sive, *Cod. Vat.* — 14 e 15 presente, *Cod. Vat.* — 16 vel per aliam, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

Mudua pasce tenebat a kallendis marcii usque ad kallendas iullii, et mudua ymberni a kallendis septembris usque ad kallendas ianuarii; ita quod iullius, augustus, ianuarius et februarius non erant in muduis, sed tantum reliqui octo menses: et postquam terra accrevit per dicta, [1] omnes iste mudue fuerunt dimisse, et assignatur nunc terminus, in cartis et citationibus et aliis omnibus, tantum ad annum mensem et diem, specificato numero.

Viso supra de omnibus et singulis generibus precepti et cui et quando fieri debent et qualiter scribi et reddi, nunc restat videre ubi, cui [2] et quando reddi debeant. Et nota, quod omnia et singula precepta reddi debent specialiter [3] iudicibus illius curie ad quam alicui per preconem fuerit preceptum, ut esse deberet alicui alii responsurus ad curiam proprii vel de mobili etc. Solent autem reddi omnia et singula precepta ad ipsam curiam in mane quando iudices sunt in eadem curia ad suum locum et sedent in bancho inferiori, dum campana officialium sonat, et postea ascendunt in bancho superiori ubi stant ad placita ordinaria audienda. Et tunc [4] ibi existentes non solent recipere aliquod preceptum, ut non impediant placita que pledantur, nisi forte ex aliqua iusta excusatione, causa, vel necessitate. Solent enim isti iudices de proprio, audita summo mane una missa in ecclesia sancti Marci, ascendere in palacium [5], et sedere in dicto bancho inferiori sui loci dicte curie, quamdiu in mane dicta campana officialium sonat: tunc enim ibi sedent, audiunt et diffiniunt multas causas et placita ordinaria; videlicet successiones, furniciones tutorias, diiudicatus repromissarum mulierum; et tollunt sacramenta ibi ab ipsis, et vadunt tunc ad dominum ducem pro vadimoniis et tutoriis faciendis; ac eciam ibi stando audiunt et diffiniunt placita de voluntate parcium, et postea, bastata campana, ascendunt ad banchum superiorem. Ibi enim audiunt omnia placita ordinaria que sibi proponuntur et sententiant et ea terminant, ut sibi iustum et licitum videtur. Et nota, quod illa die, in qua iudices faciunt sententiam de aliquo maleficio in sua curia, amplius sedere non solent.

E. — De rebus et causis que pertinent ad curiam proprii, et qualiter iudices huius curie habent cognoscere et determinare.

Tractato superius de quarta distinctione, videlicet de hiis que sunt necessaria eidem curie de proprio, et ad que sui iudices tenentur et sunt de consuetudine iuramento per suum capitulare astricti, et maxime de citationibus et preceptis cuiuscumque modi et condicionis secundum usum, que in eadem curia debent fieri; nunc vero est cognoscendum attente de quinta distinctione, que est valde bona et utilis ad singulas consuetudines ipsius curie, et eciam aliarum, sciendas: videlicet que placita et questiones, ac capitula statuti [6] super quacumque re et causa pertineant ad ipsam curiam de proprio, et qualiter ipsi [7] iudices huius curie habent cognoscere et determinare super quolibet capitulo huius distinctionis de consuetudine approbata. Cui capitulo unicuique huius distinctionis intendo adiungere omnia et singula capitula statuti, que ad illum tetigerint [8] et pertinuerint et ad hanc curiam de proprio, in determinacione et declaracione cuiuslibet capituli consuetudinarii. Et ortor te, karissime, benigne, ut si hec distinctio tibi nimis longa visa fuerit non turberis, quia in brevi sermone multa declarari non possunt. Et idcirco si sub compendio vellem breviter transire, protinus ipsa distinctio confusa et obscura ex parte [9] aliqua remaneret, quod penitus dimittere non intendo; sed confortetur cor tuum, quia, ipsa determinata cum quibusdam formis instrumentorum, tota hec pars curie de proprio erit finita et completa, et eciam alie quinque partes aliarum curiarum de palacio [10] breves protinus [11] remanebunt. Pertinent enim huic curie de proprio de infrascriptis rebus et casibus omnes questiones et placita; et eius iudicia [12] ad intelligendum et cognoscendum et diffiniendum de consuetudine approbata, sicut per unum capitulum [13] statuti, refferimus hiis coniuncta. [14] Precipitur et mandatur:

1. In primis de inmobilibus et proprietatibus ac possessionibus terrarum et casarum et earum fabricis, et quid sit inmobile et quid mobile intelligatur secundum usum, ut [15] transire debeant cum proprietate quando proprietas in alium generaliter tota [16] transfertur et datur; et quot modis ipsa inmobilia possint transferri et dari in alium et transactari; et in quo hec curia proprii super huiusmodi transactionibus differat a curia examinatorum.

2. Item, de tenuta et possessione ac prescriptione ipsorum inmobilium et proprietatum ac possessionum, et que prescribi non possunt, et de hiis que impediunt secundum usum prescriptionem, (et) impedire possunt ut proprietas non habeatur prescripta.

3. Item, de divisionibus ipsorum inmobilium et proprietatum ac possessionum, et quando et quomodo per iudices, secundum usum, per sortes fieri solent, et de forma causarum earumdem.

4. Item, de solucione repromissarum mulierum, tam de mobili per interdictum, quam de inmobili

---

[1] certa accr fuit perdita, *Cod. Vind.*; terminum acceperint, *Cod. Vat.* — [2] cui, *om. Cod. Vat.* — [3] debent in palacio, *Cod. Vat.* — [4] et esse ibi, *Cod. Vind.* — [5] in placitum, *Cod. Vat.* [6] capitula et statutum, *Cod. Vind.* — [7] ipsi, *om. Cod. Vat.* — [8] tetigerunt, *Cod. Vat.* — [9] ex parte sua aliqua, *Cod. Vat.* — [10] de palacio que, *Cod. Vat.* — [11] penitus, *Cod. Vat.* — [12] eius iudices, *Cod. Vat.* — [13] et sicut per hec capitula, *Cod. Vind.* et sicut primum capitulum, *Cod. Vat.* — [14] hiis inferius comunicata, *Cod. Vat.* — [15] et, *Cod. Vat.* — [16] totaliter, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

per aliam viam (quomodo) fieri possit et debeat secundum usum.

5. Item, de iuramento et presentacione.

6. Item, de iudicatu mulierum faciendo.

7. Item, de investicione sine proprio accipienda.

8. Item, de investicione ad proprium accipienda.

9. Item, de solucione debitorum aliarum personarum, que sunt sentenciata, tam similiter de mobili, quam inmobili, et quando et quomodo secundum usum fieri debeant, et propter quas sentencias debitorum proprietates possint investiri.

10. Item, de questionibus et placitis clamorum ad investiciones, et e converso; et que debita diversarum personarum in diversis temporibus contracta in aliqua proprietate, in toto vel in parte eiusdem proprietatis, secundum usum debent iudicari pociora.

11. Item, de questionibus et placitis clamorum super laborerio alicuius proprietatis, et eciam interdictorum laboreriorum eorumdem [1] atque mobilium, et que [2] de ipsis mobilibus in toto vel in parte, secundum usum, pocior debet censeri, et ei [3] ipsum mobile iudicari.

12. Item, de creatione tutorum pupillorum et mentecaptorum, et que persone debeant et possint creari tutores; (et de) eorum eventariis secundum usum.

13. Item, de furnitorum [4] testamentorum creatione, et que persone possunt et debent [5] creari, et quando creari debent et furnire [6] testamentum.

14. Item, de confirmacione breviariorum [7] et instrumentorum, que firmari debent in testamentis, et qualiter possunt et debent iurari et confirmari.

15. Item, de intromissione commissariarum et earum [8] bonorum administracione, ac eciam furnicionum et tutoriarum, et quando et qualiter fieri debeant.

16. Item, de presentacione pecunie, que presentatur iudicibus pro accipienda aliqua proprietate, vel aliqua eius parte assignata pro repromissa propter diiudicatum, vel pro sentencia alicuius debiti alicui danda vel transactanda.

17. Item, de questionibus presentacionis facte ad curiam examinatorum, secundum veterem usum, iure propinquitatis vel lateranitatis, qua pignus presentatur ad curiam examinatorum et inde accipitur clamor et qualiter procedi debeat.

18. Item, de presentacione bonorum et habere alicuius mortui intestati foris Venecias, et quando presentari debent, et quomodo et qualiter per iudices distribui et dari, et securitatis carta presentanti solet fieri. [9]

19. Item, de intromissione facta per forciam alicuius rei et proprietatis, que sit [10] alterius persone, et qualiter procedi debeat.

20. Item, de testibus introducendis super quacumque re et causa, et qui secundum [11] usum sunt admittendi, et qui sunt retinendi, et qualiter eciam sunt examinandi.

21. Item, de tramissis et rogadiis, et qualiter iudices possunt [12] secundum arbitrium per aliquam presumpcionem procedere.

22. Item, de successoribus virorum et mulierum moriencium ab intestato, qui succedere debent, tam secundum statutum quam secundum consuetudinem terre.

I. — De inmobilibus et proprietatibus ac possessionibus terrarum et casarum et fabricis.

Modo, karissime, volo descendere festinanter ad determinacionem et declaracionem cuiuslibet predictorum capitulorum suprascripte quinte distinctionis consuetudinarie, interponendo aliquando in eisdem [13] aliqua notabilia incidencia secundum consuetudinem, sicut comprehendere poteris in earum infrascripto tractatu. Et incipio quidem ab inmobilibus.

Primum capitulum quasi ab utilioribus et necessarioribus rebus tam monasteriis quam ecclesiis et aliis personis propensius conservandis, sicut primus liber statuti, incipit. Videndum est igitur quid sit inmobile, et postea quid proprietas et quid possessio, et qualiter habentur earum fabrice sive hedificia.

Inmobile enim est terra tam subtus aquam, cum tota aqua quam comprehendit super se, quam super terra, cum omnibus hedificiis siti [14] substancialibus terre, tam subtus aquam et subtus terram quam supra terram fabricatis, que moveri non possunt absque sui in toto vel in parte [15] corruptione: utpote saline, quarum fabrica est substancia terre subtus aquam, et aque superlabentes ad usufructandum salem; et vinee que per radices [16] sunt consubstanciales terre, quibus remotis destruitur vinea, et sunt fundate ad usufructandum uvas et bonum vinum. [17] Et nota, quod in cuius terra est radix arboris iuxta summitatem terre in circuitu trunchi, eius est arbor de consuetudine. Item, ut aque ad aucellandum, ad piscandum, et ad mollendum, sine quibus molhendina nequeunt macinare, que sunt consubstancialia terre ad usufructandum farinam et inde bonum panem: artes vero auxellatorie et piscatorie non sunt inmobilia, quia

---

1 earumdem, *Cod. Vind.* — 2 qui, *Cod. Vat.* — 3 ea, *Cod. Vat.* — 4 furnicatione, *Cod. Vat.* — 5 debent et possunt, *Cod. Vat.* — 6 et fuerunt, *Cod. Vat.* — 7 litterarum, *Cod. Vat.* — 8 commissariorum et eorum, *Cod. Vat.* — 9 presentari fieri, *Cod. Vind.* — 10 sint, *Cod. Vat.* — 11 et secundum, *Cod. Vind.* — 12 et qualiter possunt, *Cod. Vind.* — 13 interponendo in eisdem, *Cod. Vind.* — 14 cum omnibus hedificiis tantum substancialibus, *Cod. Vind.* — 15 vel parte, *Cod. Vat.* — 16 que per iudices, *Cod. Vat.* — 17 et bona vina, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

non sunt consubstanciales [1] terre sive aque. Mansiones vero, id est domus ubi manent, et staciones ubi in pede sepe statur ad vendendum merces, sunt penitus inmobilia, ubicumque sint hec posita a Grado usque ad Caput Aggeris. Sed ille que sunt circa Rivoaltum, id est episcopatu Rivoalti, et habent annuas pensiones, et sunt monasteriorum sive ecclesiarum, penitus alienari non possunt, ut statuto lib. I cap. I, nisi cum auctoritate abbatis et consensu fratrum, episcopi et advocati eorumdem monasteriorum, salvo iure quintelli; nec ectiam de novo, precedens sextum [2] domini Bonifacii, nisi ex certis causis. Nec eciam ista et alia, que non habent redditus annuatim a Grado usque ad Caput Aggeris, et que sunt specialium personarum, alienari non possunt nisi cum sollempnitatibus super huiusmodi alienacionibus per Venecias ordinatis, et cum subscriptione iudicum examinatorum venetum, [3] ubi sita est illa proprietas alienanda, secundum formam quorumdam consiliariorum. Que proprietas [4] est terra, tam aqua superlabente, quam vacua alta ab aqua, aut cum mansionis et stacii hedificiis fabricata, seu ad viridarium, vel ad aliquod ministerium deputata. Et similiter possunt determinari.

Et nota, quod proprietas specialiter dicitur a *proprio loco* fundi seu terre; quia qui non habet proprium locum alicuius terre non potest dici quod habet proprietatem, eciam si habet aliqua hedificia super terram alienam de licencia domini ipsius terre; sed, sine licencia, domini, cuius [5] est terra, censetur et opus; et sic illud opus seu hedificium non debet appellari proprietas seu possessio, sed tantum fabrica. [6] Et nota, quod possessio dicitur a *possum* et *sedeo*, quasi cum quis potest dicere: sedeo vel possum sedere in mea propria re seu sede inmobili, a qua moveri non debeo nec possum. Verumtamen, si illa terra, super qua est illa fabrica hedificata ab alia persona quam a domino, fuerit ad livellum in perpetuum ad rennovandum concessa, bene debet appellari proprietas et possessio de consuetudine. Et nota, quod omne quod est inmobile non potest dici proprietas aut possessio vel fabrica terre, sed omne, quod potest appellari proprietas vel possessio, est inmobile; sumitur enim inmobile quasi genus ad species. Non solum enim predicta tria, videlicet proprietas et possessio et fabrica terre integra, semper accipiuntur pro inmobilibus, verum eciam quando earum partes, tam proprietatis quam eius fabrice seu laboreriorum, que cum eis transire debent quando in aliquo modo transfertur; videlicet si est dominus et transfertur [7] in alium, transeunt cum ea et eius partes inmobiles, postquam est transactata ipsa proprietas, sive domus, videlicet fundamentum muri, sive parietes et tectum. Et non solum iste tres partes, verum eciam et alia laboreria in hiis, et cum istis partibus astricta et alligata: videlicet sega et astule circa fundamenta, [8] ac columpne vel pillastra, que sunt in laborerio. Item, armaria que sunt laborata in muro, seu que habent canes in muro cum suis portellis de ligno. Item, pille et lavella atque scaffe laborate in muro, ut predicitur. Item banchi per circuitum domus laborati cum canibus vel tressis in muro. Item, superstancie scalarum cum armariis et sine armariis. Item, cabie de lignamine de super lecto, quarum capita sunt laborata in muro, seu lecteria. Item, clausure de lignamine alicuius partis domus, tam pro decore quam pro aliquo hospiciolo habendo. Item, [9] pillestrate et porte de ligno, que sunt in laborerio. Item, gorne, tam lignee quam petrinee, que eciam sunt in laborerio. Item, omnes trabes et sofite existentes in laborerio, et omnia alia laboreria hiis similia laborata in dictis tribus partibus, ut dictum est. Sed si antequam fuerit domus vel proprietas transactata, ista fuerint remota et tulta de laborerio, et non transeunt per inmobilia, quia remota a laborerio sunt facta mobilia, et sic omnes partes domus. Sed post transactacionem domus, transeunt pro inmobilibus in eum ad quem transit ipsa proprietas, sive domus. Possunt enim inmobilia, videlicet proprietas et possessio [10] atque fabrice terrarum et casarum, cum suis partibus, in alios dari, transferri et transactari voluntarie sive de voluntate cuius sunt, decem modis per curiam examinatorum, tam (in) propinquos quam (in) extraneos: videlicet per donacionem, vendicionem, concessionem, affictacionem, pignoracionem, refutacionem, obfercionem, per dimissoriam cum dacione et sine dacione, per repromissam, per cambium sive commutationem. Item, coacte et contra voluntatem illius cuius sunt, tolluntur et dantur et trasferuntur et transactantur in aliis octo modis per hanc curiam de proprio. Videlicet, per diiudicatum mulierum viduarum. Item, per sentencias iudicum de proprio de dimissoria victus et vestitus indeterminate relicta. [11] Item, per sentencias iudicum examinatorum de taxacione repromisse domicelle, que remansit cum fratribus a patre mortuo ab intestato. Item, per omnes et singulas sentencias iudicum de mobili. Item, per sentencias iudicum forinsecorum inter Venetos. Item, per sentencias iudicum procuratorum de male maritatis. Item, per sentencias iudicum petitionum super mobilibus latas. Item, per sentencias iudicum arbitrorum a iudicibus peticionum confirmatas. Et nota, quod hec curia de proprio super huiusmodi transactionibus differt in hoc a curia examinatorum, quia omnes transactiones inmobilium, que

---

[1] consubstancialia, *Cod. Vat.* — [2] precedens sextum, *ambo Cod.* cfr. L. 1, 2, VI de reb. eccl. non alien. (3.9) — [3] examinatorum veterum, *Cod. Vat.* — [4] scilicet proprietas, *Cod. Vind.* — [5] sine licencia cuius, *Cod. Vat.* — [6] sed fabrica, *Cod. Vind.* — [7] videlicet... transfertur, *om. Cod. Vind.* — [8] circa fundamentum, *Cod. Vat.* — [9] pro divisione, *Cod. Vat.* — [10] proprietates et possessiones, *Cod. Vat.* — [11] *Verba*: Item per sententias... indeterminate relicta *exciderunt in Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

fiunt voluntarie in alios, sive de illius voluntate cuius sunt, pertinent ad curiam examinatorum, et per cartas earum dantur per eamdem curiam examinatorum investiciones et propria. Que propria huius curie examinatorum — exceptis illis propriis que fiunt per vendicionem ad usum novum, unde noticia haberi debet — dominus dux complere debet stridacione premissa, quia ex ipsis aliqua noticia vel noticiola fieri non debet, ut statuto lib. I cap. LXIV. Alie vero omnes transactationes que fiunt coacte, sive contra voluntatem cuius sunt proprietates, pertinent ad curiam de proprio, (cuius iudices debent) dare investicionem [1] per diiudicatum cartas et cartas sentenciarum debitorum; (et) extimacione per eos personaliter premissa et facta, datur [2] proprium et inde noticia seu noticiola. Et nota, quod noticia seu noticiola fieri non debet nisi de proprietatibus que exstimantur per iudices : alias [3] vero sufficit tantum proprium, ut dictum est. Noticia vero magna fit solummodo duobus modis. Videlicet uno modo, per diiudicatus mulierum; altero, per vendicionem ad usum novum. Verum est quod vendicio proprietatum fugitivorum facta per iudices peticionum, appellatur noticia et completur per dominum ducem, sicut et noticia de consuetudine. Et nota, quod si, post transactionem voluntariam aut extimacionem factam per iudices de aliqua proprietate, aliquid de dictis eius laboreriis tultum vel sublatum fuerit aliquo modo, dominus dux, quando habet complere proprium seu noticiolam vel [4] noticiam, illa tulta vel sublata solet facere restitui; sed si ante per maliciam, curie peticionum habet anteponere manum. Et nota, quod tam curia de proprio quam examinatorum se intromittere non possunt in aliquibus transactionibus huiusmodi inmobilium, nec eciam in aliquibus questionibus, causis et placitis que pertinent ad curiam forinsecorum occasione [5] advenarum, vel ad curiam procuratorum occasione [6] officii procurathie, nisi que pertinent ad suas speciales personas procuratorum in suis factis propriis. Omnes alie curie se intromittere possunt et debent, sicut in aliis placitis et causis [7] omnium aliarum personarum; (sed) dimissis hic pertinentibus ad alias partes sive curias, et alibi reservatis ad suum locum prosequi, pertinencia huic distinctioni prime partis, sive curie de proprio, festinanter studere intendo. [8]

2. — De tenuta et possessione ac prescriptione terrarum et casarum.

Quoniam post transactationem inmobilium, sequitur possessio et tenuta eorum, sine quibus transactatio nichil valet, et ex istis sepe prescriptio alicuius proprietatis oritur, determinandum est super secundo capitulo, quid sit tenuta et possessio, et postea de prescriptione, que ex hiis oritur.

Et nota quod tenuta et possessio est aliquam rem inmobilem corpore vel animo possidere pro se vel pro alio, ut statuto libro primo cap. LXV, quod incipit: *quicumque homo placitaverit cum alio qui possessionis alicuius tenutam habuerit, et placitatum fuerit* etc. Possidet enim corpore et tenet de facto rem sive proprietatem aliquam, qui corporaliter in ea manet, tam sua quam non sua. Possidet et tenet animo ille, cuius nomine possidetur. Valde quidem est forte ius possidentis, quia [9] semper presumitur de iure et de facto, rem sive proprietatem esse illius qui eam tenet et possidet, vel pro quo tenetur et possidetur, et sic observatur de consuetudine approbata Venetorum, nisi, [10] ex forcioribus iuribus et racionibus, legiptime res esse alterius probaretur. Et si aliter quis possidens [11] amoveretur de tenuta [12] et possessione, quam iudiciario ordine, esset violentia sive forcia, et subcumberet talis forçator seu violator illi capitulo statuti lib. V cap. XII: *si per forciam intromiserit quis possessionem vel rem alterius* etc., quia res intelligitur esse illius qui possidet. Habet enim hoc comodum et advantacium qui possidet, quia si alius non probat forcioribus et legiptimis racionibus, illam possessionem esse suam, remanet sibi possessio, quamvis non sit sua illa res sive proprietas quam possidet. Et non tenetur possidens respondere in placito suo adversario, nisi placitum placitatum fuerit ita ad plenum: quod si possidens nollet respondere, iudices possent proferre sentenciam per illa iura et raciones, quas adversarius suus allegaverit et ostenderit. [13] Et tunc, postquam iudices dixerint possidenti: *respondeas*, potest ipse allegare sui adversarii deffectus, et quod respondere non debet, quia non est ad plenum per quod est ostensum et placitatum pro ipso adversario; et si iudices dixerint iterum quod respondeat, debet ille qui possidet respondere qua causa [14] tenet et possidet, pro se an pro alio. Et si responderit pro se tenere et possidere, tunc iudices procedere debent secundum usum veterem, scilicet ut cognoscantur raciones parcium, ut habetur in preallegato capitulo statuti: *vetus usus est*, quia tale placitum de tenuta et possessione diffiniri non potest nec debet de consensu et voluntate parcium, nisi [15] ut cognoscantur raciones parcium. Et hodie de consuetudine sic observatur, ut maliciis obvietur, quia ex tali consensu spontaneo et voluntario posset preiudicari et propinquis et lateraneis, qui per talem sentenciam voluntariam sine alia transactatione possent

---

[1] data investicione, *Cod. Vat.* — [2] dare, *Cod. Vind.* — [3] alie, *Cod. Vat.* — [4] seu, *Cod. Vat.* — [5] et [6] ecclesie, *Cod. Vat.* — [7] in aliis curiis et placitis, *Cod. Vat.* — [8] studes incedo, *Cod. Vind.;* studeo et intendo, *Cod. Vat.* — [9] quia ius, *Cod. Vind.;* quia quis, *Cod. Vat.* — [10] venetorum nisi, *om. Cod. Vat.* — [11] possidente, *Cod. Vat.* — [12] de terralta, *Cod. Vind. et Vat.* — [13] ostenderit et allegaverit, *Cod. Vat.* — [14] si eam, *Cod. Vat.* — [15] non, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

amittere iura, sive propinquitatis vel lateranitatis. Verumtamen, si possidens responderit quod pro alio teneat et possideat, tunc iudices non habent cognoscere raciones parcium, nisi tantum adversarii qui petit possessionem, et inspecta diligenter eius racione, ita quod sit sine deffectu ad plenum, iudices tunc pronunciare debent, ut iste, qui tenet, debeat exire foras de tenuta et possessione illius proprietatis, quantum pro se; [1] et non debent pronunciare quod adversarius debeat intrare intus, et habere eius tenutam et possessionem, nisi postquam fuerit convinctus in iudicio ille, pro quo responderit iste se tenere et possidere. Tunc similiter debent cognoscere iudices raciones parcium; sed si ille, qui tenet, responderit maliciose, erronice et fictive, seu quasi derisive, sicut ego iam vidi fieri, videlicet pro rege Francie vel Soldano, vel pro tali persona que difficilis nimis esset ad eam requirendam in curia iudiciaria terre, [2] debent talem responsionem fraudolentam pro nullam habere, et debent tunc procedere iudices, ac si respondisset pro se tenere. [3] Et nota, quod prima sentencia non potest execucioni mandari sine scedda, in qua contineri debet, quod intrare debeat intus; sed in quacumque continetur, quod intrare debeat intus, illa debet execucioni mandari. Et nota, quod antiquitus investicio alicui non dabatur, nisi primo probaret ille, qui petebat investicionem, possessionem illam fuisse detentam et possessam per suum debitorem, eius heredibus citatis coram iudicibus, ut statuto lib. III cap. XXXV. [4] Et ideo continetur in dicto capitulo, quod (hoc) convincto seu probato, iudices dare debent sentenciam tenute et possessionis aut investicionis, secundum quod placitatum fuerit; salvo tamen, quod mulieribus viduis sine aliqua probacione seu vocacione heredum, tam habencium etatem quam non, libere propter suum diiudicatum dabitur investicio super omnibus possessionibus viri et soceri, ut statuto lib. III cap. XXXVII. Et nota, quod quandocumque aliqua proprietas seu et possessio fuerit sive erat investita propter diiudicatum alicuius repromissionis, tunc enim sine aliqua probacione tenute vel possessionis, habentibus heredibus etatem vel non habentibus, omnes debitum habentes super illa proprietate, si carta [5] erat sententiata, poterant investiri, et fiebat cuytus illi qui habebat diiudicatum, et acceperat investicionem, ut statuto lib. III cap. XLIII. Et tunc talis investicio post diiudicatum acceptum, habebatur eciam per clamorem, et placitabatur [6] de ea sicut de clamore, salvo quod non expedierat esse ad tempus XXX dierum, quod hodie non observatur sine clamore.

Et habes notare, karissime, per illum pontum dicti statuti, quod incipit: *Quicumque homo* (I. 65), videlicet circa finem, quod iudices procedere debent in palacio *secundum quod placitatum fuerit*, videlicet non secundum quod sibi racionabilius vel melius videbitur, sed solummodo secundum quod placitatum fuerit, vel eciam secundum quod petitum fuerit, [7] ut statuto lib. I cap. VI, ubi dicitur [8] quod persona debitoris iudicetur in curia, *si hoc petitum fuerit ab actore*, vel eciam secundum quod allegatum fuerit, ut in secundo prologo statuti, ubi dicitur: *non secundum conscienciam, sed secundum allegata;* aliter vero data sentencia posset reprobari. Et nota, quod ille qui possidet, et est in tenuta et possessione, levius potest se deffendere et substinere, quam qui petit; et ideo tucius est possidere quam petere, et iuxta vulgare: *beati qui tenebunt et ve euntibus querendo!* Habet enim hoc advantagium qui tenet et possidet, quia ius semper presumitur pro eo, (seu) quod proprietas sit sua, quousque non probetur contrarium: potest enim ille qui rem tenet se deffendere per transactationes voluntarias, videlicet per donacionem, vendicionem etc., de quibus superius dictum est, sine aliqua probacione quod fuerit illius, qui eam sibi dedit vel transactavit, quia possessio supplet pro tali probacione; quod non facit ille qui petit. Ymmo, [9] si vult agere per similes cartas transactionis factas ab aliqua alia persona, oportebit illum probare quod illa proprietas fuerit illius persone, a qua illud ius ipsius proprietatis acquisivit, et hoc ostendere aut per noticiam, aut per noticiolam, aut per proprium, propter quod habere poterat tenutam aut possessionem XXX annorum, quia ipsum minus tempus possessionum contra possessionem possidentis nichil valeret, nisi forte eum investisset aut appropriasset, qui ea sibi transactavit. Tunc enim licet cuilibet possidenti pro parte sua similiter probare, quod ipsa fuerit illius a quo eam acquisivit; et cognitis racionibus, iudices procedere debent secundum veterem usum, ut superius dictum est. Si autem ambe partes ostenderint se eam acquisisse ab una eademque persona per dictas transactationes, tunc censebitur qui prior fuerit tempore forcior esse iure. Verumtamen si ille, qui tenet et possidet plus quam per triginta annos, eam tenuerit et possederit quiete, censebitur ipsam prescripsisse, ita quod nullum ius ancianum prius poterit esse contra eum, neque postremum, [10] nisi investita foret et ipse non proclamaret, ut statuto lib. I cap. V, ubi habetur quod *poterit amittere ecclesia, per investicionem XXX dierum*, hoc est sine proprio, *vel LX*, hoc per [11] proprium, *vel per longam possessionem XXX annorum secundum generalem usum nostre terre*, que possessio triginta

---

[1] quantum in se est, *Cod. Vat.* — [2] erronice... iudiciaria terre, *om. Cod. Vind.* — [3] possidere, *Cod. Vat.* — [4] cap. XXXVI, *Cod. Vat.* — [5] rorat', *Cod. Vat.* — [6] placitabuntur, *Cod. Vat.* — [7] vel melius... petitum fuerit, *om. Cod. Vat.* — [8] datur, *Cod. Vind.* — [9] petens, *Cod. Vat.* — [10] ne postremum, *Cod. Vat.* — [11] per, *om. Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

annorum appellatur prescriptio. Determinandum est ergo de prescriptione.

Prescriptio est acquisitio alicuius rei inmobilis per ultra triginta annos per longam et continuam et quietam tenutam et possessionem; et ut per ea, que prescribi non possunt, noscas cetera omnia et singula, que prescribi possunt, scias, karissime, quod, secundum statutum et consuetudinem Veneciarum, iura veneta ob [1] reverenciam Dei ac intuitu optime consideracionis, sunt precipue favorabilia ad rerum inmobilium utilitatem et conservacionem quinque condicionum specialiter personarum, que prescribi non possunt. Videlicet primo, sacra et sancta Dei ecclesiarum, utpote ipse ecclesie sancte ac earum vasa sacra, et officine ipsarum [2] ecclesiarum sibi coniuncte, ubi canuntur officia vel ubi morantur ministri ecclesiastici, qui canunt officia: scilicet, sacratarium, [3] ubi preparantur sacra divina, baptisterium, cimiterium, celle canonice, domus, seu habitaciones, in circuitu ecclesiarum earum, ministri predicti, ac sua terra dotalis in eius circuitu, ac etiam porticales et campanilia, et campi circa eas. Secundo, publica Veneciarum communis, utpote platea sancti Marci et Rivoalti, et palacium ducale, et omnes domus habitacionis officialium, et mansiones, et stationes, et taberne omnes, que dantur ad affictum tam pro communi Veneciarum, quam pro alio communi [4] alicubi a Grado usque ad Caput Aggeris, non possunt prescribi; nec eciam vie publice, seu calles, nec eciam putei camporum, contratarum, nec eciam canalia, rivi, [5] piscine, seu aque, tam publice quam que sunt communis Veneciarum, nec eciam thesaurum ecclesie sancti Marci vel communis, nec res alique vel bona communis. Tercio, non possunt prescribi repromisse mulierum, durante [6] matrimonio, nec eciam earum terre et case, seu possessiones dotales, ipso matrimonio durante; nec eciam possessiones viri sibi pro sua repromissa obligate, nisi si non proclamaverit super ipsam tenutam et possessionem infra annum et diem post mortem viri sui, vel super investicionem, si investite fuissent in vita viri. Sed si noticia aliqua inde fuerit facta, non habebitur aliquod remedium, ut statuto lib. III cap. LIII. Quarto, inmobilia pupillorum, nisi postquam pervenerint ad etatem, ut statuto lib. III cap. VIII, circa finem ipsius capituli; [7] vel nisi postquam habuerint tutores, qui debent habere omnia bona pupillorum et mentecaptorum per inventarium, quod inde fecerint, pre manibus. Quinto, nec eciam similiter inmobilia stultorum, nisi postquam redierint [8] ad sanam mentem, vel habuerint qui proclamare debent super investicione et laborerio, ac super huiusmodi tenuta et possessione, ut statuto lib. II cap. V. Et nota, quod illi, quibus sunt commissa a iure vel ab homine aliqua bona intromittere, gubernare, custodire vel administrare, in preiudicio committentis seu constituentis seu illorum pro quibus fuerunt commissa, nisi habuerint pro suis specialibus personis iustum titulum, non possunt prescribere, sicut sunt prelati ecclesiarum et religiosi in bonis ecclesiarum suarum et monasteriorum, ac ceteri clerici in bonis ecclesiasticis. Item, principes, duces, rectores, potestates, iudices, officiales, in hiis bonis que sibi sunt commissa. Item, commissarii, nisi in suis dimissoriis, furnitores tutorum et illi qui sunt in fraterna compagnia, ut statuto lib. III cap. VIII [9] et cap. LX. [10] Item, procuratores alicuius persone, segentes, [11] laboratores terrarum, gastaldiones, vassalli, qui tenent [12] ad feudum, livellarii, qui tenent [13] ad livellum, et ceteri alii huiusmodi similes, qui tenent aliqua bona pro alio et nomine aliorum. Et nota, quod prescriptio inmobilium fit tribus modis de consuetudine veneta. [14] Uno modo, per longam tenutam vel possessionem XL vel XXX annorum quietam. Alio modo, per breve tempus, videlicet per investicionem XXX vel LX dierum quietam, ut statuto lib. I cap. V. Tercio modo, [15] per cohopercionem, ut eodem cap., vel per opus sive laborerium quietum, per XXX dies. Verumtamen hec enim possunt esse remedia ad interruptionem talium prescriptionum. Ad singulas prescriptiones, videlicet, clamores super tenuta et possessione. Item, super investicione. Item, super laborerio. Interrumpitur eciam prescriptio XL vel XXX annorum, non solum per clamores, sed eciam per investiciones, quando investitur et fit alterius persone proprietas, quam illius, qui eam tenet et possidet; vel si clamatur et fit [16] similiter alterius persone: aliter non nocet possidenti. Item, si interim [17] alius non pro eo tenuit vel possedit, vel si, expulsus per aliquem, processum de iure fuerit. Item, si aliquis alius laboravit in ea vel super ea. Item, si proprietas transierit in vita vel in morte per testamentum alicuius vel per aliquem [18] titulum, id est per aliquam causam possidendi, in extraneos, qui non sint de prole, id est potestate, [19] vel de linea, id est patris vel matris, transactata per aliquem titulum, id est per vendicionem, donacionem, concessionem et hiis similia in vita, et in morte per [20] testamentum vel hereditate, [21] perditur primum possidere transactacione et incipit solummodo prescribi a die tituli transactacionis, videlicet vendicionis vel donacionis seu dacionis per testamentum. Preterea, si transierit per aliquem titulum predictorum aut per successionem

---

1 ad, *Cod. Vat.* — 2 earum, *Cod. Vat.* — 3 sacretarium, *Cod. Vat.* — 4 cetero ubique, *Cod. Vat.* — 5 rivi, *om. Cod. Vat.* — 6 vacante, *Cod. Vind.* — 7 ipsius carte, *Cod. Vat.* — 8 crediderint, *Cod. Vat.* — 9 cap. IV, *Cod. Vat.* — 10 cap. LVIIII, *ambo Cod.* — 11 sequentes, *Cod. Vat.* — 12 et 13 tenentur, *Cod. Vat.* — 14 veneciarum, *Cod. Vat.* — 15 ut per cohopercionem, *Cod. Vind.* — 16 sic, *Cod. Vat.* — 17 in terram, *Cod. Vind.* — 18 in morte alicuius per aliquem, *Cod. Vind.* — 19 id est patris, *Cod. Vat.* — 20 post, *Cod. Vat.* — 21 per testamentum breviarium, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

in propinquos de prole, id est ex parte patris, vel de linea, id est patris vel [1] matris, tam superiore quam inferiore [2], tunc de consuetudine primum possidere continuat cum secundo ad prescriptionem habendam, quia per tales propinquos non intelligitur proprietas alienata, ut statuto lib. I cap. IIII. Et nota, quod non est necesse illi, qui prescripsit, [3] probare [4] nisi tempus XXX vel XL annorum, et non quod quiete tenuerit vel contiue possederit, quia per tenutam et possessionem tam longam presumitur ipsam proprietatem fuisse continue et quiete possessam per possidentem, et suam esse, nisi contrarium probetur; et ideo tacuit statutum in premisso capituloV primi libri de continua et quieta possessione. Et similiter presumitur de investicione et laborerio, quod [5] semper sit quieta, nisi per clamorem contrarium apparuerit. Et nota, quoad servitutes laboreriorum, que sunt in aliena proprietate quieta, sine clamoribus factis super ipsis laboreriis, quocumque tempore facte sint, iudicatur de consuetudine per prescriptionem illorum laboreriorum, cuius sunt, ipsum habere per ea servitutes in terra aliena, ad suam utilitatem et refectionem. Et sepe muri interpositi aliquibus coniunctibus proprietatibus per talia laboreria servitutis, videlicet modilli omnes, [6] mappe canum, trabes, gorne et hiis similia, presumuntur esse communes utriusque proprietatis coniuncte, nisi contrarium probaretur. [7] Et nota, quod iter vel transitus per aliquam stratam, vel viam seu callem aut pontem, vel terram vacuam, non inducunt prescriptionem, nec per ea ius prescriptum acquiritur, quia qui vadit vel transit non sedet, nec dici potest ipsum sedere nec eciam pedibus conculcata possidere. Et nota, quod preceptum factum de tenuta et possessione, vel alio modo, aliquo tempore infra XXX annos non interrumpit prescriptionem secundum usum, nisi per ipsum placitatum fuerit, et inde [8] super aliquo de illa proprietate extiterit processum a lege, ut de clamore carte, statuto lib. III cap. XLVIII, quamvis aliqui dicant quod preceptum [9] est simile libello — quod non est verum: preceptum est actus ordinarius, libellus autem actus conventionis seu accusacionis; sed post preceptum datur coram iudicibus libellus, qui libellus aliis, de consuetudine Veneciarum, non datur — quia secuntur [10] statuta seu ordinamenta seu iura communia seu leges, que sic insimul similantur sicut corvus cum cigno seu cesano, et ita simul concordantur, sicut lingua latina cum greca. Quia quasi omnes consuetudines venete fuerunt a Grecorum fontibus derivate, que cotidie assiduis actibus observantur. Videlicet vadimonia mulierum, subscriptiones, [11] forme sententiarum que locuntur in tercia persona per modum breviarii testificacionis, et alia multa sine dubio: iura autem communia et leges non a grecis sed a latinis consuetudinibus derivata. Et nota, quod cum statutum mandat de similibus ad similia esse procedendum, debet intelligi secundum similia statuti et consuetudinum Veneciarum.

3. — De divisione rerum inmobilium.

Quia [12] post tenutam et possessionem inmobilium oritur sepe divisio, si divisa fuerint inter plures tenentes et possidentes, que fieri debet per iudices de proprio, probacione [13] tenute et possessionis [14] premissa, si petita fuerit a partibus seu ab aliqua parcium facienda; subsequenter igitur videndum est quid sit divisio inmobilium, et quando fieri debet, et quomodo per iudices de proprio, secundum usum et formam eciam [15] statuti et consuetudinis, et de eius forma carte. [16] Et nota, quod divisio est rei integre inmobilis per partes designacio, et unicuique secundum quod habere contigit, [17] sortibus iactatis, per legem attributio, ac per divisionum et securitatis cartas confirmacio. Potest enim fieri huiusmodi divisio quando probata fuerit tenuta et possessio, et eciam quando qui petit et possit de iure petere secundum usum et formam statuti. Fit autem huiusmodi divisio aliquando voluntarie, aliquando, ex aliquo deffectu vel causa, non voluntarie; sed, quando fit voluntarie, potest fieri tam cum iudicibus quam sine iudicibus. Preterea, si cum iudicibus, oportet illos, qui volunt dividere suas proprietates indivisas, ostendere vel probare legiptime per testes ipsas esse suas, et quod eas teneant et possideant, que testificaciones debent scribi in quaterno curie, et, factis divisionibus et sortibus proiectis secundum usum, debent [18] inseri in cartas ipsarum divisionum. Et nota, quod nisi ostenderint se tenere et possidere, iudices [19] dividere non possent de consuetudine. Si autem fit sine iudicibus voluntarie, non est necessaria [20] dicta ostentio seu probacio, nec eciam proiectio sortum, sed studere habet notarius ad providendum que sunt necessaria [21] circha divisionis cartas faciendum, ut non appareat ignarus. Verumtamen divisio inmobilium ex aliquo deffectu vel causa facienda per iudices, non de voluntate parcium, fit pluribus modis. Aliquando propter deffectum persone mortue, videlicet [22] viri, qui mortuus est, quando eius relicta se appacare vult per extimacionem [23] iudicum de

---

[1] et matris, *Cod. Vat.* — [2] tam inferiore quam superiore, *Cod. Vat.* — [3] qui prescripsit, *om. Cod. Vat.* — [4] probare quum prescripsit, *Cod. Vat.* — [5] sed quod, *Cod. Vat.* — [6] medule canes, *Cod. Vat.* — [7] probarentur, *Cod. Vat.* — [8] tamen, *Cod. Vat.* — [9] prescriptio, *Cod. Vat.* — [10] non servatur, *Cod. Vat.* — [11] subscriptio, *Cod. Vat.* — [12] Et quia, *Cod. Vat.* — [13] divisa... probacione, *om. Cod. Vat.* — [14] tenuta et possessio, *Cod. Vat.* — [15] eciam, *om. Cod. Vat.* — [16] cartarum, *Cod. Vat.* — [17] continent, *Cod. Vat.* — [18] debet, *Cod. Vat.* — [19] inde, *Cod. Vat.* — [20] necessaria circa divisionem eorum, *Cod. Vat.* — [21] que sunt necessaria, *om. Cod. Vind.* — [22] mortue videlicet, *om. Cod. Vind.* — [23] extimacione, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

proprietate pro sua repromissa; et tunc alie partes non vocantur ad divisionem faciendam, sed divisio et extimacio debet fieri tantum per iudices, quia extimacio alicuius proprietatis indivise fieri non potest, nisi primo fuerit divisa, ut statuto lib. III cap. XXV, circha finem, et cap. XXXVIII eiusdem libri. Aliquando propter deffectum presencie alicuius persone, que non est Veneciis; et tunc ad peticionem parcium debet stridari, ut dictum est supra de stridoribus, ut statuto lib. III cap. VII. Aliquando per deffectum etatis, si fuerit pupillus infra XII annos relictus a patre mortuo ab intestato (et) non habuerit tutorem, quia tunc iudices de proprio debent intervenire pro ipsis pupillis, et divisio fieri debet per iudices eosdem, ut statuto lib. eodem etc. Aliquando ex deffectu scientie alicuius, qui est mentecaptus, quia si eius possessiones, quando creantur [1] tutores, invente fuerint indivise, [2] dicti iudices habent eas extimare, ut scribatur ipsa pars et eius extimatio in inventario, ut statuto lib. II cap. III et XIII, [3] (et) debet fieri divisio ut dictum est supra pro solucione repromisse mulierum de divisione facienda propter extimacionem. [4] Aliquando propter deffectum bailie et potestatis testamentorum furnitionum et tutoriarum, cum commissarii vel furnitores aut tutores non habent bailiam seu potestatem dividendi proprietates [5] per ipsos. Et quia divisio est levior quam alienatio, nota quod de inmobilibus requiritur speciale mandatum, et eciam de consuetudine hoc est approbatum. Et tunc quando non habent illam bailiam et potestatem dividendi, non possunt alios vocare ad divisionem faciendam, sed bene possunt vocari ab aliis partibus ad divisionem faciendam; tamen non sine iudicibus, sed tantum cum iudicibus. Et nota, quod in omnibus divisionibus et singulis per iudices factis, necesse est proiicere sortes, et per sortes fieri, ut statuto lib. III cap. VI (et) de consuetudine. Verumtamen iudices aliquam refusuram parti alicui de pecunia ponere non possunt, sed partes inter se hoc bene de voluntate facere possunt. Aliquando ex causa aliqua alicuius qui non vult dividere; et tunc [6] ille nolens debet ab alio coram iudicibus de proprio vocari de divisione proprietatis et de eo quod eciam sibi dicere vellet; et, factis ostensionibus et probacionibus predictis, quod illa proprietas sit sua et teneatur et possideatur pro ipsis omnibus, tunc iudices, per legem et iudicium pronunciando, assignare debent terminum ipsi nolenti octo dierum secundum usum, ut infra ipsum terminum cum predictis tali tali divisionem faciant suprascripte et predesignate proprietatis: [7] alioquin ipsi iudices ex tunc [8] procedent ad eam dividendam secundum usum et formam statuti; et talis sentencia non [9] potest fieri et scribi in forma publica, sed [10] in quaterno tantum. Sed si postmodum divisio facta fuerit per iudices, debet hec sentencia cum ostensionibus [11] et probacionibus inseri in divisione. Quando vero iudices habent facere divisionem huiusmodi, debent ire [12] super proprietate et possessione [13] dividenda, pluribus vel una [14], et ipsis inspectis undique et consideratis, debent eas dividere in tot partes quot sunt particulares; et si sunt plures possessiones, possunt coniungere unam tam in toto quam in parte cum altera, ubicumque sint posite in Veneciis. Studere enim solent ut remaneant integre in quantum possent. Et similiter si fuerit una, sic eam per partes dividere debent sine aliqua refusura pecunie, ut dictum est; et, partibus sic designatis, debent eas sic facere [15] per notarium notari et scribi in quaterno, quamlibet partem per se, hoc modo: *Proprietates talis talis, ut sunt designate in quaterno curie per dominos iudices divise in quinque partibus. Prima pars est una vinea in Clugia posita, et unus furnus cum sua domuncula in Veneciis posita. Secunda pars una vallis piscaricia* [16], *et aucellatoria cum sua casella sive metame in Pupillia posita, et una domus petrinea sollerata posita in Metamauco. Tercia pars est quedam domus petrinea de segente ad pedem planum* [17] *posita de confinio sancti talis, cum uno hospicio domus maioris posito* [18] *in solario* [19] *iuxta eam, tam superius quam inferius. Quarta pars est totum residuum eiusdem domus maioris tam superius quam inferius. Quinta pars est una terra vacua posita in Maiorbo et unum molendinum positum in Torcello etc.* Quibus omnibus et singulis sic annotatis et scriptis, iudices debent facere quinque cedulas equales, et una debet scribi *prima pars*, altera *secunda pars*, alia *tercia pars*, [20] et sic singule alie: eciam tunc [21] per se debent plicari seu revolvi simili plicacione, et unus iudicum eas habere in sinu clausas; et tunc alius iudex pro fatuo seu pro pupillo, si habuerit, [22] partem primam pro eo, [23] aut tutor vel commissarius unam cedulam accipere et dare in manibus alterius iudicis, et ille iudex eam dare debet notario, et tunc notarius adiungere debet, ubi sunt annotate partes per singulum: *Pars talis fatui* vel *Pars talis pupilli*, et postea minor aliis debet subsequenter accipere, et sic per ordinem usque ad maiorem particularem. Et nota, quod si aliqua pars debuerit extimari de predictis et non fuerit integra, sic non est permissa tercia, videlicet: *una domus de segente, cum hospicio domus maioris*; (et) quelibet pars possessionis, postquam sunt divise, debet per

---

1 coguntur, *Cod. Vat.* — 2 quia dicti, *uterque Cod.* — 3 et II, *Cod. Vind.* — 4 extimaciones, *Cod. Vat.* — 5 seu proprietatem dividere, *Cod. Vat.* — 6 tunc, *om. Cod. Vat.* — 7 ad divisionem factam .. proprietatis, *Cod. Vind.;* ad divisionem suprascripte... proprietatis faciendam, *Cod. Vat.* — 8 ex tunc ipsi iudices, *Cod. Vat.* — 9 non, *om. Cod. Vat.* — 10 et, *Cod. Vat.* — 11 cum transitionibus, *Cod. Vat.* — 12 eciam, *Cod. Vind.* — 13 et possessione, *om. Cod. Vind.* — 14 pluribus sive una, *Cod. Vat.* — 15 debent ibi eas facere, *Cod. Vat.* — 16 piscatoria, *Cod. Vat.* — 17 *vulgo* pepiàn — 18 posita, *Cod. Vat.* — 19 in sosallo, *Cod. Vind.* — 20 alia tercia pars, *om. Cod. Vat.* — 21 tunc, *om. Cod. Vat.* — 22 habuerint, *Cod. Vat.* — 23 partem proprii pro eis, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

se extimari occasione [1] presentacionis proquinquorum vel lateraneorum. Quibus divisionibus per iudices sic peractis, postea scribi debent ipse carte divisionis, scilicet [2] per notarium curie, in quibus subscribere debent iudices, vel saltem duo ex ipsis. Solet enim sepe propter particulam inmobilium filio assignandam fieri divisio : que particula intelligitur et esse debet tercia pars [3] sue partis rerum inmobilium patris [4] libera et absoluta, (tam) de consuetudine quam iure hereditario, nisi fuisset disheredatus a patre, ut statuto lib. IIII cap. ultimo, quod incipit : *dishereditare nemo quidem filium suum potest ex toto* etc. Et nota, quod de tali particula non astringitur pater aliis descendentibus dimittere, nisi suis filiis masculis legiptimis per suum testamentum : alioquin non esset testamentum quantum in hoc, [5] quia esset contra predictum capitulum statuti, et notarius fecisset contra suum capitulare, et deberet puniri de periurio, cum, secundum vetus statutum, totum testamentum nichil valebat. Et nota, quod ista inmobilia, de quibus pater non potest dishereditare filium, intelliguntur ea solummodo que sunt Veneciis, videlicet a Grado usque ad Caput Aggeris. Que inmobilia exponuntur in eo, quod donari non possunt alicui sine iudicum examinatorum subscriptione, nisi (pater) [6] cum sua paterna benedicione, sicut superius dixi, sine subscriptione iudicum : in aliis vero personis minime, ut statuto lib. V cap. XI. [7] Sed alia universa omnia et singula inmobilia, que inveniuntur extra, videlicet a Grado usque ad Caput Aggeris, potest quilibet donare et transactare, ut sibi placuerit sine alicuius iudicis subscriptione, tam in vita quam in morte, et pater [8] alios filios suos de ipsis dishereditare, ut sibi placuerit, quia de consuetudine Veneciarum continue approbata habentur ista inmobilia, que sunt extra Venecias, Padue, Tarvisii, Ferrarie et Cretha, vel alibi, pro mobilibus et transeunt quasi mobilia, quia non stridantur, non investiuntur, nec aliquid fit de hiis que oportet fieri de hiis que sunt inmobilia, de quibus pater filium dishereditare non potest. Illa vero que sunt extra Venecias potest vir alienare et transactare in preiudicium repromisse uxoris sue, sicut illa que sunt extra Venecias ; ista vero que sunt Veneciis minime. Et nota, quod si pater haberet duos filios et haberet duas possessiones, unam in Tervisana sive in Cretha, alteram vero in Veneciis, et illam de Tervisana sive de Cretha dimitteret totam Marco, uni ex dictis duobus filiis suis, et aliam de Veneciis, que eciam minus valeret, dimitteret Petro, alteri filio suo, nichilominus Marcus, qui habuit illam de Cretha, poterit petere et habere particulam suam de illa de Veneciis dimissa Petro fratri suo, id est sextam partem, quia illa de Cretha reputatur sicut mobile. Et filius semper intelligitur dishereditatus nisi pater dimiserit ei per testamentum saltem particulam de possessione de Veneciis. Salvo quod Marcus fuisset contentus coram (iudicibus) partem illam de Cretha habere pro sua particula. Potest enim post mortem [9] patris filius, si voluerit, particulam suam refutare commissariis sive heredibus patris sui ; sed talis refutacio et securitatis carta fieri non potest absque subscriptione iudicum examinatorum, sicut et cetere alienaciones inmobilium de Veneciis. Preterea solet eciam [10] pater, per suum testamentum, aliquando dimittere filiis suis omnia sua inmobilia sub condicione, ut si aliquis moritur infra etatem vel sine heredibus, deveniat eius pars in superviventem ; aliquando nullam facere mencionem de inmobilibus seu particula ; aliquando, quia erit dedignatus in (eos), dimittere filiis suis particulam solummodo. Verumtamen, quando pater sua inmobilia dimittit filiis Marco et Petro sub condicione, [11] poterit quilibet suam particulam a comissariis coram iudicibus petere et habere sine condicione illa liberam et absolutam ; et ipsa habita, nichilominus totum residuum sibi remanebit sub illa condicione, quam sibi imposuit pater per suum testamentum. Et nota, quod in hoc casu [12] hec particula haberi non poterit, nisi per sentenciam et divisionem iudicum hoc modo : videlicet, quia filii vel filius faciet precipi omnibus commissariis patris sui de eo quod sibi dicere vellet, et faciet ostendi et legi testamentum eorum patris coram iudicibus. Quo perlecto, qualiter pater dimittit sua inmobilia filiis suis sub condicione, dicet sic dominis iudicibus : *Vos videtis, domini iudices, per illud testamentum, quod pater meus michi non dimisit meam particulam suarum rerum inmobilium libere et absolute, ut debuit secundum usum et formam statuti : quare peto, si dicti commissarii michi possent et vellent eam dare liberam et expeditam* [13] *et absolutam, essem inde contentus ; alioquin, vos per legem et iudicium sentenciare velitis quod ipsam habere debeam liberam et absolutam* [14] *secundum usum et formam statuti, salvis omnibus aliis rationibus meis in toto residuo ipsarum rerum inmobilium.* Qua sentencia lata, poterit in publica forma scribi, aut in quaterno curie, ut dictum est supra de illo qui non vult dividere. Postea vero, ostenso quod fuerunt patris tui et quod per se teneantur et possideantur, debet petere divisionem fieri per iudices, ut dictum est supra : ita tamen, quod de ipsis sortibus seu cedulis equalibus non debet tolli nisi quot fuerint particule assignande. Videlicet, si erunt duo fratres et unus pecierit [15] particulam suam, alter vero non, debent fieri sex partes inmobilium et

---

[1] ecclesie, *Cod. Vat.* — [2] divisionis et locacionis, *Cod. Vind.* — [3] eciam pars, *Cod. Vat.* — [4] patris, *om. Cod. Vind.* — [5] quantum in hoc alioquin non esset testamentum, *Cod. Vind.* — [6] nisi, *om. Cod. Vat.* — [7] cap. XII, *ambo Cod.* — [8] quam in morte parte, *Cod. Vind.;* quam in morte partem, *Cod. Vat.* — [9] post enim mortem, *Cod. Vind.* — [10] enim, *ambo Cod.* — [11] filiis suis sub condicione, *Cod. Vat.* — [12] in hac causa, *Cod. Vat.* — [13] et expeditam, *om. Cod. Vind.* — [14] liberam et expeditam, *Cod. Vat.* — [15] petat, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

sex cedule, et tantum una tolli, et illa que evenerit per cedulam erit particula petentis: relique remanebunt insimul indivise sicut erant; et sic similiter si fuerint plures petentes suas particulas. Et inde debet fieri carta securitatis et divisionis, in qua fiet mencio de predictis omnibus, et, designatis omnibus proprietatibus integraliter, designabitur solummodo particulariter illa particula, pro qua fuerint divise, in ipsa carta divisionis et securitatis. Quando vero pater nullam mencionem fecit in suo testamento de inmobilibus, potest filius, si fuerit unus solus, proprietatem, et si plures filii fuerint, poterit quilibet petere et habere integram partem suam, et divisionem facere, ut superius dictum est. Quando vero pater dedignatus dimittat filio suo solummodo particulam per testamentum, tunc commissarius patris, de consensu illorum quibus expectaverit residuum proprietatis, poterit sine iudicibus assignare suam particulam filio cum dimissa fuerit, et sibi dare certam partem proprietatis sine divisione aliqua, si ipse filius voluerit; et non expedit ut iudices examinatorum in tali carta assignationis subscribant. Nolentibus autem personis predictis hoc facere de voluntate, poterit ipse, cui relicta fuerit, coram iudicibus ipsam petere, et divisionem fieri per iudices ut supra dictum est. Et nota, karissime, in summa tam de inmobilibus quam de mobilibus omnibus et singulis, que iudices de proprio habent extimare ex suo officio, quod, tam de iure statuti quam de consuetudine assiduis [1] actibus approbata, possunt dividere et partem extimandam per sortem accipere per unum ex eis, ut dictum est, aut facere accipi per aliam quamcumque personam, non obstante aliquo deffectu persone alicuius partis, et eciam non citata parte aliqua, quamvis personis, que possunt congrue vocari et interesse, solent iudices diem et horam facere notificari, ut intersint, si volunt. Alioquin, non obstante sua absencia seu aliquo deffectu bailie commissarii vel etatis vel sensus, iudices debent dividere, et partem extimandam, tam de inmobilibus quam de mobilibus, per sortem solummodo accipere solam et notari facere. Ceteras autem partes integras indivisas [2] dimittere; quam divisionem minime facere possunt iudices examinatorum de proprietatibus quas habent extimare.

4. — De solucione repromissarum mulierum post matrimonii separacionem. [3]

Cum sepe, post divisionem inmobilium, solet pars viri per extimacionem [4] factam per iudices de proprio assignari et dari in solucione repromisse eius uxoris post matrimonii separacionem, videndum est igitur quid sit separacio et ipsa solucio repromisse, et quando et qualiter fieri debeat secundum usum, tam de inmobilibus quam de mobilibus. Et nota, quod solucio repromisse mulieris post matrimonii separacionem est restitucio rerum dotalium, sive satisfacio tam de mobilibus quam de inmobilibus bonorum, que eiusdem repromisse sunt obligata. Potest autem fieri ipsa solucio quandocumque ipsum matrimonium fuerit dissolutum; et nisi matrimonium fuerit dissolutum, ipsa solucio vel restitucio aut satisfacio fieri non potest. Verumtamen dicta solucio valet fieri, et solet, de voluntate aliquando viri, si supervixerit, vel, si mortuus fuerit, de voluntate eius commissarii vel eius heredum, sine vadia vel iuramento aliquo et sine strepitu iudicii, quod vero fit raro. Aliquando per strepitum et modum et viam iudicii cum vadia et iuramento et aliis cartis et racionibus necessariis subsequentibus; et hoc sepius et frequenter fieri solet. [5] Et est notandum, quod separacio matrimonii mulieris fit principaliter duobus modis: uno modo, iudicio ecclesie; alio modo, Dei iudicio per mortem alicuius coniugatorum. Sed quando fit iudicio ecclesie separacio, aut fit quoad thorum tantum, aut fit quoad thorum et dissolucionem coniugii per iudicium fori sive curie ecclesiastice. Quoad thorum fit tantum duobus modis. Uno modo, propter adulterium; et tunc, lata sentencia per iudicium ecclesiasticum contra uxorem adulteram, ipsa perdit totum ius sue repromisse, nisi cucurbita post ipsam sentenciam contractaret cum illa, tamquam cum uxore, tam in habitando cum ea quam in thoro, quam eciam si eam permiserit in domo sua masserare: tunc enim propter talem contractum totum ius mulieris repromisse sue ad eam redit, sicut habebat ante dictam sentenciam, ut statuto lib. IIII c. XXXIII. [6] Et nota, quod, nisi lata fuerit [7] sentencia contra ipsam [8] super adulterium, quamquam sit publice adultera, nil perdere potest de sua repromissa. Item alio modo fit separacio, quoad thorum tantum, propter sollempne votum perpetue castitatis acceptatum per episcopum vovencium vel eius vicario, ab ipsis voventibus accepto iuramento, (si) constiterit publico instrumento legiptime de ipso iuramento, episcopi assensu vel vicarii aut presbiteri, cum subscriptione iudicum examinatorum. Sed si mulier, a viro suo separata, in vita viri sui voluerit exequi racionem sue repromisse et eam exigere, si iudicibus visum fuerit quod hoc fiat in fraudem, ut ius alicuius depereat, eam audire non debent nisi post mortem viri, aut illa fraude cessante, ut statuto lib. I cap. LVIIII. Et nota, quod si soluta esset de sua repromissa de voluntate viri sui absque iudicibus, et ipsis videretur ipsam esse factam in fraudem alicuius, illa solucio non teneret. Item quoad thorum et dissolucionem coniugii fit separacio perpe-

---

[1] continuis, *Cod. Vat.* — [2] ceteris autem partibus inter eos indivisas, *Cod. Vat.* — [3] *extat in Cod. Vat.* — [4] per examinatores, *Cod. Vat.* — [5] et frequencius solet fieri, *Cod. Vat.* — [6] cap XXXII, *ambo Cod.* — [7] sit, *Cod. Vat.* — [8] eam, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

tualis iudicio ecclesie, aliquando propter graduum consanguinitatis prohibitionem, cum matrimonium fieri non potest nisi in quinto gradu, aut de una linea in quinto ed de altera in quarto, incipiendo primus gradus a fratribus et primis filiis, et non a patre, et veniendo per laterales lineas usque ad quintum gradum. Et nota, quod in eadem linea ascendenti vel descendenti [1] numquam potest fieri matrimonium. Aliquando, propter prohibitionem iuris, respectu ordinis seu condicionis persone, ut si sacerdos vel in sacro ordine constitutus. Item, si vivente uxore maritus aliam duxerit. Quod (si) sit secunda que contraxit, et sciebat de prima, aut quod ille erat in ordine sacro, vel quamquam scivit non remansit a carnali copula, perdit totum ius sue repromisse: sed si ignoranter contraxit, non perdit quod dedit pro repromissa, quamvis illud non poterit exigere per viam repromisse, id est per vadiam et [2] aliam cartam et racionem; sed ad curiam peticionum solet talis questio agitari. Et nota, quod ubi non potest matrimonium censeri, ibi dos seu repromissa non potest dici vel haberi. Et non solum fit separacio coniugii iudicio ecclesie, verum eciam iudicio Dei, per mortem alicuius coniugatorum, que fit duobus modis, aut per mortem viri aut per mortem uxoris. [3] Et nota, quod si vir moritur ante mulierem, ipsa mulier debet dare suam vadiam ad probandum de sua repromissa coram domino duce et iudicibus infra annum et diem a morte eius viri, vel postquam audivit de eius morte. Alioquin oportebit eam iurare se nescire usum, et quod infra XXX dies, postquam scivit usum, de eo dedit vadiam, ut statuto lib. I cap. LIIII. Sed si mulier moritur ante virum suum, tunc eius commissarii vel successores dare possunt vadiam quandocumque voluerint infra XXX annos de consuetudine approbata. Si vero separacio facta fuerit iudicio ecclesie, per votum sollempne perpetue castitatis, tunc mulier dare debet vadiam infra annum et diem a die late sentencie, nisi iudices factum habuerint suspectum, quod separacio facta sit in fraudem alicuius persone: tunc mulier non tenetur de tempore, nisi per [4] mortem, ut dictum est. Si vero mulier veneta fuerit uxorata extra Venecias alicui forinseco, solet dare suam vadiam suis fideiussoribus, et aliquando, si vir premoritur, [5] ad curiam proprii. Sed nota, quod in quocumque casu seu per quemcumque modum detur vadia, debet fideiussorem a die qua data fuerit, et tunc debet rogare notarium de ipsa facienda et testes. Et ab ipsa die qua data fuerit, infra octo dies, debet mulier comprobare de sua repromissa; et hanc repromisse cartam potest exigere tamquam repromissam [6] de bonis viri secundum usum. Alioquin ipsa vadia nichil valebit, nec poterit fieri per notarium ut statuto lib. I cap. predicto LIIII: debet enim mulier probare [7] infra octo dies de sua repromissa, aut cum carta securitatis vel manifestacionis sive alterius manierei, aut et per breviarium, vel duos aut unum testem, tam masculum quam feminam. Verumtamen si secus appareret facta per filium familias consenciente patre suo, non erit per talem probacionem pater obligatus, nisi aliter fuerit probatum, quamvis antiquitus talis probacio sufficiebat quod pater nurum recepisset super bonis suis, quod hodie non observatur. Si vero alia persona, quam pater, receperit eam super bonis suis, oportebit [8] mulierem hoc probare per manifestacionis cartam, ut statuto lib. I cap. LVI. Et nota, quod quamvis talis probacio secundum statutum fieri debeat fideiussori, nichilominus, quando fit per aliquem testem, debet fieri coram iudicibus illa probacio et per iudices examinari ipse testis sive testes ut statuto lib. I cap. XXII. [9] Fideiussor est ille qui fideiubet coram domino duce et iudicibus de coniugio et separacione coniugii, et ostenditur [10] de facto, habita licencia a domino duce et iudicibus, hoc modo: quia mulier, vel qui est pro ea, teneat alium quendam per digitum, per quod ostendetur coniugata mulier cum viro suo; et tunc fideiussor ellevat manum et, quasi incidendo, [11] separat eos, videlicet mulier ab illo mediatore, propter quod ostenditur separacio coniugii; et ibi, per [12] talem fideiussionem datam, promittit tacite comprobare suo tali fideiussori de sua repromissa etc., ut dictum est. Et nota, quod talis vadia dari non potest nisi de repromissa mulieris legiptime coniugate et a viro suo per mortem aut aliter legiptime separate, ut superius dictum est. Item mulieri non expedit, nec aliquis sibi [13] valet probare de donis sibi factis postquam fuerit in potestate viri, quia exigi non possunt [14] de bonis viri; sed si invenirentur ipsa bona, non per vadiam, sed per aliam viam, bene posset acquirere et habere; sed non penitus de bonis viri, ut statuto lib. III cap. XLII. [15] Sed illa dona, que sibi facta fuerunt ante statutum [16] vel antequam fuerit in potestate viri, et (si) pervenerint in potestatem viri postquam fuit in eius potestate, possunt bene exigi de bonis viri, si probabitur legiptime, ut statuto lib. I cap. LV, ubi fit mencio de huiusmodi donis mulierum. Item debet probare mulier de dimissoria et bonis, que, sibi per successionem expectancia, pervenerunt in potestatem viri sui, et de tempore et quantitate seu qualitate [17] rerum, et a quibus sibi devenerunt, legiptime: contra quas repromissam, dona, dimissoriam et bona successionis,

---

[1] vel descendenti, *om. Cod Vind.* — [2] vel, *Cod. Vat.* — [3] mulieris, *Cod. Vat.* — [4] post, *Cod. Vat.* — [5] si vir ponerit, *Cod. Vat.* — [6] et hanc... repromissam, *om. Cod. Vat.* — [7] comprobare, *Cod. Vat.* — [8] apparebit, *Cod. Vat.* — [9] cap. XII, *ambo Cod.* — [10] ostendere, *Cod. Vind.* — [11] incipiendo, *Cod. Vat.* — [12] propter, *Cod. Vat.* — [13] sibi, *om. Cod. Vat.* — [14] quia non possint exigi, *Cod. Vat.* — [15] cap. XVI, *Cod. Vat.* — [16] *forsan statutum a. 1223 de quo in lib. III cap. XLII cit.* — [17] de tempore, quantitate et qualitate, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

que sunt in potestate viri, vivente viro, mulier aliquam cartam facere non potest; et si fecerit umquam ullo tempore [1] contra predicta valere non poterit, ut statuto lib. I cap. XXXVIIII. Et nota, quod de predictis, que sunt in potestate viri, et possunt exigi per vadiam seu per diiudicatum de bonis viri, tamquam repromissa, eorum usufructus est viri durante matrimonio seu coniugio, sicut et usufructus repromisse. Verumtamen, si mulier habuerit manifestacionis cartam a viro suo de aliqua dimissoria seu aliis bonis, que sint penes eum, illa poni non debent in vadia, sed mulier [2] per suam cartam consequitur ius suum secundum testum sue carte ab aliis curiis; quia non intelliguntur esse in potestate viri nisi ea que peti non possunt, matrimonio durante, si illud quod continetur in carta potuit mulier durante coniugio petere. [3] Et nota, quod in breviariis repromisse mulierum, seu in breviariis earum vadimoniorum, non est necesse ut aliqui iudices subscribant, ut statuto lib. I cap. XXXI; formam autem carte alibi ponam.

5. — De iuramento et presentacione. [4]

Scripta et completa vadia, poterit mulier vel eius commissarius vel successor, [5] a die date vadie usque ad triginta annos, quandocumque voluerit, coram iudice iurare; quod iuramentum iudices debent sedentes tollere in hunc modum a muliere vivente vulgariter, vadia super librum posita, et illa tenente manum super librum et vadiam: *Tu zuris a le sancte Dio vagneli, che segondo toa consciencia, ello è tuto vero quello che se contien* [6] *in questo to breviario de vadia, e che tuto quello che se contien en eso tu avisti in bailìa de to marido;* [7] *et ello l'ave in soa podestade, e de quello no desti niente in dredo, e che tuti li beni mobili, che fò* [8] *de to marido, e xe in le toe man e in toa bailìa, infra VIII dì* [9] *tu li presenteras e manifestaras ala leze. Et che de li beni de to marido tu non as dado ni donado ni recomandado per alguna fraude o inzegno, unde che tun daspetis aver alguna cossa* [10] *o algun guiderdon. E che tuti li beni de to marido, che vegnerà ale toe mane in fino ad un anno et un dì, da può* [11] *infra VIII die tu li presenteras ala leze; e cusì è vero e cusì atenderas a bona fè senza fraude, se Dio t' aidi et ale sancte Dio vagneli.* Quo iuramento sic a muliere per iudices accepto, poterit mulier, quandocumque voluerit, illa bona mobilia, que sunt in sua potestate, infra VIII dies proximos iudicibus presentare: quod si non fecerit infra VIII dies proximos, oportebit eam iterum iurare et sic presentare. [12] Quod si iudices viderint esse viri, ea per singulum extimabunt; et si commissarii vel heredes viri ea omnia voluerint pro illa extimacione et solvere incontinenti precium eorum ipsi mulieri, iudices ea omnia, sed non partem, sibi dabunt. Alioquin dabuntur ipsi mulieri in solucione, vel pro parte solucionis sue dotis, si ipsa mulier voluerit ea pro ipsa extimacione accipere: alioquin remanebunt in bonis viri, nec mulier poterit ea amplius presentare seu habere; sed aliunde poterit se appacare, si invenerit de bonis viri sui. Sed, si recepta fuerit super bonis alterius, non poterit ista recusare et reverti ad bona illius [13] persone que eam recepit, ut statuto lib. I cap. LVI. [14] Si vero mulier presentabit res alienas ignoranter, credens esse viri, et fuerint sibi extimate [15] et date per iudices, erunt mulieris, dummodo, antequam dentur ad faciendum iudicatum, de residuo contrarium [16] non apparuerit. Et nota, quod iudices de proprio restituere vel dare non possunt aliqua bona inventa apud mulierem, nisi mulieri, ut dictum est; salvo quod possunt ea deffinire per viam interdicti. Nota, quod tenetur mulier bona viri presentare, que sibi sunt interdicta, nec expedit propter tale interdictum facere ea sibi interdici, quia per vadiam suam poterit convenire interdicentem coram iudicibus, et petere quare interdixerit bona viri, que sunt in sua potestate et se de ipsis appacare debet, quod non potest fieri nisi in hoc casu, per favorem repromisse mulieris. Quia, si simul ea interdiceret sibi et teneretur firmum eius interdictum, non posset ea presentare, nisi remoto interdicto et sentencia sua, ita quod inde agravaretur laboribus et expensis. Item, secundum usum non bonum, non tenetur presentare si est commissaria viri et dicit ea se tenere pro ipsa commissaria, [17] nisi recepta fuerit super aliis bonis, quia tunc tenebitur bona viri sui presentare et ea accipere. Item, non tenetur ea presentare, nisi ea que sunt in suis manibus et in sua potestate penes eam, de quorum extimacione, sive precio, debet tolli seu dari, primo de monte fictus domus usque ad diem mortis viri sui, si domum ad affictum [18] habuit, et eciam imprestitum super accepit vel fecit mulier in vita viri; et hoc esse debet in discretione [19] iudicum, ut preallegato statuto lib. I cap. LVI: reliquum mulieri dabitur [20] in solucione, seu pro parte solucionis sue repromisse. De residuo vero facient ei iudices fieri diiudicatum, ut statuto lib. I cap. LV, per tutorem; et si nichil presentaverit, facient fieri iudicatum [21] de toto, et dabitur [22] ei ultra repromissam libras XII

---

[1] ullo tempore umquam, *Cod. Vat.* — [2] poni debent in vadia si mulier, *Cod. Vind.* — [3] petere durante coniugio, *Cod. Vat.* — [4] *extat in Cod. Vat.* — [5] commissarii sive successores, *Cod. Vind.* — [6] contene, *Cod. Vat.* — [7] mario, *Cod. Vat.* — [8] foe, *Cod. Vat.* — [9] die, *Cod. Vat.* — [10] cosa, *Cod. Vat.* — [11] da pò, *Cod. Vat.* — [12] iudicibus presentare... dies proximos, *om. Cod. Vind.* — [13] alius, *ambo Cod.* — [14] cap. LVII, *Cod. Vind.* — [15] extimate sibi, *Cod. Vind.* — [16] contrarium de residuo, *Cod. Vind.* — [17] viri... pro ipsa commissaria, *om. Cod. Vind.* — [18] si dictum affictum, *Cod. Vind.* — [19] discripcione, *Cod. Vat.* — [20] reliqua mulieri dabuntur, *Cod. Vat.* — [21] ut statuto.. facient fieri iudicatum, *om. Cod. Vat.* — [22] quod dabitur, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

et dimidiam [1] solummodo de bonis viri, pro suis indumentis vidualibus, si repromissa fuerit librarum CXXV, et inde supra, in quantum poterit ascendere repromissa, non plus dabitur; sed exinde infra dabitur ad racionem de libris X pro centenario. Et nota, quod a die, qua aliquid accipiet [2] de bonis viri in parte solucionis sue dotis, vel qua fieri fecerit suum diiudicatum, amplius plus non potest vivere de bonis viri, sed habebit stacium in domo viri quousque fuerit ad plenum soluta de toto eo quod continebitur in suo diiudicatu, nisi forte domus venderetur, in qua vir habitabat et sua erat, ut statuto lib. I cap. LX. Verumtamen, si post mortem viri sui mortui ab intestato, infra annum et diem, relictis filiis vel propinquis uno vel pluribus, mulier emiserit votum viduitatis sollempne, quamvis fuerit soluta de tota sua repromissa, nichilominus stacium habere debet in domo viri, donec domus illa fuerit aliquo modo alienata. Et insuper, si fuerit mater vel avia eorum, debet habere victum et vestitum de bonis defuncti secundum facultatem eorum quousque minimus eorum vel earum ad etatem pervenerit, ut statuto lib. IIII cap. XXXIIII.[3] Et nota, quod hoc votum viduitatis sollempne, quod fieri debet infra annum et diem post mortem viri, si mulier voluerit viduare, solet fieri hoc modo. Videlicet, quod mulier, mortuo viro, infra annum et diem debet accedere ad episcopum vel eius vicarium, et sibi hoc exponere, quod vult facere tale votum viduitatis sollempne, et sibi presentare aliquam vestem vidualem, ut ipsam benedicat, et iurare coram eo ipsum votum, et inde fieri facere aut instrumentum publicum aut breviarium per duos testes; et sic de consuetudine in omni casu quando mulier debuerit viduare debet observari: alioquin mulierem viduare dici non posset nec haberi, et hoc approbatur de consuetudine assidue de facto confirmata. Preterea, si vir mortuus fuerit ab intestato foris Venecias, et eius bona pervenerint ad legem, poterint iudices solvere mulieri solum pro vadia, accepto iuramento primo ab ea sicut de rebus per eam presentatis, ut dictum est: tamen, in hoc casu habent iudices primo diligenter attendere ad debita eius viri creditorum, sive collegantie illius viagii, [4] et quanta fuit eius collegantia, et qualiter egit et investivit, et quid de ipsis bonis ad ipsam collegantiam pertineat, ut statuto lib. V cap. IIII, et quantum fuerit eius capitale; et hiis consideratis et cognitis, poterint solvere mulieri et omnibus creditoribus, [5] qui non fuerunt de illo viagio, absque eciam sentencia debiti, ut sibi videbitur rationabile atque iustum. Simili modo poterint iudices, soluta vadia [6] et accepto iuramento predicto a muliere, tollere de procuratia sancti Marci, tam noticiam factam mulieri de sua repromissa, quam pecuniam ibi positam occasione sue repromisse, et quelibet alia ibi posita eadem occasione sue repromisse, ut statuto lib. III cap. XXXVIIII, [7] et eciam de consuetudine approbata. Item poterit mulier hoc facere sine diiudicatu, et iuramento tollere clamorem tam super investicione quam super laboreriis positis et factis super possessione eius viri tam in vita eius quam post mortem ipsius, et eum facere placitum viri de clamore ad investicionem, ut statuto lib. III cap. LIIII. [8] Et simili modo poterit tollere interdictum tantum per vadiam et placitare de interdicto ad interdictum de iudicatu, (si) alius interdici [9] fecit eadem bona; sed sine diiudicatu non poterit placitare cum ipso illo, cui interdicta fuerint, nec ipsa habere nisi per sentenciam post diiudicatum, ut statuto lib. I cap. LXVI, et sic de consuetudine continua observatur. In aliis autem casibus minime sine diiudicatu.

6. — De iudicatu mulierum faciendo.

Viso supra de vadia, iuramento et presentacione mulierum, sequitur videre de earum iudicatu faciendo. Et nota, quod diiudicatus repromissarum mulierum est facultas iudiciaria, cognita veritate, attributa mulieri cum confirmacione domini ducis ad intromittendum et appropriandum iure debito de bonis sibi in eo expositis et subiectis, in quantum est id quod per ipsum sibi expectat habere. Et nota, quod diiudicatus predictus non mandatur execucioni per dominum ducem, nisi quando res sive proprietas dotalis restituitur, et datur per ipsum diiudicatum mulieri. [10] Tunc enim per ipsum dominus dux faciet mulierem poni de ipsa re vel proprietate restituta in tenuta et possessione, sicut faceret per legem seu sentenciam, que transit in rem iudicatam, et hoc de consuetudine approbata; sed in nullis aliis mandabitur execucioni, sicut sentencie successionum vel furnitionum non possunt mandari nec mandantur, nisi per viam a iure et secundum usum ordinatam. Poterit enim mulier quandocumque voluerit, facta vadia et iuramento manifestacionis et presentacionis, facere suum diiudicatum ordinatum fieri per iudices infra VIII dies iuramenti, alioquin interum iurabit, ut supra. Et si aliquis presentabit, stabit vadia in manibus curie quousque faciat fieri suum diiudicatum per aliquem cancellarium ex iudicio iudicum. Et nota, quod si principalis persona fuerit in Veneciis personaliter, aliquis alius non poterit iurare

---

[1] et dimidiam, *om. Cod. Vat.* — [2] recipiet, *Cod. Vat.* — [3] cap. XXXIII, *ambo Cod.* — [4] navigii, *Cod. Vat.* — [5] et aliis creditoribus, *Cod. Vat.* — [6] solum vadia, *Cod. Vind.;* solvere vadiam, *Cod. Vat.* — [7] cap. XXXVIII, *Cod. Vat.* — [8] cap. LIII, *uterque Cod.* — [9] alius interdicti, *ambo Cod.* — [10] *Nota marg. Cod. Vind.:* Hodie carte diiudicatus mandantur executioni per dominum ducem in bonis mobilibus, tam viri quam aliorum, super quibus ipse carte diiudicatus forent facte, sicut mandantur alie sententie debitorum, ut statuto novo cap. VIII (XVI) Andr. Danduli.

Source : BIU Cujas

pro ea; sed si fuerit extra Venecias, qui habuerit sufficientem commissionem [1] et ad hoc speciale mandatum, poterit pro illa persona iurare. Et nota, quod potestas iurandi, que datur generaliter in commissione generali, non valet nec est sufficiens in hoc casu, nec ad faciendum clamorem ad tempus, nec ad iurandum breviarium seu testamentum forinsecum in testamentum, nec ad exempla carte formanda in matrem, et in aliis hiis similibus: generalia autem iuramenta valent ad ea [2] que generaliter committuntur peti et exigi ac deffendi. Et nota, quod dictum est de persona mulieris viventis, intellige similiter de eius commissariis, furnitoribus et successoribus, et tutoribus et pupillis [3] eius, si mortua fuerit, quibus omnibus solet fieri diiudicatus loco mulieris. Verumtamen hoc modo sive taliter debet fieri diiudicatus. Videlicet, quia iudices sedentes debent dare vadiam uni de cancellariis, qui ipsum [4] scribere debet; quo scripto, debent iudices ipsum extimare, et postea debet subscribere dominus dux et saltem duo ex iudicibus, quo completo debet [5] annotari in quaterno bergameno [6] curie de proprio ad hoc specialiter deputato, et postea dabitur mulieri: quo habito, poterit mulier coram ipsis iudicibus, vel qui loco eius fuerit, petere personam aut viri aut cuiuscumque alterius persone, que eam receperit super bonis suis, et (si) data fuerit sibi potestas per iudicem suum ad sua bona intromittenda per sentenciam, aut appacet aut stet in curia secundum usum, ut statuto lib. I [7] cap. LIII. Et nota, quod si vir vixerit, qui fuerint loco mulieris mortue non poterint petere aliorum personas, qui eam receperunt, stantes in curia, nisi personam viri, ut statuto lib. I cap. LVIII, [8] et eciam de consuetudine curie. Et in hoc casu, postquam quis steterit in curia, non fit aliqua provisio, [9] sicut fit de aliis summis [10] curie de proprio [11] mobili, vel [12] quibus sentenciantur debita, et datur persona in curia, si petita fuerit, una tantum legis prolatione, ut statuto lib. I cap. LII. Et nota secundum hoc capitulum statuti, quod persona non datur in curia, nisi illius qui pro se vel pro patre suo fuerit per sentenciam positus in debito: stare autem debet in curia qui iudicatus fuerit, ut statuto lib. I cap. LI. Item, poterit mulier per suum diiudicatum coram iudicibus petere litteras sibi faciendas ad aliam partem extra Venecias, pro solucione sue repromisse de bonis viri sui, seu eorum, qui eam receperint, obtinenda, a qua iudices primo debent accipere bonam plezariam a muliere, aut retinere diiudicatum in curia, quousque habebunt racionem de ipsa solucione, utrum facta fuerit vel non; et postea, si non fuerit sibi in aliquo facta solucione, debet sibi reddi et restitui integra sua diiudicatus carta, aut cancellari facere suam plezariam. Si autem fuerit soluta de toto quod in ipsa continetur, debet ipsam incidere, si solucio sibi facta fuerit de mobili, tam extra Venecias quam in Veneciis. Si vero facta fuerit de inmobilibus que sunt extra Venecias, que transeunt pro mobili, debet eius diiudicatus carta refici, et per refectionem ipsas terras seu possessiones sibi dari, de cuius forma alibi dicam. Si autem fuerit soluta tantum de parte, in residuo debet refici; et in utroque casu primi diiudicatus incidi debent et totaliter evacuari de consuetudine approbata, et ut continetur in suo capitulari et iudicum de proprio. Item poterit mulier, suo diiudicatu habito, petere sibi adiudicari bona mobilia per eum alicui interdicta, si aliquis alius ea interdici non fecit; oportet enim mulierem, ut sibi dicta bona adiudicentur, probare legiptime illum, cui fuerint interdicta, [13] habere de illis bonis viri sui, sive illorum, que per suum diiudicatum intromittere potest, et quantitatem eorum bonorum, et de tempore quando ea habuerit: quia si ea habuerit post interdictum, non erunt interdicta nec poterunt sibi adiudicari, et si ante habebat et habet, [14] postea debet petere suum interdictum firmum [15] teneri, et illa bona sibi dari per legem. Si autem legiptime probare non poterit, et ille negaverit, et inde aliqua presumpcio habebitur quod habeat de bonis predictis mobilibus, unde se appacare debet, solet curia peticionum illum sub pena cogere ut per sacramentum ad curiam proprii perhibeat veritatem. Sed si confessus fuerit vel probatum sub ipso interdicto se habuisse in dictis bonis, et dixerit se ante interdictum ea dedisse [16] racionabiliter, ut debebat, vel suo creditori vel alteri persone pro eo, oportebit hoc ipsum probare, ut statuto lib. I cap. XLVI. Sed si probacio mulieris erit [17] legiptima, aut per cartam aut per testes ad [18] ipsum debitum vocatos et rogatos, [19] non audietur contrarium per sacramentum, nec inspicietur ad dictum statutum, sed penitus per suum interdictum, ut dictum est, sibi iudicatur ad dandum in quantum habuerit vel in quantum continebitur in suo diiudicatu, nisi contrarium apparuerit. Et nota, quod quandocumque fuerit interdictum capitale sive sors de mobili, habetur interdictum et prode tam preteritum quam futurum post interdictum, quia ubi astringitur principale, habetur astrictum et accessorium; sed de affictibus hoc non observatur, nisi de tempore ante interdictum, quia principale non est interdictum, nec potest interdici, quia est inmobile, nisi laborerium ut non laboretur, quod fieri non potest solum per diiudicatum. Et nota, quod quando-

---

1 commissarium, *Cod. Vat.* — 2 ad acta, *Cod. Vat.* — 3 et pupillorum, *Cod. Vat.* — 4 ipsam, *Cod. Vat.* — 5 debent, *Cod. Vat.* — 6 bergamino, *Cod. Vat.* — 7 ut stat. lib. III, *Cod. Vat.* — 8 cap. LVII, *Cod. Vind.* — 9 promissio, *Cod. Vat.* — 10 sententiis, *Cod. Vat.* — 11 proprio, *om. Cod. Vind.* — 12 in, *Cod. Vat.* — 13 cui fuerit interdictum, *Cod. Vat.* — 14 si ante habebat et habet, *om. Cod. Vat.* — 15 firmiter, *Cod. Vat.* — 16 dixisse, *Cod. Vat.* — 17 fuerit, *Cod. Vat.* — 18 aut ipsum debitum, *ambo Cod.* — 19 vocantem et rogantem, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

cumque tenetur firmum interdictum mulieris propter suam diiudicatus cartam et iudicabitur sibi pecunia interdicta dari, remanebit suus diiudicatus quousque fuerit soluta de re iudicata; et si fuerit soluta de toto incidetur, et si de parte reficietur in residuo, ut dictum est. Solent enim iudices de proprio, si mulier intendit in brevi aliquid aliud de mobili exigere, ipsum diiudicatum in curia substinere sine refectione, donec in residuo suum ius in suo tempore de mobili prosequatur, ut eius expensis pariatur, quod pium et bonum est. Preterea, si per alium vel per alios eadem bona mobilia interdicta fuerint, expedit mulieri, antequam ea petere possit de iure suo, cum illis interdicente vel [1] interdicentibus experiri in iudicio coram iudicibus, et ibi petere a lege suum interdictum firmum teneri, et illud adversarii sui evacuari. Circha que habent iudices non modica diligenter inspicere et de consuetudine attencius considerare, de quibus infra alibi inferius dicam distinctius. [2] Potest enim mulier per suum diiudicatum in Veneciis, tam viri quam illius bona mobilia, [3] super quibus suus diiudicatus factus fuerit, facere interdici, ubicumque et apud quemcumque voluerit. Et nota, quod res proprie alicuius, quas habet in domo sua, non possunt sibi modo aliquo interdici, nec per diiudicatum ex parte domini ducis intromitti possunt, nisi tantum intromittantur [4] per sentenciam diffinitivam ex parte domini ducis pro ipsa complenda; et eciam dimissoria non excussa vel non ordinata per eum, cui dimissa est, interdici vel intromitti non potest; nec eciam salarium communis, si excussum non fuerit: quod tamen curia peticionum non observat. Si viderint in hoc aliquam maliciam sive fraudem, et eciam si mulier moritur antequam sua repromissa sit soluta vel excussa, et fecerit testamentum, et fuerint commissarii intelligentes per fraudem ad exigendum repromissam, tunc iudices peticionum, [5] ad peticionem legatariorum et creditorum, ipsos commissarios sub pena in propriis bonis cogere solent ad ipsam exigendam, quod non solet fieri in successionibus mulierum, ut ipsam exigant, sed tantum ut faciant diiudicatum, et dent ipsum creditori cum vigore et robore in quantum fuerit debitum, sicut mulier vivens cogi posset. [6] Et nota, quod nisi repromissa excussa fuerit, interdici vel intromitti pro debito mulieris non potest. Et nota, quod in carta diiudicatus repromisse alicuius mulieris, vel solucio aliqua, aut restitucio fieri non potest per iudices, absque iuramento supranotato. Nec quicquid profuerit sibi, si vir eius ordinavit [7] per suum testamentum quod non iuret, vel quod solucio sue repromisse sibi fiat sine aliquo iuramento; sed poterit per commissarios vel heredes viri eius, remisso sibi ab eis voluntarie [8] iuramento, ei fieri, absque iudicibus, tam solucio quam restitucio ad plenum eius totaliter repromisse.

7. — De investicione sine proprio accipienda.

Dicto supra de solucione repromisse mulieris de mobilibus facienda, nunc videndum est per quam viam et qualiter de inmobilibus, que sunt Veneciis, sit sibi, secundum formam statuti et de consuetudine solucio tribuenda. Necesse est enim mulieri, vel eius commissariis, sive successoribus, per viam investicionis, habita diiudicatus carta eius repromisse, incedere ut ex ipsis inmobilibus ipsa solucio possint obtinere. Unde videndum est, quid sit investicio et qualiter investiri debeant ipsa inmobilia, et quot modis dicatur investicio et fieri debeat, et quando per eam solucio poterit haberi. Est enim investicio per signum guiffe alicui proprietati publice per preconem, presentibus testibus, ex precepto domini ducis et lege iudicum imposite, ad ipsam tollendam manifesta ostensio et admonicio, ac in scriptis per breviarium precepti et testium ac iudicum subscriptione certificacio et rei investite approbacio. Hoc modo sive taliter debet mulier petere per diiudicatum sue repromisse investicionem accipere. Videlicet, quia mulier poni debet facere in scriptis omnes et singulas proprietates, tam viri sui quam aliorum super quibus bonis est facta sua diiudicatus carta, que sunt posite Veneciis, a Grado usque ad Caput Aggeris, et uniuscuiusque proprietatis confines per singulum [9] ordinate. Et postea accedere coram iudicibus cum ministeriale curie, et dare diiudicatus cartam et cedulam proprietatum et earum confines, et petere ut precipiatur per preceptum fieri cuytum propinquis et lateraneis secundum usum, quia intendit illas proprietates, que continentur in illa cedula, investire propter suam diiudicatus cartam. Tunc enim iudices precipient ministerialibus, ut ipsum cuytum bene et ordinate faciant; quod ipsi ministeriales bene minime faciunt. Facta autem per ministerialem iudicibus relacione de ipso cuyto facto, iudices dabunt eidem ministeriali licentiam ad ipsam investicionem ponendam super ipsis proprietatibus in ipsa cedula contentis, presentibus duobus testibus, quando datur a iudicibus et quando ponitur guifa super aliqua ipsarum proprietatum, ut statuto lib. III cap. XXXIIII: *Nulla investicio* etc. Et nota, quod numquam per curiam proprii datur ad investiendum aliqua proprietas nisi primo factus sit dictus cuytus; et hoc sunt ipsi iudices astricti per suum capitulare observare, salvo in duobus casibus. Uno enim in favore mulieris, ut non amittat tempus quando est prope kalendas augusti, quia perderet tempus plus quam per annum:

---

[1] interdicente vel, *om. Cod. Vind.* — [2] alibi distinctius dicam, *Cod. Vat.* — [3] quam illorum bona mobilium, *Cod. Vat.* — [4] intromitti, *Cod. Vat.* — [5] tunc iudices poterint, *Cod. Vat.* — [6] sicut et muliere viventi exigi posset, *Cod. Vat.* — [7] ordinaverit, *Cod. Vat.* — [8] voluntarie, *om. Cod. Vat.* — [9] per singulam, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

tunc enim simul et semel ordinatur cuytus et datur investicio; et hoc fit eciam, pro tali necessitate, si carta diiudicatus non inveniretur completa, ut mulier non perdat tempus. Alio modo ordinatur cuytus et datur investicio simul et semel omnibus qui volunt investire aliquas possessiones, que sunt extra civitatem Rivoalti, propter aliquas raciones ut pareatur laboribus et expensis; debet enim mulier, quando vult investire omnes proprietates tam viri quam soceri et alias, super quibus habet suam diiudicatus cartam, diligenter inquirere: quod si omnes non investit, non poterit habere partem nec proprium, ut statuto lib. III cap. XXXVII: *Decernimus* etc., nisi non investita investiverit.

Dicitur autem investicio duobus modis: uno modo sine proprio, que poni et fieri debet ut dictum est; et talis investicio sine proprio, data per diiudicatum mulieris, debet stare super proprietatibus investitis quandocumque ponetur a kallendis mensis augusti tunc proxime venturi [1] usque ad festum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut statuto lib. III cap. XXXVIIII: *Mulier* etc. Si autem aliquam non investitam scienter dimiserit, ita quod non poterit iurare de ignorancia quando pecierit propria dari, oportebit eam iterum omnes investire, tam investitas quam non investitas, et expectare ad habendum propria iterato per totum idem tempus, ut dictum est. Si autem poterit iurare de ignorancia, quia ignoravit non investitam esse viri sui et alias quas investire debebat, tunc enim oportebit eam non investitas investire et inde fieri aliqua breviaria investicionis, in quibus fiet mentio de dimissione et iuramento ignorancie, ut presbiter curie de proprio, si non fuerit ignarus [2] bene facere novit; et talis investicio de proprietate dimissa per ignoranciam debet stare [3] tantum per triginta dies, ut statuto lib. III cap. XXXVII, ut supra, *Decernimus*. Et nota, quod si fuerint quamplures proprietates investite, et in diversis locis posite, solent omnes poni in uno tantum breviario investicionis, salvo quando fit de dimissis per ignoranciam, ut dictum est; tunc enim potest fieri in pluribus [4] breviariis. Quibus omnibus sic investitis, si investicio quieta fuerit, ita quod aliquis clamor non fuerit factus super eam, vel si fuerit factus quod sit evacuatus, et quod ipse proprietates, post investicionem mulieris, per alios non fuerint investite, vel si fuerint investite, quod ille investiciones postmodum facte sint evacuate, quia, si ante posite fuerint, nichil nocent investicioni mulieris; [5] tunc enim, si quieta fuerit investicio, seu investiciones, a clamoribus, et proprietates investite ab aliis investicionibus, seu investicio quieta fuerit super aliqua illarum, [6] seu alicuius earum parte, cognito primo de clamoribus factis et aliis investicionibus postea suprapositis et diffinitis per legem, aut evacuatis per securitatem, hoc ostenso manifeste iudicibus ex parte mulieris, ad petitionem mulieris, ibunt iudices personaliter ad assignandum ei proprium de proprietate investita quiete, [7] ut statuto lib. III cap. XXXVIIII: *Mulier*, et sequente cap. XL: *Mulier*. Et nota, quod iudices per legem aliquem clamorem de voluntate vel consensu mulieris firmum tenere non possunt super huiusmodi earum investicione, ne malicia super hoc per eas committatur, ut statuto lib. I cap. LXII: *Preterea* etc. Et nota, quod si investite forent sex proprietates per mulierem, et per clamorem fuerit tantum super una, et super quinque remanserit investicio quieta, iudices non poterunt assignare partem proprii nisi primo fuerit cognitum de ipso clamore et deffinitum, pro eo quod investicio non esset quieta, et officium iudicum in assignando partem substineret deffectum, quia est in dispositione iudicum dare mulieri partem de proprietate investita per eius diiudicatus cartam, postquam tota investicio fuerit quieta, tam de possessionibus de foris quam de aliis, ut sibi placuerit, ut statuto lib. III cap. predicto XXXVIIII: *Mulier* etc.

8. De investicione ad proprium accipienda.

Alio modo dicitur investicio ad proprium, que oritur ab investicione sine proprio. Quia quod non est investitum sine proprio non potest investiri ad proprium; et idcirco proprietatum confines, que sunt investite sine proprio, [8] non possunt ampliari, nec plus extendi modo aliquo investicione ad proprium de eo quod continetur in investicione sine proprio; sed antequam ponatur proprium, sepe per sentenciam clamoris ad investicionem solent minui et mutari. Sed si postea proprii confines, que continentur in investicione, minuentur per sentenciam clamoris facti super investicione sine proprio, et ad proprium erit diminuta pars assignata mulieri, et poterit iterato, propter ipsam diminucionem, petere aliam partem, et iudices habent eam in hoc casu reiterare, et partem aliam certam [9] sibi assignare, quia quod fuerat sibi assignatum non fuit certum de proprietate: ymmo dubium et incertum; sed esse debuit certum, ut statuto lib. III cap. XXXVIII: *Statuentes* etc. Quam partem de consuetudine per eos assignatam, sive proprium, minime in suo tempore, nisi hoc casu, reiterare possunt; nec eciam partem suorum predecessorum, iudices, si a muliere proprium acceptatum et completum fuerit per notarium cum subscriptione iudicum,

---

[1] venientis, *Cod. Vat.* — [2] ignoratur, *Cod. Vind.* — [3] et tales investiciones de proprietatum dimissione de ignorancia debent stare, *Cod. Vind.* — [4] in personalibus, *Cod. Vat.* — [5] mulieris investicioni, *Cod. Vat.* — [6] ipsarum, *Cod. Vat.* — [7] quietis, *uterque Cod.* — [8] non potest investiri... investite sine proprio, *om. Cod. Vat.* — [9] rectam, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

poterint reiterare, ut statuto lib. III cap. XLI: *Cum itaque* etc. Si autem pars assignata mulieri in tempore suorum predecessorum a muliere non fuerit acceptata, et proprium positum et completum, solent iudices iterato ei assignare partem, de consuetudine approbata. Solent enim iudices in duobus casibus suo tempore facere reiterari proprium super eadem parte, non mutando aliquid de parte assignata mulieri, et hoc de voluntate ipsius mulieris, et ad eius suplicacionem et instanciam. Primo, videlicet, si postquam datum proprium fuerit ad ponendum, antequam scribatur: *compleatur*, mulier dederit suam diiudicatus cartam cum investicione sine proprio alii persone cum vigore et robore, et eciam completum fuerit et incisum ; quia tunc non iteratur, sed solummodo persona mutatur. Alio vero casu, quia transactis XXX diebus, infra quos propinquus vel lateraneus valet presentare et non presentabit, si mulier voluerit ut presentet et renovare sibi privilegium presentandi, iurabit mulier iudicibus, ut proprium reponatur a capite, ita quod, renovata petitione [1] propinqui, renovetur iurisdictio propinqui vel lateranei per alios XXX dies presentandi, ut valeat presentacio. Et nota, quod quandocumque dicitur tantummodo investicio, secundum usum intelligitur sine proprio ; sed quando dicitur proprium tantum, intelligitur investicio ad proprium : illud vero, quod assignatur mulieri pro solucione sui diiudicatus de inmobili, dicitur pars. Et nota, quod in utraque enim investicione, antequam fiat carta breviarii investicionis, hec tria sunt necessaria. Primo, mandatum domini ducis factum per legem preconi ut investiat, quod solet fieri per iudices, presentibus testibus, hoc modo : quia unus iudicum habens cartam in manibus proprietatum, propter quas fieri debet [2] investicio, debet eam sedendo dare preconi, sic dicens: *Va, investi queste proprietà de tali tali per queste raxon se misèr lo doxe* [3] *lo comanda.* Et similiter dici debet quando investitur pars [4] ad proprium ; sed quando datur investicio ad proprium, solet dari sepe tantum cum bastone preconis. Secundo, ut preco cum testibus vadat ad proprietates, seu ad partem investiendam, et dicat sic, presentibus testibus, clara voce : [5] *Da parte de misèr lo doxe, e per la lege de li signori zudisi* [6] *de proprio, io investo questa possession senza proprio*, vel *a proprio a lo nome de dona Berta per lo so zudegado.* [7] Tercio, est necesse ut guiffa ponatur nomine Berte in facie magis manifesta ipsius proprietatis sive partis, ubi melius videri poterit ab omnibus transeuntibus, ubi stare debet, in quantum durabit tempus investicionis sive proprii : quod minime observatur ; ymmo incontinenti tollitur et strazatur. Dicitur enim giffa aliquis titulus de tabula scripta hoc modo: † *Ego Berta relicta talis talis investivi sine proprio* vel *ad proprium*, et debet figi in muro vel pariete ex parte exteriori ipsius proprietatis sive partis, ubi melius videri poterit, posita super viam publicam sive callem. Sed nunc non ponitur giffa, sed tantum cedula, ut cito removeatur et destruatur, et proprietas non appareat investita, quod est contra bonum usum et statutum : quia giffa dicitur investicio, que stare debet super proprietate seu parte investita, ut preallegato capitulo et statuto. Giffa enim dicitur grece ; latine tabula scripta : differt enim giffa a pitafio, quia pita, pitafium, grece, latine petra sculpta ad perpetuam memoriam ; giffa autem non ad perpetuam sed ad certum tempus, ut dictum est. Hiis vero gestis, debet ministerialis inde breviarum, aut investicionis aut proprii, cum testibus facere. In quo, si fuerit investicio, debent inseri omnes proprietates investite, et earum confines, et eciam carte et rationes, propter quas investicio data fuerit ; et eciam debet fieri mentio, quod, antequam posita fuerit, cognita facta fuit quibus debuerit, et ad hoc testes confiteri debent ad hec omnia se interfuisse. Si vero breviarium fuerit proprii, et plures fuerint investite, non expedit inseri nisi tantum que assignata [8] fuerit mulieri in solucione sui diiudicatus, sed solum illam de qua dederint partem aliquam, et partem illam quam dederint. Et nota, quod, (cum) dant partem aliquam, tunc, ubi corrumpitur proprietas, renovantur ibi confines. Item, inseri debent omnes sentencie, propter quas proprium datum fuerit, et eciam sentencie clamoris, si ius aliquorum super investicione fuerit conservatum ; [9] item quantitas precii extimacionis; et quod testes, (qui) illis omnibus interfuerunt, debent subscribi, et debet subscribi unus iudex de proprio, et postea per notarium roborari, et dari cancellario ad noticiam faciendam, in qua debent hec omnia inseri, ut statuto lib. III cap. XL : *Mulier* etc. Quando (coram) eis veniunt ad racionem et ad noticiam faciendum, debent iudices diligenter facere inquiri in quaterno curie sue, ne aliquis clamor sit super investicione (aut) super proprio, ubi annotari solent omnes clamores, qui dantur per iudices examinatorum super huiusmodi investicionibus et propriis mulierum, ut statuto lib. III cap. XLI : *Cum itaque* etc. Si vero aliquis non inveniretur, vel si invenirentur et fuerint defuncti, [10] complebitur noticia, in qua inserantur omnes sentencie clamorum, que tangent ad partem mulieris assignatam. Si vero remanerent alique libere, debent dimitti impedite et dari sibi de liberis, ut statuto lib. IIII cap. XI : *Si quis vel si qua.* Et nota, quod stridari debet, antequam noticia detur ad faciendum infra XXX dies proprii, semel ad sanctum Marcum et semel

---

[1] positione, *Cod. Vind.* — [2] dare debet, *Cod. Vind.* — [3] duxe, *Cod. Vat.* — [4] pars investitur, *Cod. Vat.* — [5] alta voce *Cod. Vat.* — [6] mesèr lo duxe et per la leze de li segnor zudise, *Cod. Vat.* — [7] zudegao, *Cod. Vat.* — [8] si assignata, *Cod. Vat.* — [9] observatum *Cod. Vind.* — [10] diffinitum, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

ad Rivoaltum et semel ad ecclesiam et alibi, ut iudicibus videbitur expedire, ut statuto lib. III cap. ultimo: *Statuimus* etc.; ut si aliquis habet aliquem clamorem super investicione et proprio [1] mulieris, vel aliqua investicione, ipse infra VIII dies proximos coram iudicibus de proprio ostendat, ut statuto lib. III cap. XXXVI: [2] *Quoniam quisquis princeps* etc.. Alioquin noticia non debet compleri: quod male observatur, et multi propter hoc defraudantur iuribus suis; quia facta noticia, nichil clamores valere possunt, ut statuto lib. III cap. XL: *Mulier* etc. Quia completur; et data mulieri ac domino duci pro complenda et presentanda, dominus dux faciet eam complere; et mulier, sive qui fuerit loco eius, (debet) poni per suum gastaldionem in tenutam et possessionem; de quo fiet unum breviarium tenute et possessionis per gastaldionem, cum subscriptione tantum duorum testium sine iudicibus examinatorum subscriptione, de consuetudine approbata, ut statuto lib I cap. LXIIII: *Asserimus* etc. Et nota, quod, completa noticia, omnes carte debent incidi, excepto proprio et noticia vel testamento, si per testamentum facta fuerit; que quidem dari debent mulieri, vel eius commissariis, salvo quod demum poterit reffici in residuo, si totus non fuerit appacatus antequam incidatur.

9 — De solucione debitorum aliarum personarum. [3]

Dicto supra de solucione repromissarum mulierum et earum restitucione, nunc videndum est de solucione debitorum aliarum personarum, que solent sepe impediri occasione repromissarum mulierum. Potest enim hec solucio fieri per curiam proprii duobus modis de mobili: uno modo, de bonis mobilibus illorum qui moriuntur extra Venecias ab intestato et presentantur legi, ut est dictum supra de repromissarum solucione; alio modo, per interdictum et viam interdicti. Et nota, quod interdictum non datur alicui creditori, vivente debitore, nisi debitum fuerit sententiatum; quia nisi [4] cognitum fuerit de debito in iudicio, non videtur creditorem racionabilem causam habere, ut mandat statutum lib. I cap. XVII: *Interdictum enim ei* etc. Debitore autem mortuo, datur interdictum creditori, debito non sententiato, postquam probatum fuerit legiptime coram iudicibus examinatorum de ipso debito, et tam infra tempus debiti restituendi, quam postquam illud tempus restitucionis (transierit); et in hoc accipitur racionabiliter causa periculi quod super imminet, [5] ne res ipse mobiles usurpentur debitoris defuncti. Item, solet fieri solucio dictorum debitorum per eandem curiam proprii de inmobilibus per viam investicionis, ut superius dictum est. Differt tamen hec investicio ab illa que datur per diiudicatum mulieris in multis. [6] Primo enim, quia hec investicio dari non potest, nisi per sentenciam manu iudicum scriptam et per notarium alicuius curie completam [7] et roboratam, cuius execucio facienda de inmobilibus [8] expectat ad dominum ducem et non alicui alii curie, ut statuto lib. I cap. predicto LXIIII: *Asserimus* etc. Quia [9] per sentenciam consulum mercatorum, iudicum dal men, forinsecorum, et aliorum iudicum qui scribuntur in quaterno curie alicuius, per quas persona debitoris recludetur [10] in carcere, et execucio ad dominum ducem non expectat, non solent iudices de proprio dare investiciones, de consuetudine assidue observata. Item, differt hec investicio ab illa, quia, per istam investicionem, investitor de pluribus proprietatibus poterit tantum unam investire, vel tantum partem unius, ut sibi placuerit, et solum de ipsa quam investire voluerit dare confines et fieri facere cuytum. Item differt, quia illa stat per magnum tempus, ut est dictum; ista vero nisi per XXX dies, ut statuto lib. I cap. V: *Huiusmodi* etc. Quibus elapsis, si investicio quieta fuerit, ibunt iudices et apreciabunt tantum de proprietate investita quantum continebitur in sentencia ipsius debiti et fuerit sententiatum, vel infra si tantum proprietas non valuerit. Quod vero iudices assignabunt creditori pro solucione sui debiti sententiati vel eius partis, et tunc illud apropriabitur, ut superius dictum est. Quod proprium stabit super illam partem per XXX dies, sicut stare debet proprium mulieris. Differt tamen a proprio mulieris, quia per proprium mulieris pervenitur ad noticiam, per istud non: solummodo ad noticiolam; et si debitum fuerit per cartam, et ipsa carta tota sententiata fuerit, debet carta cum sentencia et investicione sine proprio incidi et evacuari, tam si possessio tantum valuerit quam si minus valuerit, dummodo habuerit aliquam partem pro ipso debito, ut statuto lib. I cap. LXIII: *Cum aliquis* etc. Verumtamen, si debitum non est cum carta manifestacionis, sed per testamentum, aut per testes, aut per promissionem ad annum, inciditur solummodo sentencia cum investicione, et evacuatur, quantum in illo [11] quod fuit sentenciatum, testamentum. Et similiter, si tota carta manifestacionis non fuerit sentenciata et incisa, et non tota soluta, dabitur creditori, tam de residuo debiti non soluto, quam de soluto — si enim tultum fuerit per legem iudicum — talis potestas [12] se appacandi super omnibus aliis bonis sui debitoris per illam noticiolam, qualiter [13] habetur cum illa manifestacionis carta, vel aliis cartis incisis et evacuatis, ac si incise et evacuate non essent: que vero noticiola scribi debet

---

[1] vel proprio, *Cod. Vat.* — [2] cap. XXXVIII, *Cod. Vat.* — [3] De solucione debitorum que sunt sententiata, *Cod. Vat.* — [4] nisi debitum, *Cod. Vind.* — [5] inheret, *Cod. Vind.* — [6] in multis modis, *Cod. Vind.* — [7] complendam, *Cod. Vat.* — [8] de mobilibus, *ambo Cod.* — [9] Et, *Cod. Vind.* — [10] recluditur, *Cod. Vat.* — [11] quantum in illud, *Cod. Vind.* — [12] talem potestatem, *uterque Cod.* — [13] generalem, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

per unum de cancellariis, et dominus dux et iudices in ea subscribere, ut dictum est de noticia mulieris. Differt autem hec noticiola ab alia noticia mulieris eciam in multis. Primo, in proemio, quia in noticia mulieris dicitur: *cum de rebus ambiguis* etc.; in ista: *cum rebus publicis* etc. Secundo, quia per illam redditur mulier perpetue secura pariter et quieta ab omni homine et persona de mundo; per istam vero salvatur ius omnium personarum. Tercio, quia pars assignata mulieri stridatur ante noticiam; sed per huiusmodi debitum stridatur post noticiolam, ut statuto lib. III cap. XXXVI: *Quoniam quisquis princeps* etc. Et hec est racio: quia super illa clamari non potest, et si aliquis clamor appareret post noticiam nichil [1] valeret; sed super istam et clamari potest, et, si clamor apparuerit, valebit ac si facta non esset; et ideo clamor illius notatur ad curiam proprii, istius vero non alicubi. Et nota, quod ista debet stridari antequam ponatur quis in tenuta, [2] ut dictum est supra de proprio mulierum, et si aliquis clamor apparet infra VIII dies a die stridacionis, tunc non ponetur in possessione nisi post evuacuacionem clamoris. Si autem nullus clamor apparet, ponetur post ipsum octavum diem in possessione, salvo iure omnium personarum. Et inde fiet breviarum per gastaldum, ut dictum est supra de mulieribus; et similiter ponitur in tenuta et possessione per proprium, de quo non potest perveniri nec ad noticiam nec ad noticiolam.

10. — De questionibus et placitis clamorum ad investiciones et e converso.

Preterea, quia sepe oritur questio occasione repromissarum ex una parte et inter se et aliorum debitorum ex altera, et specialiter super inmobilibus, et de clamore ad investicionem et e converso, discuciendum est de ipsis questionibus et placitis, et que pars censeri debeat pocior et potencior de iure et consuetudine. Et nota, quod ad hoc cognoscendum tria sunt precipue inspicienda et consideranda.[3] Primo videlicet tempus obligacionis repromisse et debiti. [4] Secundo, causa propter quam facta est obligacio. Tercio, res debitoris que est obligata. Verumtamen, crebro contingit virum diversis temporibus uxores plurimas habere et alios creditores. Et accidit quod uxor ultima investit omnes suas proprietates; commissarii vel successores primarum uxorum et alii creditores viri eorum debitoris clamant. Circha quod, karissime, habes inspicere et considerare tempus obligacionis primo. Et nota, quod tempus obligacionis repromisse mulieris est quando fuerit transducta in domum, seu in potestatem viri, et ab ipso tempore debet esse prior omnibus aliis creditoribus qui postea contraxerunt, ut statuto libro primo cap. XXXIIII. Sed prioribus debitis et repromissis priora bona viri eorum debitoris [5] remanent obligata, et pociores sunt de iure et consuetudine. Consideratur enim tempus repromissarum pro favore mulieris a die transductionis, quandocumque repromissa soluta fuerit, quod antiquitus non fiebat nisi a tempore solucionis repromisse, quando fuerat soluta: quod tempus transductionis per dictum capitulum statuti non consideratur in augumento dotis nec in dimissoria et donis repromisse que possunt exigi de bonis viri, sed solummodo tempus quando ipsa bona vir recepit, et ab ipso tempore considerantur bona priora viri esse obligata, et, respectu illorum, augumenta dotis, dimissorie et (que) in dona fient, [6] in bonis prioribus sunt et censentur de iure et consuetudine pociores et potenciores. Tempus vero aliorum debitorum consideratur variis modis. Aliquando secundum tempus manifestacionis; quia recipit debitor iure mulieris certam pecuniam a creditore, (vel) quia promissio aliqua observatur sub pena. Aliquando, de hiis que sibi certo tempore [7] evenerunt per dimissionem vel successionem. Aliquando, secundum tempus contractus compromissi. Aliquando, secundum tempus confessionis vel sentencie per confessionem late a consulibus et alibi. Item causa repromisse, seu de hiis que continentur in vadia seu deiudicatu mulieris, debet considerari, quia vir sepe [8] facit securitatem mulieri in maiori quantitate pecunie quam recipit pro repromissa ex se, quod non consideratur augmentum sed donacio. Et nota, quod si hoc probatur, non potest esse in preiudicio aliorum creditorum, qui postea contraxerunt, quia talis donacio respectu aliorum creditorum evanescit, ut statuto lib. III cap. XLII: *Statutum autem* etc. Et sic eciam consideranda est causa debiti aliorum creditorum et personarum, qui voluerunt per clamorem obviare solucioni repromisse. Inspiciendum et considerandum est eciam ad rem, seu [9] proprietatem investitam, si vir seu debitor eam habuerit per dimissionem [10] vel per donacionem vel per . . . . . aut per vendicionem seu per debitum sentencie, aut si aliquod laborerium [11] in ea laboravit et fieri fecit. Et nota, quod si vir habuit sive [12] acquisivit aliquam proprietatem sine precio vel pacamento, mulier seu creditor, qui prior est in tempore de suo debito, pocior est in iure, etsi debitor in ea aliquod opus vel laborerium non fecit. Si vero eam emerit et per precium eam acquisiverit et habuerit, vel si in ea aliquod laborerium vel opus fieri fecit, considerari debet de tempore debiti, quando pecunia recepta fuit a debitore, et tempore proprietatis, quando habita fuit,

---

[1] non, *Cod. Vat.* — [2] in possessione, *Cod. Vat.* — [3] et consideranda, *om. Cod. Vind.* — [4] tempore obligacionis repromisse debiti, *Cod. Vat.* — [5] eorum debitorum, *ambo Codices.* — [6] et bonorum priorum, *Cod. Vind.* — [7] que certo tempore sibi, *Cod. Vat.* — [8] quia sepe vir, *Cod. Vat.* — [9] sive, *Cod. Vat.* — [10] per divisionem, *Cod. Vat.* — [11] aut ad laborerium, *Cod. Vat.* — [12] seu, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

et laborerii precio et expensis; [1] quia in hoc casu tam mulier quam creditor, qui erit magis ultimus et proximus ipsi emptori seu laborerio proprietatis investite, censetur de consuetudine et pocior et potencior iure. Si debitor pecuniam recepit et habuit ante ipsam emptionem seu expensas laborerii, presumitur [2] de consuetudine ipsam pecuniam esse versam in precio emptionis ipsius proprietatis, seu in eius laborerio, nisi contrarium probetur, et sic in quolibet casu debiti cuiuscumque pecunie accepte a debitore observatur. Et nota, quod obligacio viri alicui facta sine receptione pecunie, postquam mulier est reducta, non potest nocere modo aliquo mulieri de bonis postmodum acquisitis seu de laborerio factis.

Dixi de proprietate et laborerio de novo acquisitis et factis, nunc dicam de veteribus, que erant viri antequam mulier esset transducta et per eam fuerint investite, et per que debita et personas, questione orta per viam clamoris ad suam investicionem de solucione sue repromisse, possint modo aliquo impediri. Et nota, karissime: quod dico de proprietate mulieris viri, intellige et soceri et aliorum super quibus bonis diiudicatus carta mulieris est facta, excepto de tempore, quia bona viri sunt obligata mulieri a tempore transductionis, aliorum vero, nisi a tempore receptionis, quando fuerint recepta, ut preallegato statuto lib. I cap. XXXIIII: *Ut amodo* etc. Et sic nota, quod in omni contractu, tam promissionis quam alterius cuiuscumque debiti, inspicitur et consideratur tempus obligacionis, et non ad tempus sentencie, quia non observatur, ut statuto lib. I cap. XXXII: *Optimum* etc. et libro IIII cap. XI: *Si quis vel si qua* etc. Unde si tempus contractus obligacionis seu promissionis fuit antequam mulier fuerit transducta, observabitur per clamorem quod continebitur in promissione et transibit proprietas cum honere suo, [3] ut predicto cap. statuti lib. IIII: *Si quis vel si qua* etc. Item, si vir fuerit confessus, tam coram iudicibus quam testibus, postquam mulier fuerit transducta, se esse obligatum alteri [4] in certa quantitate pecunie antequam esset transducta, non respicitur [5] ad tempus quo dixerit se fore obligatum, nisi per testes [6] illius temporis hoc probaverit. [7] Salvo si per testamentum vel tutoriam [8] habuit facere vel administrare facta aliorum, quia tunc consideratur tempus intromissionis bonorum. Impedietur eciam solucio repromisse mulieris per clamorem quarumdam personarum, occasione proprietatis investite, que dicunt eam ad se pertinere per testamentum vel successionem aut donacionem sive per concessionem, [9] vel per alium modum. Et nota, quod proprietates tam viri quam soceri sive aliorum, super quibus mulier habet suam diiudicatus cartam, et per eam ipsas investivit, [10] aut sunt dictarum personarum libere et absolute, aut sunt sub condicione, aut ad tempus. Si sunt libere, aliqua persona impedire [11] non potest alicuius viri raciones, excepto per debitum pecunie, ut dictum est, de eo quod exigere debuerit per ipsam suam diiudicatus cartam: salvo quod si socer, qui recepit nurum in domum suam et super suis bonis, et partem de suis bonis seu [12] proprietatem dedit filio viro sue nurus, ut statuto lib. I cap. LVIII: *Si receperis nurum in domum tuam* etc.; vel si vir habuerit tantum de suis bonis et proprietate, quod mulier poterit se appacare de toto vel de parte sue repromisse; vel si socer receperit eam super medietatem suorum bonorum, aut super terciam partem vel quartam, et mulier totam investivit. Si de huiusmodi legiptime constiterit, iudices examinatorum solent dare clamorem dictis socero et aliis personis, ut bona viri non dimitterentur, et dictarum aliarum personarum per maliciam non usurperentur et tollerentur; qui clamor debet ad curiam proprii sic determinari. Quia solvent primo de tali proprietate assignata per partem filii pro sua parte, quando eum divisit [13] a se; vel sic soluta primo, de talibus bonis sive proprietate que sunt viri, evacuant ipsum clamorem in toto residuo quod deffi-ceret ad solucionem tantummodo sue repromisse, et in toto autem reliquo ipsum firmum tenebunt. [14] Et nota, secundum usum veterem, quod tribus modis presumpcio habebatur, socerum (recepisse) nurum super bonis. Primo, si in securitate repromisse continebatur: *consenciente sibi patre suo.* Secundo, si pater in ea subscribebat manu propria. Tercio, si tempore nupciarum eam recipiebat in domo sua et faciebat ibi fieri nupcias, ut preallegato capitulo statuti: *Si receperis nurum in domum tuam* etc.; quod hodie non observatur. Et nota, quod si filiofamilias aliqua proprietas dimissa fuerit vel donata, et relicto herede obit, mulier se appacare debet primo de ista dimissione seu donacione, [15] et postea de illis que sunt soceri. Si vero obiret [16] sine herede, remanebit libera patri suo, ut statuto lib. IV cap. VIII: *Si aliqua per dimissoriam* etc. Si vero socer non receperit eam, et morietur vir eius filiusfamilias relictis heredibus, poterit mulier se appacare super illis proprietatibus, salvo iure soceri si clamaverit, ut in dicto capitulo statuti. Sed si moriatur [17] sine herede, non poterit se appacare sed erit eius patris. Si autem moriatur pater ante filium, poterit mulier se appacare super ipsa [18] proprietate in quocumque casu. Verumtamen, si proprietas non fuerit libera, sed sub

---

[1] considerari debet tempus debiti... tempus proprietatis... precium et expensas, *Cod. Vind.* — [2] quia presumitur, *Cod. Vat.* — [3] et transibit pro peticione cum honere, *Cod. Vind.* — [4] alicui, *Cod. Vat.* — [5] inspicitur, *Cod. Vat.* — [6] nisi per testamentum, *Cod. Vind.* — [7] illud hec probaverit, *Cod. Vind.* — [8] tutorem, *Cod. Vind.* — [9] confessionem, *Cod. Vat.* — [10] et per eam tempus investivit, *Cod. Vat.* — [11] eas impedire, *Cod. Vat.* — [12] seu, *om. Cod. Vat.* — [13] dimisit, *Cod. Vat.* — [14] tenuerunt, *ambo Cod.* — [15] de ista dimissa seu donata, *Cod. Vat.* — [16] obit, *Cod. Vind.* — [17] moritur, *Cod. Vind.* — [18] illa, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

condicione acquisita et habita, per testamentum vel successionem dimissam [1] condicionate, aut per donacionem, sive per concessionem, vel per alium modum, et proclamatum fuerit occasione ipsius condicionis [2] super investicione mulieris, tunc discuciendum est de ipsa condicione: quia si condicio est per testamentum, quatuor sunt consideranda. Primo, persona testatoris. Secundo, persona legatarii. Tercio, res dimissa seu legata. Quarto, casus seu modus et forma condicionis. Si vero testator fuerit pater vel mater, que dimiserit filiis suis masculis, aut frater vel soror, [3] que dimiserit fratribus suis masculis aliquam proprietatem sub hac condicione: *Quod si moritur*, vel si fuerit unus cui dimissa est: *Si moritur sine herede, in aliquem alium* [4] *deveniat vel inde fiat* etc.; si testator fuerit de dictis quatuor personis, et legatarius fuerit filius aut frater, seu filii vel fratris heredes [5] descendentes vel ascendentes solum per masculum et non per feminam, et dimissoria fuerit proprietas sic per talem modum condicionata, per talem condicionem non poterit impediri mulier relicta legatarii, sive uxor heredum masculorum legatarii, eciam si in testamento [6] contineretur expresse quod non possit obligari pro dote. Et non obstat mulieri, ut talis legatarius moriatur cum herede vel sine herede, quia nichilominus remanet obligata, si mulier fuerit [7] transducta post testamentum dicte condicionis, ut statuto lib. IV cap. XI: *Si quis vel si qua* etc. Si vero testamentum erit factum postquam mulier erit transducta, observatur condicio testamenti. Quia in primo casu, si fuerit transducta post [8] testamentum, consideratur ignorancia mulieris de ipsa condicione, et presumitur quod credebat ipsam esse viri libere; [9] in alio casu presumitur eius sciencia, quia scire poterat non esse viri, et consideratur voluntas testatoris que observari debet, ut statuto lib. II cap. I: *Ultima ordinacio* etc., excepto in vetitis et privilegiatis per statutum et consilia, que non sunt contra statutum. In omnibus autem aliis personis testantibus (super) suis proprietatibus, tam sub dicta condicione quam sub alia condicione, ipsa condicio, [10] si proclamatum fuerit super investicione mulieris, plenarie conservabitur, et investicio evacuabitur, salva particula filii in omni casu testamenti patris, si [11] pater premoritur, ut statuto lib. IIII cap. ultimo: *Dishereditare* etc. Et simili modo non intelligatur, si condicio fuerit per donacionem, quia tunc condicio non [12] observatur, salvo de ea que datur [13] pro paterna benedicione; quia de condicione potest ignorari, quia non stridatur. Si vero fuerit per concessionem condicionatam sub livello vel quintello vel aliis pactis et condicionibus, nichilominus poterat obligari pro dote mulieris; et si proclamatum fuerit super investicione mulieris, tunc tenebitur firmus clamor in omnibus pactis et condicionibus, que continentur in concessione, et in reliquo evacuabitur, ita quod dabitur mulieri cum honere suo, sicut continebitur in concessione. Et si proclamatum non [14] fuerit, dabitur ei secundum quod investiverit. Verumtamen, si aliqua proprietas libera inveniatur, primo illa vel de illa dabitur mulieri; et postmodum, si non sufficiet, dabitur de condicionatis, ut preallegato capitulo statuti: *Si quis vel si qua.* Et quod dixi de muliere, sic intellige de omnibus tam commissariis quam successoribus, qui fuerint loco mulieris.

Preterea si proprietas fuerit dimissa per testamentum ad tempus, vel concessa ad tempus per concessionem curie, considerande eciam sunt persone que dimittunt et concedunt, et quibus dimittitur et conceditur, et ad quod tempus et qualiter. Quia si relicta fuerit per testamentum dictis personis, videlicet *filio vel fratri a XX annis*, et postea deveniat, illo vivente, in alium fratrem suum sive sororem, si infra tempus XX annorum vir morietur, mulier poterit habere ad eam regressum, et ipsam obtinere usque ad illud tempus, et postea illa condicio temporis observabitur, ut superius dictum est. Si autem ultra ipsum tempus vixerit, nullum ius mulier in ea habebit, sed observabitur ipsa condicio temporis. Si autem aliis personis dimissa fuerit quam filio vel fratri, tunc mulier ipsa habebit similiter usque ad id tempus ad quod vir ipsam habere debebat. Et in hoc casu non potest dari proprietas, sed solum ususfructus, videlicet stacio aut fictus. [15] Si autem dimissa fuerit *filio vel fratri post mortem uxoris testatoris*, si filius vel frater premoritur ante uxorem testatoris, eorum uxores nichil habebunt postquam eorum viri ad illud tempus non pervenerunt. Sed si remanserit ad obitum filii vel fratris heres masculus, et pervenerit ad tempus post mortem testatoris, uxori proprietas sic dimissa censetur ipsius heredis masculi, ut in III prologo statuti circha finem. Item, si aliquis reliquit filio suo aliquam rem, *ut post eius mortem alius eam habeat*, est presumendum si moritur sine herede masculo; et sic a contrario sensu conceditur in hoc casu, quia si pater non pervenit ad tempus beneficii et heres pervenerit, obtinebit beneficium, ut statuto lib. IIII cap. V: *Volentes ut propter desidiam* etc. Et nota, quod in hoc casu uxores heredum sunt pociores quam uxores patris, et sic observatum est de consuetudine et de iure statuti; sed si dimittitur tantum stacium sive fictus, et non proprietas, et mulier investive-

---

[1] dimissorie, *Cod. Vat.* — [2] ipsius indicii, *Cod. Vat.* — [3] seu soror, *Cod. Vat.* — [4] in alium aliquem, *Cod. Vind.* — [5] vel fratres heredes, *Cod. Vind.* — [6] mulier relicta legataria eciam si in testamento, *Cod. Vind.* — [7] erit, *Cod. Vat.* — [8] primo, *Cod. Vind.* — [9] ipsam libere esse viri, *Cod. Vat.* — [10] que condicio, *Cod. Vind.* — [11] et si, *Cod. Vind.* — [12] non, *om. Cod. Vat.* — [13] de ea que observatur, *Cod. Vat.* — [14] non, *om. Cod. Vat.* — [15] videlicet . . . fictus, *om. Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

rit [1] illam proprietatem, et proclamatum fuerit, tenebitur firmus clamor quantum erit in proprietate, et in quantum erit ususfructus evacuabitur usque ad illud tempus ad quod vir eius habere debebat. Verumtamen, si per concessionis cartam fuerit concessa ad tempus viro, post illud tempus in illa nullum ius habere poterit. Sed si concessa fuerit terra vacua viro ad tempus ad XX vel ad XXVIIII annos, et non ad renovandum, et vir laboraverit super eam, si mulier investiverit, [2] obtinebit illud laborerium sive fabricam; tamen cum honere quo vir eius habebat et illis pactis que continebuntur in concessionis carta usque ad illud tempus, ad quod fuerit concessa. Si vero laborerium fuerit, vel [3] cohopertura vel parietibus, non expedit mulierem illud investire, quia ipsum poterit tollere vias, si patronus terre vel domus illud comparare noluerit iusto precio, et tunc debet extimari sicut mobile, et dari mulieri. Sed si patronus ipsum voluerit, non poterit tolli vias; et hoc statutum sive ordinamentum inveni et est ad officium iusticiariorum veterum. Et nota, quod quamvis iudices de proprio non credant proprietatem investitam esse liberam viri, [4] postquam clamor aliquis non apparet super investicione mulieris, ita quod erit quieta, iudices ipsi aliud facere non debent nisi ipsam liberam dare mulieri; salvo si mulier fuerit de aliquo honere contenta et illud legiptime ostenderit, et aliter non debet ei credi, ut non committat fraudem de proprietate investita. Et nota, quod si clamor fuerit generaliter factus pro omnibus racionibus illius, qui clamavit, sine aliqua certe cause expressione, propter quam clamavit et evacuatus fuerit, evacuatus debet intelligi super omnibus racionibus quibus valebat, ut statuto libro tercio capitulo sessagesimo secundo [5]: *Si aliquis clamat* et cetera.

11. — De clamoribus super laborerio.

Et quia non solum oritur questio de clamore ad investicionem, verum eciam de clamore super laborerio ad laborerium, et e converso, ad curiam proprii, discuciendum est subsequenter de huiusmodi questione et quid circha ipsam facere expediat, ut clamor possit valere, et quis per ipsum prosequi ius suum. Accipitur enim iste clamor solummodo a domino duce, et debet accipi infra XXX dies ab inceptione laboris, sive operis, et tum valebit super omne laborerium quod fiet in ipsa proprietate usque ad unum annum, ut statuto lib. III cap. LVII: [6] *Sancimus* etc. Accipitur enim hoc modo, quia ibit ille qui voluerit clamare cum uno ripario ad presenciam domini ducis et dicet sic: *Misér comandé clamor sovra lavorer, che eo clames, s' ello ve plaxe.* Et dominus dux solet respondere et dicere ad preconem: *Vade et facias cuytum de clamore coram nobis facto et breviarium secundum usum.* Et postmodum per preconem ex parte domini ducis ei, qui facit laborare, facto cuyto, debet preco rogare aliquem notarium infra XXX dies de breviario faciendo de illa proclamacione, et duos testes ad in eo subscribendum. Alioquin, si infra XXX dies non rogaverit, nichil valebit illa proclamacio, ut statuto libro primo cap. XXVIII: *Nullum breviarium* etc. Verumtamen, si proclamatum non [7] fuerit infra XXX dies [8] ab inceptione operis, solet fieri per sacramentum ille clamor ad tempus, ut statuto lib. II cap. V: *Si investicio* etc. Debet autem ille, qui vult per sacramentum facere suum clamorem, ad tempus videlicet, (iurare) quod nescivit de inceptione ipsius laborerii, et quod infra XXX dies postquam ipse scivit de illo laborerio proclamavit. Et nota, quod presumitur ignorancia nisi probetur consciencia. Unde, si non probabitur quod sciverit de laborerio, ex ipsa presumcione ignorancie admittetur ad sacramentum, et eius clamor fiet ad tempus super illud laborerium. Propterea, si clamans placitare voluerit cum laborante, oportebit ipsum coram iudicibus de proprio facere tria testificari legiptime. Primo, quod tale laborerium factum est in tali loco sive muro, qui est inter proprietatem talis et proprietatem talis. [9] Secundo, quod dictus talis fecit illud laborare. Tercio, quod in tali die vel mense fecit ipsum incipere, vel quod est minus uno anno quod factum est. Quibus sic testificatis, clamanti expedierit ostendere esse factum super illum locum seu proprietatem, que sibi pertineat, aut per cartam aut per testes; et postea respondebit laborator. Solent enim iudices, occasione huiusmodi operis, ire personaliter super illud laborerium et ipsum videre occulata fide, et ibi ipsam questionem intelligere, sed non diffinire nisi in palacio, [10] ut superius dixi. Si videbitur iudicibus clamantem ius habere per legem et iudicium, tenebunt firmum clamorem, et dicent, quod ipsum laborerium debeat removeri et destrui, ac totum tolli vias a summo usque deorsum, cum toto fundamento desuper illo loco, ubi factum est, et ibi non possit amplius laborare, nisi alias raciones acquisiverit, propter raciones predictas. Et nota, quod nisi addatur: *quod non possit amplius laborare* etc., quod si tultum fuerit vias et remotum, et postea ibi laboraverit iterum, [11] illa sentencia nil valeret ad secundum opus. Ymmo [12] oportebit aliam sentenciam obtinere super secundum opus; sed non erit necesse iterum clamare, si secundum opus fuerit in terra factum infra annum, et clamor erit factus infra XXX dies ab inceptione primi operis, ut dictum est. Et nota quod si possessio, super cuius laborerio proclamatum

---

[1] et [2] investivit, *Cod. Vat.* — [3] sine cohopertura, *Cod. Vat.* — [4] esse liberam viri mulier, *uterque Cod.* — [5] sessagesimo primo *Cod. Vind.* — [6] cap. LVI, *Cod. Vind.*; cap. I, *Cod. Vat.* — [7] non *om. Cod. Vat.* — [8] infra XXX dies, *om. Cod. Vat.* — [9] et proprietatem talis, *om. Cod. Vat.* — [10] in placito, *Cod. Vat.* — [11] iterum, *om. Cod. Vat.* — [12] *Nota marg. Cod. Vind.:* Correptum hoc capitulum, ut patet libro 3° cap. 19° correptionis.

Source : BIU Cujas

fuerit, extiterit per illum qui clamaverit investita, et ille, qui laboraverit, proclamaverit super illam investicionem, et eius clamor evacuatus fuerit, intelligitur totum ius quod habebat in laborerio esse evacuatum, ac si questio fuisset agitata de laborerio ad clamorem super illud factum.[1] Et similiter intelligas, si ille, qui laboraverit, investiverit, et qui clamaverit super laborerio clamaverit super investicione. Et nota, quod in hoc casu solet fieri duplex placitum sub clamore, ad investicionem videlicet proprietatis et laborerii. Et nota, quod similiter remaneret evacuatum interdictum factum super laborerio possessionis taliter investite.

Et eciam, quia interdictum datur super laborerio, videndum est quid sit interdictum super laborerio et in quibus differat a clamore super laborerio. Interdictum factum super laborerio est prohibicio, sive contradicio, facta per preconem facienti laborare aliquod opus super aliquam proprietatem, ex parte domini ducis et per legem iudicum examinatorum, cognita per ipsos iudices legiptima racione et causa, ut amplius non laboret. Et nota, quod illa racio sive causa, propter quam datur interdictum, debet [2] exprimi et inseri de consuetudine [3] in breviario ipsius interdicti, ut ostendatur illos iudices audisse legiptimam racionem et causam, ut statuto lib. primo cap. XVII: *Interdictum enim* etc. Et per hoc capitulum statuti non intelligas solum de interdicto super laborerio, quod videre debent racionabilem et legiptimam causam, sed eciam de quocumque alio interdicto, quod ipsi iudices examinatorum dare debent: alioquin apparerent ignari et interdictum suspectosum, ita quod ad curiam proprii pro nichilo haberetur. Solent enim iudices examinatorum personaliter ire [4] super laborerium, et ibi intelligere raciones parcium, et ipsum laborerium occulata fide diligenter considerare, antequam dent ipsum interdictum. Vidi enim sepe interdictum, datum per iudices examinatorum propter aliquas raciones sibi visas racionabiles per eosdem, [5] esse evacuatum per iudices de proprio, quia per eos [6] visum fuerit sibi contrarium. Differt autem hoc interdictum a clamore super laborerio in pluribus. Primo, quia interdictum datur per legem iudicum examinatorum ex parte [7] domini ducis; clamor vero super laborerio solum a domino duce. Secundo autem, quia per interdictum non potest placitari nisi de laborerio post ipsum facto et de prohibicione laboranti facta, ne amplius laboret; per clamorem autem potest placitari tam de laborerio facto quam faciendo post ipsum. Tercio vero, quia interdictum non datur nisi visa aliqua racionabili causa; clamor vero datur largiter per dominum ducem, non visa nec audita aliqua causa. Et nota, quod si laboratum fuerit super aliquam proprietatem, et proclamatum non fuerit, et postmodum interdictum fuerit, [8] laborerium factum non poterit removeri facere quis, absque clamore super laborerio. Unde semper tutum est clamare, et maxime ab inceptione operis; alioquin, postquam sciverit de laborerio, quam cicius poterit. Et nota, quod antiquitus, si aliqua proprietas investiebatur, vel aliquod opus super eam fiebat, si lateraneus morabatur personaliter iuxta [9] eam in sua domo, et erat in terra, et non clamabat super ipsa investicione, vel super illo laborerio, infra XXX dies postquam investicio posita erat per giffam super proprietatem, vel ab inceptione operis sive laborerii, eius sacramentum de ignorancia temporis investicionis vel inceptionis operis per iudices non accipiebatur, et non poterat per iudices fieri clamor eius ad tempus. Et si [10] alibi morabatur et probabatur ipsum scivisse de posicione investicionis vel inceptione operis legiptimis testibus, non recipiebatur eius sacramentum de ignorancia de faciendo ipsum clamorem ad tempus, nec ad tempus fiebat, de quo tangitur stat. lib. III cap. L: *Censemus* etc. *si ei sacramentum advenerit secundum veterem usum* etc. Quod hodie minime observatur; sed vere bona consuetudo erat, et ideo observanda erat et est secundum dictum capitulum statuti, et eciam secundum tercium prologum statuti: *De presumcionibus.* Item, si aliquis dicit quod secundum statutum aliquid facere potest, sicut est dictum (per) sacramentum de ignorancia, ei credimus nisi contrarium probetur, hoc est quod sciverit de investicione, vel laborerio, et aliis hiis similibus.

Dicto supra de clamore et interdictis super laborerio proprietatum et possessionum, nunc eciam videndum est de interdictis que fiunt super mobilibus rebus: quid sit interdictum de mobilibus et qualiter dari debeat, et propter quas raciones. Interdictum enim de mobilibus est prohibicio seu vetacio alicui facta per preconem de mandato domini ducis et per legem iudicum examinatorum de re mobili aliena, visa aliqua racionabili causa ipsum (interdictum) petentis. Datur autem istud interdictum de mandato domini ducis et per legem iudicum examinatorum, sicut datur supradictum, quod fit super laborerio: ita tamen quod in dando illud est consideranda racio ipsum interdictum petentis, quam habet in loco ubi fit illud laborerium, ac eciam ipsum opus seu laborerium; in dando vero istud de mobilibus, consideranda est racio petentis, quam habet in ipsa re mobili aliena, ac eciam ipsas res. Et nota, quod alicui persone fieri non potest interdictum de sua re mobili, quam habet in sua potestate, vel in domo sua ubi manet, ut superius dixi. Nec eciam quis interdicere facere potest suam rem propriam, que

---

[1] facta, *Cod. Vind.;* facto *Cod. Vat.* — [2] solet exprimi, *Cod. Vat.* — [3] ad consuetudinem, *Cod. Vat.* — [4] personaliter ut, *ambo Cod.* — [5] easdem, *Cod. Vat.* — [6] eas, *Cod. Vat.* — [7] ex precepto, *Cod. Vat.* — [8] et postmodum . . . fuerit, *om. Cod. Vind.* — [9] supra eam, *Cod. Vind.* — [10] vel si, *Cod. Vat*

Source : BIU Cujas

est in sua potestate et aliorum, [1] propter aliquas raciones: pro eo quod ille, qui ipsam rem habet, remanet semper eiusdem creditoris debitor, [2] donec restituerit seu satisfecerit; quod minime remanet ille debitor creditori sive creditoribus, nisi post interdictum de eo quod ille debitor habuit ante interdictum. Et nota quod interdictum petitur aut de bonis mobilibus debitoris viventis, aut mortui; sed si petitur de bonis debitoris viventis, dari non debet nisi ipsum debitum sit prius sentenciatum, et postea per illam sentenciam datur interdictum, ut statuto lib. I cap. LXVI: *Cupientes* etc. Salvo pro repromissis mulierum; quod dari potest, tam viventibus debitoribus quam mortuis, per earum vadimonia seu diiudicatus, sed non per securitatem repromissarum solum, nisi facta sit vadia; quia solum per securitatem non videtur mulier aliquam racionabilem causam habere, donec fecerit vadiam suam: quia securitas non est obligacio sed pocius debiti quietacio; sed per ipsam probatur de repromissa quando fit vadia, ut superius dixi. Si autem petatur de bonis debitoris mortui, tunc datur per multas raciones et causas, debito tam sentenciato quam non sentenciato [3]; sed antequam [4] petatur vel detur, debet legiptime constari iudicibus examinatorum debitorem esse mortuum. Datur tunc per quamlibet cartam manifestacionis de mobili per testes, per scripta consulum et aliorum officialium, per scripturam quaterni debitoris, per cedulam scriptam propria manu debitoris, que invenietur in manu creditoris: per dimissoriam testamenti non datur, nisi postquam fuerit sentenciata, quia [5] quamvis legatarius habeat racionem et causam, non habet [6] racionabilem, nisi primo vocaverit commissarios, quibus per testamentum data est omnis potestas a testatore intromittendi et exigendi bona defuncti sibi commissa, [7] atque solvendi: quod si daretur antequam esset sentenciata et bona testatoris data legatario ad intromittendum per iudices, obviaretur potestati et bailie commissariorum et impediretur administracio eorum; quod esset contra voluntatem testatoris, et sic contra statutum lib. IIII cap. I ultime ordinacionis: et sic eciam observatur de consuetudine, qua non datur interdictum, nisi dimissoria sit sentenciata. Non datur eciam per sentenciam successoris interdictum, nisi primo successor probaverit coram iudicibus examinatorum illum habere de boris sibi expectantibus per successionem, secundum formam sentencie successoris cui ipse vult ut interdicatur, et sic est semper observatum de consuetudine. Non datur eciam per sentenciam administracionis, nisi commissarius fuerit sentenciatus in suis propriis bonis. Per omnes autem alias sentencias, quas aliqui habent super bonis alicuius persone, possunt et dari debent interdicta de mobili. Per penam autem alicuius promissionis vel contractus, quamvis probaretur aliquem ad ipsam recidisse, non datur nisi postquam ipsa pena fuerit sentenciata. Racionabilis enim causa dicitur illa, per quam debitum pluribus evidentibus racionibus et lege non contrariante, statuto vel consuetudine vel consilio sentenciari potest. Et nota, quod interdictum de mobili datur semper, secundum usum, generaliter in omnibus bonis et habere debitoris; sed propter specialem racionabilem causam, que inseri debet in breviario interdicti, sicut et in breviario inerdicti [8] de laborerio, ut supra dixi. Possunt ergo interdici omnis pecunia et res mobiles generaliter, sed non specialiter, videlicet *bona et habere que talis habet de bonis talis talis*, vel *que sunt talis talis, nec de virtute* etc; per tale enim interdictum haberentur interdicta, [9] si interdictum fit supra statum, inprestancie, [10] mercimonia, massatica, [11] arnesse, [12] et quecumque res mobiles et pecunia, exceptis dimissoria, repromissa et salario non excussis, ut dixi supra. Item ibidem supra exposui qui per suum debitum pocior debeat censeri: verumtamen, si plura debita fuerint eiusdem temporis, vel eiusdem viatici cuiuslibet debiti, interdictum debet firmum pro sua parte teneri, et in reliquo evacuari, et terminus dari nollenti ius suum prosequi, ut statuto lib. I cap. ultimo: *Si plures* etc. Et similiter intelligas de clamore ad investicionem, sicut de interdicto ad interdictum. Et nota, quod bona interdicta sentenciari non possunt alicui per interdictum, nisi debitum fuerit sentenciatum, seu diiudicatus mulieris de sua repromissa fuerit factus de consuetudine approbata. [13]

12. — De creatione tutorum pupillorum et mentecaptorum.

Et quoniam sepe pro huiusmodi negociis et causis pupillis expedit coram iudices comparere, quod ex deffectu etatis per se non possunt, ut statuto lib. II cap. primo: *Quoniam nullus* etc., et eciam mentecapti ex deffectu sensus et discretionis, nisi per tutorem et administracionem et aut curatorem, [14] id est coadiuctorem illis qui sunt maiores XIIII annis et sunt narri et simplices, ut [15] per commissarios, videndum est igitur de creatione tutorum et qualiter et qui creari debent tam pupillis quam mentecaptis. Et nota, quod in omni tutoria, tam pupillorum quam mentecaptorum, et eciam in qualibet furnitione testamentorum, procuratores operis ecclesie sancti Marci debent creare

---

[1] vel aliorum, *Cod. Vat.* — [2] eius dicti debitoris, *ambo Cod.* — [3] debito causa sentenciato, *Cod. Vind.* — [4] et antequam, *Cod. Vind.* — [5] quia, *om. Cod. Vat.* — [6] habeat, *Cod. Vat.* — [7] sui commissi, *Cod. Vat.;* sui commissarii, *Cod. Vind.* — [8] sicut et in breviario interdicti, *om. Cod. Vind.* — [9] interdicta inprescrita, *Cod. Vat.;* interdicta inprestita, *Cod. Vind.* — [10] inprestita, *Cod. Vind.* — [11] reassatica, *Cod. Vat.; cf. Stat. lib. IV cap. XVI* — [12] arnerie, *Cod. Vind.* — [13] secundum consuetudinem approbatam, *Cod. Vat.* — [14] et administracionem et aut curatorem, *om. Cod. Vat.* — [15] ut, *om. Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

tutores et furnitores, secundum formam consilii in concione publica laudati et confirmati. Creantur autem tutores pupillorum, qui remanserunt a patre mortuo ab intestato, hoc modo: videlicet, quia propinqui ex parte patris et matris pupilli ante presenciam domini ducis et iudicum de proprio solent accedere, aut tantum patris, si matris propinqui non haberentur, et e converso aut convicini, si aliqui propinqui Veneciis non invenirentur ex parte patris vel matris, et exponere causam quare petunt tutores creari pupillis, et nominare quos petunt creari tutores, et ostendere ipsos pupillos coram domino duce et iudicibus, si comode fieri poterit. Et per unum de iudicibus de proprio solet exponi, aliis presentibus iudicibus et pupillis ac propinquis vel aliis tutorem petentibus, domino duci, qualiter talis talis mortuus est ab intestato, ad cuius mortem remanserunt illi tres pupilli, qui sunt infra etatem constituti, et nequeunt pro se sua facta administrare, et quod petitur ut sibi tutores creentur secundum usum et formam statuti, et si sibi placet precipiat ut creentur. Solet enim dominus dux respondere: *fiat cum deo*; et tunc iudices, habita licencia a domino duce de tutoribus creandis, domini iudices sedentes ad suum officium, presente uno de cancellariis, ac considerantes si sunt persone ydonee ille, que petuntur tutores dari pupillis penes procuratores sancti Marci, et illi et procuratores sancti Marci [1] per suum iudicium instituent tutores. Alioquin, si ille, que petite fuerint, non viderentur iudicibus [2] ydonee persone, iudices instituent eas que sibi ydonee videbuntur, [3] secundum eorum discretionem, ut statuto lib. II cap. II: *Cum simus omnium* etc. per totum. Quibus tutoribus sic generaliter creatis in tutoria, eisdem dabitur illa potestas que continetur in eodem predicto capitulo statuti, ita quod non teneantur (aliis) respondere nomine [4] pupilli, nisi a quibus nomine eius [5] aliquid petunt, salvo de clamoribus et interdictis factis tam ab ipsis tutoribus quam a patribus pupillorum. Quia in eo, quod proclamatum vel interdictum fuerit, videtur quod petatur quare sit investitum vel interdictum, quia (ipse) in hoc casu reus, qui sunt tutores considerantur actores, [6] et quando sunt actores [7] et petunt tenentur respondere, ut dictum est. Et nota, quod tutoria scribi debet per unum de cancellariis et compleri cum subscripcione domini ducis et saltem duorum iudicum de proprio, et non debet dari tutoribus, [8] nisi eventarium de bonis omnibus mobilibus et inmobilibus, extimatis per iudices de proprio, factum fuerit a tutoribus, et completum per unum de cancellariis, cum subscriptione tamen duorum testium inde rogatorum ad subscribendum, secundum usum, et tunc datum eisdem iudicibus. (Sic) eis tutoria dabitur; et si non fuerint aliqua bona pupillorum, sed tantum pro recuperandis et exigendis bonis eorum fieri debet eventarium generale secundum usum, debet [9] idem observari de tutoria, ut dictum est, in ipsa retinendo et dando ut preallegato capitulo statuti.

Et frequenter contingit quod pupillis necesse est creari [10] tutores, non generaliter quia non remanserunt a patre mortuo ab intestato, sed specialiter ad certum quid tractandum, inquirendum et recuperandum, deffendendum et faciendum et conservandum. Et hec tutoria, specialiter ad certum quid facienda, fit pluribus modis: aliquando, si pater mortuus fuerit testatus, per testamentum, aut per breviarium, et illud quod expectabit filiis [11] pupillis vel nepotibus non poterit per commissarios administrari et tractari ad utilitatem minorum. Quia, quamvis aliquis moriatur testatus, in eo quod remanet inordinatum non habetur testatus sed intestatus; et quantum in illo quod remanet inordinatum potest dici mortuus ab intestato: et non intelligas hoc inordinatum illud inordinatum quod testator ordinavit in suo testamento; sed illud quod est extra, de quo non habent aliquam bailiam commissarii. Item aliquando fit, si ille, qui habet debitum supra possessionem venalem, sit infra legiptimam etatem constitutus vel mentecaptus, ut statuto lib. III cap. XXVII: *Si vero ille* etc. Et hoc concordatur cum eo quod superius dixi, quod tutores habent et tenentur [12] respondere de clamore ad investicionem et de interdicto ad interdictum; et hec bailia dari potest tam in generali tutoria quam in speciali de consuetudine. Item aliquando specialiter fit tutoria, mortuo patre cum testamento sive testato, pro aliqua dimissoria sive successione matris vel aliorum propinquorum habenda. Et nota, quod pupillo sive minimo filio, vivente patre, aliqua tutoria fieri non potest, sed solummodo administracio patris in eis [13] que expedierint fieri [14] pro filio minori, tam pro exigendis bonis sibi expectantibus ex successione matris, quam aliorum propinquorum; quia si esset dimissoria vel dona, totum ius, sine aliqua tutoria vel administracione, concluditur in patre, ut statuto lib. IIII cap. VIII: *Si aliqua per dimissoriam* etc. Et nota, quod de eo, quod comprehenditur modo aliquo per testamentum, non potest fieri neque tutoria, [15] neque successio, neque, preter intromissionem commissarii, aliqua administracio. Datur enim hec administracio patri in bonis recuperandis ex successione matris vel aliorum propinquorum filii, sicut datur administracio patris mentecapti filio suo habenti legiptimam etatem. Salvo

---

[1] et illi et procuratores s. M. *om. Cod. Vind.* — [2] iudicibus, *om. Cod. Vind.* — [3] viderentur, *Cod. Vat.* — [4] racioni pupilli, *Cod. Vind.* — [5] nomine eorum, *ambo Cod.* — [6] et [7] auctores, *Cod. Vat.* — [8] et non debet dari actoribus, *uterque Cod.* — [9] et debet, *Cod. Vind.* — [10] dari, *Cod. Vat.* — [11] filiis vel pupillis, *Cod. Vind.* — [12] habeant et teneantur *Cod. Vat.* — [13] omnibus, *Cod. Vat.* — [14] fieri, *om. Cod. Vind.* — [15] neque tutoria, *om. Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

quod patri in hoc casu non datur (quam) bailia in recuperatione et conservatione, in illo vero administracio, et hoc per curiam proprii, ut statuto lib. II cap. VIII: *Sed quoniam plerumque* etc. De forma autem carte alibi rescribam domino concedente.

Tutores autem mentecaptorum debent similiter per dominum ducem et iudices creari, salvo quod, antequam creentur, debet tutoria eorum peti a dictis similibus propinquis et personis, postquam testificatum fuerit domino duci vel iudicibus per ydoneos testes, eos esse mente alienatos. Solent enim iudices ipsos principaliter examinare, et, ipsis examinatis et stultitia legiptime testificata, ad tutorem instituendum procedere, ut sibi videbitur, ut statuto lib. II cap. III: *Quoniam mente alienati* etc. Datur eciam maxima bailia tutoribus huiusmodi mentecaptorum. Primo, ut tutores infra XXX dies eorum cartas que incurrerint XXX annos possint clamare, ut statuto lib. II cap. IIII: *Ad hec* etc. Item, quod possint clamare super investicione et laborerio, ut statuto lib. eiusdem cap. V. Item, quod possint clamare, terminis elapsis, super aliorum investicionibus et propriis, ut sequenti cap. VI. Item, quod debent tutores dare mentecapto et eius uxori et familie de quibus possint comode victu et vestitu substentari, ut sequenti cap. VII: *Tutor* etc. Item, de administracione filiorum eius etatem habencium, et quam administracionem et bailiam per ipsam administracionem habere possint, ut sequenti cap. VIII: *Sed quoniam* etc. per totum. Item, si omnes filii fuerint minores XIIII annis, qualiter tutores teneantur facere rationem eius filiis et successoribus, ut sequenti cap. VIIII: *Sed si omnes* etc. Item, si fatuus premoritur, idem fiat ut sequenti cap. X: *Si vero* etc. Item, que bailia et potestas dari debeat tutori [1] mentecapti, (ut) sequenti cap. XI: *Cum tutor* etc. Item, quod si fuit commissarius existens in sana mente, effectus stultus, desinat esse commissarius, ut sequenti cap. XII: *Si quidem* etc. Item, si (mentecaptus) redierit ad mentis compositionem, reddet ad ipsum administracio commissarie in eo quod administratum non fuerit, ut cap. sequenti XIII: *Si autem* etc. Item, si mentecaptus habet tantum unum filium, expletis XX annis, [2] poterit ipse filius, si fuerit solus absque aliis fratribus vel descendentibus a patre fatuo, facere testamentum de bonis sui patris fatui, et non valebit nisi post mortem dicti [3] sui patris fatui, ut sequenti cap. XIIII: *Volumus etiam* etc. Et nota, quod omnes casus, qui dicti sunt de masculis fatuis, habentur de similibus ad similia in omnibus et singulis ad feminas fatuas redundare, ut sequenti ultimo cap. eiusdem secundi libri. Et nota, quod eventarium dicitur carta illa, quam faciunt tutores de bonis omnibus per singulum, tam pupillorum quam mentecaptorum, que evenerunt sive evenient per ipsam tutoriam ad ecrum manus nomine pupillorum vel mentecaptorum: de quibus omnibus et singulis debent tutores per sacramentum facere plenam racionem et restitucionem pupillo infra medium annum postquam pervenerit ad etatem, vel, si ante moreretur [4], eius successoribus, et similiter mentecapto, postquam ad sanam mentem pervenerit, vel si obierit ante; et quamvis antiquitus quartam habebant de lucro, [5] hodie nichil habent utilitatis. Et utinam sic tenerentur facere commissarii quando remanent pupilli ad mortem testatoris, quia valde utile et bonum esset pupillis! Debet autem dari eventarium iudicibus de proprio, et ipsi possunt illum deponere hodie ubi sibi placuerit, quamvis quod antequam procuratores constituerent tutores, secundum statutum ponebatur in procuratia sancti Marci.

13. — De furnitorum testamentorum creatione. [6]

Tetigi enim supra, quod procuratores operis sancti Marci ecclesie debent sic in furnitionibus testamentorum creari et institui furnitores, sicut et in tutoriis tutores; idcirco subsequenter dicam de creatione furnitorum, et quando et qualiter recipi debent, et qui tutores possunt creari et debent penes procuratores, et furnitores. Et nota, quod furnitio est auctoritas data per legem seu sentenciam aliquibus, qui non sunt commissarii, administrandi aliquod testamentum, quod caret commissario, in eo quod perfurnitum non esset seu completum. Commissarii enim constituuntur voluntarie a testatore, furnitores vero a lege de proprio. Et nota, ubi non sunt commissarii constituti a testatore, furnitores institui non possunt, sicut in multis utitur; [7] quia furnitores ponuntur loco commissariorum in eo quod restat de testamento ad complendum. Unde, si commissarii non fuerunt, nec furnitores loco eorum, qui non fuerint, constitui possunt; nec possunt constitui furnitores procuratores, nisi de testamentis factis per manum notarii de Veneciis de breviariis firmatis in testamentis per iudices de proprio. Differt autem furnitor a tutoria, quia tutoria fit ad peticionem propinquorum pupillorum pro utilitate ipsorum [8] ad conservanda sua bona et gubernanda; furnitor autem [9] ad peticionem cuiuscumque persone, que habet aliquid petere per ipsum testamentum, et eciam ad peticionem cuiuslibet, qui habet aliquod debitum super testatore, ut possit ipsum facere sentenciari, quod minime fit in tutoria. Item, si testator vel eius commissarii proclamaverint super investicione, vel laborerio, tunc qui investivit vel laboravit furnitores creari potest petere, et

---

[1] tutoribus, *Cod. Vat.* — [2] expletis annis, *Cod. Vat.* — [3] dicti, *om. Cod. Vat.* — [4] vel si ante moreretur vel post, *uterque Cod.* — [5] quartam partem de lucro, *Cod. Vind.* — [6] De furnitoribus testamentorum, *rubr. manu posteriore adj. in Cod. Vat.* — [7] videtur, *Cod. Vat.* — [8] eorum, *Cod. Vat.* — [9] furnitio vero, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

similiter de interdictis, quod non fit de tutoria pro huiusmodi personis ipsam petentibus. Differt eciam, quia tutoria fit per dominum ducem et iudices, et scribitur per unum de cancellariis; furnitio tantum [1] per iudices de proprio, et scribitur per unum de notariis eorum curie. Et nota, quod similiter fit administracio mentecapti etatem habentis, postquam probaverit se etatem habere, sine domino duce et cancellario et sine procuratore; ac eciam administracio, que fit a patre [2] in bonis successioni recuperandis pro filio, que remanserunt a matre mortua ab intestato vel ab aliis suis propinquis. Curatores autem seu coadiuctores alicuius narri, sive simplicis, non habentis patrem vivum, dantur per dominum ducem et suum minus et maius consilium de consuetudine. Debet namque furnitio peti hoc modo: quia ille qui habet aliquod ius ad ipsam petendam, si fuerit propinquus mortui testatoris et voluerit esse furnitor ipsius testamenti, accedere debet coram iudicibus [3] de proprio infra tres menses a morte ultimi commissarii, qui mortuus ultimo fuit, et testamento ostenso, petere testificari quod omnes commissarii talis talis mortui sunt, et quod est minus tribus mensibus, quod talis talis, qui intromisit et administravit eius commissariam, mortuus est, et quod testator, secundum publicam vocem et famam, fuit suus avunculus frater eius matris; et sic de singulis propinquis. Et nota, quod omnes propinqui, tam qui sunt in proximiori gradu, quam qui sunt in aliis gradibus et sunt Veneciis, si volunt aliquo tempore furnire, se debent presentare coram dictis iudicibus infra eosdem tres menses a morte ultimi commissarii; et, ostenso testamento coram iudice, et testificato ut dictum est, debent dicere, quod se presentant ad testamentum talis talis furniendum secundum usum; et tunc nomen presentantis et dies quando se presentavit debet scribi in quaterno curie: alioquin, si non fuerint propinqui infra dictum tempus trium mensium presentati, ut dictum est, ulterius se presentare ad furniendum non poterint, nisi fuerint absentes, ut statuto lib. IIII cap. XVIIII: *Si autem* etc. Et nota, quod antiquitus ante constitutionem [4] quod procuratores essent furnitores, omnis gradus propinquorum testatorum habebant, unus post alium, spacium trium mensium, ut administracio commissarie non periret; quod, postquam constituti fuerunt procuratores ad omnem furnitionem, non observatur. Si autem propinqui infra dictum tempus non comparuerint ad furniendum, et ipsum tempus fuerit preteritum, et extraneus ex aliqua causa ex predictis pecierit furnitorem creari, ipse causam exponere debet coram iudice et ostendere testamentum defuncti et facere testificari quod omnes commissarii mortui sunt, et quod est plus III mensibus quod ultimus mortuus est. Tunc enim, si iudicibus videbitur ipsa causa racionabilis, presentibus procuratoribus, eos quidem per legem et iudicium [5] faciunt solos furnitores ipsius testamenti talis talis in eo quod perfurnitum non esset. Et nota, quod pro tutoria tutores debent iurare coram iudicibus de proprio de ipsa facienda bene et legaliter, ut statutum mandat; pro furnitione autem non iurant.

14. — De confirmacione breviariorum et instrumentorum in testamentis. [6]

Et quoniam sepe breviaria furnita per curiam proprii in testamento furniuntur, videndum est que breviaria firmanda sunt in testamento, et quomodo firmari debent de consuetudine. Et nota, quod circa breviaria, que sunt firmanda in testamento a iudicibus de proprio, tria precipue sunt consideranda. Primo, quod breviarium sit testamentarium, videlicet quod habeat formam testamenti et ultime voluntatis, contra quam non appareat postmodum alia voluntas per aliud breviarium seu testamentum factum per notarium forinsecum recomendatum per litteras potestatis vel rectoris alicuius civitatis vel loci, ut statuto lib. IIII cap. primo: *Ultima voluntas* etc. Secundo, quod ipsum breviarium, si factum est Veneciis, sit subscriptum per iudices examinatorum, aliter non valeret, ut statuto lib. primo cap. XXIIII: *Statuimus* etc. Tercio, quod non sit contra statutum, videlicet quod testator non sit filius familias, vel non dishereditet filium; quia quantum in eo quod esset contra statutum vel consilium aut consuetudinem, non debet in testamentum firmari. Et ad hoc sunt astricti iudices et per suum capitulare et per primum prologum statuti, ubi mandat quod iudices a statutis non discedant, sed exacta diligencia ea observent. Eciam hiis legiptime repertis firmari debet. Si vero breviarium testamentarium factum fuerit per illos qui sunt a portu Metamauci usque Lauretum vel Caput Aggeris, de aliqua persona ibi commorante, si duo de suis iudicibus in eo subscripserint et non fuerit contra statutum, confirmabitur [7] in testamentum, ut statuto lib. I cap. XXVI: *Statuimus* etc. Item si factum fuerit extra Venecias in Cretha vel Constantinopoli et similibus locis, ubi est rector pro Veneciis, et ipse rector vel iudices eius subscripserint, simili modo firmabitur, ut statuto lib. I cap. XXVII: *Nulla breviaria* etc. Item si factum fuerit extra Venecias, ubi non sit rector pro Veneciis, videlicet in Pola vel in Anchona et aliis similibus locis inde supra, sine subscriptione alicuius examinatorum valebit, si eciam testimonio plurium factum fuerit sicut antiquitus valebat, ut statuto lib. IIII

---

[1] furnitio autem, *Cod. Vind.* — [2] que fit patri, *ambo Cod.* — [3] coram judice, *Cod. Vat.* — [4] *cfr. Leg. Laurentii Teupuli in VI cap. XXII* — [5] per legem iudicum, *Cod. Vind.* — [6] de breviariis et testamentis firmandis, *rubr. manu posteriore adj. in Cod. Vat.* — [7] confirmabunt, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

cap. III: *Breviaria* etc. Et nota, quod secundum antiquam consuetudinem valebat tale breviarium si factum erat [1] per plures testes ydoneos coram aliquo potestate vel rectore per sacramentum, vel in verbo veritatis si esset ecclesiastica persona, testificantes, et scriptum [2] (erat) per manum alicuius notarii, qui recomendatus fuerit ab ipso potestate vel rectore quod ipsum scripserit et quod est bone fame et opinionis per eorum litteras. [3] Sed si fuerit tantum unus testis in tali breviario vel testamento, qui non videretur iudicibus de proprio ydonea persona, aut quod non diceret veritatem, tunc non firmabitur in testamentum, sed illud dicti iudices pro nichilo reputabunt. Et nota, quod aliquod breviarium sine testibus factum per notarium firmari non potest, absque sacramento, in testamentum; nec eciam aliquod exemplum alicuius carte firmari in matrem, sine sacramento illius, qui dicit, vel illorum, qui dicunt aliquid sibi deberi [4] ex ipso breviario, vel ostendunt ipsum exemplum ad se pertinere, ut preallegato capitulo primo libro IIII statuti: *Ultima* etc. Possunt enim iurare breviarium in testamentum tam in eo nominati commissarii quam quilibet legatarius, si commissarii fuerint foris Veneciis, vel si fuerint Veneciis et requisiti iurare noluerint, vel si in breviario relicti non fuerint commissarii; et qui iuraverint debent iurare secundum suam conscienciam, quod est totum verum [5] quod in ipso continetur, et quod illi testes dicunt veritatem. Post, si commissarii iurabunt et sibi firmatum fuerit, valebit illa affirmacio omnibus aliquid debentibus habere ex ipso breviario. Si autem iuraverit legatarius, non valebit illa affirmacio nisi sibi soli et non alicui alteri persone; et in hoc casu legatarius erit actor et reus ad sibi respondendum. Et nota, quod, quamvis legatarius iuraverit, nichilominus commissarius iurare poterit a tempore hereditatis [6] usque ad XXX annos, [7] et sibi in testamentum firmari; nec talis affirmacio facta commissario post affirmacionem legatarii, nil nocebit confirmacioni legatarii antea sibi facte. Et nota, quod non incurrit tempus aliquod intromissionis commissarie ipsis commissariis, nisi postquam breviarium in testamentum fuerit firmatum. Verumtamen, si post confirmacionem breviarii appareat aliquod testamentum legiptimum, quod factum fuerit, per illam confirmacionem breviarium erit firmum, sed in reliquo evanescet, salvo in eo quod non esset contra testamentum, ut preallegato statuto. Et nota, quod si testamentum fuerit annotatum per notarium Veneciarum ducatus, et testes rogati et notati, et breviarium factum (non) fuerit infra [8] tempus XIII annorum [9] a tempore note ipsius testamenti, nichil valebit; sed si non transiverit [10] XIII annos, nichilo minus prevalebit nota testamenti breviario, sed firmabitur illa nota in testamentum per dominum ducem, et minus et maius consilium: et hoc pluries feci de facto. Et similiter intelligatis, si testamentum (non fuerit) factum per notarium forinsecum infra XIII annos a nota testamenti notarii ducatus, quod nichil valebit; et si plura fuerint breviaria seu testamenta per notarium forinsecum in diversis temporibus, ultimum valebit. Sic breviarium factum post XIII annos a morte testatoris affirmari non potest per curiam proprii in testamentum, sicut nec testamentum, transacto dicto tempore XIII annorum, per notarium inde rogatum fieri non potest, ut statuto lib. I cap. XXXIV: [11] *Cupientes* etc.; et sic de similibus ad similia, quia si plus est vetitum, intelligitur et minus, nisi sit privilegiatum. Et nota, quod omnia breviaria et testamenta facta per notarium forinsecum, que sunt testatorum venetorum, confirmantur in testamenta per iudices de proprio de licencia domini ducis, exceptis illis in quibus procuratores (sunt) constituti commissarii, que iurantur per eos et firmantur per iudices procuratorum, et exceptis illis in quibus testatores sunt forenses, que affirmantur ad curiam forinsecorum. Et omnes ipse affirmaciones scribuntur per unum de cancellariis, et tamen subscriptione domini ducis et saltem dominorum [12] iudicum complentur, et appellatur illa affirmacio noticia testamentarie carte.

Carta vero confirmacionis [13] exempli in matre vocatur noticia exemplaria sive diiudicatus. Et nota, quod omne exemplum, quod exiverit de bona matre, et in eo quoque unus bonus notarius de Veneciis et unus de iudicibus examinatorum subscripserint, si, postquam iudices examinatorum ordinati fuerint, factum fuerit, videlicet a Millesimo CC° XLIIII° citra, poterit iurari in matre per eum qui ostenderit se per ipsum aliquid deberi habere vel ad se pertinere, et sibi per iudices ex licencia domini ducis firmari in matre. Debet enim quilibet iurare secundum suam conscienciam, quod illud exemplum exivit de bona matre, et quod ipsa mater ita perdita est quod ipsam recuperare non valet nec invenire, et quandocumque ipsa pervenerit ad manus suas, aut illam aut istam confirmacionem incidet et destruet, ita quod nichil valebit. Et si fuerit exemplum de carta debiti, iurare quod secundum suam conscienciam nichil est appacatum de ipso debito; et si dixerit aliquid inde esse appacatum vel probabitur, non firmabitur nisi in residuo. Si vero exemplum fuerit antiquitus factum, videlicet antequam essent ordinati iudices examinatorum, [14] sufficit si alique ydonee persone in eo subscripte invenientur, que dicant se vidisse matrem, et ideo scripsisse in filia, et iurabitur et firmabitur ut supra. Et nota, quod fir-

---

[1] si facta erat, *ambo Cod.* — [2] et scripti, *ambo Cod.* — [3] litteram, *Cod. Vat.* — [4] sibi aliquid deberi, *Cod. Vat.* — [5] tantum verum, *Cod. Vat.* — [6] breviarii, *Cod. Vat.* — [7] XX annos, *Cod. Vat.* — [8] iuxta, *Cod. Vat.* — [9] XIIII annorum, *Cod. Vind.* — [10] transivit, *Cod. Vat.* — [11] cap. XXXI, *uterque Cod.* — [12] duorum, *Cod. Vat.* — [13] affirmacionis, *Cod. Vind.* — [14] essent iudices examinatorum ordinati, *Cod. Vind.*

Source : BIU Cujas

mari non potest in matre aliquod exemplum, nisi quod exiverit de matre; sed exemplum, quod exivit de alio exemplo, non posset iurari in matre principali, sed solum in matris exemplo, unde exivit. Et tunc iuratum et confirmatum [1] in exemplis matris poterit iurari in matre: quod numquam vidi fieri; sed racionabiliter posset fieri, quia per affirmacionem ultimi exempli debetur [2] ei talis potestas, qualem haberet cum exemplo, quod fuit illius exempli mater, et sic fieri [3] poterit (ut) cum exemplo unde ultimum exivit. [4] Unde illa affirmacio ultimi exempli poterit iurari in matre principali et firmari per aliam cartam affirmacionis, ut supra. Et nota, quod si exemplum iuratum fuerit a principalibus personis et sit firmum, valebit in omnibus et singulis volentibus [5] aliquid per ipsum petere, [6] sicut valere poterat et mater. Si autem a speciali persona, non valebit nisi illi soli in eo quod per ipsum petere habet et in eo solum firmabitur ei, ut superius dixi de breviario testamentario. Et nota, quod si exemplum fuerit talis carte que debebat clamari [7] infra XXX annos, et ipsa carta transierit tempus predictum et non fuerit proclamata, exemplum illius affirmari non potest, quia lex in vanum discurrere non debet: habent enim iudices providere attente et considerare ne illud exemplum sit maliciosum, sive extractum de falsa matre, vel per rasuram falsificatam et scriptam per aliam manum, quia sepe solent, ut vidi in pluribus, matres occultari, ne cognosceretur et videretur falsitas, et exempla ostendi maliciose et iurari, si contrarium non auditur. Non potest eciam firmari exemplum carte usurarie, vel que facta fuisset contra statutum, vel consilium, aut contra consuetudinem approbatam; quia, si mater non poterat valere, nec exemplo [8] confavendum est per legem iudicum modo aliquo. Preterea exempla promissionis facta ab anno domini millesimo centesimo nonagesimo quinto mense aprili, quorum matres non apparent, si iudicibus videbitur ipsa fuisse de bona matre, debent sic iudices per ipsa exempla procedere, sicut iurata et firmata essent in matre sine aliquo iuramento ab aliquo iudice accipiendo, ut statutum in promissione domini Henrici Danduli, quod est affirmatum per promissionem statuti novi, et sic eciam observatur de consuetudine. Debent autem scribi iste affirmaciones exemplorum cartarum per unum de cancellariis, sicut et noticie testamentarie, ut dictum est, apud quem ipsa exempla affirmacionibus completa debent permanere, ita quod si mater aliqua inveniretur in carta affirmacionis incidenter, debet reddere exemplum cuius fuerit.

[1] firmatum, *Cod. Vind.* — [2] dabitur, *Cod. Vind.* — [3] et facere, *Cod. Vat.*; et sic facere, *Cod. Vind.* — [4] unde ultimum exemplum, *ambo Cod.* — [5] valebit omnibus volentibus, *Cod. Vind.* — [6] petere per ipsum, *Cod. Vat.* — [7] creari, *Cod. Vind.* — [8] exemplum, *Cod. Vat.* — [9] De intromissione commissarie, *rubr. manu poster. adjecta in Cod. Vat.* — [10] in testamento relictorum institutorum, *Cod. Vat.* — [11] vel exercicii, *om. Cod. Vind.* — [12] in exequendo, *Cod. Vat.* — [13] ut statuto lib. IIII cap. XLIII, *Cod. Vat.* — [14] de aliis, *Cod. Vat.* — [15] vel baiulus, *Cod. Vat.* — [16] ut si esset, *Cod. Vat.* — [17] veniat, *Cod. Vat.* — [18] qui commissarii intromiserint commissariam, *Cod. Vat.*

15. — De intromissione commissariarum et earum bonorum administracione. [9]

Et quia, post testamenta et noticias testamentarias, sequitur intromissio commissarie et administracio, videndum est quid sit intromissio commissarie, et quando et qualiter fieri debeat. Intromissio commissarie est commissariorum in testamento institutorum [10] acceptatio per evidenciam alicuius actus commissarie vel exercicii [11] apparente de facto. Administracio est bonorum et rerum commissarie, secundum quod ordinatum fuerit et bailia tradita, tam in dando quam in exigendo [12] exercicii operacio. Et nota, quod administracio esse non potest sine intromissione; sed qui se intromisit, non potest ex se renunciare administracioni commissarie, sed bene poterit ab ipsa per sentenciam administracionis desistere; et que post ipsam sentenciam administracionis facta fuerint sine ipso qui renuit in iudicio firma erunt. Sed in faciendo poterit quicumque voluerit se immisceri. Debet autem intromissio commissarie per commissarium, si fuerit Veneciis, fieri infra tres menses sive LXXXX dies, si testator obierit Veneciis; nec ignorancia, quod noverit se esse commissarium, eum excusat, ut statuto lib. IIII cap. XVIII: [13] *Insuper ordinamus* etc. Et ex tunc, si non intromiserit infra ipsum tempus, habebitur ut si expresse renuisset, nec amplius se intromittere poterit aliquo modo. Item si testator fuerit mortuus Veneciis et commissarius absens, habebit commissarius terminum unius anni et diei ad intromittendum per se vel per commissarium: alioquin, ut supra habebitur ac si renunciasset, ut statuto lib. IIII cap. XVIIII: *Si autem* etc. Si autem testator obierit extra Venecias, tunc commissarii, qui fuerint ibi, commissariam debent intromittere infra XXX dies: verumtamen, si nullus de illis, [14] qui ibi sunt (hoc fecerit, et omnes) commissariam intromittere negligerint vel noluerint, tunc potest baiulus [15] aut rector per Venecias, qui fuerit ibi, intromittere bona testatoris ac [16] si esset mortuus ab intestato. Sed si ille testator, qui obierit extra Venecias, fecerit commissarios existentes Veneciis, debent ipsi commissarii eius commissariam intromittere infra III menses, seu LXXXX dies, postquam testamentum defuncti Venecias venerit [17] et de eius ordinacione sciverint, ut statuto lib. IIII cap. XX: *Et quoniam* etc. Si vero fuerint plures commissarii, qui commissariam intromiserint, [18] administracio debet esse communis, ut statuto lib. IIII cap. XVII: *Juris namque* etc. Si vero fuerit unus, vel remanserit unus, totam administracionem habebit, ut eodem cap. statuti lib. IIII. Sepe enim, si sunt plures, solet oriri questio admini-

Source : BIU Cujas

stracionis inter eos coram iudicibus, aliquando generaliter de administracione tocius commissarie in exigendo et solvendo omnia que exigi et solvi debent de ipsa commissaria, et ad adducendum [1] omnia bona ipsius commissarie in uno monte in procuratia sancti Marci, aut ubi lex dicere vellet, et tunc solet dari terminus octo dierum utrique parti ad dictam commissariam administrandam : alioquin, quod pars, hoc volens [2] facere et administrare, possit sola [3] facere hoc et administrare. Circha quod intelligas de consuetudine, quod utraque pars solet se infra octo dies a die late sentencie presentare iudicibus, quod parata est ipsam commissariam administrare cum alia parte, secundum formam ipsius sentencie administracionis; et hoc solet annotari in quaterno curie. Verumtamen, si ambe partes fuerint presentes quando sentencia datur, et dixerint se parate ad alternatim administrandum, habebuntur [4] ac si presentate essent et scripte in quaterno curie. Et ex tunc una pars sive altera aliquid facere vel administrare non poterit in aliquo, nisi aliam partem requisiverit infra dies VIII, ut tali die veniat ad administrandum et faciendum tale quid [5] coram talibus iudicibus vel alibi ; et hec requisitio fieri debet aut per preconem, aut in testimonium duorum testium per adversam partem : et [6] si requisitus non comparuerit, tunc de consuetudine altera pars poterit sua omnia illa, ad que facienda requisiverit, facere et administrare. Si autem commissarius ille, [7] qui citatus fuerit in iudicio ad administrandum, non comparuerit, aut, si comparuerit, respondet se nolle administrare, et [8] tunc, dato termino octo dierum si se non presentaverit coram iudicibus ad administrandum, ut dictum est, numquam de consuetudine debet amplius requiri; sed altera pars sola poterit in omnibus et singulis administrare sine aliqua requisitione alterius partis. Si autem sentencia administracionis fuerit specialis super aliquem punctum testamenti, qui remanet in discrecione commissariorum, tunc illa questio remanet ad arbitrium iudicum, secundum eorum discrecionem diffinienda. Si autem fuerit super bonis et rebus testatoris orta questio, ex eo quod aliqua pars dixerit et probaverit aliam partem habere de bonis et avere [9] commissarie, dicetur per sentenciam quod ipsa pars veniat ad administrandum cum alia parte, et quod adducat quod probatum fuerit [10] in uno monte aut de suis propriis bonis. Et tunc dominus dux quantum est in propriis bonis mandabit eam execucioni, ut superius dixi. Intromissio vero commissarie probatur levibus probacionibus. Videlicet, si commissarius peciit testamentum a notario. Item si aliquid solvit pro commissaria. Item si invenitur [11] nominatus commissarius in aliquo contractu vel carta. Item si habuit testamentum a notario. Et hec omnia intelligas et hiis similia infra LXXXX dies testatorias. Habetur enim commissarium commissariam intromisisse postquam pro ipsa commissaria aliquid apparet, donec contrarium sibi oppositum fuerit; sed levius per breviarium iuratum et firmatum in testamento habetur commissarium intromisisse commissariam, quia incontinenti, sicut iuravit, intelligitur commissarium commissariam intromisisse. [12] Tutorias autem et furnitiones debent tutores et furnitores incontinenti intromittere et administrare iuxta potestatem sibi traditam. Et si aliqua questio oriretur contra eos de administracione, debet determinari, ut dictum est de administracione commissarie. Et nota, quod quamvis administracio commissarie debuerit esse omnibus commissariis, si aliquis de commissariis (est) foris Venecias, ubi fuerit mortuus testator, [13] commissarius ille solus, qui fuerit, poterit totam commissariam intromittere et administrare de bonis que fuerint ibi inventa, iuxta quod testator ordinaverit per suum testamentum, ut statuto lib. IIII cap. XX: *Et quoniam* etc.

16. — De presentacione pecunie iudicibus pro accipienda aliqua proprietate.

Sepe enim pro partibus assignatis mulieri de inmobilibus [14] pro sua repromissa, sive earum commissariis vel furnitoribus, seu earum [15] pupillorum tutoribus, solent propinqui vel lateranei pecuniam, de qua pars fuerit extimata, coram [16] iudicibus presentare pro ipsa parte [17] habenda; discuciendum est de ipsa presentacione pecunie, quando fieri debeat, et qualiter per iudices procedi debeat ad ipsam pecuniam recipiendam, et ad ipsam partem presentanti dandam. Et non solum potest presentari de partibus assignatis mulieri de inmobilibus pro sua repromissa, verum eciam pro omnibus et singulis partibus assignatis alicui alteri persone de inmobilibus pro suis debitis. Et nota, quod sunt quatuor persone tantum, que possunt pro huiusmodi partibus accipiendis [18] presentare pecunie extimacionem iudicibus de proprio. Primo, debitor cuius erit ipsa proprietas, que assignata fuerit in parte creditori; quia si debitor, [19] ante XXX dies postquam ipsa pars suo creditori (fuerit assignata), presentavit totam pecuniam debiti, reddentur sibi omnes carte, propter quas fuerit pars proprietatis, sive tota proprietas, assignata, incise, cum securitate debiti facta a creditori, si pro solucione tocius debiti pars creditori assignata fuerit : alioquin, si non presentaverit tantam pecuniam quantum

---

[1] ad aducandum, *Cod. Vat.* — [2] nolens, *uterque Cod.* — [3] possit soli, *uterque Cod.* — [4] habebitur, *Cod. Vat.* — [5] alioquin, *Cod. Vat.* — [6] et tunc, *Cod. Vat.* — [7] ille commissarius, *Cod. Vat.* — [8] et, *om. Cod. Vat.* — [9] habere, *Cod. Vat.* — [10] quod fuerit probatum, *Cod. Vat.* — [11] inveniatur, *Cod. Vat.* — [12] intromisisse commissariam, *Cod. Vind.* — [13] testator suus, *Cod. Vat.* — [14] de mobilibus, *Cod. Vat.* — [15] seu eorum, *Cod. Vat.* — [16] certam, *Cod. Vat.* — [17] pro ipsa pecunia, *Cod. Vat.* — [18] accipiendum, *Cod. Vat.* — [19] qui debitor si, *ambo Cod.*

Source : BIU Cujas

est totum debitum eius, presens non admittetur, quia pro residuo iterum creditor posset investiri ; et sic vidi pluries fieri de facto ad curiam proprii, et specialiter de quadam presentacione domini L. Venerii [1] de quadam proprietate sancti Moysis, de qua presentavit debitor totum debitum, et tunc carte fuerunt sibi reddite incise cum securitate, ut statuto lib. III cap. I: *Si receperit* etc. Secundo, poterit presentare dominus, qui habet merum [2] dominium in proprietate debitoris secundum tenorem concessionis, si proprietas fuerit concessa in perpetuum ad livellum ad renovandum in capite XXVIIII annorum, aut ad tempus, si de concessione continebitur quod ille dominus debet preponi ad emendum omnibus aliis, aliquo minori precio quando venerit illa proprietas ad alienandum [3] infra XXX dies, et pre omnibus, [4] ut continebitur in concessione, admittetur. Alioquin minime, quamvis de iure communi aliter habeatur; et sic observatur tam secundum statutum lib. III cap. I preallegato: *Si receperit* etc. (quam de consuetudine). Tercio, quod de consuetudine poterit presentare propinquus infra XXX dies a tempore proprii; et si plures propinqui presentaverint illi qui debitori in proximiori gradu fuerint, primo in linea descendenti, postea in linea ascendenti de prole, debent preponi de consuetudine, ut statuto lib. III cap. XVIIII, [5] ceteris aliis propinquis et lateraneis, postquam probaverint se sic esse in parentela persone debitoris. Quarto, poterit presentare lateraneus pecuniam; [6] et de propinquo et lateraneo qui presentare valent super huiusmodi partibus assignatis pro aliquo [7] debito (habes in) statuto lib. V cap. IX: [8] *Cum possessionem* etc., salvo quod qui est sub uno tecto debet preponi aliis lateraneis, [9] ut statuto lib. III cap. XXV: *Item statuimus* etc.; et sic semper de consuetudine observatur. Et nota, quod si huiusmodi presentacio facta non fuerit infra XXX dies a tempore proprii, imposicio nulla erit. Verumtamen, si dominus qui illam proprietatem concessit debitori, vel propinquus, vel lateraneus infra XXX dies proprii presentaverit totam pecuniam in denariis numeratis iudicibus de proprio, fiet proprium ad nomen creditoris; et si iudices receperint presens ipsum factum in pecunia et acceptaverint ipsam presentacionem, facient fieri noticiam sive noticiolam illi qui presentavit, sicut fecissent fieri creditori, si presentatum non fuisset, in qua fiet mencio de ipsa presentacione post narracionem proprii. Et nota, quod semper ad cuius nomen est factum proprium, ille debet preponi in principio noticie sive noticiole, ubi dicitur: *Venit ad nostram* [10] etc.; in fine autem vel circha debet poni ad nomen presentantis ubi dicitur: *Ex iudicio igitur nostrorum iudicum* etc. Et nota, quod pro quolibet debito, videlicet tam repromisse quam mutui, rogadie, collegancie, pignoracionis et pene postimi, [11] propter quod quis tollere voluerit possessionem sui debitoris et eam investivit, tantum licitum est superscriptis domino, propinquo et lateraneo, infra XXX dies coram iudicibus de proprio totam pecuniam debiti presentare, et si iudices receperint presens de tali presentacione et ipsam presentacionem acceptaverint, dari facient per legem sui officii omnes cartas cum vigore et robore ad presentantem, ut statuto lib. V. cap. IX: [12] *Cum possessionem* etc. Sed si presentator fuerit discretus, et viderit quod plus erit debitum quam valor proprietatis, non presentabit aliquis predictorum presentator, nisi post proprii posicionem, quia tunc non [13] tenebitur presentator nisi ad extimacionem proprietatis sive partis, et iuxta extimacionem presentare poterit et non pro toto debito. De presentacionibus, que fiunt aliter quam pro repromissa et debitis, alibi dicam; sed tantum de huiusmodi que pertinent ad curiam proprii curavi hic exponere sic et tractare.

17. — De presentacionibus secundum veterem usum iure propinquitatis vel lateranitatis. [14]

Parum eciam dicam de presentacionibus que secundum usum veterem fiunt ad curiam examinatorum et deducuntur [15] ad curiam proprii. Solet fieri hec presentacio a dicto domino secundum formam concessionis, ut dictum est, a propinquo et lateraneo, qui sunt Veneciis tempore vendicionis, infra XXX dies a die vendicionis, qua fuit rogata illa vendicio ad usum veterem; et (debet presentator) presentare coram iudicibus examinatorum X pro centenario in auro vel argento de quo fuerit vendita, si ipsam comparare voluerit. Quo presente facto, si investita fuerit, super illam investicionem infra XXX dies proclamare debet, aut propter illam concessionem aut propter propinquitatem vel lateranitatem; et tunc iudices examinatorum, ad requisitionem presentantis, [16] vocabunt coram se illum qui vendidit et illum qui emit et petent ab ipsis iusiurandum quantum erit precium, et quod aliqua fraus vel malicia per eos non est commissa in precio, quo dicte persone, que possunt presentare, agraventur ut desistant a presentacione, et quod secundum veritatem illud, quod continetur in illa vendicione, est verum et iustum precium et purum sine aliqua malicia vel fraude animi [17] commissa, et quando et qualiter solvi debeat illud precium, et si aliquod pactum inter se habuerunt, et quod pactum. Si vero

---

[1] domini Venec., *Cod. Vat.* — [2] rectum, *Cod. Vat.* — [3] ad alienandum, *om. Cod. Vat.* — [4] pre omnibus, *om. Cod. Vat.* — [5] cap. XXVIIII, *ambo Cod.* — [6] possessionis, *ambo Cod.* — [7] ex aliquo, *Cod. Vat.* — [8] cap. X, *ambo Cod.* — [9] lateralibus, *Cod. Vat.* — [10] ante nostram, *Cod. Vat.* — [11] pene postimi, *Cod. Vind.*; pene proscimi, *Cod. Vat.* — [12] cap. X, *uterque Cod.* — [13] non, *om. Cod. Vat.* — [14] De presentacione, *rubr. manu poster. adjuncta in Cod. Vat.* — [15] adducuntur, *Cod. Vat.* — [16] petentis, *Cod. Vat.* — [17] et fraude facti, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

iurare nolunt venditor et emptor, ut ille [1] qui presentavit habeat illam proprietatem, tunc iudices examinatorum dabunt suum clamorem presentanti, [2] et mittent pignus presentatum et vendicionis et investicionis cartam ad curiam proprii. Et tunc coram ipsis iudicibus de proprio agitabitur questio illa de clamore ad investicionem, et ostensis ibi investicione et vendicione et suo clamore, et perlectis, ac eciam pignore presentato ibi in curia apparente, debet presentator petere coram iudicibus de proprio, quod si venditor et emptor essent in curia, qui vellent iurare, ut supra, paratus esset illam investicionem et vendicionem per documentum in se recipere et ipsum precium solvere, sicut emptor solvere debebat; alioquin, quod suus clamor per legem iudicum firmus teneretur super ipsam investicionem, et quod illud pignus presentatum sibi reddi debeat. Si vero venditor et emptor iuraverint, ut supra, et exposuerint verum precium, et quando et qualiter fieri debeat pacamentum, et pactum quod inde habuerunt inter se, tunc si pacamentum incontinenti et expleto [3] tempore investicionis fieri debeat, iudices de proprio non procedent ad sentenciam pro presentatore, nisi primo presentator [4] infra certum tempus [5] sibi assignatum a iudicibus [6] de proprio presentaverit [7] coram eis totum precium in pecunia numerata; alioquin eius clamor evacuabitur et suum pignus sibi reddetur, et habebitur ac si non presentasset: si vero ad tempus cum aliquo pacto vel condicione, tunc clamor firmus tenebitur secundum formam illius pacti vel condicionis, et quod illa investicio et vendicio inde facta valeat isti tali tali propinquo, sicut valebat ementi. Si vero [8] presentaverit totam pecuniam infra terminum sibi a iudicibus de proprio assignatum, tunc tenebitur clamor firmus, et quod illa investicio et vendicio inde facta etc. Tunc enim iudices examinatorum, completa hac sentencia, procedent ad proprium et ad omnia alia secundum formam illius sentencie iudicum de proprio, ut statuto lib. III cap. XXXII: *Cum deceat* etc. Si vero dominus, propinquus vel lateraneus tempore vendicionis et investicionis predicte ad usum veterem fuerit extra Venecias, et infra XXX dies postquam Venecias venerit, presentaverit et proclamaverit tam super investicione sine proprio quam ad proprium, si presentacio approbata fuerit, ad presens eius recipietur ac si esset Veneciis et presentasset infra XXX dies a die vendicionis, et eius clamor ad tempus fiet per curiam de proprio, et ad omnia procedent tam iudices examinatorum quam de proprio ut dictum est supra de presentibus in Veneciis tempore vendicionis; et quod hoc observari debeat, habes per preallegatum capitulum statuti *Cum deceat*, ubi inter cetera continetur, *quod vendicio investicio et proprium, que inde facta fuerunt, valeant isti propinquo vel lateraneo sic per presentacionem ementi* vel *sic ementi.* Et hoc debet intelligi solummodo de propinquo et lateraneo existentibus foris Venecias tempore vendicionis: quia, si essent Veneciis et proprium propositum fuerit, sibi dari non posset, quia iam tempus XXX dierum presentandi et ultra transactum fuisset, infra quos a die vendicionis presentare debuerant [9] ut statuto lib. III cap. XXXIII: *Decernimus* etc.; et sic observatur de consuetudine. Ergo est intelligendum de illis propinquis et lateraneis qui extra Venecias sunt, ut eiusdem lib. III statuti cap. XV: *Emptor autem* etc., ubi circha finem dicitur quod nulli detur clamor per propinquitatem vel lateranitatem nisi illi propinquo vel lateraneo, qui tempore investicionis vel proprii fuerit extra Venecias; et hac de causa pro ipso proprio non ponitur quis in possessione, nisi salvo iure omnium personarum, ut statuto lib. III cap. XXXVI: *Quoniam quisquis princeps* etc., ut hoc ius propinqui vel lateranei, qui fuerit extra, non usurpetur. Et nota, quod huiusmodi questio deduci non potest ad curiam proprii, nisi proclamatum fuerit super illa investicione. Et nota, quod si fuerint plures propinqui illi qui presentaverint, ille debet admitti qui est in proximiori gradu de prole. Et si venditor habuerit patrem et habuerit eciam filium et filiam, et omnes presentaverint, quamvis omnes sint in primo gradu, videlicet pater in primo gradu de prole in linea ascendenti et filius et filia in primo gradu in linea descendenti, nichilominus filius preponetur tam avo quam sorori, et (ad) eius presens obtinebit et acceptabitur et alii non recipientur, ut statuto lib. III cap. XIX: [10] *Qualis vero ordo* etc. Item, si venditor non habuerit filium sed tantum filiam, vel si habuerit filium, et comparare noluerit, tunc filia tam avo quam omnibus aliis propinquis de prole preponetur, ut statuto lib. III cap. XXII: [11] *Item statuimus* etc.

18. — De presentacione bonorum alicuius mortui intestati foris Venecias. [12]

Preterea presentacio non solet fieri tantum occasione inmobilium acquirendorum, verum eciam occasione illorum bonorum mobilium qui moriuntur extra Venecias ab intestato et sunt Veneti. Videndum est quidem aliquid de huiusmodi presentacione, cum superius, ubi exposui de iuramento et presentacione mulieris, de ipsa aliquid tetigerim: primo, per quos fieri debeat; secundo, quando fieri debeat; tercio, coram quibus fieri debeat; quarto,

---

[1] et ille, *Cod. Vind.* — [2] presentandi, *Cod. Vat.* — [3] completo, *Cod. Vat.* — [4] nisi facta primo presentatione, *Cod. Vind.* — [5] infra terminum, *Cod. Vat.* — [6] per iudices, *Cod. Vat.* — [7] cum presentaverit, *Cod. Vind.* — [8] Si autem, *Cod. Vat.* — [9] debeant, *Cod. Vind.* — [10] cap. XVIII, *Cod. Vat.* — [11] cap. XXIII, *Cod. Vat.* — [12] De mortuis extra Ven. intestatis, *rubr. manu poster. adjuncta in Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

qualiter fieri debeat et per iudices procedi. Fit autem hec presentacio aliquando per rectores, qui sunt pro domino duce extra Venecias in diversis mundi partibus, si in suo regimine aliquis Venetus vel habitator Veneciarum ibi obierit ab intestato, et ipse rector intromiserit eius bona, et ea in exitu sui regiminis adduxerit Veneciis. Aliquando fit per eorum nuncios cum suis litteris et scripturis, in quibus seriatim sunt scripta bona et habere defuncti ab intestato per eos intromissa, ut statuto lib. V cap. primo: *Mandamus* etc. Aliquando fit presentacio per specialem personam, que non est rector alicuius loci, et intromisit illa bona defuncti aut in navi aut in alio loco, ubi non fuerit rector pro domino duce, extra Venecias. [1] Differt autem hec presentacio specialis persone a presentacione rectorum in hoc: quod specialis persona debet presentare per sacramentum, quod fideliter omnia illa bona, que ipsa presentat [2] in tali loco extra Venecias, ubi obiit talis talis, sine aliqua ordinacione vel commissaria ipsa intromisit, et quod ea omnia, que ipsa intromisit, ipsa bene et legaliter custodivit et conservavit, et ipsa omnia cum integritate presentat; quod sacramentum vel aliquod aliud sacramentum rector vel eius nuncius facere non tenetur, ut statuto lib. V cap. II: [3] *Affirmamus* etc. Debet autem unusquisque, qui intromisit dicta bona, ea omnia presentare domino duci aut legi iudicum de proprio infra XX dies, postquam intraverit Venecias, sub pena dupli de toto eo quod non presentaverit, ut preallegato cap. statuti et eiusdem lib. V cap. III: *Dicimus* etc.; et non debet pretermittere propter aliquod interdictum sibi factum, aut propter aliquod breviarium seu testamentum forinsecum, quin infra tempus presentet, ut cap. III eiusdem lib. V. Sed, si testamentum appareret, non tenetur quis presentare domino duci vel legi; sed tantum notificare commissariam, si voluerit et ea sibi dari et ab ipsis accipere [4] securitatis cartam: alioquin, si testamentum non apparuerit, presentabitur ut supra; et debet sibi fieri securitas per dominum ducem et iudices de proprio, et eorum subscriptione communiri, quam scribere debet unus de cancellariis iuxta consuetudinem. Et nota, quod quilibet habetur mortuus ab intestato, quousque testamentum non apparet aut confirmacio breviarii seu testamenti forinseci, que appellatur noticia testamentaria, ut dictum est supra. Solet enim dominus dux, quandocumque hec bona sibi presentantur, incontinenti ea cum omnibus litteris et scripturis mittere ad curiam de proprio, et iudices, dicta presentacione [5] recepta, debent sic procedere. In primis, ipsi iudices stridari facere debent publice per riparium, semel ad sanctum Marcum, et semel ad Rivoaltum sic: *quod bona talis talis, qui mortuus est extra Venecia sine testamento, sunt presentata ad curiam dominorum iudicum de proprio; quicumque habet aliquod ius in ipsis bonis, usque ad octo dies coram ipsis iudicibus cum suis iuribus se presentare debeat, et se scribi facere; alioquin ipsi iudices ex tunc procedent ad ea distribuendum et dandum, ut de iure debuerint secundum usum.* Quo stridore facto, ille riparius debet ipsum stridorem in quaterno dicte curie facere scribi et notari, ut suprascripto lib. V statuti cap. IV: *Lex enim* etc. Item, debent iudices tam uxorem quam filios et heredes et successores, eciam creditores ac omnes et singulos, qui se coram eis presentaverint et ostenderint aliquod ius habere in dictis bonis, scribi facere in eodem quaterno ubi fuerit scriptus dictus stridor, et subsequenter quemlibet per ordinem, quandocumque quis se presentaverit, quousque ipsa bona fuerint in manu et potestate iudicum. Si vero defunctus fuerit merchator et negociator in bonis plurium personarum, non solent iudices subito labere ad ipsa bona distribuenda et danda alicui, sed saltem per mensem et plus supersedere, propter absentes. Solent eciam iudices expectare et supersedere, quando senciunt aliquid de testamento vel de breviario faciendo aut de testamento forinseco, donec sciverint veritatem de illo testamento vel breviario sive testamento forinseco, si fuerint confirmata: tamen solent hec allegantibus assignare certum terminum ad hec legiptime ostendendum; at que si non ostenderint, ex tunc iudices procedere debent. Item, quando iudices procedere voluerint, debent per preconem omnibus et singulis presentatis certum terminum assignare, ut quilibet cum suis iuribus et racionibus coram eis debeat comparere, quia intendunt ipsa bona expedire et dare ut debent de iure. Habent enim iudices et personas et bona et tempora debitorum diligenter considerare, et intervenire pro pupillis defuncti, ut non defraudentur, ut eodem cap.: *Lex enim* etc. Solent enim iudices, antequam alicui dent de ipsis bonis sibi presentatis, dare illi qui ea intromisit et presentavit, si fuerit specialis persona et non rector, duas pro centenario, si ea non investivit sive cambium (fecit); sed si ea investivit et cambium (fecit) ad utilitatem illorum, quibus pertinuerint ipsa bona, sibi dare debent quatuor pro centenario. Rectoribus autem nil dari debet, quia hoc tenentur facere per suum capitulare, ut supra cap.: *Affirmamus* etc. Si vero ea non expedierint iudices in suo tempore, omnia deponere [6] debent cum recordacione in procuratia sancti Marci ante exitum sui offici; et eciam omnia alia bona, que pervenerint ad manus suas, si ea non expedierint in suo tempore, similiter ibi deponere debent, ut supra in fine cap.: *Lex enim* etc. Si autem ille, qui obierit

[1] vel Veneciis, *Cod. Vat.* — [2] presentavit, *Cod. Vat.* — [3] cap. IIII, *Cod. Vat.* — [4] recipere, *Cod. Vat.* — [5] dicta peticione, *Cod Vat.* — [6] similiter ibi deponere, *uterque Cod.*

Source : BIU Cujas

extra Venecias, commiserit alicui ibi presenti, et constituerit eum suum procuratorem ante terminum cartarum illius taxegii, ut sua bona usque ad tale tempus presentet suis commissariis in Veneciis, hoc observare tenetur ille procurator, si commissarios in Veneciis invenerit, et ipsi commissariam intromiserint aut intromittere voluerint: alioquin ea infra idem tempus debet legi totaliter presentare; vel si certum terminum non habuerit a defuncto, ea presentare debet legi et solvere integraliter infra tres menses, postquam ipsa bona receperit et habuerit et ipsam commissariam [1] receperit. Quod si non fecerit, emendare debet totum quod intromisit et habuit in duplum heredibus seu creditoribus vel succedentibus in ipsis bonis in duplum; et non debet pretermittere propter aliquod interdictum quin ea presentet legi, ut dictum est de intestatis. Et sic iudices procedere debent et ea disponere sicut facere habent de intestatis, et isti procuratori facere fieri securitatem per legem, ut dictum est supra, ut suprascripto lib. statuti cap. V: *Si is* etc. Quibus receptis, iudices debent, ut supra, ea facere stridari; et quicumque habet cartam vel cartas super ipsis bonis, que sunt presentata legi et que expectantur ut veniant de presenti viatico, eas ponant in commendaria, ut terminus non preiudicet si transierit antequam [2] ea omnia que expectantur de illo taxegio veniant, ad fortunam omnium illorum, qui habent dictas cartas de ipso viatico; et qui eam non deposuerit, habebitur amodo ac si deposuisset. Et similiter fieri debet de intestatis, si talem procuratorem instituerint ad dicta bona legi presentandum, ut eiusdem libri statuti cap. VI: *Statuimus* etc. Et nota, quod - premisso capitulo statuti quod iudices de proprio non solum habent recipere bona moriencium extra Venecias ab intestato et ea disponere ut dictum est, verum eciam illorum qui moriuntur testati, ergo omnia bona et habere, que legi presentantur illorum qui moriuntur extra Venecias tam testati quam intestati [3] - iudices de proprio habent de iure et consuetudine ea recipere postquam sibi per aliquam personam presentantur, et postea considerare quid de ipsis fuerit faciendum. De bonis autem illorum, qui moriuntur Veneciis, videlicet a Grado usque ad Caput Ageris, tam testati quam intestati, per hanc viam dicti iudices se intromittere non possunt de consuetudine, nisi sibi commissum fuerit specialiter per dominum ducem et suum minus consilium, quod vidi pluries fieri; nec eciam se intromittere de bonis burgensium alicuis civitatis, qui moriuntur extra Venecias, ut suprascripto capitulo: *Et quoniam.* [4] Et nota, quod ex forma dicti statuti: *Si is* etc. quod procurator, qui recipit commissariam [5] ad certum quid faciendum, si non fecerit id propter quod recipit mandatum, remanet obligatus ad penam talionis de eo quod receperit.

19. — De intromissione facta per forciam alicuius rei. [6]

Et quia sepe intromissio aliorum bonorum non fit voluntarie de consensu domini rem aliquam possidentis, ymmo intromittitur per forciam, videndum est unde et quid sit intromissio facta per forciam, et quot modis fiat, et ad quam penam intromittens cadat et substinere debeat. Intromissio per forciam est actus iniuriosus contra possidentem sola voluntate, sine aliqua auctoritate iudicum, perpetratus. Fit autem hec intromissio contra possidentes, aliquando in rebus mobilibus [7] aliquando in rebus inmobilibus ut statuto lib. V cap. XII: [8] *Si per forciam* etc. Si autem fit in rebus mobilibus, et possidens expoliatus fuerit, restitucio fieri debet in integrum expoliato per Illos de nocte incontinenti postquam probatum extiterit, [9] precipiendo sub illa pena, quam sibi videbitur, expoliatori ut restituat. Si autem fit intromissio per forciam in rebus inmobilibus, sive proprietatibus vel possessionibus, per expulsionem persone possidentis, vel in rebus de domo (eas) foras proiiciendo, sive aliquod laborerium de proprietate contra voluntatem possidentis removendo, aut super ipsas aliquid ponendo, tunc incontinenti, ut de huiusmodi intromissione per forciam constabit, debet fieri similiter restitucio possidenti in integrum per Illos de nocte, ut dictum est; nec aliquod ius intromittentis per forciam intelligi vel audiri debet, donec restitucio fuerit facta; quia propter talem intromissionem per forciam totum ius, quod habebat, per ipsam intromissionem amisit, ut supra eodem cap. stat. lib. V. (Item) de similibus ad similia de clausura callis, quod est per forciam intromittere, ut statuto lib. III cap. LXI: [10] *Quando plures* etc. Quia, antequam incipiatur placitare, non audito aliquo iure claudentis - per talem conclusionem non debet audiri - et sic intromittentis per forciam, nisi expoliacio fuerit restituta, et pena, inde per officiales et iudices proposita vel per statutum, fuerit satisfacta, nullum ius poterit expoliator alligare, ut preallegato capitulo statuti de clausura callis; quia, antequam intelligatur aliquod ius claudentis, debet callis aperiri in suo statu et reduci. Sepe enim tale placitum intromissionis per forciam de inmobilibus rebus sive proprietatibus per expoliatum, qui erat in possessione, agitatur [11] contra expoliatorem coram iudicibus de proprio, ut in possessionem per eorum sententiam reducatur et restituatur ipse expulsus sive expoliatus, et ad penam impositam per supra-

---

1 commissionem, *Cod. Vind.* — 2 et quod, *ambo Cod.* — 3 tam intestati quam testati, *Cod. Vat.* — 4 *cf. stat. tib. IV cap. XX* — 5 commissionem, *Cod. Vind.* — 6 de intromissione facta per forciam, *rubr. manu poster. adjecta in Cod. Vat.* — 7 in bonis mobilibus, *Cod. Vat.* — 7 cap. XIII, *uterque Cod.* — 9 probatum fuerit extiterit, *Cod. Vat.* — 10 cap. XL, *Cod. Vat.* — 11 agitatam, *ambo Cod.*

Source : BIU Cujas

scriptum cap. statuti: *Si per forciam* etc. sibi expoliator sentencietur; sed secundum quod erit excessus, sentenciari debet forciator ad penam, ut mandat suprascriptum statutum. Excessus autem per forciam de proprietate alterius, scilicet de qua alter erit in possessione [1] fit pluribus modis, ut superius dictum est. Ita quod si fit per intromissionem, cogitans quod sit sua, totum ius, quod habet in possessione illa, amittit respectu spoliati; et respectu iniurie dominii debet dare vadimonia emendandi ad curiam, secundum antiquam consuetudinem, V libras auri, facta restitucione et iure suo amisso: quod ius amissum esse non potest in preiudicio eius creditoris, ut statuto lib. III cap. LVIIII: [2] *Licet faciat quis* etc. Idem eciam fit, quando quis per forciam sibi iusticiam facit de sua re seu proprietate, de qua alter est in possessione. Item fit excessus in domum alterius per assaltum, insequendo alium, si ostium vel parietem aut aliquid de domo abstulerit; et tunc pro pena iniuriato domino domus emendari debet domus illa in qua assaltum fecerit. Si autem aliquid non fregerit vel non abstulerit de domo, tunc emendare debet domino domus illam penam, que iudicibus videbitur sibi imponere, et dare, ut dictum est, vadiam emendandi ad curiam, ut suprascripto cap. statuti lib. V: *Si per forciam* etc. Et nota, quod si restitucio facta fuerit per Illos de nocte, pena peti non poterit ad curiam de proprio de consuetudine approbata. Et nota, quod in tali placito non potest procedi modo aliquo nisi forcia fuerit legiptime approbata; qua probata, non auditur aliqua racio adverse partis.

20. — **De testibus.** [3]

Et quia non solum pro huiusmodi placitis de forcia sunt necessarie probaciones per testes, verum eciam in omnibus et singulis aliis [4] placitis, videndum est igitur de testibus introducendis, et qui introduci possint, et debeant eorum testificaciones recipi, et qualiter et quando et quociens, de consuetudine veneta approbata. Et nota, quod omnes homines et persone, que habent legiptimam etatem et sunt in suis causis ydonee iudiciis, ut statuto lib. II cap. primo: *Quoniam nullus* etc., possunt introduci ad testificandum; sed non omnium dicta seu testificaciones sunt recipiende propter suspicionem, seu acceptande, iuxta consuetudinem approbatam. Utpote, si filius introducatur ad testificandum in causa patris aut matris, et e converso, non debet recipi eius testificacio. Item frater, qui est in fraterna societate [5] in causa fratris indivisi vel nepotis, cum quo erit in fraterna societate, et e converso. Item in causis alicuius societatis, in qua erit socius, vel qui habuerit similem causam seu placitum, non debet recipi. Alias vero, persone que sunt propinqui, seu persone coniuncte, aut familiares, aut domestici, sive de familia illius [6] qui eos voluerit introducere; item aliquis, non tamquam commissarius, sed tamquam specialis persona in causis sue commissarie; item qui fuerit de collegio alicuius capituli, vel monasterii aut ecclesie, in causis capituli monasterii vel ecclesie; et alie huiusmodi persone, que quamvis videantur suspecte, remanet nichilominus eorum testimonium in discretione iudicum, utrum illud videbitur recipiendum vel non. Et similiter testimonia universa et singula omnium et cuiuslibet aliarum personarum remanent in discretione [7] iudicum. Et primo, antequam iudices audiant eorum dicta [8] vel testificaciones, si videbuntur sibi quod fuerint ydonee persone, debent eas facere iurare super libro vel aliqua alia [9] scriptura quod dicerent veritatem pro utraque parte et de toto eo quod sciverint, de quo fuerint interrogate, et mendacium cessabunt, remoto odio vel amore, et quod amico non iuvabunt vel inimico nocebunt per fraudem, et ita attendent et dicerent verum, si Deus illas adiuvet et ad illa sancta Dei evangelia: sed si fuerit de voluntate utrumque parcium, poterint iudices sacramentum dimittere, ut statuto lib. I cap. XXII: *Censemus* etc. [10] et cap. XXIII: *Quoniam tramiti* etc. Et nota, quod in absencia partis, tam citate quam non citate, dimitti non potest sacramentum de consuetudine, nec eciam in presencia, nisi de voluntate utrumque parcium, ut dictum est. In uno tamen casu non solet tolli sacramentum, videlicet testibus qui testificantur in vadia repromisse mulieris. Et nota de consuetudine, quod ad curiam, que tenetur ad statutum generale, testificaciones mulieris sive masculi nil valent, nisi in duobus casibus: [11] videlicet ad probandum de repromissa mulieris, quando fit vadia; item ad probandum de ultima voluntate alicuius persone defuncte, pro breviario testamenti faciendo: que observatur ex mala consuetudine, quia tantum per unam feminiculam hec fiunt et iudices ex suo capitulari astringuntur nichilominus ea observare. Et nota, quod aliqua persona testificari non potest de consuetudine, nisi de hiis que scivit postquam habuit etatem XII annorum completam. Preterea aliquis in sua causa propria non potest esse iudex vel testis. Item, non est admittendum ille, qui probabitur periurus aut falsarius aut forbannitus vel stridatus in scala aut incarceratus pro aliquo maleficio. Et nota, quod omnes testes possunt vocari per iudices sub pena ad testimonium perhibendum super quacumque re et causa; et eciam si fuerint presentes in curia quando que-

---

[1] in possessione illa, *Cod. Vind.* — [2] cap. LVIII, *Cod. Vat.* — [3] *Rubr. marginalis in Cod. Vat.* — [4] aliis, *om. Cod. Vat.* — [5] in sententia societatis, *Cod. Vind.* — [6] de familia ipsius, *Cod. Vat.* — [7] in discreptione, *Cod. Vat.* — [8] illorum dicta, *Cod. Vat.* — [9] alia, *om. Cod. Vat.* — [10] cap. XXII *Censemus* etc., *om. Cod. Vind.* — [11] *Nota marg. Cod. Vind.:* In duobus casibus admittuntur testes, non citata parte adversa.

Source : BIU Cujas

stio placitatur, possunt cogi sub pena ad testificandum, si ambe partes fuerint in curia presentes et aliqua earum ipsum requisierit ad testificandum, ut eodem suprascripto cap. statuti, de consuetudine. Et aliquando multi ex loquella sua reddunt se suspectos, quia non videntur testificari, sed pocius affectuose pro una parcium patrocinare seu advocare; de quibus vidi plures a iudicibus licenciari et expelli, et bene fecerunt. Et nota, quod si iudicibus videbitur quod aliqua parcium per fraudem pecierit testes introduci, ei assentire non debent, nisi primo iuraverit quod non petat eos per fraudem quod placitum dilactetur, vel quod sint contaminati, et quod bona fide sine fraude eos petat, et quod credit eos de ipsa causa in toto vel in parte scire veritatem: quod sacramentum si illa pars, (que) pecierit testes, facere recusaverit, non dabitur ei licencia introducendi testes; sed, si per ea que habuerint liquebit eis de causa, procedent ad sentenciam, ut premisso cap. statuti. Et nota, quod aliquis preco alicui testi precipere non solet, tam sub pena quam sine pena, nisi de certa licencia et mandato iudicum, ut eodem cap. statuti. Preterea iudex vel advocatus cogi non potest ad testimonium perhibendum de hiis que audivit vel agnovit per illud officium, ut eodem capitulo. Et nota, quod in placitis questionum testes introduci non debent, nisi quando partes citate fuerint ad curiam, et quamvis testes suas testificaciones deposuerint, tociens quociens iudicibus apparuerit poterint iterum ipsos ad curiam facere citari; sed si contra sua verba, que ante dixerint, dicere voluerint, non solent audiri, nisi forte dixissent dubitative, videlicet per credenciam vel ut sibi videtur. Sed si aliquis testis invenietur periurus, dicendo seu testificando falsum, debet accusari, vel per iudices facere accusari, qui tenentur de proficuo et honore Veneciarum, ad advocatores communis; qui advocatores solent illum placitare inter consilium de XL, et ibi illum facere puniri et condempnari. Et si aliqua instrumenti carta in placito [1] introducta fuerit coram eis, que sibi apparuerit falsa seu falsicata, illam presentari facere debent ipsi iudices per unum de suis notariis domino duci.

21. — De trasmissis et rogadiis et qualiter possunt iudices de proprio secundum arbitrium per aliquam presumpcionem procedere. [2]

Proposito supra de testibus introducendis, nunc subsequenter videndum est de placitis, que iudices de proprio habent determinare per presumpcionem sine testibus. Que precipue et specialiter sunt duo. Videlicet de trasmissis et rogadiis. Unde videndum est quid sit trasmissum et quid rogadia, et qualiter fiunt et in ipsis procedi debeat. Trasmissum est res mobilis missa libere ab aliqua persona per aliquem hominem vel personam alicui persone de una civitate [3] ad aliam civitatem vel locum a transmittente distantem. Rogadia est habere receptum tam in denariis quam in rebus ab aliqua persona ad emendum aliquid vel vendendum et comparandum [4] et ad dampnum et ad utilitatem rogantis persone, pro qua ad aliquem locum portatur sine utilitate portantis. Et nota, quod trasmissum differt a rogadia in tribus. Primo, quia trasmissum requirit tres personas, videlicet ille qui mittit, ille qui portat, ille qui ipsum trasmissum recipere debet; rogadia vero non requirit nisi duas personas: videlicet ille qui committit et ille qui ipsam amore et precibus committentis recipit. Secundo, quod ille, qui portat trasmissum, non tenetur illud reducere seu reportare [5] ad transmittentem, nisi forte, si non invenerit illum cui occurrit daturus et noluerit reportare, poterit ipsum ibi in commendacione deponere ad nomen illius qui illud recipere debebat, ubi morabatur, et si mortuus fuerit, ad nomen mittentis; sed qui recipit rogadiam, oportet ipsam portare et reducere secundum quod illud habere receperit a rogante. Tercio, quod qui portat ipsum trasmissum, [6] oportet eandem rem restituere illi qui illud recipere debet; sed qui recipit aliquid in rogadia, [7] non eandem rem, sed secundum quod fuerit rogatus ut faciat, et secundum quod illud receperit ad peragendum a rogante. Verbi gracia: *rogo te karissime, ut accipias istam meam cuppam de argento et portes eam Veglam et ibi eam vendas et emas inde bonam setam, bonam granam et eas mittas seu reducas michi, vel eas dabis P. vicario meo tali tali:* qui cuppam dedit debet eam petere per viam rogadie. Si autem dixissem: *portas istam cuppam Veglam et eam dabis vicario meo*, et non quod de ea aliud faceret, tunc debet peti cuppa per viam trasmissi, et poterit eam petere tam qui misit, quam qui recipere debebat, si posset probare aliquo modo portantem ipsam recepisse pro ipsa sibi ad portandum et dandum.

(*reliqua desiderantur*)

---

[1] in placito, *om. Cod. Vind.* — [2] De trasmissis et rogadiis, *Rubr. marg. manu poster. adjecta in Cod. Vat.* — [3] de una civitate, *om. Cod. Vind.* — [4] et preparandum, *Cod. Vat.* — [5] seu presentare, *Cod. Vat.* — [6] qui portat trasmissum, *Cod. Vat.* — [7] recipit in rogadia, *Cod. Vat.*

Source : BIU Cujas

ALBERTI DE GANDINO.

QUÆSTIONES STATUTORUM

PRODEUNT CURANTE

HEINRICO SOLMIO

Source : BIU Cujas

CODICES MANUSCRIPTI

V. Cod. Ms. bibliothecae Vaticanae, inter Urbinates nr. 156 signatus, membr., saec. XIII ex. vel XIV in. exaratus, qui fundamentum editionis est.

Cl. Cod. Ms. Classensis nr. 374, publicae bibliothecae Ravennatensis, chart., saec. XIV, a quo varia additamenta sumpta sunt typis cursivis distincta.

Source : BIU Cujas

INCIPIUNT questiones statutorum, *composite, formate ac edite, per Eximium doctorem dominum Albertum de Gandino de Crema* (1).

Si (2) considerarem ingenii et scientie mee parvitatem, non essem ausus tantum opus assumere; sed illius misericordie protectione confisus, qui linguas infantium facit disertas, cum humana natura continuis exercitiis facit incrementum, unde dicit lex: « omne artificium continua exercitatione facit incrementum », ff. de legatis III., l. legatis § ornatricibus [XXXII. 65. § 3]; ideo de materia statutorum civitatum,[cum] per dominum Albertum Galeotum legum doctorem parmensem hoc opus fuerit inceptum, sed minus plene per eundem doctorem, forte quia noluit vel non potuit, proposui supplere ea que desunt; et questiones quas vidi de facto, et alias que possent evenire annectere, quoniam qui subtiliter factum emendat laudabilior est eo qui prius advenit, ut C. de veteri iure enucleando, l. I. § nam qui [I. 17. 1. § 5]; nec proposui dictis domini Alberti in aliquo derogare.

Lectiones variae codicis Cl. et emendationes.

Cl. c. 99a. 1 vel quatuor quibus ordinem dederint. — 2 ordinati. — 3 et videtur.... — 4 Quis modus servabitur. —

Adnotationes.

(1) Composite.... de Crema. *Haec verba desunt in V.* — (2) *Haec prefatio deest in Cl. Cf.* Galeotti, Margarita, c. 39 *de statutis* (Aug. Taur. 1578), p. 109. — (3) *De hoc vide* Tractatum Maleficiorum Alberti de Gandino, *in rubrica* De observantia statutorum, c. 1 et 2. *Ed.* Tractatus diversi super maleficiis, Lugduni, Junta, MDLV, pag. 270. *Et cf.* Alberici de Rosate Commentarium de statutis, lib. I, quaest. 3 c. 1 et 2. *Ed.* Tract. Univ. iuris, t. II, Venetiis 1584, f. 2.c — (4) Tract. Malef., ibi, c. 3 p. 270. —

I. — *Qui statuta facere possunt* (3).

Primo qui statuta facere possunt videndum est, et dic quod civitas. Et dicitur statutum lex municipalis, ut ff. de iustitia et iure, l. omnes [I. 1. 9] et Inst. de iure naturali [I. 2.] Sed qualiter statutum debet facere civitas? Dic quod due partes debent esse presentes. Et etiam videtur quod decuriones statuta facere possunt, ut ff. quod cuiuscumque universitatis nomine, l. nulli [III. 4. 3] et l. item eorum § si decuriones [III. 4. 6 § 1] vel hii quibus decuriones commiserunt 1, ut dicto § si decuriones. Et dicuntur decuriones qui publici consilii causa coadunati 2 sunt, ut ff. de verborum sygnificatione, l. pupillus § decuriones [L. 16. 239 § 5]; et videtur quod tales excommunicari possunt, sed non universitas, ut Extra de procuratoribus c. fin. [I. 38. 15.] et de sententia excommunicationis, c. IIII. 3 [V. 39. 4].

II. — *De modo servando in statutis et reformationibus* (4).

Sed qualem modum servabunt 4 in statutis et reformationibus faciendis? Et dic quod in consilio; [et] necessarium est quod ibi sint decuriones et fiat propositio, et proponatur in consilio quid placet illis de

Source : BIU Cujas

consilio [1] debere fieri, presente potestate, cum potestas habet quod eo presente fieri debet propositio, quia nisi esset presens non valeret: C. [2] de servis rei publice l. I. [VII. 9. 1]; secundo, quod per aliquem de consilio sit [3] arengatum ad ea que proposita sunt per potestatem; tertio, quod deliberatio sit facta de ipsa propositione in ipso consilio per ipsos de ipso consilio, si voluerint quod sit statutum vel non.

III. — *Quanto tempore durent statuta municipalia* ([1]).

Sed quanto tempore durant [4] statuta municipalia? Et dic quod per annum, quia annalia sunt, ut ff. de penis, l. fin. [XLVIII. 19. 43], nisi dictum sit quod pro statuto perpetuo habeatur et teneatur et in libro statutorum communis ponatur. Sed pone ([2]): concessum est alicui facere statutum, numquid possit vetera emendare et declarare? Et dic quod sic, ut C. de Iust. C. emendatione, l. cordi, § supradictis [Const. Cordi, § 3]. Sed pone quod eliguntur [5] statutarii qui debent facere statuta [6] vel emendare: qualiter debent facere vel emendare? Dic: ita debent facere vel emendare [7], ut prosint omnibus de civitate; omnibus dico vel maiori parti, quia refertur ad universos quod publice fit vel a maiori parte [8], ut ff. de regulis iuris, l. aliud § refertur [L. 17. 160 § 1]. Sed quid est quod dicitur pluribus? Vide ff. de iustitia et iure, l. ius pluribus modis [I. 1. 11], ibi « altero modo quod omnibus aut pluribus » et cet. Sufficit quoque [9] si pluribus: ergo sufficit si prodest tribus vel quatuor [10] qui sunt plures, ut ff. de testibus, l. ubi [XXII. 5. 12]? Respondeo. Illud intelligendum est [11] quando aliquid statuitur quod prodest et nocet alicui illius civitatis, nam merito tale statutum potest admitti; cum statuta contra ius ellicita refutentur, et tamen admittuntur ei cui non nocent, et prosunt petenti, ut C. de precibus Imperatori offerendis, l. rescripta [I. 19. 7]; et etiam lictera ista videtur esse ita intelligenda.

IV. — *Si statutum vetus sit emendatum vel declaratum, an dici debeat novum aut vetus* ([3]).

Sed si statutum vetus fuit emendatum vel declaratum per statutarios, [an] dici debeat novum aut vetus? Dic quod si statutum habet temporis adiectionem, ut a tali tempore in antea vel in perpetuum, vetus dicatur [12] adhuc, ut ff. de testamentis [13], l. heredes palam § quod vero [XXVIII. 1. 21 § 1]; et de acquirendo rerum dominio, l. adeo § cum quis in fine, [XLI. 1. 7 § 7]. Si vero non habet temporis adiectionem, tunc dicatur novum ex tempore adiectionis, emendationis seu declarationis, cum talia statuta sint temporalia [14] sicut iurisdictionis, ut ff. de penis, l. fin. [XLVIII. 19. 43], cum similibus [15]. Sed pone questionem [16]: statutum factum est in aliqua civitate, et in eo cautum est [17] ut trahatur [18] ad preterita et futura negotia: numquid comprehendit etiam ea negotia que sunt transactione vel amabili compositione seu iudiciali [19] sententia sopita? Dic quod non, ut C. de veteri iure enucleando, l. II. in fine [I. 17. 2] et C. de transactionibus, l. causas [II. 4. 16] et C. de errore advocatorum, l. sententiis [II. 9. 3].

V. *De pena cancelantis vel abradentis statuta in totum vel in partem.*

Sed quid si aliquis deleat [20] statutum civitatis in totum, vel in partem abradat qua pena tenetur? Et dic: puniri debet in quinquaginta aureis, ut ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. si quis id quod [II. 1. 7] in principio; eadem pena [21] imponi posset si subtraherentur [22] statuta civitatis, quia quantum ad communem utilitatem corrumpere videtur, ut in principio dicte legis, licet alie pene possent imponi subtrahenti. Sed qua actione agitur [23], si agatur [24] ex forma statuti? Et dic condictione ex illo statuto; et nominare debet illud statutum, sicut quando agatur [25] condictione ex lege. Et si non sit statutum, sed consuetudo? Agendum * est condictione ex moribus. * f. 147. B

VI. — *Numquid statutis et reformationibus civitatum et consiliorum possit renumptiari* ([4]).

Sed numquid possit quis renumptiare statutis et reformationibus consiliorum civitatis alicuius [26]? Respondeo sic, si in eius et certe persone [27] favorem est introductum. Si vero generaliter et in favorem et utilitatem publicam vel in hodium est introductum, tunc non potest, ut C. de episcopis et clericis, l. si quis in conscribendo [I. 3. 51], et ff. de condictione indebiti, l. qui exceptionem [XII. 6. 40]. Et est bonum argumentum ad hoc, quod renumptiari [28] non possit de sacramento calumpnie, C. de iureiurando [propter] calumpniam, l. II. § sed quia veremur [II. 59. 2 § 4]. Preterea propter publicam utilitatem est inductum ne miles possit esse procurator [29]; unde renumptiari non potest, ut ff. de procuratoribus, l. filius familias § veterani [III. 3. 8 § 2]. Sed argumentum contra quod possit renumptiari est ff. de pactis, l. pacisci [II. 14. 31].

---

[1] Dic quod in conscilio et quid placeat illis de conscilio. — [2] ut C. — [3] fiat, *V.* — [4] durent. — [5] elligentur. — [6] *Cl.* c. 99. B — [7] qualiter.... ut prosit *om.* — [8] fit per maiorem partem. — [9] Si ergo sufficit. — [10] IIII. *V.* — [11] Illud.

([1]) Tract. Malef. ibi c. 4, pp. 270-1. — ([2]) Tract. Malef., ibi, c. 5, pag. 271. — ([3]) Tract. Malef. ibi, c. 5. p. 271. — ([4]) Tract. Malef. De stat. c. 6, p. 271. —

statutum. — [12] dicetur. — [13] *scil.* qui testamenta facere possunt. — [14] temporalis. — [15] symilibus. — [16] Pone quod. — [17] cavetur. — [18] trahatur etiam. — [19] iudicis. — [20] aliquis delet. — [21] *Cl.* c. 99.C — [22] imponi possit subtrahenti. — [23] agatur *V.* — [24] agitur *V.* — [25] agitur. — [26] reformationibus civitatum et consiliorum. — [27] personarum — [28] revocari. — [29] milites possint esse procuratores. —

Source : BIU Cujas

Sed contra est argumentum ff. de regulis iusis, l. neo ex pretorio [L. 17. 28[, et Extra de foro competente, c. si diligenti [II. 2. 12]; et ne illusoria sint statuta, ff. de iudiciis, l. cum pretor [V. 1. 12] - Sed prima distinctio tenet.

VII — *Collegia numquid possint facere statuta.*

Numquid collegia facere possint inter se statuta? Et videtur quod sic., cum iurisdictionem habeant qui talia collegia regunt, ut C. de iurisdictione omnium iudicum, l. fin. [III. 13. 7] et ff. quod cuiuscumque universitas nomine, l. I. [III. 4. 1]. Et idem intelligas de villa et castro. Sed numquid potestas teneatur servare statuta collegiorum? Dic quod sic, nisi sint contraria iuri civili vel iuri communi, ut ff. de collegiis, l. fin. [XLVII. 22. 4].

VIII. — *De statuto facto contra ius* (2).

Sed pone quod civitas fecit statutum contra ius: numquid valeat tale statutum? Dic quod si est contra ius naturale, non valet, quia iura naturalia sunt immutabilia, ut Inst. de iure naturali, § sed quidem [I. 2 § 11]. Si autem est contra ius civile, videtur quod teneat: ff. de iustitia [2] et iure, l. omnes [I. 1. 9]. E contra videtur quod non, quia soli imperatori licet [3], ut C. de legibus l. fin. [I. 14. 12]. Sed dic quod prefertur prima [solutio]; et dic ut notatur ff. de legibus et senatus consultis, l. de quibus [I. 3. 32], in fine.

IX. — *Quando potestas iurat servare statuta civitatis* (3).

Sed quid si potestas iuravit [4] servare omnia statuta civitatis cuius [5] est potestas, et illa civitas habet [6] statuta aliqua contra libertatem ecclesie? Numquid teneatur ea [7] servare, cum nulla sint *ipso iure*, ut in Auth. cassa et irrita, C. de sacrosanctis ecclesiis [I. 2. 12]? Certe dic quod non tenetur servare, ut dicta Auth.; sed cum iurat, dicat servare omnia statuta, licita tamen [8]. Sed quid si iuret statutum contra libertatem ecclesie? Teneatur observare? Respondeo: non tenetur servare, sed tamen periurus est, ut ff. de pactis, l. iuris gentium § et generaliter [II. 14. 7 § 16]. Sed quid si statutarii fecerunt iura iniqua et plena iniquitatibus [9] et portentur potestati, ut ipse iuret servare illa; et cum teneatur iurare, iuravit ea observare, modo invenit quod sunt mala et iniqua et non vult servare? Et certe credo quod non teneatur servare [10]: argumento ff. de pactis, l. contra iuris civilis § quod et ipsum [II. 14. 28 § 2], et videtur casus decretalium, cum concordantiis positis in glossa que incipit « nisi in casibus » Extra de iureiurando c. pactio et c. quintavallis [c. 1 in VI et c. quintavallis] et ad hoc facit ff. de operis libertorum, l. si iuraverit [XXXUIII. 1 30] et de legatis III., l. *fideicommissa* [11] § cuanquam [XXXII. 11 § 7].

X — *De interpretatione statorum* (4).

Sed quero an statuta terrarum recipiant interpretationem? Et videtur quod non, nam a verbis statuti non est recedendum, ut ff. de legatis III., l. non aliter [XXXII. 69], et ad exibendum, l. penult. [X. 4. 19] et de exercitoria, l. I. § in re igitur dubia [XIV. 1. 1 § 20]. Et hoc quidam imperiti intellexerunt et pro eorum opinione [12] facit ff. de legatis III. [13], l. ille aut ille § cum in verbis [XXXII. 25 § 2]. Item statutum est stricti iuris et a verbis non est recedendum: ff. de verborum obligationibus, l. quicquid [XLV. 1. 99], et l. si quis arbitratu [XLV. 1. 43]. Sed certe credo tales a Iudea [14] secta traxisse originem, quia Iudei licteram [15] amplectentes iniustum trahunt intellectum, et possunt convinci multis rationibus [16] et argumentis iuribus et legibus expressis. Ecce [17]: statutum dicit quod si aliquis [18] occiderit hominem, capite puniatur. Pone quod quidam infans vel furiosus proiecit lapidem et pretereuntem [19] hominem occidit, nullo dolo adhibito, cum talis etas non sit dolo capax, cum quid [20] videat ignorat, ut ff. de iuris et facti ignorantia, l. fin. [XXII. 6. 10], C. de falsa moneta [21], l. I. [IX. 24. 1] in fine, et ff. de iniuriis, l. illud [XLVII. 10. 3] et de regulis iuris, l. pupillum [L. 17. 111]; numquid decapitabitur? Si dicas quod sic, ut deservias [22] verbis statuti, maxima inde resultat iniquitas, quia non dolo deliquid, et volunctas et propositum puniuntur [23] delinquentis, ut ff. de iniuriis [24], l. iniuriarum [XLVII. 10. 13]. Et commictit in legem qui dicit infantem vel furiosum debere puniri, ut ff. ad legem Corneliam de sicariis; l. infans [25] [XLVIII. 8. 12] et de officio presidis, l. divus [I. 18. 14]. Bonum est ergo quod tale [26] statutum recipiat interpretationem, et ut dicatur [27]: si quis occidit [28], scilicet dolo. Item secunda [29] ratione, si statutum dicat: Si quis non traxerit ad ignem [30], puniatur pena X. libr.: numquid infirmus punietur, infans vel femina vel captivus [31], si non traxerit *ad ignem?* Certe sic, si non vis a verbis statuti recedere [32], quod

---

[1] *Codd.* nec. — [2] c. 99[b] *Cl.* — [3] *Codd.* et cet. — [4] Si potestas iurat, — [5] unde. — [6] habeat. — [7] illa. — [8] servare se tantum licita. — [9] fatiunt statuta plena iniquitatibus. — [10] portentur..... teneatur servare. *om. Cl.* — [11] *V.* si legaverit — [12] oppynione. — [13] *V.* de legatis I — [14] *V.* judaica. — [15] *V.* licentiam. — [16] istis et omnibus — [17] Ecce quod. — [18] quis. — [19] transeuntem. — [20] quicquid. — [21] c. 100[a] *Cl.* — [22] deservis. — [23] punit. — [24] furtis, l. qui iniurie. — [25] *V.* quod infans. — [26] talis. — [27] dicat. *V.* — [28] occiderit. — [29] hac. — [30] *V.* ingnem. — [31] infirmus vel captivus vel femina vel infans puniatur. — [32] si verba non possent interpretari. —

(1) Tract. Malef. De stat. c. 7, pp. 271-2. Cfr. Albericus De Rosate, De stat. I, 5, 2, f. 2.[b] — (2) Tract. Malef. ibi, c. 9, p. 271. Alber. De statutis, I, 7, f. 3.[a] — (3) Tract, Malef. ibi, c. 11, pp. 272-3. — (4) Tract. Malef. ibi, c. 12, p. 272. Alber. de Ros. I. 9. 1 sqq. c. 3.[c] —

Source : BIU Cujas

esset iniquum. Utillimum atque necessarium est ergo fateri [1], ut statutum posset interpretationis eloquio mictigari. Item et contractus mutui, qui est stricti iuris, patitur interpretari [2], ut C. [3] si certum petatur, l. cum qui [IV. 2. 13], C. de usuris, l. quamvis [IV. 22. 3]. Item quia dicit lex quod leges benignius interpretande sunt, ut ff. de legibus et const., l. benignius [I. 3. 18], nec dicit [4] de quibus, nec distinguit [5]; et statutum [6] lex est civilis, ut ff. de iustitia et iure, l. omnes [I. 1. 9]; nam et leges et decreta omnia fuerunt statuta pretorum *primo posita* in civitate Romana, et tamen interpretantur, ut primo dixi. Quid plura? lex est expressa contra eos, que loquitur in statutis terrarum et in lege municipali, que dicit quod interpretationem recipiunt,
f. 147.° ut ff. de * muneribus et honoribus, l. ut gradatim § etsi lege municipali [L. 4. 11 § 1] et ad legem Acquiliam, l. ita vulneratus [IX. 2. 51] circa finem; et per legem ff. de legatis III., l. servos autem [XXXII. 73]. Item princeps maioris est auctoritatis quam ipse populus, ut C. de consulibus [7], li. XII. l. I. [8] [XII. 3. 1] et in Auth. quomodo oporteat episcopo [Nov. VI, praef.] in principio, et C. de legibus et constitutionibus, l. I. [I. 14. 1]; et tamen beneficia ipsius late sunt interpretanda: ff. de constitutionibus principum, l. beneficium [9] [I. 4. 3]; et si quis malitiose interpretaretur, infamis efficitur: C. de legibus et constitutionibus, l. II [I. 14. 2]. Item lex principis est communis et generalis; sed statutum non est generale nisi in civitate illa ubi factum est: C. de legibus et constitutionibus, l. III. [I. 14. 3]; unde lex communis [10] debet prevalere, ut in Auth. de non alienandis § quia vero [Nov. VI, praef. § 1], in fine. Ergo statutum municipale est interpretandum et in melius reformandum. Quod verum est.

Sed pone quod vertitur dubitatio super statuto: quis idem interpretabitur? Et videtur [11] primitus quod illa ambiguitatis interpretatio [12] facienda sit per illos [13] qui prius fecerunt *statutum*, quia illi primi fuerunt qui verba protulerunt: argumento ff. de regulis iuris, l. in ambiguis [L. 17. 96], et de pretoriis stipulationibus, l. antepenult. [XLVI. 5. 9]; nec eis qui consilium composuerunt [14], sed ad statutarios recurrendum [15] est, argumento ff. de vino, oleo et tritico legato, l. si quis vinum § vino [XXXIII. 6. 9 § 3]. Qui [16] enim primitus fuit [17] auctor legis debet esse eius interpres, ff. finium regundorum, l. eos [18] [X. 1. 12]; ff. de aqua pluvia arcenda, l. quod principis [19] [XXXIX. 3. 23]; nec enim debemus tempus confirmationis, sed tempus factionis spectare; ergo [20] nec confirmantium mentem, sed potius facientium: argumento ff de donationibus inter virum et uxorem, l. si donate § fin [XXIV. 1. 36] et ff. de testamento militis, l. si certarum [21] [XXV. 1. 17] in fine; de condictionibus, l. quod [XXXV. 1. 87]. Preterea nec eius qui [22] mandavit quid fieri est intentio exequenda [23], sed eius qui facit [24]: argumento ff. de contrahenda emptione, l. in huiusmodi [25] [XVIII. 1. 12], ff. de edilitio edicto, l. cum autem [XXI. 1. 23], de regulis iuris, l. Neratius [L. 17. 191] et [ff. de verborum obligationibus [26]], l. in contentionalibus [XLV. 1. 52]. E contra videtur quod consilium interpretari debeat, in cuius potestate fuit totum *statutum* irritum [27] revocare: argumento ff. de in lite iurando [28], l. videamus § penult. et l. seq. [XII. 3. 4 § 3 et l. 5]. Non dicitur fecisse statutum nisi consilium [29] quod [30] approbat vel improbat; senatores vicem gerunt statutariorum, et quod illis placebat principes consulebant, et tamen non senatorum sed leges [31] imperatoris appellantur [32], quia recipiunt [33] auctoritatem ab ipso, ut C. de legibus et constitutionibus, l. humanum [I. 17. 8]. Porro hoc Paulus evidenter exponit, dicens: neque qui plantat neque qui rigat [34] facit aliquid, sed qui incrementum dat Deus [Ad Corinth., I. 3. 8]: ergo nec qui dictat [35] nec qui scribit, sed consilium interpretabitur [36], quia illi qui constitutiones condunt [37] eas interpretari debent; nam aliqua singularis persona non posset facere consilium sive statutum, unde [38] non debet posse interpretari, ut notat Azo in summa C. de constitutionibus [39] in fine [Const. Cordi, § 2]. Sed (1) ita distingue et dic: aut in verbis nulla dubitatio est, et tunc nulla [40] interpretatio facienda est, nam ubi in verbis non est dubitatio non est admictenda [41] voluntatis questio, ut ff. de legatis III., l. ille aut ille [XXXII. 25 § 1], ff. [42] de liberis et postumis, l. II. [XXVIII. 2. 2]; nam lex sic lata sic servanda, ut ff. qui et a quibus, l. prospexit [XL. 9. 12], et ubi lex non distinguit nec nos et cet., ut ff. de publiciana, l. *de* pretio [VI. 2. 8]. Si autem in verbis esset ambiguitas, tunc debemus spectare mentem [43] statutarii: ff. de legatis III. l. non aliter [XXXII. 69[; de fundo instructo [vel instrumento legato], l. cum de lanionis § asinam [XXXIII. 7. 18 § 2]. Si autem esset dubium de mente statutariorum [44], tunc interpretatio facienda est per consiliarios: arg. ad hoc ff. de pretoriis stipulationibus, l. in [45] pretoriis [XLVI. 5. 6]; ff. de regulis iuris, l. in ambiguis [L. 17. 85]; et de hoc notatur ff. de origine iuris, l. II. [I. 2. 2].

---

[1] Utilissimum atque necessarium fatiet *V.* — [2] recipit interpretationem. — [3] *V.* ff. — [4] dicitur. — [5] dis'inguitur. — [6] statutum civitatis. — [7] *V.* consuetudine. — [8] l. II. — [9] *V.* beneficia. — [10] c. 100[B] *Cl.* — [11] *V. add.* mihi. — [12] ambiguitas sive interpretatio. — [13] per illos de conscilio. — [14] consului censerunt. — [15] recipiendum. — [16] Quis. — [17] fuerit *V.* — [18] eis. — [19] quod *om. V.* — [20] igitur. — [21] *V.* de re militari, l. si certum. — [22] *V.* eiusque. — [23] spectanda. — [24] facit. — [25] nihilominus. — [26] *Ita ut*

Tract. Malef. De stat. c. 13, — [27] ineptum. — [28] de iure iurando. — [29] statutum. — [30] *Codd.* qui. — [31] lex. — [32] appellatur. — [33] recipit. — [34] *Codd.* conrigit. — [35] dicit. — [36] interpretatur. — [37] construunt et dicunt. — [38] c. 100.° *Cl.* — [39] ut notatur C. de Justiniani C. confirmando in fine. — [40] hunc. — [41] debet admitti voluntas. — [42] *V.* C. — [43] verba. — [44] statutorum. — [45] inter.

(1) Tract. Malef. De stat. c. 14, p. 273. —

Source : BIU Cujas

XI. — *Statutum prohibet aliquid fieri et cet.*

Sed pone questionem. Statutum aliquod est in civitate et prohibet aliquid fieri; modo queritur: si aliquid factum est contra statutum, quod specialiter devetat [1], debet haberi pro infecto [2] ipso facto, sicut si [3] sit contra legem, ut C. de legibus et costitutionibus, l. non dubium [I. 14. 5], ibi « etiam pro infectis » et cet.? Solutio: dic [4] quod si fiat contra statutum, seu statuto prohibente aliquid fieri et factum sit contra, quod pro infecto debet haberi, quia statutum lex est municipalis ipsius civitatis, quia licitum est civitati condere sibi ius: ff. de iustitia et iure, l. omnes popoli [I. 1. 9] et Inst. de iure naturali, § omnes [I. 2 § 12].

XII. — *Cives iurant in statutis aliquid observare de quo non possit absolutio peti* (1).

Questio talis est. Sepe iurant cives statutum aliquod observare de quo non possit absolutio peti. Queritur an hec clausola valeat, numquid statutum possit removeri et annullari per decuriones qui fecerunt statuta [5]. Et videtur quod sic; primo quia nemo debet arbitrio suo [6] carere sua re invitus, ut ff. de pactis, l. nemo [II. 14. 61]; si servitus vendicetur, l. sicuti § [apud] Pomponium [VIII. 5. 8 § 6]. Item quia nemo potest sibi legem imponere et cet. ff. de legatis III., l. si quis [XXXII. 22] in principio. Tertio nec talis contractus valet [7]: ff. de penis, l. I., § proinde [8] [XLVIII. 19. 1 § 1] et communi dividundo, l. in hoc iudicio § si conveniat [9] [X. 3. 14 § 2]. Quarto quia potestatem sui arbritrii nemo potest a [10] se abdicare: ff. de officio presidis, l. penult. [I. 18, 20]; quinto qui potest se ligare potest se absolvere, ff. de acquirenda hereditate, l. is qui potest [XXIX. 2. 18], ff. de regulis iuris, l. nemo [L. 17. 54] et l. eius [L. 17. 3]. Sexto quia nemo sibi ipsi potest obligatus existere, ut duarum personarum substineat vicem, ut ff. de pactis, l. si plures [II. 14. 9], Inst. de interdictis, § retinenda [IV. 15 § 4]; et est lex expressa ff. de evictionibus, l. si ei [XXI. 2. 41]. Septimo quia nil tam naturale est quam eo genere [quidque] dissolvere et cet., ut ff. de regulis iuris, l. nil [11] tam [L. 17. 35].
147.D Octavo quia nemo * potest indissolubili vinculo obligari [12]: ff. pro sotio, l. si convenerit [XVII. 2. 14], ff. de donationibus inter virum et uxorem, l. quod autem § uxori [XXIV. 2. 7. § 9]. E contra videtur tale iuramentum debere servari, quia cuicumque renuntiare licet iuri sibi competenti: ff. de iudiciis, l. si iudex [V. 1. 32], C. de pactis, l. si [quis] in conscribendo [II. 3. 29]. Secundo quia in hac [13] necessitate se posuit, unde servare debet iuramentum ff. qui satisdare cogantur, l. si fideiusor § I. [II. 8. 7. § 1], ff. de distractione pignorum, l. [si] creditor § fin. [XX. 5. 7 § 2]. Tertio quia cuilibet de suo pacisci licet et [14] iuramentum facere, unde non debet via periurii aperiri: l. de indicta viduitate, l. II. [VI. 40 2], C. ad legem Juliam repetundarum, l. fin. [IX. 27. 6]; nam valet ratione sacramenti quod alias non valet, ut C. si adversus venditionem, Auth. sacramenta [II 28. 1]; ff. de legatis II. l. cum pater § filius matrem [XXXI. 79 § 32]. Quarto quia absolutio fuit renumptiata; observandum est ergo, ad eam *frustra* redire, ut C. de condictionibus insertis, l. fin. [VI. 46. 7], ff. de iureiurando, l. si quis [XII. 3. 39] et C. de repudianda hereditate, l. sicut [15] [VI. 31. 4]. Quinto quia sicut fuit in arbitrio suo non iurare, ita post iuramentum prestitum debet necessario observare: C. de actionibus et obligationibus, l. sicut [IV. 9. 5] ff. comodati, l. in comodato § sicut [XIII. 6. 17 § 3]. Sexto quia obligatio semel constituta non debet dissolvi arbitrio debitoris, ne sit in eius arbitrio an debeat; ff. de eo quod certo loco, l. III. § 1. [XIII. 3. 3]. Item in sui preiudicio [16] potest iura publica retractare, ut ff. de pactis, l. pacisci [II. 14. 31]. Item quia in hoc dissolubili vinculo constituti in perpetuo observandum est; argumentum C. [17] de rebus alienis non alienandis, l. fin. [IV. 51. 7]: in hac opinione [18] ultima est dominus Martinus de Fano. Sed dominus Guido de Suzaria ita distinguit: aut statutum est precisum aut non; et si quidem non est precisum, tunc dico quod annullari et amoveri [19] potest per illos de consilio et de ipso peti parabola: ff. de legatis III., l. si quis in principio testamenti [XXXII. 22]; et de iure codicillorum, l. divus § licet [20] [XXIX. 7. 6 § 2], de regulis iuris, l. nihil tam [L. 17. 35]. Si autem est precisum, tunc subdistingue: quia aut est dictum choc statutum sit precisum et precise et inviolabiliter debeat observari, et non ultra processum sit ad alia verba: in quo casu secure dico ipsum statutum posse tolli et removeri et absolvi per illos de consilio, et de ipso peti parabola per potestatem, ff. de legatis III., l. si quis in principio testamenti [XXXII. 22]; ff. de iure codicillorum. l. divus [XXIX. 7. 6] et alie leges allegate. Aut ita fuit dictum choc statutum sit precisum et precise servetur, et de ipso non possit dari parabola [21] nec licentia nec absolutio fieri aliqua [22] nec [23] peti; in quo casu dico secure tolli statutum non posse, nec parabola de eo peti, cum verba in hoc statuto posita debeant aliquid operari [24], ut ff. de legatis I., l. si quando [XXX. 109], et de usuris, l. si stipulatus [XXII. 1. 4] et ad municipalem, l. I [L. 1. 1]. Vel aliter secundum Albertum Papiensem, quia cum decuriones decreverunt, vel statutum refert, utrum sententiando decreverunt, aut mandando, aut contrahendo. Si sententiando [25],

— 1 spectari debeat. — 2 defecto. — 3 cum V. — 4 dicas. — 5 quin statuto possit absolvi. — 6 nemo debet sibi legem imponere arbitrio suo — 7 tenet. — 8 c. 100.D *Cl.* — 9 *V.* si convenerit. — 10 *V.* ad. — 11 nichil. — 12 alligari. — 13 nulla. — 14 idest. — 15 *Hic. Cl. addit:* Quinto quia aliquid valet et ordine sacramenti quod aliter non valeret, C. si adversus venditionem, auth. sacramenta [II. 21. 1], ff. de legatis II, l. cum pater § filius matrem [XXXI. 77 § 23]. — 16 preiuditium. — 17 *V.* ff. — 18 opynione. — 19 c. 101.A *Cl.* — 20 penult. — 21 Si vero dictum est quod non possit absolvi nec possit dari parabola. — 22 absolutio peti. — 23 dico iure tolli. — 24 debeant observari et aliquid operari. — 25 *V* mandando. —

(1) Tract. malef. de stat. c. 18 p. 277. —

Source : BIU Cujas

nunquam possunt mutare, quia nec suam sententiam neque predecessoris sui et cet., ut C. sententiam rescindi non posse, l. I. [VII. 50. 1]. Si mandando, bene [1] possunt revocare mandatum re integra, cum et privatus hoc facere posset, ut ff. mandati, l. inter causas [XVII. 1. 26]; et universitas loco habetur unius, ff. de fideiussoribus et mandatoribus, l. mortuo [XLVI. 1. 22]. Si autem contrahendo aliquid statuerunt, subdistingue [2] aut statutum pertinet ad publicam utilitatem aut ad privatam [3]. Si ad publicam, bene possunt tollere: ff. quod cuiuscumque universitatis nomine, l. item eorum § si actor [III. 4. 6 § 2], de decretis ab ordine faciendis, l. quod semel [L. 8. 5]. Si ad privatam, non possunt: et ita intelligitur illa [4] lex quod semel, secundum Albertum Papiensem; vel aliter solve, ut infra, in III. questione de hac questione notatur, et in hoc volumine supra, in principio secunde columpne.

XIII. — *Si in volumine statutorum sunt duo statuta contraria et potestas iuravit servare statuta, quod servabit.* ([1]).

Questio talis est. Electi fuerunt statutarii alicuius civitatis, qui statuta fecerunt duo contraria, et potestas iurat [5] servare ambo ista statuta [6]; numquid ambo servabit an alterum an neutrum [7]. Argumento *quod neutrum*, C. de fide instrumentorum, l. scripture diverse [IV. 21. 14] ([2]), quia incertus est potestas quod illorum [8] debeat observare et res vitiatur ratione incertitudinis, ut ff. de testamentaria tutela, l. duo sunt Titii [XXVI. 2. 30], et de manumissis testamento, l. cum ex pluribus [XL. 4. 31], et de rei vendicatione, l. Pomponius [VI. 1. 8]. Tu dic quod si ambo possunt [9] servari, ambo serventur; alioquin servetur illud quod [10] favorem continet, argumento ff. de re iudicata, l. inter pares [XLII. 1. 38]. Sed quid si ambo continent equalem favorem? dic quod sit locus gratificationi; ut ff. de religiosis et sumptibus funerum, l. fin. [XI. 7. 46], de legatis II., l. si quis servum § si inter duos [XXXI. 8 § 3] et ff. locati, l. in nave Sauphei [XIX. 2. 34].

XIV. — *Minor fecit pacem sine decreto: an valeat.*

Questio talis est, *que fuit Parme de facto* [11]. Minor fecit pacem sine decreto: queritur an teneat [12] talis pax. Et videtur quod sic. Continetur in quodam statuto de facto quod paces a minoribus facte, non obstante statuto [13] facto vel faciendo, valeant, et sit precisum ([3]). Postea factum est statutum in quo continetur quod minores non possunt se obligari sine licentia iudicis, non obstante statuto facto vel faciendo ([4]). Et postea hec pax facta fuit. Queritur modo an primum tollatur per secundum. Et quod tollatur primum per secundum videtur; nam priores leges trahuntur ad posteriores, ff. de legibus, l. non est novum [I. 3. 26], et ponitur exemplum C. de sacrosanctis ecclesiis, l. generali [I. 2. 13] et in Auth. ingressi [Nov. V, c. 5 et Nov. LXXVI]; nam posteriora derogant prioribus: ff. de iure codicillorum, l. divus [XXIX. 7. 6]; et nemo potest sibi legem imponere a qua recedere * non liceat, ut ff. de legatis III., l. si quis in principio testamenti [XXXII. 22]. E contra, quod teneat primum, cum dicat: « statuto aliquo non obstante », sicut quando dicitur in lege « lege aliqua non obstante » C. de usuris, l. eos § penult. [IV. 32. 26 § 1], ff. de usuris l. I. in principio [XXII. 1. 1], C. ne filius pro patre, Auth. habita [IV. 12. 5]. Item primum statutum speciale est, secundum est generale, et semper genus per speciem derogatur; ut ff. de penis, l. sanctio legum [XLVIII. 19. 41], ff. de regulis iuris, l. in toto [L. 17. 80]. Solutio: sine preiudicio melioris sententie dic quod aut primum statutum non fuit iuratum aut fuit. Si non fuit iuratum, tollitur primum per secundum, ut ff. de legatis III., l. si quis in principio testamenti [XXXII. 22]; si [14] fuit iuratum, tunc primum servandum est, cum [15] fuerit iustum et contineat veritatem et iudicium et iustitiam, ut Extra de iureiurando c. veniens [II. 24. 16] et c. causa [II. 24. 24] et c. si Christus [II. 24. 26]. Sed secundum legem videtur quod posterius tantum sit servandum, ut ff. de iureiurando, l. [in] duobus in fine [XII. 2. 28]. Et adde que notantur supra in questione que incipit « questio talis est: sepe iurant et cet. » ([5]).

* f. 148.A

XV. — *Si forensis conveniatur in hac civitate, secundum quod statutum debet iudicari et procedi.*

Questio talis est ([6]). Bononiensis convenitur [16] Mutine: numquid debeat iudicari secundum statutum Mutine cui subiectus non est [17]. Et certe doctores multum varie dicunt, ut dicit glossa ordinaria super rubrica C. que sit longa consuetudo et in l. I. [VIII. 53. 1] et C. de summa trinitate, l. cunctos populos [I. 1. 1], C. de iudiciis, l. rem non novam [III. 1. 14] et in

---

1 unde. — 2 tunc subdistingue. — 3 privativam *V.* — 4 dicta. — 5 iuravit. — 6 servare omnia infrascripta statuta c. 101[B] *Cl.* — 7 nullum. — 8 istorum. — 9 possint. — 10 si non, tunc illud quod. — 11 que..... facto, *om. in V.* — 12 valeat. — 13 non obstantibus aliquibus statutis, — 14 *Codd. hic addunt:* non. c. 101.[C] *Cl* — 15 si. — 16 Bononienses conveniuntur. — 17 sunt.

([1]) Tract. Malef. De stat. c. 15, pp. 276-7. — ([2]) Tract. Malef. p. 277 ibi: C. de legi et constit. l. non dubium (I. 14. 5). — ([3]) Stat Parmae 1255, ed. Ronchini, lib. II, p. 221: quod nullo modo nec aliquo iure, quod dici vel excogitari possit, (paces) debeant vel possint infringi vel retractari occasione minoris aetatis. — ([4]) Ibidem, p. 233: quod (minor) non obligetur ex aliquo contractu ante tempus XXV. annorum nisi parabula Potestatis. *Haec dispositio confirmata est in statuto a. 1268,* ed. Ronchini, Statuta Parmae ab a. 1266 ad a. 1301, pp. 227-8 *ubis est clausola « non obstante » et hanc forsitan memorat Albertus.* — ([5]) Rubr. 12, p. 161. — ([6]) Albericus De Rosate, De stat., II. 1. 1 sqq., f. 27.[c] —

Source : BIU Cujas

Auth. de non eligendo secundo nubentes, in fine Coll. I. [1] [Nov. II, pr. § 1]; et in [2] ista opinione est dominus Hodofredus et dominus Accursius Reginus: et dicunt quod est casus ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, l. I. [II. 2. 1] in fine. Alii dicunt et distinguunt: quod aut statutum vel consuetudo est ad litem ordinandam, et tunc statutum sive consuetudo loci ubi convenitur quis spectatur: C. de emancipationibus liberorum, l. I. [VIII. 49. 1] et que si longa consuetudo [1] l. I. [VIII. 53. 1]. Si autem ad litem decidendam vel ad ius alterius minuendum, tunc statutum et [3] consuetudo loci ubi contractus est celebratus inspicitur, ut ff. de evictionibus, l. si fundus [XXI. 2. 6], et de usuris, l. I. [XXII. 1. 1] in principio et § fin. Dominus autem Ubertus de Bobio hic refert: an [4] contractus de quo convenitur Mutine iste Bononiensis fuit Mutine celebratus, et tunc stabitur secundum statutum Mutine, quia sortitus est forum ratione contractus; si autem contractus factus est Bononie vel alibi quam Mutine, tunc secus; et hoc dicebat per legem ff. de usuris, l. I. [XXII. 1. 1]. Vel aliter secundum Ubertum, quod statutum debet ita aptari [5] quod extraneus non contineatur, quia in eius preiudicium non potest aliquid indistincte statui, argumento ff. quod quisque iuris, l. I. [II. 2. 1].

XVI. — [*Statutum civitatis preiudicat tibi agenti in causis quibuslibet, et actor qui ibi agit, petit illud servare contra reum: numquid debeat audiri*].

Sed [6] pone. Statutum civitatis ubi agitur preiudicat tantum civibus [7], et actor qui ibi agit, petit illud statutum sibi servari contra reum: numquid debeat audiri. Et primo videtur quod non, nam equalitas in arbitriis et iudiciis servanda est, ut ff. de arbitriis, l. si de re [8] [IV. 8. 51] et C. de fructibus et litium expensis, l. fin. [VII. 51. 6], C. de proximis sacrorum scriniorum, l. in sacris § et quoniam, lib. XII [XII. 19. 12 § 4]. Sed reus non posset postulare ut statutum sibi servaretur contra actorem, et quisque [9] non debet alius postulare cuius contrarium [10] non esset postulaturus: C. de solutionibus, l. fin. [VIII. 43. 25], de rei vendicatione, l. re tua [11] [III. 32. 18]. E contra videtur quod sic, cum statutum predictum [12] loquatur generaliter et indistincte, et sic indistincte est intelligendum: ff. de officio presidis, l. III. [I. 18. 3], de publicanis, l. pretor [13] [XXXIX. 4. 1]. Item quia potestas iurat servare statuta omnia, et in dubio non debet anceps subire periurium: ff. de in litem iurando, l. videamus [XII. 3. 4], et de iure iurando, l. III., § si vero [XII. 2. 3 §....], ff. rerum amotarum, l. Marcellus [14] [XXV. 2. 11]; et sic videtur quod debeat facere observare illud statutum, propter [ea quod] non debet esse immemor salutis eterne: C. ad legem Juliam repetundarum, l. fin. [IX. 27. 6]. Solutio: dicas tamen quod non debet facere observari per iura primo allegata [15] et per l. fin. C. de solutionibus [VIII. 43. 25]. Et vide que notantur in questione illa que incipit « Sed pone questionem: statutum non tenet nec nocet et cet » ([1]).

XVII. — *Statutum quod aliquis non portet carnes vivas vel mortuas nec bladum, an habeat locum in forense et cet* ([2]).

Questio talis est de facto. Continetur in aliquo statuto alicuius civitatis quod aliquis non debet facere portare carnes vivas vel mortuas nec bladum [16] extra civitatem, et si quis portaverit, amictat res et plaustrum, et boves et somerium super quo portarentur [17] Modo quidam Cremonensis de civitate Pergami [18]. extraxit carnes vel alias res vetitas in statuto. Modo queritur an statutum locum habeat contra eum. Et primo videtur quod non, quia civitas Pergami non potest facere legem non subiectis [19]: C. de summa trinitate, l. cunctos populos [I. 1. 1] et de incestis nuptiis, l. fin. [V. 5. 9]. Item quia non habemus ius [20] in non subiectos [21], ut ff. de tutoribus et curatoribus datis ab his, l. I. et l. ius dandi [22] [XXVI. 5. 1 et 13] et C. qui pro sua iurisdictione, l. I. [III 4. 1], Extra de sententiis excommunicationis, c. a nobis [V. 39 21[. Preterea allegabat [quod] iste de isto statuto fuerit ignorans, et quod fuerit ignorans sic probo, quia contra non probatur [23], nam [24] quilibet presumitur ignorans *nisi presumitur sciens*, ut ff. de probationibus, l. verius [XXII. 3. 21] et Inst. de legatis § quod autem [II. 20 § 4]. Item iustam habui [25] causam ignorantie, quia non sum [26] de hac [27] civitate, ergo cum ignorans fuerim [29] non cado in statutum [29]: errans enim delinquere non videtur, ut ff. de actionibus et obligationibus, l. ex maleficio]XLIV. 7. 4[, et decretum ignorantem [30] non tenet, ut ff. de decretis ab ordine faciendis, l. fin [L. 9. 6] et ad legem Corneliam de sicariis, l. fin. [XLVIII. 8. 17], et si non deliqui [31] pro constante *est quod* non debeo res meas [32] amictere, quia dicit lex quod si aliquis deliquit non debent res sue aufferri [33], quia res non delinquunt [34], ut in Auth. de mandatis principum § oportet autem [Nov. XVII. c. 12[. E contra videtur quod amictere debeat [35], quia iste [36] non potest

— [1] in fine § 1. — [2] cum V. — [3] sive. — [4] dicit: refert aut — [5] artari *V.* — [6] c. 101.[b] *Cl.* — [7] preiudicat tibi agenti in causis cuilibet. — [8] *V.* meis. — [9] quis. — [10] *V.* contractum. — [11] ratas. — [12] statutum dicat et loquatur. — [13] *V.* de pretio. — [14] nec enim. — [15] alligata. — [16] *V.* bravam. — [17] *V.* portaret. — [18] *Hic Cl. addit:* cui non possunt facere legem. — [19] subditis. — [20] habet iurisdictionem. c. 102.[a] *Cl.* — [21] subditos. — [22] *V.* fin. — [23] Prealligari potest statuti ignorantia; et quod fuerit ignorans, sic probari potest, quia contrarium non probatur. — [24] quod *V.* — [25] in statuto habuit. — [26] erat. — [27] illa. — [28] fuerit. — [29] non cadit in penam statuti. — [30] ignorantes. — [31] *V.* si delinquitur. — [32] debet res suas. — [33] auferri seu destrui. — [34] deliquid. — [35] iste teneat amictere. — [36] enim.

([1]) *Vide* Rubr. 22. p. 166. — ([2]) Tract. Malef. De rebus non portandis, c. 7, p. 256 sqq. —

Source : BIU Cujas

allegare ignorantiam : nonne [1] debet iste scire [2] et interrogare condictiones [3] terre et qualia statuta erant [4] ? Et certe sic, quia qui cum alio contrahit et cet. ut ff. de regulis iuris, l. qui cum alio [L. 17. 19]. Preterea nonne dicit lex : « si [5] quis lapidem [6] proiecerit et si post
* f. 148.B murum nec * [7] videat eum quem percussit, relegatur in quinquennium », ut ff. ad legem Corneliam de sicariis, l. lege Cornelia [XLVIII. 8. 1]? Item qualiter potest se excusare, quia crassa et supina ignorantia erat [8], cum palam et publice erat promulgatum [9] per civitatem, unde non debet auribus singulorum occultari [10]? Extra de postulatione [11], c. I. [I. 5. 1] et Auth. ut facte nove constitutiones, circa principium [Nov. LXVI, pr.] coll. V. Unde ei non subvenitur quia teneatur, argumento [12] ff. de publicanis et vectigalibus et commissis, l. fin § licet [XXXIX. 4. 16. § 5] ; nam qua in [13] provincia quis delinquid et cet. ut C. ubi de criminibus agi oporteat, Auth. qua in provincia [C. III. 15. 2. Nov. LXIX. c. 1], ff. de officio presidis, l. preses [I. 18. 3]. Secundum [14] dominum Guidonem de Suzaria (quod) amictere debet [15] res, quia licitum fuit legem imponere rebus suis: C. de contrahenda emptione et venditione, l. dudum [16] [IV. 38. 14], C. que res exportari non debeant, l. II. [IV. 41. 2], C. mandati, l. in re mandata [IV. 35. 21], de rerum permutatione, l. rebus [17] [IV. 64. 6], de donationibus, l. legem [VIII. 54. 9], ff. de pactis dotalibus, l. ob res [XXIII. 4. 20]. Item deliquit exportando, ut ff. de publicanis et vectigalibus. l. cotem [XXXIX. 4. 11] et per totum *titulum;* et ratione delicti convenitur quis, ut dicta Auth. qua in provincia [C. III. 15. 2. Nov. LXIX. c. 1]. Et hec solutio *aperta est* [18], quando in rebus suis *fecit statutum* : sed si essent alienate in alieno territorio aliter est, ut infra dicam. Vel aliter secundum Ubertum; quia dicit quod debet puniri seu amictere res suas ut supra, si scivit, ut in Auth. qua in provincia [C. III. 15. 2, Nov. LXIX. c. 1[; et quia iudex debet iudicare secundum consuetudinem loci ubi est, ut ff. de usuris l. I. [XXI. 1. 1] in principio et de evictionibus, l. si fundus [XXI. 2. 6], ff. de publicanis et vectigalibus, l. si publicanus [XXXIX. 4. 4]. Alioquin ignorantia [19] eum excusat: ff. mandati, l. si fideiussor § item si cum debitor [XVII. 1. 29 § 2] ; item decretum non obligat ignorantes, ut ff. de decretis ab ordine faciendis, l. fin. [L. 9. 6]. Sed quomodo poterimus scire eum scivisse? Respondeo : si erat homo qui sepe et quasi cotide [20] ibi utebatur, unde non debuerit [21] hoc ignorare cum omnes de civitate hoc sciunt; ut ff. de iuris et facti ignorantia, l. regula § sed facti [XXII. 6. 9. § 2], ff. de institoria actione, l. sed si pupillus § III. [22] [XIV. 3. 11 § 3]. De subditis non est dubium predictis rationibus et aliis, quia si rem bene gerant, dum tamen [23] contra precepta, puniuntur : ff. de re militari, l. III. [24] § in bello [XLIX. 16. 3 § 15]. Sed si longe distaret ab illa civitate in qua erat statutum et absens erat, sic quod non est plena fides quod scire potuerit, licet qualiter sit, mitius punitur [25], quia ubi puniretur in duplum punitur in simplum, ut ff. si pars hereditatis petatur, l. antiqua [V. 4. 3].

Sed pone questionem de facto. Quidam Reginus de civitate Regii exportabat carnes vel bladas [26] ad civitatem Cremone, qui transibat per civitatem Parme : numquid commictitur in penam statuti Parme (1) ? Solutio: videtur quod non commictat in penam ; et videtur casus legis expressus C. de edificiis privatis, l. *si quis* post hanc [VIII. 10. 6]; quia non sunt hec res nate in territorio parmensi, et sic non possunt imponere legem nisi suis rebus, ut supra notatum est. Item (2) quod [27] si statutum erat in civitate ne quis portaret res illicitas extra civitatem, et quidam portabat quasdam [28] licitas et quasdam illicitas, numquid iste licite quas portabat publicabuntur ? Respondeo : non ; ut ff. de aqua quotidiana et extiva, l. I. § Trebatius [XLIII. 20. 1 § 18]. Item quid evenit [29] de somerio vel carro [30] super quo portabantur res vetite per statutum, et continebatur in statuto quod qui portaret amictat res et id super quo portabantur ? Numquid si plaustrum vel somerius est alicuius, puta quia accepti sunt [31] ad vecturam vel alio modo, numquid [32] perdetur ? Respondeo : sic, si eo sciente [33] ; non, aliter : ff. de publicanis et vectigalibus, l. cotem § dominus [XXXIX. 4. 11 § 2] ; et est ratio quia ignorans non dicitur delinquere vel delinquisse, ut ff. de actionibus et obligationibus, l. [34] si quis [XLIV. 7. 5], et facit in Auth. de ecclesiasticis titulis § si quis in sua [Nov. CXXXI. c. 6]. Item dicit quod res non delinquunt [35], ergo dominis [36] non sunt auferende, ut in Auth. de mandatis principum § oportet [Nov. XVII. c. 1]; et super hoc statur [37] sacramento domini de sua conscientia ; argumentum ff. de edendo, l. pretor ait § sed si inscio [II. 13. 4 § 3] et C. de iure liberorum, l. scimus § licentia [VI. 30. 22 § 10], C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, l. iudei [I. 12. 1], C. de iudiciis, l. properandum § et si quidem [III. 1. 13 § 2], C. de falsis, l. si quis decurio [IX. 22 21] ; C. unde vi, l. si quando [VIII 4. 9]. Ubertus et Guido (3).

— [1] *V.* non. — [2] iste stare. — [3] de condictionibus. — [4] sunt. — [5] quod si. — [6] *Coddc.* ontrahint. — [7] nec *V.* — [8] erat eius. — [9] publice pertranxisset. — [10] inculcari.V. — [11] *Codd.* postumis.— [12] Item quod teneatur. — [13] in qua. — [14] Sed secundum. — [15] debeat ammittere, — [16] *Cod.* iam dudum. c. 102.B *Cl.* — [17] *Cod.* in rebus. — [18] obtinet *V.* — [19] ignorantiam. — [20] continue. — [21] debuit. — [22] § proscribere. — [23] faiatant *V.* — [24] *Codd.* l. II. — [25] punirt *V.* — [26] bladum vel carnes. — [27] pone quid. c. 102.C *Cl.* — [28] res. — [29] Sed qui erit. — [30] curru. — [31] accepit. — [32] non. — [33] si est sciens. — [34] *Codd. Htc addunt :* ex malleficio §. — [35] delinquerunt. — [36] domino. — [37] statuta.—

(1) Stat. Parmae, 1255, ed. Ronchini, lib. III, p. 354: quod nullus homo.... extrahat sine licentia potestatis.... de civitate vel episcopatu Parmae frumentum vel aliquam blavam..... nec eciam carnes vivas ac mortuas. — (2) Tract. Malef., De rebus non portandis, c. 1 et 2, p. 264. — (3) *Et* Tract. Malef. p. 265 *citat hic opinionem Uberti de Bobio et Guidonis de Suzaria.* —

Source : BIU Cujas

XVIII. — *Statutum quod aliquis non debeat exire ante sonum campane que pulsatur prope diem et cet.* (1).

Pone questionem de facto. Statutum est Mutine [1] quod aliquis non debeat exire ante sonum campane que pulsatur ante diem et prope diem, et si quis [2] contrafecerit ammictat res et plaustrum (2). Aliquis mercator cogitans ipsam pulsatam fore, arripuit iter, et sic inventus et deceptus [3] est. Modo [4] queritur quid iuris. Ita pronumptiavit dominus Guido de Suzaria Mutine: si arbitrabatur ipsam esse [5] pulsatam, videtur quod illa bona non debeant publicari: ff. de edilitio edicto, l. quid sit fugitivus § apud Labeonem [XXI. 1. 17 § 12].

XIX. — *Statutum quod aliquis non debeat extrahere bladum et cet. et aliquis extraxit farinam et cet* (3).

Pone questionem *que fuit* de facto. In civitate Vercellarum statutum est quod aliquis non debeat extrahere aliquam blavam [6] et qui contrafecerit ammictat blavam et asinum vel equum vel currum super quo portabatur (4). Contingit quod aliquis portabat farinam: modo queritur numquid [7] incidat in statutum. Et videtur quod non, argumento ff. ad exibendum, l. Julianus § sed si quis [X. 4. 9 § 3]. Preterea qui legat frumentum simpliciter non videtur legasse [8] farinam; sic qui legat lanam non videtur legasse [9] vestem; item qui legat marmora non videtur legasse columpnas [10]; cum hec omnia specifficata non possunt reduci vel reverti ad suam materiam: ff. de legatis III, h. quesitum § illud [11] [XXXII. 78 § 4] et l. lana [XXXII. 80] in principio. E contra videtur quod de
f. 143c Macedoniano dicitur, si in fraudem * Macedoniani aliqua pecunia datur, dicitur esse factum in fraudem Macedoniani [12], ut ff. ad Macedonianum, l. sed Julianus § mutui [XIV. 6. 7 § 3] et ita [13] videtur factum in fraudem et contra statutum. Sed primam oppinionem puto veriorem esse et ita de facto fuit pronumptiatum (5) per dictam legem ultimam.

XX. — *Statutum quod aliquis non portet bladum extra civitatem, et aliquis reperitur in via portans et cet* (6).

Pone questionem de facto. Statutum est in civitate ne aliquis debeat portare blavam inde, et certa pena est apposita [14]. Aliquis reperitur in via portans bladum super equum; an teneatur? Et [15] videtur quod sic, per l. C. de servis fugitivis, l. si fugitivi deprehendantur [VI. 1. 3]. Sed dic hoc verum esse si confiteatur portare extra murum dicte civitatis, argumento ff. de edilitio edicto, l. quid sit fugitivus, § celius [XXI. 1. 17 § 1]. Sed si negat et dicat se portare ad villam seu ad molendinum, et hoc est verisimile, quia per illam viam potest ire [16] ad villam seu ad molendinum, non tenetur [17]. Sed (7) si inveniatur in limine seu confinio territorii illius civitatis, et vix negare ipsum sufficiat [18], tenetur, ut C. de penis l. qui sententiam [IX. 47. 16]. Unde iudex, qui super hoc cognoscit, circumspectus esse debet, ut inspiciat qualitatem persone et an villa [19] seu molendinum ad quod vel ad quam dixit se ire vicina sit seu propinqua vel non, ut [20] verisimile sit eum ad dicta loca ire vel non, ut ff. de incendio ruina et naufragio [21], l. Pedius in fine § [XLVII. 9. 4 § 1], et ff. de penis, l. respiciendum [XLVIII. 19. 11], ff. de questionibus, l. de minore § penult. [XLVIII. 18. 10 § 5]. Et ita vidi pronumptiari per dominum Guidonem de Suzaria [22]. Item quid, si iste qui portabat bladum contra statutum sit captus quasi in confinibus, et bene confitetur quod portabat bladum contra statutum, sed tunc dicit quod penitet se portasse [23]: numquid excusatur ex eo quod dicit se penituisse [24]? Et videtur quod sic, argumento ff. de falsis, l. qui falsam [XLVIII. 10. 19], C. de appellationibus, l. si quis libellos [VII. 62. 28], ff. de edilitio edicto, l. [quid sit [25]] § I. [XXI. 1. 17 § 1] et l. quod ita [XXI. 1. 16], cum suis similibus. E contra videtur quod non, argumento ff. ad legem Pompeiam de parricidiis, l. I [XLVIII. 9. 1] in fine. Item videtur quasi preventus, ff. de iudiciis, l. si quis posteaquam [V. 1. 7], et ad hoc facit ff. de edilitio edictio, l. I. et l. quid sit fugitivum, in principio [26] [XXI. 1. 1 et 17 § 1], cum omnibus legibus ibi allegatis in glossa ordinaria pro hac materia; quod puto verius. Guido de Suzaria.

XXI. — *Si concessa est licentia alicui portandi extra civitatem X. modios frumenti, et in curru vel in navi posuit XX. et cet.*

Quidam (8) *impetravit licentiam portandi in navi sua versus Ferariam X. modios frumenti, et ipse posuit in navi XX. modios; vel pone: Statuto civitatis continetur quod nullus possit extrahere de civitate vel districtu res pertinentes ad quotidianum victum: accidit quod quis portabat in navi res licitas et illicitas; queritur numquid omnia sint fisco applicanda? Et videtur quod sic per*

1 in civitate. — 2 aliquis. — 3 detentus. — 4 Ammodo. — 5 fore. — 6 extrahere bladum de civitate. c. 102.D *Cl.* — 7 an. — 8 legare. — 9 legare. — 10 edes. — 11 *Codd.* l. illud. — 12 dicitur fieri contra. — 13 ita hoc. — 14 portet bladum extra civitatem et certa pena est apposita. — 15 Et primo. — 16 itur. — 17 tenere. — 18 ita quod ipsum negare non suffitiat. — 19 *Cod.* villam. — 20 ita quod sit. — 21 c. 102.A *Cl.* — 22 Ita determinavit dominus G. de S. — — 23 pènitet se portare. — 24 penitere. — 25 *Cod.* l. I. — 26 *Codd.* l. I. § quid sit fugitivum in principio. —

(1) Tract Malef, De rebus non port., c. 3 sqq., p. 265. — (2) Stat. Mutinae, 1327, ed. Campori, l. IV, rubr. 32. 34, p. 401 et 402. — (3) Tract. Malef., De rebus non port., c. 4, p. 265. — (4) *Cf.* Statuta Vercellarum ab a. 1241, rubr. 298. Mon. hist. patriae, vol. XVI, p. II, p. 1205. — (5) *Hic* Tract. Malef. p. 265 *addit* Paduae. — (6) Tract. Malef, De rebus non portandis, c. 10, p. 268 et sq. — (7) Ibidem, c. 11, p. 269. — (8) *Ista quaestio deest in V.* —

Source : BIU Cujas

l. III. C. de nautico fenore [*IV. 33. 3*]*: sic et alia ratione partis totum aufertur, C. de plus petitionibus l. II.* [*III. 10. 2*]*, ff. de legatis I.* [1]*, l. etiam si partis* [*XXX. 111*]*. E contra videtur quod non: ff. de publicanis, l. si publicanus* [*XXXIX. 4. 4 § 1*]*, ibi ubi* [*est*] *« si quid amplius » et cet.; et argumento ff. de aqua pluvia arcenda, l. II.* [2] *§ idem Labeo* [*XXXIX. 3. 2 § 9*] *et quod legatorum, l. I. § si due* [*XLIII. 3. 1 § 12*]*; et argumento ff. de publicanis, l. cotem ferro § dominus* [*XXXIX. 4. 11 § 2*]*. Solutio: aut omnes res licite et illicite que vehuntur in navi erant ipsius vehentis, aut erant aliorum: primo casu omnes confiscantur, ut dicta l. III. C. de nautico fenore* [*IV. 33. 3*]*, et pro hoc facit glossa que est in dicto § dominus,* [*ex*] *qua intelligis commissis mentibus (?) in fiscum, que ad ipsos vehentes pertinebant, qui illicitum intullerunt. Secundo casu quando res licite erant aliorum, tunc non confiscantur: non obstante dicta lege, si publicanus § I.* [*D. XXXIX. 4. 4 § 1*]*, quia intelligitur quod ea, que illicite portabantur, erant alterius quam inferentis. Sed quid si non portabantur in navi, sed aliter ducebantur, puta in salmis, vel cum haberet licentiam conducendi X. porcos, conducebat XX.; numquid tunc omnes confiscabuntur? Videtur pro et contra ut supra. Tamen hic dicendum est quod non, quia hic est alia ratio; nam quelibet res vel quelibet salma est per se, nec continetur in aliquo, sicut continentur ea que sunt in navi, ubi tunc omnia confiscantur. Quid si res que illicite vehuntur vel exportantur, deprehendantur in via, prius quam perveniatur ad locum quem non licet exire: numquid erunt in causa confiscationis? Videtur quod sic; cum noceat sola impositio, ut dicto § dominus* [*D. XXXIX. 4. 11 § 3*]*. Item ad hoc facit l. III.* [*C. IV. 33. 3*] *et argumentum C. de servis fugitivis, l. si fugitivi* [*VI. 1. 3*] *et ff. de re militari, l. III. § is qui* [*XLIX. 16. 3 § 4*] *et de edilitio edicto, l. quod si nolit § Marcellus* [3] [*XXI. 1. 31 § 7*]*. Argumento contra, quia redire poterat et penitere, ff. de falsis, l. qui falsam* [*XLVIII. 10. 19*]*, et pro hoc tota illa disputatio que solet fieri in l. si quis nunc dicam, C. de episcopis et clericis* [*I. 3. 5*]*. Jacobus de Arena.*

XXII. — *Statutum non ligat nisi subiectos secundum legem et cet. an prosit et cet.*

Sed pone questionem. Statutum non tenet nec nocet [4] nisi subiectos secundum legem euntes; sed an prosit eis? Videtur quod sic: ff. de penis, l. capitalium § ad statuas [XLVIII. 19. 28 § 7]. Tu dic quod non: argumento C. de fructibus et litium expensis, l. fin. [VII. 51. 6], C. communi dividundo, l. penult. in fine [III. 37. 4], C. de proximis sacrorum scriniorum, l. in sacris, lib. XII. [XII. 19. 12], et quia iniquum esset aliquod habere emolumentum ex quo lexionem habere non compellitur, ut C. de caducis tollendis § pro secundo [5] [VI. 51. 1 § 4] in fine; [ff.] de regulis iuris, l. secundum naturam [L. 17. 10]; C. rem alienam gerentibus [6] [IV. 53. 1] per totum; C. de solutionibus, l. fin. [VIII. 43. 25]. Martinus de Fano [7]. Ad idem facit ff. quod cuiuscumque universitatis nomine, l. I. [III. 4. 1]; ff. si servitus vindicetur, l. altius [VIII. 5. 15]; de pactis, l. sumptus [II. 14. 53]. Item videtur casus legis expressus Inst. de heredum qualitate et differentia § sed nostra [II. 19 § 6] et Inst. de fideicommissariis hereditatibus § sed quia in fine [8] [II. 23 § 7]. Et de hac materia tetigi [9] in questione que incipit: Sed pone quod statutum civitatis, ubi agitur et cet [10].

XXIII. — *In* [11] *statutis numquid procedatur de similibus ad similia et cet.*

Sed (1) pone questionem de facto, quod est aliquod statutum, in quo continetur aliquid [12]: volo procedere de similibus ad similia: numquid possum? Et videtur quod sic, ff. de legibus et senatus consultis, l. non possunt et l. III. [I. 3. 12 et 13] et ff. ad legem Aquiliam, l. illud [IX. 2. 32]; C. de inofficiosis donationibus l. precibus [III. 29. 3], ff. de legibus, l. quibus [I. 3. 32]. E contra *videtur* quod non, quia lex sic lata ita servanda est: ff. qui et a quibus, l. prospexit [XL. 9. 12]; nam qui fecit statutum hoc dixisset: « si hoc voluisset [13] »; *nulla erat difficultas ea dicere: C. de caducis tollendis, § pro secundo* [14] [VI. 51. 1 § 4], C. de appellationibus, l. precipimus [VII. 62. 32]. Solutio: aut statutum est contra ius aut non: si statutum est contra ius, tunc non est procedendum de similibus ad similia: ff. de legibus l. de quibus [15] [I. 3. 32]. Si non est contra ius, tunc de similibus ad similia est procedendum, ut in predicta lege de quibus [I. 3. 32]: quia ubi ratio diversatis [16] reddi non potest, idem ius servari debet [17], ut ff. de liberis et postumis, l. si postumus [XXVIII. 2. 14] et de verborum obligationibus, l. a Titio [XLV, 1, 108].

XXIV. — *Statutum est quod bona rebellium veniant in communi; modo potestas compullit debitores rebellium solvere communi: an ipsis venientibus aliqua de causa possint agere contra debitores.*

Sed pone questionem de facto. Quidam de parte ecclesie exiverunt civitatem propter timorem imperatoris; potestas illius civitatis compulit debitores illo-

---

[1] *Cod.* III. — [2] c. 103.[B] *Cl. Cod.* I. — [3] *Cod.* idem Celsus. — [4] ligat. — [5] *Cod.* sero. — [6] *Cl.* agentibus. V. res inter alios acta et cet. — [7] fanensis. — [8] *Codd.* sed neque. — [9] de hac questione dixi. — [10] Sed pone questionem: In statutum civitatis ubi agitur et cet. — [11] c. 103.[C] *Cl.* — [12] In civitate est aliquod statutum et in eo continetur. — [13] et si voluisset. — [14] *Cl.* penult. — [15] *Codd.* l. in hiis [I. 3. 15]. — [16] *Tract. Malef.* p. 265: diversitas. — [17] servandum est. —

(1) Tract. Malef. De rebus non portandis, c. 5, p. 265. —

Source : BIU Cujas

rum qui exiverunt solvere communi ex forma alicuius statuti. Facta pace, revertuntur [1] dicti creditores et volunt convenire debitores suos, qui solverunt communi. Queritur quid iuris? Et videtur quod agere non possint pluribus rationibus. Primo quia solverunt iudicis auctoritate et statuto hoc dictante, et ideo consequuti fuerunt plenissimam securitatem sive liberationem [2], ut alibi dicitur de minore [3], ff. de minoribus, l. ait pretor § permittitur [IV. 4. 7 § 2], C. de administratione tutorum, l. sancimus [V. 37. 25]. Item non debet quis duplici dampno affici, ut ff. de conditione causa data, l. si pecuniam § penult. [XII. 4. 5 § 3], ff. de actionibus empti, l. an empto § fin. [XVIII. 1. 11 § 18], et ff. ad legem Rodiam de iactu, l. navis § cum autem [XIV. 2. 4 § 2]. Item [4] alia ratione, quia iussus iudicis excusat et facit licitum quod aliter erat illicitum [5], ut ff. de his qui notantur [6] infamia, l. furti § qui iussu [II. 2. 6 § 3], ff, de pignoratitia actione, l. fin. [XIII. 7. 43]. Item quia virtus obedientie magna est, ut ait appostolus [7]: melius est obedire, quam sacrificare [Matth. IX. 13]. Nam et hoc mandat subditis Imperator in Auth. ut omnes obediant imperatori primum et iudici [Nov. XLIX], ff. de re militari [8], l. III. § in bello [LXIX. 16. 3 § 15]. Item factum et odium creditoris non debet obesse debitori [9]: ut ff. ad l. Rodiam de iactu l. I. et II. § equissimum [XIV. 2. 1 et 2 pr.] et locati et conducti, l. si merces § culpe [XIX. 2. 25 § 4]. Item videtur casus legis ff. de rei vendicatione, l. si verberatum § item si forte [VI. 1. 15 § 2], et de legatis III. l. paula § fin. [XXXII. 27 § 2]. Item ponamus [10] quod creditori et
* f. 148.b debitori est [11] facta iniuria, melior est conditio * tenentis, ut ff. de verborum obligationibus, l. [si] servum, § sequitur [XLV. 1. 91 § 3]. Item licet reversus est [12], remanet [13] actio in causa publica, ut C. de sententiam passis, l. si ademptis [14] [IX. 51. 5]. Item quia bona fides non patitur ut bis idem exigatur, ff. de regulis iuris, l. bona fides [L. 17. 57]. Item isti qui aufugerunt delinquerunt, et patriam suam relinquerunt [15], ut ff. de re militari, l. qui excubias et l. desertorem [XLIX. 16. 10 et 3]. E contra videtur quod solverunt alii quem [16] cui debuerunt et ideo non fuerunt liberati, quia quod nostrum est ad alium [17] sine facto nostro transire non potest, ut ff. de regulis iuris, l. quod nostrum [L. 17. 11], ff. de pignoratitia actione, l. si rem § omnis et § fin. [XIII. 7. 9 § 3 et § 5] et ff. de solutionibus, l. solutam [XLVI. 3. 49]. Quid plura? casus legis videtur ff. de solutionibus, l. creditor oblatam [XLVII. 3. 102] ff. de periculo et comodo rei venditae, l. lectos [XVIII. 7. 12]; et non debet alteri per alterum iniqua condictio auferri [18], ut ff. de regulis iuris, l. non debet [L. 17. 74]. Item res inter alios acta et cet. ff. de fideiussoribus, l. exceptione [XLVI. 1. 67]; et si iniuria facta fuit debitori non debet nocere creditori [19], ut ff. de evictionibus, l. si per imprudentiam [XXI. 2. 51] et de legatis I., l. si servus plurium § I. [XXX. 50 § 1]. Solutio secundum Hodofredum et Albertum Papiensem et Guidonem de Suzara [20]: scilicet quod reversi creditores poterunt convenire debitores, et hoc per l. fin. ff. de pignoratitia actione [XIII. 7 43], ff. de solutionibus, l. creditor oblatam [XLVI. 3. 102], de periculo et comodo rei vendite, l. lectos [XVIII. 7. 12] et de legatis I., l. si servus plurium [XXX. 50].

XXV. — *De eodem.*

Sed quid de questione que fuit Parme de facto? Quidam milites erant in civitate [21] illa, qui habebant fictuales, qui tenebantur dare illis militibus [22] certos redditus: postea civitas illa habuit guerram cum alia civitate, milites isti iverunt ad civitatem inimicorum et sic contra suam civitatem [23]: isti fictuales solverunt potestati, iussu ipsius potestatis; et violenter, facta pace, reversi sunt et petunt fictum a dictis [24] fictualibus preteritum, scilicet pro tempore quo fuerunt in guerram, non obstante quod potestas exegit [25] ab eis. Modo queritur quid iuris? Et easdem allegationes quas feci in suprascripta questione pro et contra, facies [26] in ista. Solutio: distingue, utrum per violentiam potestas extorserit redditus ab eis, aut iure magistratus. Si per violentiam extorsit [27], tunc dicitur facere iniuriam et non [28] sunt liberati rustici: habebunt tamen actionem iniuriarum contra potestatem, argumento ff. de iniuriis, l. *nec* magistratibus [XLVII. 10. 32]. Sin autem iure magistratus, puta quia tale statutum erat in civitate et tunc potuit iure extorquere ab eis ratione statuti, vel forte quia milites fuerunt vocati et noluerunt venire, et tunc sunt liberati. Bene dixi quod illud potuit facere ratione statuti, quia quelibet civitas potest ius statuere [29], ut ff. de iustitia et iure, l. omnes populi [I. 1. 9]; et ad idem facit ff. communi dividundo, l. si is cum quo [X. 3. 20], et similiter potes solvere [30] superiorem questionem.

XXVI. — *Si debitor meus expulsus de civitate ratione partialitatis, et eum invenio in alia civitate, an potero ibi convenire et cet.*

Sed pone questionem de facto. Quidam expulsus fuit de civitate sua, ut fit [31] ratione partium que sunt in Lombardia; et ex forma statuti omnia bona sua

---

[1] reddeunt. — [2] sequti sunt plenam liberationem. — [3] de minoribus. — [4] Item quia. *V.* — [5] non liceret. — [6] c. 103.b *Cl.* — [7] apostolus. — [8] *Codd.* millitari. — [9] non debet esse dampno debitoris. — [10] pone. — [11] sit — [12] licet reversi sint. — [13] remanet tamen. — [14] adeptis. — [15] cum in primam delinqueritur [delinquerunt]. — [16] *Cod.* alii — [17] ad alios. — [18] inferri. — [19] non debet attingere creditorem. — [20] Solutio secundum dominum Albertum papiensem et Guidonem de Suzara. — [21] c. 104.a *Cl.* — [22] millitibus. — [23] milites.... civitatem *om.* — [24] dominis. — [25] exegerit. — [26] fatias. — [27] extorserit.... extorsit *om.* — [28] non *om.* — [29] constituere. — [30] eodem modo potes solvere. — [31] ut fit tota die. —

Source : BIU Cujas

sunt publicata (1). Quidem accidit quod quidam debitor meus fuit expulsus extra terram [1] pro parte; invenio eum in alia civitate: volo ipsum convenire ad id [2] debitum solvendum; numquid possim? Primo videtur quod non; argumentum l. que dicit: nec qui in fuga est, ibi moratur: ff. de servis exportandis, l. Titius [3] [XVIII. 7. 9]. Unde dico [4]: « ego sum in fuga nec habeo hic domicilium » [5]: ad hoc bene facit ff. de publicanis [6], l. fin. § servi [XXXIX. 4. 16 § 4]. Item ubi inventus est non contrahit [7], unde non est sortitus [8] forum, ut ff. de iudiciis, l. heres absens § nam ubi in fine [V. 1. 19 § 2]; et potest illum recusare [9] iudicem sub quo convenitur, si convenitur sub alio iudice quam sub quo vel in territorio eius contraxit, ut ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. si convenerit [II. 1. 18]. E contra videtur per l. ff. de iudiciis, l. heres absens § I. [V. 1. 19 § 1], ibi dum dicit [10] quod advena [11] ubicumque potest conveniri, quia isti bampniti non habent certam [12] habitationem, sed hodie sunt in una civitate, cras in alia; item consulendum est suum petenti et ibi debitum, ut ff. de eo quod certo loco, l. I. [XIII. 4. 1]. Solutio: dicit dominus Guido de Suzara quod si alie allegationes [13] non ipsi iuvarent [14], prime non valerent [15]; sed ita putat esse distinguendum: aut publicata sunt omnia sua bona, certe extinta est actio in solidum, ut ff. de capite diminutis, l. tutelas [IV. 5. 7]; aut pro parte *sunt bona publicata et tunc* pro parte est extincta actio, ut C. de fideiussoribus, l. I. [VIII. 41. 1], sed [16] fiscus tenetur respondere creditoribus in solidum si totum [17] pervenit ad eum; sed si pars pervenit, in [18] parte tenetur, ut C. ad legem Juliam de vi publica, l. tutoris [IX. 12. 2].

XXVII. — *Statutum quod quicumque venerit ad standum in civitate habeat immunitatem usque ad tantum tempus: an civitas ante possit revocare et cet.*

Sed pone [19]: statutum est [20] in aliqua civitate et [21] specialiter Regii quod quicumque venerit ad standum Regii, quod haberet [22] immunitatem usque ad quatuor annos (2): postea civitas vult revocare hoc [23]: modo queritur numquid potest [24]. Et videtur quod non per l. C. de indicta viduitate l. II. [VI. 40] ibi dum dicit agere [25] et cet. (?) et ff. de bonis dampnatorum, l. cum ratio § si plures [XLVIII. 20. 7 § 3] « ibi ampliari periurium » et cet. Item alia ratione quia civitas illa reputatur nobilissima, que pacta servat tenacissime et pacem, ut ff. de censibus, l. I. in principio [L. 15. 1]. E contra videtur quod illa immunitas data non valeat, sed avocari possit, ut C. de decurionibus, l. evacuatis rescriptis [X. 31. 19]. Solutio: dic primam solutionem [26] veriorem, et lex illa « evacuatis » intelligitur quando [27] immunitas datur civibus, ex quibus propter hoc [28] non augetur civitas.

XXVIII. — *Statutum dat immunitatem omnibus castris et villis contentis sub civitate, et postea hedifficata sunt in districtu civitatis alia castra vel alie ville: an habeant immunitatem.*

Sed pone [29] questionem de facto: Mutinenses concesserunt immunitatem castro Bazzani [30] et omnibus villis [31] contentis sub se (3): post illam [32] immunitatem [33] multe ville hedificate sunt [34] in districtu illius castri: dubitatum fuit numquid illud statutum in quo data erat [35] dicta immunitas extendatur etiam ad villas, que postea hedificate sunt vel que hedificarentur, cum multe postea facte fuerint. Argumentum quod non: ff. * de legatis III., l. uxori § uxori [XXXII. 33 § 1] [36], et ff. si servitus vindicetur, l. fin. [VIII. 5. 21], ff. de dampno infecto, l. dampni [37] [XXXIX. 2. 30] in fine pr. [38]. E contra videtur quod benefitia sive privilegia debent esse largissima, ut ff. de constitutionibus principum [39], l. benefitium [I. 4. 3]; Extra. de donationibus, c. cum dillecti [III. 24 6]; C. que res pignori obligari possunt, l. fin. [40] [VIII. 17. 9]. Item ad istam questionem optime facit ff. de liberis et posthumis, l. placet [XXVIII. 2. 4], item bene facit ff. de servitutibus, l. si servitus [VIII. 2. 23] in fine. Sed primum respondeo [41] istius legis sensus posset allegari

* f. 119.A

---

[1] terram suam. — [2] ipsum. — [3] *Codd.* pater. — [4] dicit. — [5] nec habeo ubi stem, nec hic habeo domicilium. — [6] c. 104.B *Cl.* — [7] continetur. — [8] ubi non est, ibi sortitur forum. — [9] revocare. — [10] ubi dicitur. — [11] *Cod.* avena. — [12] propriam. — [13] si alie allegant. — [14] iuvaret. — [15] prime non valerent *om.* — [16] sed si. — [17] tantum. — [18] pro. — [19] Pone. — [20] esse. — [21] ut est. — [22] habeat. — [23] revocare hanc immunitatem. ante tempus. — [24] an possit. — [25] ubi debet agere. — [26] opynionem. — [27] c. 104.C *Cl.* — [28] propter hoc *om.* — [29] Pone. — [30] Liççani. — [31] *Cod.* vilis. — [32] illam *om* — [33] immunitatem datam. — [34] fuerunt. — [35] fuit. — [36] *Hic Cl. addit:* communi dividundo, l.... [X 3. ?] — [37] *Cod.* dampnum. — [38] in fine pr. et l. benefitium (?). — [39] E contra.... principum. *om. Cl. Cod.* principum. E contra videtur quod. — [40] l.... *lacuna codicis.* — [41] innisum. —

---

(1) *Haec poena contra proditores patriae invenitur* in Statutis Bergomi *fortasse a. 1231* (*XIII. saec.*) lib. IX., c. 14. 23. 24. 32. Statutis Parmae, a. 1281, ed. Ronchini cit. p. 220. Cf. Kohler, Das Strafrecht des italien. Statuten vom 12-16 Jahrun. Mannheim, 1897, p. 72 sqq. — (2) *Attamen* Statuta Regii, ed. 1592, I. 95, c. 65 *concedunt immunitatem omnibus, qui tenent per decem annos domicilium Regii.* — (3) *Nulla memoria huius immunitatis superest, cum vix credi possit Albertum memorasse privilegium a. 1180* (ed. Muratori, Antiq. II. 438) *in quo Mutinenses concesserunt hominibus Bazzani immunitatem per decennium ab omnibus collectis, boateriis, factionibus debitis communi; quamquam Abertus, qui fuit Mutinae, bene noscere potuit privilegium transcriptum in* Registro privilegiorum communis. *Sed aliud fortasse Albertus memorat; et fieri potuit quod commune Mutinae hanc immunitatem concederet etiam post eversionem castri Bazzani* (*a. 1247*) *et contra pacta firmata* (ed. Frati, Statuti di Bologna, I., 500-4), *quia semper Mutinenses in hoc territorio, usque ad laudum Bonifacii VIII* (Theiner, I. 350; Potthast, nr. 24899) *iura imperii exercuerunt et saepe incremento loci, certe non omnino deserti, obsecundaverunt. Lectionem codicis « Liççani » erroneam puto.* —

Source : BIU Cujas

pro prima parte et [1] pro et contra, ut invenies [2] allegatum in dicta lege si servitus [D. VIII. 2. 23]. Sed primum puto verius per l. ff. de legatis III. l. uxori [3] § fin. [XXXII. 33 § 2].

XXIX. — *Statutum quod si aliquis amiserit equum impositum in exercitu vel in alio servitio communis, quod ei emendatur et cet.*

Sed [4] pone questionem de facto. Statutum est quod si aliquis amiserit equum suum [5] ei impositum pro communi [6] in exercitu vel in alio servitio communis, *quod emendetur sibi a communi.* In equitando [7] equus alicuius [8] magagnatus [9] est ipso redeunte de exercitu, et postea mortuus est occasione illius morbi. Queritur numquid ei debeat emendari. Et videtur quod non, quia non est mortuus in exercitu [10], unde ab eo non est recedendum, ut ff. de legatis III., l. non aliter [XXXII. 69] et in re dubia melius est servare verbum edicti [11], ut ff. de exercitoria actione l. I. § in re igitur [XIII. 1. 1 § 20]. *Et pro hac parte facit ff. de excusationibus tutorum, l. bello* [12] [XXVII. 1. 18] *et Inst. eod. in principio* [I. 25 pr.], *sed non obstat quia illud est favore pupillorum vel propter fugientes.* Et [13] contrarium verum puto, scilicet quod emendetur ei a communi [14], ut argumento ff. de dampno infecto, l. dampni § Sabini [XXXIX. 2. 18 § 11]: et ad hoc facit ff. ad legem Acquiliam, l. huic scripture § si servus [IX. 2. 15 § 1] et l. ita vulneratus § I. [IX. 2. 51 § 1]. Item ammissum *in bello* [dicitur] quod propter causam belli amictitur [15], ut ff. de incendio, ruina et naufragio, l. I. § ex incendio [XLVII. 9. 1 § 2]. *Item qui causam damni dat et cet. ff. ad legem Acquiliam, l. qui occidit* [IX. 2. 30] *circa finem, et ff. vi bonorum raptorum, l. pretor § si cum servum* [XLVII. 8. 4 § 13].

XXX. — *Statutum quod nullus de equis impositis pro communi et consignatis vendatur: quid si detur in solutum et cet.*

Sed pone questionem talem [16]. Statutum est Pergami quod aliquis de equis impositis pro communi et consignatis non vendatur sub certa pena: accidit quod [17] aliquis non vendidit, sed dedit creditori suo in solutum: numquid hoc casu [18] vendicat sibi locum pene statuti? Et primo videtur quod non: C. de fundis patrimonialibus, l. fin. li. XI. [XI. 61. 14]; et non debent paribus passibus ambulare que [19] fiunt ex necessitate cum his que [20] fiunt ex voluntate, ut ff. qui satisdare cogantur, l. si fideiussor § si necessaria [II. 8. 7 § 1]. Contrarium tamen dices, per legem ff. de legatis I. l. senatus [XXX. 43], « ibi penis erit locus » et cet. C. de fundo dotali, l. I. [V. 23. 1].

XXXI — *Statutum quod qui habet mille in bonis teneatur tenere et habere unum equum pro communi: numquid coacervabitur illud quod habet ex dote uxoris cum suo patrimonio.*

Statutum est in civitate quod qui habet mille libras in bonis teneat [21] unum equum *pro communi.* Ecce quod quidam habebat in bonis [22] quingenta ex patrimonio et ex dote uxoris alia quingenta: numquid patrimonium cohacervabitur cum dote [23] et sic compellatur tenere unum equum, tamquam qui habet mille [24] in bonis, secundum formam statuti. Respondeo: non, ut ff. ad municipalem, l. Lutius § [25] idem [L. 1. 21 § 2]. Respondeo: constante matrimonio [26] et videtur casus istius predicti §; item facit C. de donationibus, l. constante [VIII. 54. 21].

XXXII. — *Statutum quod maior XIV. annis possit relinquere pro anima sua cuicumque sibi videbitur: quid si relinquat matri et cet.*

Sed pone [27] questionem. Statutum est Brixie quod maior XIV. annis suo iure possit relinquere [28] pro anima sua prout sibi bonum videbitur et cuicumque sibi videbitur, et non aliter maior XVIII. annis [29] possit ubicumque et cuicumque sibi videbitur relinquere (1) [30]. Ponamus: quidam [31] minor XVIII. annis, maior XIV. in sua ultima volumptate solempni reliquid pro anima sua matri sue partem bonorum vel aliquam rem. Mortuo isto testatore vult mater legatum vel partem bonorum [32]; dicit legiptimus heres quod non tenet tale legatum quasi relictum contra ius municipale, quia relinquere pro anima sua intelligitur [33] quando relinquitur pauperibus et piis locis. Dicit mater [34]: « tenet, quia dixit testator in sua ultima volumptate quod pro anima dimittebat [35] ». Modo queritur utrum [36] tale relictum valeat an non [37]. Et primo videtur quod relictum valeat, sicut quando relinquitur pauperibus et piis locis [38] pro anima videtur esse relictum, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. illud et l. sancimus [I. 2. 19 et 21]. Item relictum matri pro anima videtur et eque hoc dixit, quia [39] inter liberos et parentes est [40] pietas, ut ff. de inofficioso testamento, l. II. [V. 2. 2]

---

[1] et *om.* — [2] *Codd.* inveniens. — [3] *Codd.* illa. — [4] Sed *om.* — [5] suum *om.* — [6] pro communi *om.* — [7] Accidit quod dum esset in exercitu vel in alio communis servitio equitando. — [8] alicuius *om* — [9] manganergatus. *V.* — [10] sed postea et statutum dicit indistincte in exercitu. *add.* — [11] verbis edictiservire. c. 104.D *Cl.* — [12] in bello. — [13] unde. — [14] ei equus. — [15] ammissum est — [16] Pone questionem. — [17] quid accidit — [18] in hoc. — [19] ea que. — [20] et ea que. — [21] habeat et teneat. — [22] habet. — [23] cum dote *om.* — [24] mille libras. — [25] c. 105.A *Cl.* — [26] minimus — [27] Pone. — [28] suo... relinquere *om.* — [29] videbitur relinquere; minor tamen XVIII. annis. — [30] possit... relinquere *om.* — [31] quod quidam. — [32] vel aliquam.... bonorum *om.* — — [33] pro anima dicitur. — [34] mater quod relictum tenet. — [35] pro anima sua sibi dimittere. — [36] an. — [37] an non *om.* — [38] relinquitur ecclesie vel aliis piis locis. — [39] relictum matri videtur pie relictum, cum. — [40] sit.

(1) Statuta Brixie, a. 1277, VI. 67. 68. 76 MHP. XVI,, col. 1584, *admittunt ex iure romano limitem maioris aetatis XXV. annorum; sed in materia testamentaria hoc modo derogant sicut noster dicit.* —

Source : BIU Cujas

et C. de negotiis gestis, l. I. [1] et l. alimenta [II. 19. 1 et 11]. Item alia ratione, cum verbum [2] profertur, a iure civili sive a lege fit [3] larga interpretatio, et ideo dicit lex [4]: si aliquis gerit negotium alterius vel constituit [5] se debitorem, tenetur [6]; ff. de negotiis gestis l. III. § hec verba [III. 5. 3 § 6], ff. de constituta pecunia, l. I. § I. [XIII. 5. 1 § 1]; sic ex larga interpretatione videtur relictum matri pro anima, quia non solum anima ponitur pro spiritu et intellectu, sed etiam pro animato corpore, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. sancimus [I. 2. 21]. Item illud statutum est contra ius commune ex quo conceditur quod [7] quis habens XII. vel XV. [8] annos possit libere testari, ut ff. de testamentis [9], l. a qua etate [XXVIII. 1. 5] et C. de sacrosanctis ecclesiis, l. I. [I. 2. 1]; unde in eo quod est contra ius commune debet artari non prorogari, ut ff. de liberis et posthumis, l. cum quidam [XXVIII. 2. 19]. Item alia ratione, quia si ex forma statuti minor XVIII. annis [10] pro anima piis locis et ecclesie relinquere possit, multo fortius debet posse pro anima relinquere matri, quia de iure est matri debitum vel quasi, ut C. de curatore furiosi, l. fin. § tali [V. 70. 7 § 7], C. de codicillis, l. fin. § si quis [VI. 36. 8 § 2]. E contra videtur quod non valeat, quia factum [11] in fraudem legis municipalis est, et sic non valet factum quod fit contra legem, ut ff. de legibus, l. contra [I. 3. 29]; et legi fit fraus [12], quia quandoque fit fraus de nomine ad nomen: et hic videtur facta [13] de nomine ad nomen. Item filius secundum formam statuti [14] non potest relinquere matri simpliciter, cum ipsa inter pia loca non connumeretur, scilicet non debet posse relinquere matri [15] pro anima et eius nomine, quia cum aliquid prohibetur et omne id per quod pervenitur ad illud [16], ut ff. quod metus causa, l. si cum [17] exceptione [IV. 2. 14], ff. de sponsalibus, l. oratio [XXIII. 1. 16]. Ad hoc ne alia via circumveniatur, quod esse non debet [18], ff. de tutoribus et curatoribus datis ab his, l. scire [XXVII. 5. 21]. Item pretextu liciti non debet commicti illicitum: C. de sacrosanctis ecclesiis, l. sacrosancta [19] [I. 2. 8]. Item quod qui non potest consequi directe non potest consequi per obliquum, ut ff. de legatis I., l. si mihi et tibi § regula [XXX. 1. 12 § 2] Item falsa causa vitiat institutionem, sed ista est falsa causa, cum dicatur: « relinquo [20] pro anima mea [21] », quia aliter erat relicturus: ut ff. de heredibus instituendis, l. fin. [XXVIII. 5. 92]. Solutio: dic si mater erat paupera et non habet [22] unde se substentare possit [23], puto, relictum ei a filio pro anima [24] valere et tenere: argumento C. de episcopis et clericis; l. si quis ad declinandam § ubi autem [I. 3. 49 § 3], in illo * ubi dicit [25] « si quis sit [26] pauperior »; et hoc casu non videtur [27] filius relinquere matri ut filius, sed ut quilibet alius pro anima [28] posset relinquere, quia aliquando aliquis [29] admictitur ad faciendum ut quilibet alius, qui non admicteretur ut ipse; ut ff. de adoptionibus, l. si pater § qui duos [I. 7. 15. § 1] et C. de administratione tutorum, l. cum quedam [30] [V. 37. 26]. Si autem [31] sit dives et habet unde se commode [32] substentare possit, dico quod non valet relictum matri: licet pro anima fuerit relictum matri, quia lex dixit quod [33] quis potest [34] donare piis locis et pietatis [35] causa, sine cause [36] insinuatione, usque ad quingentos solidos, et valet donatio; sed amico et consanguineo ultra CC. solidos non valet sine insinuatione, etiam si dicat ei pietatis causa donare, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. illud quod ex veteribus [I. 2. 19]. Item si imponeret [37] legem verbis et non rebus, quod esse non debet, ut C. communia de legatis, l. II. [VI. 43. 2].

* f. 149. B

XXXIII. — *Statutum quod vir non possit relinquere uxori ultra certam quantitatem et cet.; an ultra illud possit relinquere ut distribuat pro anima.*

Sed pone [38] questionem de facto. Statutum est quod vir non possit relinquere uxori ultra certam quantitatem quam ipse bene relinquid; tamen in alia parte aliam pecuniam eidem uxori relinquid, ut ipsam distribueret pro anima sua: numquid potest [39] ista uxor istam pecuniam relictam ut distribuat pro anima petere non obstante statuto? Et videtur quod sic, ff. de legatis III., l. si fidei mee commictatur [40] [XXXII. 28]. Sed dic contra ne fraus legi fiat, ut ff. de tutoribus et curatoribus datis ab his, l. scire § I. [XXVI. 5. 29 § 1] et de probationibus, l. qui testamentum [XXII. 3. 27]; item cum quando prohibetur et omne id pro quo pervenitur ad illud, ut ff. de sponsalibus, l. oratio [41] [XXIII 1. 16]; et hoc verum est si sola data est a testatore [42] ut distribuat; sed si plures dati essent ad distribuendum [43], tunc secus; quia tollitur illa suspitio fraudis.

---

[1] l. II. — [2] verbum *om.* — [3] fiat. — [4] lex *om.* — [5] constituat. — [6] propter largam interpretationem sive masculus sive femina. — [7] *Codd.* ex quo. — [8] habet XIV. — [9] *scil.* qui testamenta facere possunt. — [10] c. 105.[R] *Cl.* — [11] factum est. — [12] et quod fit in fraude legis, ut eod. titulo, l. fit fraus [I. 3. 30]. — [13] facta fraus. — [14] ex forma statuti illius civitatis. — [15] cum ipsa.... matri *om.* — [16] et cet. *V.* — [17] *Codd.* per. — [18] *Hic Cl. addit:* scilicet committi illicitum sub pretextu liciti, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. sacrosancta [I 2. 8]. — [19] Item pretextu.... sacrosancta *om.* — [20] relinquo *om.* — [21] mea *om.* — [22] habebat. — [23] posset. — [24] pro anima *om.* — [25] in verbo. — [26] sit *om.* — [27] non videtur *om.* — [28] pro anima *om.* — [29] quia aliunde quis. — [30] *Cod.* quidam. — [31] autem mater. — [32] commode *om.* — [33] quia licet. — [34] possit. — [35] c. 105[c] *Cl* — [36] cause *om.* — [37] Item quia esset imponere. — [38] Pone. — [39] posset. — [40] l. fideicommissa § ..... — [41] Item cum quando... oratio *om.* — [42] si commissum est soli uxori. — [43] dati sunt. —

Source : BIU Cujas

XXXIV. — *Civitas fecit statutum ut duo elligerentur ad fatiendum aliquid de pecunia communis; quibus ellectis, et datis fideiussoribus secundum formam statuti, unus aufugit habens pauca bona, que potestas pro illa pecunia vult accipere; capitque etiam sotium, ellectores, fideiussoresque fugientis: uxor fugientis vult defendere bona pro dote sua. Numquid audiatur, et quis compellatur ad solutionem dicte pecunie.*

Sed pone questionem de facto. Occasione cuiusdam magne famis Januenses fecerunt quoddam statutum quod eligantur [1] duo homines qui secum deferrent certam quantitatem pecunie, que pecunia erat communis Janue [2], et irent in Apuliam vel Marchiam et tantum frumentum emerent quantum possent pro ipsa pecunia, et deferri facerent Januam. Electi fuerunt ad sortem [3] duo secundum formam statuti, et data fuit eis pecunia, et dederunt bonos fideiussores, et iverunt ad predicta loca [4] cum pecunia, et emerunt frumentum [5], et concordaverunt ad invicem quod unus eorum intraret navi cum frumento et veniret ad talem portum et alius iret per terram, ut pararet cursum in dicto [6] portu. Ille qui erat cum frumento in navi recessit fugiendo cum frumento [7], in perpetuum non reversurus. Sotius qui eum expectabat in portu, post longam expectationem [8] rediit Januam. Potestas cepit eum et cepit electores eius [9] et cepit fideiussores eius fugitivi. Iste qui aufugit habet pauca bona; uxor eius defendit et inducit [10] duo instrumenta, unum de C. libris factum tempore nuptiarum, aliud de CC. libris factum constante matrimonio modo sunt duo anni. Queritur modo in quanta quantitate [11] audiatur volens defendere illam uxorem [12]. Item quis compellatur ad solutionem frumenti predicti de superfluo quod non recuperatur de bonis fugitivi? an fideiussor fugitivi, an elector [13] qui eum elegit, an sotius fugitivi, qui secum ivit pro frumento? Et primo videtur elector non teneri sed potius fideiussor vel collega, ista *ratione:* civitas habetur loco pupilli, ut C. de iure reipublice l. III. [14] [XI. 29. 3], C. de sacrosanctis ecclesiis, l. fin. [I. 2. 26]. Sed pupillus primo deberet [15] convenire tutores, fideiussores et collegas, antequam conveniret electorem, ut C. de magistratibus conveniendis, l. I. et l. adversus [V. 75. 1 et 4] et ff. de magistratibus conveniendis, l. duo [16] [XXVII. 8. 5] et Inst. de satisdatione tutorum § penult. [I. 24 § 3] et C. si tutor non gesserit, l. I. [V. 55. 1], de dividenda tutela, l. II. seq. [V. 52. 2 et 3]: ergo primo conveniatur sotius vel fideiussor vel collega fugitivi quam elector [17]. E contra quod primo creator quam collega debeat conveniri [18], ut ff. de admininistratione tutorum, l. lutius § I. et § cum testamento [XXVI. 7. 46. § 1 et § 6] et ff. de tutela et rationibus distrahendis, l. I. § usque adeo [XXVII. 3. 1 § 15] et C. de conveniendis fisci debitoribus, l. quoniam [X. 2. 3] et ff. de administratione rerum ad civitatem pertinentium, l. [imperatores § item rescripserunt curatorem [19]] [L. 8. 9 § 8] et ad municipalem, l. imperator et l. quid ergo [L. 1. 11 et 13]; C. quo quisque ordine conveniatur l. I. II. et III. [20] [XI. 35. 1, 2 et 3]. Et sic primo convenitur [21] fideiussor fugitivi [22] vel [23] elector, quam conveniatur [24] collega, ut patet in preallegatis [25] legibus. E contra videtur quod fideiussor non possit conveniri: quia fideiussor datus a magistratu non tenetur privatis personis, ut ff. de administratione tutorum, l. quoties [XXVI. 7. 9], ff. ad municipalem, l. libertus § fin. [26] [L. 1. 17 § 15]; et C. de periculo eorum qui pro magistratibus interveniunt, l. I. [XI. 34. 1], ff. de magistratibus conveniendis l. I. [XXVII. 8. 1]; at civitas est loco privatorum, ut ff. [27] de verborum significatione, l. eum qui vectigal [L. 16. 16]; C. de iure reipublice, l. II. [XI. 29. 2]; ff. [28] quod metus causa, l. metum § animadvertendum [IV. 2. 9 § 1]. C. de vendendis rebus civitatis, l. I. [29] [XI. 31. 1]. Si ergo iste fideiussor non tenetur privatis et civitas habet locum privatorum, ergo fideiussor non tenetur civitati. Item isti duo college sunt duo rei debendi, et quilibet tenetur in solidum, ut C. quo quisque ordine conveniatur, l. I. II. et III.]XI. 35. 1. 2 et 3]; C. de fabricensibus, l. iure [XI. 9. 5]; ff. ad municipalem, l. imperator [L. 1. 11]; sed primo debet conveniri principalis quam fideiussor, sic [30] ergo debet primo conveniri collega quam perveniatur ad fideiussorem, et videtur per ius [31] novum, ut in Auth. de fideiussoribus, circa principium [Nov. IV. pr.]. Super eo quod dicitur de muliere queritur [32]. Videtur quod mulier [33] debeat habere utramque dotem, quia dos potest constitui ante matrimonium et constante matrimonio: C. de donationibus inter virum et uxorem, l. si constante et l. maritus [34] [V. 16. 19 et 22] in principio et in Auth. de qualitate dotium VII. [35] Coll. in VI. columpna [Nov., XCVII. c. 6] et Inst. de donationibus § et constante [36] [II. 7 § 3]. Sed prefertur etiam *creditoribus* anterioribus, ut C. qui potiores in pignore habeantur, l. assiduis [VIII. 18. 12]. Item habet tacitam ypotecam, ut C. de rei uxorie actione, in prima columpna [V. 13. 1]. Item non refert [37] quid ex equipolentibus fiat: C. de institutionibus et substitutionibus, l. si

---

[1] Pone questionem, que de facto fuit Janue tempore magne famis Cives illius civitatis elligentur. — [2] que erat communis. — [3] c. 105.[D] *Cl.* — [4] predictum locum. — [5] et emerunt navem cum frumento: demum venerunt ad tale pactum ut unus veniret per aquam et alius. — [6] dicto *om.* — [7] Ille qui erat cum frumento fugit. — [8] post longam expectationem *om.* — [9] ellectores. — [10] ostendit. — [11] modo qualiter. — [12] quantitatem. — [13] ellector. — [14] *Codd.* l. I. et III. — [15] debet. — [16] l. I. — [17] ergo debet convenire fideiussorem et collegam antequam elector. — [18] E|contra quod ellector primo debeat conveniri et non collega. — [19] *Codd.* civitatum. — [20] l. fideiussor. — [21] Unde patet quod tam. — [22] c. 106.[A] *Cl.* — [23] quam. — [24] etiam. — [25] preallegata. — [26] § I. — [27] *Hic Cl. addit* de publicanis, l. sed et hic [XXIX. 4. 13]. — [28] C. *V.* — [29] C. de vendendis..... l. I. *om.* — [30] sic *om.* — [31] per *om. V.* — [32] queritur *om.* — [33] mulier *om.* — [34] *Codd.* cum mulier. — [35] *Codd.* II. Coll. — [36] sed si constante. — [37] reffert. —

Source : BIU Cujas

mater [VI. 25. 3] et ff. de condictionibus et demon-
* f. 149.c strationibus, l. duos [1] [XXXV. 1. 70] et * de legatis III., l. fideicommissa § I. [XXXII. 11 § 1]; et favorabilis est causa dotis, ut ff. soluto matrimonio, l. I. [XXIV. 3. 1]. E contra videtur quod mulier debeat habere tantum unam dotem, nam prima dos presumìtur vera, alia presumitur [2] machinata, ut in Auth. de equalitate dotis § sed non [Nov. XCVII] et ficta dos non peteretur [3]: C. plus valere quod agitur, l. I. [4] [IV. 22. 1 sqq.], C. de administratione tutorum, l. si tutoris [5] [V. 37. 23], C. de [contrahenda] emptione, l. cum [6] [IV. 38. 4], ff. ad SC. Velleianum, l. si mulier [XVI. 1. 11]. Hec secunda dos [7] presumitur [8] data marito de bonis mariti [9]: ff. de donationibus inter virum et uxorem, l. quintus [10] [XXIV. 1. 51] et C. in eodem titulo l. etiam [V. 16. 6], sicut dicimus in prelato; C. de sacrosanctis ecclesiis, l. sacrosancta [I. 2. 8] et Auth. licentia [Nov. CXLV.]; item ad hoc ut valeat constitutio donis [11] dotis constante matrimonio debuisset fieri augmentum, ut in dicta Auth. de equalitate dotis]Nov. XCVII], et sic videtur quod una sola dos debeat restitui. Solutio: dic quod mulieri debeat satisfieri de prima dote tantum, et *non de* ultima, non obstante lege que dicit quod favorabilis est causa dotis et quod habeat tacitam ypothecam [12], quia intelligo de vera dote tantum data de bonis mulieris; non obstante quod dos possit constitui constante matrimonio per iura preallegata, quia illud habet locum si apparuerit aliunde [13] obvenisse mulieri. Item dico fideiussorem teneri primo quam nominatorem seu collegam, ut C. quo quisque ordine conveniatur l. I. [XI. 35. 1], ff. ad municipalem l. imperator [L. 1. 11], de magistratibus conveniendis, l. I. [14] [XXVII. 8. 1]. *Item dico quod in fideiussoris defectum primo deberet conveniri collega quam magistratus seu ellector, ut C. de magistratibus conveniendis, l. fin.* [V. 75. 6]; C. de debitoribus civitatis, l. fin. [XI. 32. 2] et ad Municipalem, l. imperator [L. 1. 11], per quam solvo questionem. Et ita pronumptiatum fuit de facto per dominum Oddofredum.

XXXV. — *Statutum quod quis non possit elligi potestas nisi habeat tantum et cet.: filius familias elligitur potestas qui nihil habet, sed pater; num bona patris proderint* [15] *filio et cet.*

Sed pone [16] questionem de facto. *Statutum* est in quodam [17] castro vel burgo quod aliquis non possit eligi [18] in potestatem illius castri vel burgi vel eligi consul [19] nisi habeat C. bibulcas terre in illo burgo vel castro in quo eligitur [20], et statutum sit precisum et iuratum [21]: contingit quod [22] quidam filius familias fuit electus potestas vel consul illius castri vel burgi [23], et ipse non habebat ibi terram secundum formam illius statuti, sed pater suus bene habebat et plus. Est in questione [24] an bona patris debeant prodesse filio electo, ita quod possit habere potestariam vel consulatum [25]. Et videtur quod habere possit quia persona patris est una [26] eadem cum persona filii: C. de impuberum et aliis substitutionibus, l. fin. [VI. 26. 11]; item et una et eadem vox loquitur Inst. de inutilibus substitutionibus § ei qui [III. 20 § 4], et post mortem maxime quia pars corporis patris est filius ut C. ad legem Juliam maiestatis, l. *quisquis* [27] [IX. 8. 5]; item filius possidet bona patris vivente patre, ut ff. *pro* [28] herede, l. II. [XLI. 5. 2]. Item hereditas patris naturali ratione et voto [29] debetur filio, ut ff. de bonis dampnatorum, l. cum ratio [XLVIII. 20. 7], C. de codicillis, l. fin. [VI. 36. 8]. Et dicitur filius dominus rerum paternarum vivente patre, ut Inst. de heredum qualitate et differentia § sed sui [II. 19. § 2]. Item recurramus ad oppinionem vulgi: nonne dicitur filius talis dives si pater eius est dives? certe sic, ut ff. de fundis instructis [30], l. cum de lanionis [XXXIII. 7. 18]. Item habere dicitur duobus modis, ut ff. de verborum obligationibus, l. stipulatio ista § habere [XLV. 1. 38 § 9] et ff. de verborum significatione, l. habere [31] [L. 16. 188]. E contra videtur quod licet filius familias [32] habeat detentationem, et ideo [33] non possidet nisi quo ad promiscuum usum [34], quia bene utitur filius rebus patris, sic ipse sicut dicitur de uxore que [35] non possidet nisi quo ad promiscuum usum, ut C. de iure dotium, l. in rebus [V. 12. 30]. Item dicit statutum « qui habet » et sic non intelligit de filio qui non possidet, ut ff. ex quibus causis maiores l. miles [36] [IV. 6. 14], ubi [37] dicit « transit coniunctim ». Si ergo possideret, non diceretur [38] transire et quod non possideat probatur ff. de acquirenda possessione, l. possessio [39] quoque § qui in aliena [XLI. 2. 49 § 1]. Item dicit lex quod si maritus vocatur ad aliquod onus [40], non computatur dos: ff. ad municipalem, l. Lutius § idem [L. 1. 21 § 2]. Respondeo [41]. Solutio: dic quod de stricto iure potest dici quod filius familias [42] admictatur ad potestariam vel consulatum, argumento sumpto de uxore que evitat satisdationem et tamen maritus est dominus rei dotalis, ut Inst. quibus alienare licet, in principio [43] [II. 8] et C. de rei vendicatione, l. dote [III. 32. 9], et tamen

---

1 *Codd.* nullus. — 2 vera, alia presumitur *om.* — 3 et ficta..... peteretur *om.* — 4 per totum. — 5 *Codd.* si minoris. — 6 pro emptore, l. cum (?). — 7 Et hec bona. — 8 c. 106.B *Cl.* — 9 ipsius mariti. — 10 *V.* queritur. — 11 donis *om.* — 12 ypotecam. — 13 appareret alium. — 14 duo. — 15 proderit *Cl.* — 16 Pone. — 17 aliquo. — 18 elligi. — 19 vel eligi consul *om.* — 20 elligitur. — 21 et iuratum *om.* — 22 quod *om.* — 23 ellectus potestas illius castri et ipse. — 24 Questio est. — 25 consulatum illius castri vel burgi. — 26 c. 106.C *Cl.* — 27 *V.* si quis. — 28 *V.* de. — 29 et voto *om.* — 30 *scil.* de instructo vel instrumento legato. — 31 *Cod.* si habere. — 32 filius. — 33 et ideo non admittitur, quia statutum dicit quod habeat: filius familias non possidet. — 34 nisi.... usum *om.* — 35 quia. — 36 *Cod.* cum miles. — 37 ibi. — 38 diceret. — 39 *Codd.* possideri. — 40 *Cod.* honus. — 41 Respondeo constante. — 42 dic quod de stricto iure filius. — 43 licet, l. dote. —

Source : BIU Cujas

ambo evitant satisdationem, ut ff. qui satisdare cogantur, l. sciendum § si fundus [II. 8. 15 § 3]. Item argumento in Inst. de heredum qualitate et differentia § sed sui [II. 19 § 2]. Et mens in talibus estenditur argumento ff. de adimendis legatis, l. III. § condictio [XXXIV. 4. 3 § 9] et ff. qui petant tutores, l. fin. [XXVI. 6. 4].

XXXVI. — *Statutum quod duo capitanei et X. soldanerii elligantur* [1] *ad brevia in consilio ad custodiam alicuius castri, et perciperent certum salarium; qui fuerunt electi et dederunt fideiussores de bona custodia, et transacto mense iterum remanserunt in dicta custodia; qui post mensem recesserunt ommisso castro: an fideiussores teneantur.*

Sed pone questionem quod statutum [2] est quod duo capitanei et X. soldanerii eligantur [3] ad sortem in consilio illius civitatis ad custodiam alicuius castri, et perciperent certum salarium quolibet die: et qui capitanei et soldanerii [4] debeant durare per unum mensem, et pro capitaneo et soldaneriis accepti fuerunt boni fideiussores. Elapso mense [5], predicti custodes remanserunt in custodia dicti castri et post illum mensem castrum derelinquerunt [6]: modo queritur an fideiussores teneantur de mala custodia facta post illum mensem. Et videtur [7] quod fideiussores non teneantur. Videtur casus legis; lex dixit: quidam conduxit vectigal a fisco in quinquennium [8]; alius fideiussit pro eo; conductor post [9] quinquennium detemptus est in condictione a fisco sponte vel invitus: fideiussor non tenetur ex causa fideiussionis de posterioris temporis periculo, nec tenetur de illo quod contigit post [10] quinquennium fisco principali conductoris, nisi in ista secunda obligatione in tanto se obligasse [11] ut C. de locato et conducto l. si cum hermes [IV. 65. 7] Item videtur et alia ratione
* f. 149.b non teneri, quia si aliquis conduxit predium urbanum * vel rusticum ad annum, hic conductor, impleto tempore conductionis, remansit in conductione, videtur reconduxisse: unde fideiussor vel [12] pignora data ab alio extraneo non videntur obligata nisi de novo consentiat [13], sed sua propria pignora sic; et idem in publica quod hic in privata, ut innuit in lictera ff. [14] locati, l. item queritur [15] § qui impleto [XIX. 2. 16 § 11] et sic in eadem causa erit, si rei publice et cet. Item alia ratione ff. de pactis, l. fin. [II. 14. 62]. Item alio argumento ff. soluto matrimonio, l. in insulam § fin. [XXIV. 3. 42 § 3]. Sic et in nostro casu, si reintegrata est reconductio, oportet [16] novo consensu. E contra videtur scilicet quod fideiussores teneantur: dicit lex quod fideiussore liberato ex facto debitoris in tanto recidit in obligationem [17], ut ff. quod metus causa, l. illud [18] [IV. 2. 10] in principio. Item aliis argumentis ff. de pactis, l. si unus § pactus [II. 14. 27 § 2], ibi « eadem ratione » et cet. cum ibi innuit [19] quod pactum factum *reo principali* de non petendo fideiussori [20] non proderit. Item fideiussor indistincte fideiussit sine prefinitione diei: ergo debet teneri donec steterit in custodia. Solutio: dico fideiussor non teneri, argumentum legum pro prima parte allegatarum [21].

XXXVII. — *Noviter fit statutum in civitate quod elligantur sindicus ad sindicandum omnes offitiales a X. annis citra, non obstante sindicatione facta per alios sindicatores: numquid fideiussores offitialium per alios sindicatores absoluti, si nunc reperiantur culpabiles, teneantur.*

Sed pone [22] questionem: Bononienses creaverunt quemdam syndicum, qui syndicus debeat inquirere omnes offitiales de administratione cuiusdam [23] offitii (1): offitialem inquisivit qui fideiussorem dederat de fideliter administrando, qui est inventum [24] bene et legaliter administrasse et absolvit eum et sic exceptio cepit competere fideiussori, ut ff. de exceptionibus, l. omnes et l. exceptio [XLIV. 1. 19 et 22]. Postea transacto biennio, statutum factum est quod non obstante syndicatione facta syndicus eligentur [25], qui debeat inquirere et syndicare omnes offitiales a X. annis citra, unde istum absolutum invenit X. ad commune pervenisse, in [26] quibus eum condempnavit, per qua condempnatione fideiussor inquietatur. Dictum fuit fideiussorem non teneri, argumento ff. de pactis, l. fin. [II. 14. 62], nam sicut exceptio pacti nata fideiussori sine facto suo auferri non potest, ita nisi [27] re iudicata: argumento dicte legis de pactis [28] l. fin. [II. 14. 62.]

XXXVIII. — *Statutum est quod si instrumentum contra aliquem producitur, iudex debeat assignare* [29] *terminum XV. dierum ad oppositionem exceptionis quam habet contra actorem* [30]*; quibus non probatis, eum condemnet ex nunc; iudex intra terminum assignatum probationes recipere noluit: an reo preiudicet, volens postea probare.*

Sed pone questionem de facto. Statutum est Florentie quod si aliquis producat instrumentum contra

---

1 c. 106.b *Cl.* — 2 Pone: statutum. — 3 eliguntur. *V.* — 4 soldanerii accepti fuerunt bone fidei et missi pro uno mense et lapso spatio dicti mensis dicti custodes — 5 debeant durare.... elapso mense — 6 relinquerunt- — 7 videtur *om.* — 8 ad quinquennium. — 9 per. — 10 per *V.* — 11 alius fideiussit pro eo: conductor post quinquennium in dicto vectigali remansit fideiussoribus non consentientibus: dicitur quod pro secundo quinquennio non sunt obligati. — 12 et. — 13 consentiant. — 14 et idem in re quidem privata et cet. ut ff. — 15 et cum item. — 16 si res integra reconduxit opus est. — 17 obligationem. — 18 l. metum [IV. 2. 9] c. 107.a *Cl.* — 19 innuat. — 20 de non petendo, si reus postea fatiat pactum de petendo quod prius de non petendo fideiussori. — 21 l. pro hac parte allegatis. — 22 Pone. — 23 sui. — 24 invenerit. — 25 elligatur. — 26 *V.* ex. — 27 nec. — 28 de pactis *om.* — 29 *V.* asignare. — 30 reum. *Cl.* —

(1) *Vide de sindicatu generaliter*, Statuta Bononiae, a. 1250, rubr. 36 (ed. Frati, III., 96). —

Source : BIU Cujas

aliquem, quod illud debeat statim iudex executioni mandare: det enim iudex reo principali terminum [1] « quod omnes exceptiones quas habes contra tale instrumentum, quod talis inducit contra te [2], inducas et probes hinc ad XV. dies, et si non probaveris condemno te ex nunc ([1]) ». Unde quidam iudex, cum produceretur instrumentum, fecit ut statutum continet [3] et terminum statuit; et reus infra terminum voluit probare et inducere testes ad probandum exceptiones suas: iudex non recipit eas [4], et per iudicem stetit; deinde pretereunt alii quindecim [5] dies: queritur an reo debeat preiudicare, cum per iudicem steterit. Et certe videtur quod nunquam possit amplius probare et producere eos, ubi etiam steterit per iudicem, ut C. de testibus, l. penult. [IV. 20. 19] in fine. Sed debet ei actio dari contra iudicem, nam statuta [6] sunt stricti iuris, ut ff. de exercitoria, l. I § is qui [XIV. 1. 1 § 19] cum suis concordantiis. E contra videtur quod debeat ei dari restitutio: ff. ex quibus causis maiores, l. sed etsi per pretorem [IV. 6. 26] in principio. Unde videtur quod tempus currat ei cum effectu [7], sed restituitur [8]; et ita notat dominus Albertus Papiensis in preallegata l. C. de testibus, l. penult. [IV. 20. 19]. Item [9] quod annus non currat ipso iure, ut ff. de diversis temporalibus prescriptionibus, l. I. [XLIV. 3. 1], ubi innuit « si qua [10] » et cet. Sed videtur quod non debere [11] restitui cum multum distulerit [12] restitutio, ut ff. ex quibus causis maiores, l. ab hostibus [13] § sed quod simpliciter [IV. 6. 15 § 3]. Sed est hec oppositio [14], quia secundum quosdam potest usque ad quadriennium restitui pro illo tempore, ut C. de temporibus in integrum restitutionis, l. fin. [II. 53. 7]. Solutio: in hac questione fuit pronumptiatum per dominum Albertum papiensem, ut ipso iure [15] tempus servetur illesum illi, cum per ipsum non steterit, sed per iudicem, et hoc per l. ff. de calumpniatoribus, l. annus [III. 6. 6], ff. de diversis temporalibus prescriptionibus. l. I. [XLIV. 3. 1]. Sed multum videtur obstare dicta l. C. de testibus l. penult. [IV. 20. 19]; sed non obstat quia lex illa [16] loquitur de iactura expensarum, non causa restitutionis; ergo ut iterum producat per dictam l. sed etsi pretorem.

[1] quod illud instrumentum iudex debeat exequi hoc modo, videlicet quod det reo principali terminum. — [2] quod indictum est. — [3] ut in statuto continetur. — [4] ipsas. — [5] XV. — [6] statuta: *deest in Cl.* — [7] cum effectu *om.* — [8] restituatur. — [9] Item videtur. — [10] innovatus ibi si qua. — [11] debeat. — [12] distulit. *V.* — [13] *V.* ostibus. — [14] Sed de hoc est oppositum. — [15] ut ipsum. — [16] lex illa *om.* — [17] per minorem numerum. — [18] quinquaginta. — [19] *V.* vicarius. — [20] Quidam desponsavit aliquam mulierem coram minori numero VII. testium; tunc accusatur coram potestate. — [21] Unde potestas. — [22] cum matrimonium sit spirituale et pertineat. — [23] unde.... cassa *om.* — [24] Cum ista quidem sint divini iuris et statutum non potest vincere legem dei, cum par in parem et cet. multo fortius minor maiorem ut. — [25] *scil.* de receptis, qui arbitrium receperunt. — [26] bene. — [27] Bononie *om.* — [28] possunt. *V.* — [29] *Cod.* hore. — [30] *Codd.* omnes. — [31] ubi numeras IIII. — [32] V. *V.* —

([1]) *Jam documentum a. 1233* (ed. Santini, Documenti dell'antica costituzione del comune di Firenze, Firenze 1895, p. 406) *nominat* « capitulum constituti Florentiae de guarentigia », *quod hoc loco memorat Albertus. Vide etiam documentum a. 1236* (Santini, Op. cit. p. 265-6), *ubi aliud exemplum huius procedurae est.* — ([2]) Statuta Bononiae a. 1250, lib. II., rubr. XI[b]: statuimus et ordinamus quod nulla desponsatio probari possit deinceps in civitate Bononie nisi per septem testes tantum....., et si qua mulier vel vir contra formam presentis statuti probare voluerit desponsationem puniatur in L. libr. bon. *Hoc statutum adscribitur a. 1261.* — ([3]) *Cf.* Tractatus Malef. De multis questionibus, c. 28, pp. 291-2. —

XXXIX. — *Statutum quod matrimonium non possit probari per minorem numerum testium VII.: an valeat etsi fiat contra: cognitio spectet ad potestatem et cet.*

Sed pone: statutum est Bononie quod matrimonium non possit probari minori numero [17] VII. testium, et si contrafactum fuerit puniatur in lib. L. [18] ([2]). Quidam coram vicario [19] episcopi petebat quemdam uxorem et probavit matrimonium per duos testes: mulier ipsa accusavit istum coram potestate [20], et petit eum puniri, cum fecerit contra statutum. Iudex potestatis [21], hoc audito, detinuit illum; vicarius episcopi misit potestati quod de hoc non deberet se intromittere, cum causa matrimonii sit causa spiritualis et spectet [22] ad iudicem ecclesiasticum, ut Extra de consanguinitate et affinitate, c. [I. IV. 14. 1]; et statutum est contra libertatem ecclesie, unde non valeat, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, Auth. cassa [23] [I. 2. 12]. Item non potuit tolli per statutum lex dei, cum par in parem non habet imperium et multo fortius minor in maiorem [24] ut ff. de arbitris, [25] l. nam magistratus [IV. 8. 4]. Sed doctores bononienses [26] pronumptiaverunt in ista questione, cum esset questio inter commune Bononie [27] et episcopum, statutum bene valere, *cum statuta* bene possint [28] distinguere legem dei et evangeliorum, ut cum dicatur: « in ore [29] duorum vel trium stat omne verbum », ut Extra de testibus, c. cum nobis [30] [II. 20. 28]. Lex tamen humana distinguit inter contractum et testamentum, quia in contractibus duo suffitiunt, ut ff. de testibus, l. ubi [31] [XXII. 5. 12]; in testamentis quinque [32]: C. de testamentis, l. in hac consultissima [VI. 33. 27]; et adde que notantur in Extra de testibus, c. cum nobis [II. 20. 28]; et de hoc est glossa ordinaria C. si contra ius vel utilitatem publicam. l. fin. * [I. 22. 6]. f. 150.A

XL. — *Statutum quod potestas in condemnatiotionibus et absolutionibus debeat convocare sive elligere certos homines de conscilio civitatis; [si] potestas non convocatis illis hominibus [condemnavit] vel si convocatis non est sequtus eorum conscilium, quid iuris?*

Pone questionem de facto ([3]): statutum est in civitate Cremone quod potestas in condempnationibus et

absolutionibus debeat convocare sive eligere [1] quatuor homines de dicta civitate et de consilio eorum proclamare debeat ad condempnandum vel absolvendum (1): potestas condempnavit aliquem in X. lib. non convocatis illis IIII.or hominibus, vel si convocatis non fuit eorum consilio sequutus [2]: queritur quid in dubio presumitur. Et videtur quod sententia condemnationis [3] non teneat, primo tali ratione: dominus proposuit servum quemdam cuidam negotiationi et in propositione dicit quod sine consilio talis [4] non faceret quidquid [5]; unde servanda est conditio apposita in propositione, ut ff. de institoria [actione], l. sed si pupillus § condictio [XIV. 3. 11 § 5]. Item idem video [6] in exercitore navis, quia si preponit [7] plures magistros in navi et cet., quod quibuslibet videtur in solidum [8] commisisse, ad instar plurium tutorum et curatorum [9]: C. de auctoritate prestanda, l. fin. [V. 59. 5.] et ff. de curatoribus furioso l. consilio § cum dementis [10] [XXVII. 10. 7 § 2]; si in ipsa propositione dixit quod [11] unus cum consilio alterius contrahat, [12] si sine altero contrahit [13] nichil facit et si unus ex magistris contrahit seu contraxit sine altero exercitore actio non datur: ff. de exercitoria actione [14], l. I § si plures [XIV. 1. 1. § 13]; ibi « sed et si [15] sic preposuit » et cet. [XIV. 1. 1 § 14]: sic videtur in casu nostro quod non valet quidquid fecit sine ipsis. Item alio argumento: filius debet adhire hereditatem iussu patris: ff. de acquirenda hereditate, l. si quis michi bona § iussum [16] [XXIX. 2. 25 § 4] et in glossa ibi posita que incipit: « sed quid si adiverit. » Item argumento alio, ff. de administratione tutorum, l. Titium et Mevium [XXVI. 7. 47] in principio. Item diligenter fines mandati et cet: ff. mandati, l. diligenter [17] [XVII. 1. 5] et ff. de arbitris [18], l. non distinguemus § cum in plures [IV. 8. 32 § 13] in fine « vel conditio [19] » et cet. Item videtur hoc [20] probari: ff. mandati. l. idemque § si quis ea [XVII. 1. 10 § 7] et ff. de postulando, l. I § antepenult. [III 1. 1 § 9]. Item alio argumento, quia si testator precipiat quod heres sibi faciat [21] monumentum arbitrio talis, heres suo arbitrio facere potuit si ille noluit vel non potuit, si ille non innuit vel nisi vult arbitrari [22], ut ff. de condictionibus et demonstrationibus, l. multa [XXXV. 1. 6] in principio [23]. Unde si illi non recusant, potestas non potuit condempnare: ff. de verborum obligationibus, l. si quis arbitratur [XLV. 1. 43], C. pro sotio, l. cum in [24] contractibus societatis [IV. 37. 3]; et ad hanc questionem valde facit Extra de electione, c. cum in veteri [I. 6. 52]. E contra videtur quod sententia valeat et teneat; et primo per legem ff. de condictionibus et demonstrationibus, l. cum tale legatum § si arbitrio Titii, ubi licet non nubat arbitrio Titii, nichilominus habet legatum, et hoc etiam probatur ff. eod. tit. l. filie [XXXV. 1. 28], ff. de legatis I. [25] l. turpia [XXX. 54] Item alio argumento: dixit testator: « volo quod tutores prestent alimenta filio meo, consilio talis », non coguntur tutores acquiescere illius consilio, ff. de administratione tutorum, l. titium et mevium § I. [XXVI. 7. 47 § 1]; sic in nostra questione, potestas non tenetur convocare illos IIII.or, et si convocavit, non tenetur stare illorum consilio. Item alio bono [26] argumento ff. de administratione tutorum, l. quidam decedens § papinianus in lege que incipit « pater tutelam [27] » [XXVI. 7. 5 § 8]. Item facit ff. de arbitris [28], l. non distinguemus § quesitum [IV. 8. 32 § 16]. Solutio (2) dico: quod si potestas condempnavit illis quatuor inrequisitis, vel si eis requisitis non fuit [29] sequtus [30] eorum consilium, dico quod sententia tenet, nec ob hoc vitiatur [31]. Non enim de necessitate debuit eos vocare [32], sed ex honestate, et hoc cum in eodem officio cum potestate constituti non essent [33] nec esse possent, quia quis assidere non potest in sua provincia nisi iussu principis [34], ut C. de assesoribus, l. in consiliariis [I. 51. 10] et sic intelligitur prealligata lex « quidam decedens § pater tutelam » [D. XXVI. 7. 5 § 8], in glossa ibi posita que incipit « quia et sine matre » et cet. et eod. tit. l. titium et mevium § 1 [D. XXVI. 7. 47 § 1] et hoc probat glossa ibi posita que incipit « non arbitrio ». Secus autem [35] si commune Cremone haberet duos potestates vel duos offitiales in eodem offitio et esset statutum quod unus sine alterius consilio nichil [36] faceret, tunc quod unus facit inrequisito altero vel non sequendo consilio [37], non tenet: et ita intelligo legem prealligatam titium et mevium in principio [D. XXVI. 7. 47] ibi « si administrationem Mevio dedisset » et cet. et hoc probat glossa ibi posita que incipit « aliquando » [38]; et sic ff. de exercitoria [actione], l. I. § si plures [XIV. 1. 1 § 13] in glossa que incipit « servandum est talis lex ibi posita »; et pro ista parte sunt Extra de arbitris, c. cum olim [I. 43. 7] et de electione, c. cum in cunctis [I. 6. 7].

---

[1] elligere. — [2] consequtus. *V.* — [3] condemnatoria. — [4] c. 107.D *Cl.* — [5] faciat quicquam. — [6] Item illud dico. — [7] quia actor preponat. — [8] quod cuilibet in sollidum. — [9] et curatorum *om.* — [10] *V.* § quinto. — [11] quod *om.* — [12] fatiat. — [13] si unus sine altero contrahit. — [14] ff. de curatoribus *V.* ff. de institoria actione *Cl.* — [15] ibi sed etsi. — [16] § si totam *Codd.* — [17] Item diligenter... l. diligenter *om.* — [18] *scil.* de receptis qui arbitrium receperunt. — [19] ves coraditio et cet. *om.* — [20] hoc *om.* — [21] quod aliquis faciat sibi. — [22] si ille noluit vel non potuit arbitrariom. — [23] in principio *om.* — [24] et si. — [25] *Codd.* de legatis III. — [26] potestas non... alio bono *om.* — [27] in lese... tutelam *om.* — [28] *scil.* de receptis qui arbitrium receperunt. — [29] c. 108.A *Cl.* — [30] sequutus. — [31] vitiatur sententia. — [32] convocare. — [33] non *om.* — [34] nisi iussu principis *om.* — [35] esset — [36] sine altero non — [37] eius conscilio. — [38] aliunde et cet. —

(1) Statuta Cremone, a. 1387-1390, ed. Cremonae 1578, rubr. 253, p. 75, *adhuc memorant consultores iudicum, qui consilium praestant in causis civilibus et criminalibus. Cf.* ibidem rubr. 262, p. 78. — (2) *Notandum est quod in* Tract. Malef. loc. cit. p. 212, *Albertus ita laudat hanc rubricam:* « et dic plenius ut dudum notavi Bononie in questionibus statutorum quarum copia est cuilibet iudici ». —

Source : BIU Cujas

XLI. — *Statutum quod quid non fiat inrequisitis ancianis. Si potestas requisivit et ipsis contradicentibus nichilominus processit, quod non valet quid fit et cet.*

Sed quod: statutum est et reperitur in eo quod tale quid non fiat nisi primo requisitis ancianis: potestas requisivit eos et ipsi contradixerunt [1] expresse quod eis non placebat [2]; potestas dicit: « non curo quod contradicatis, quia ego requisivi vos secundum formam statuti ». Certe dicit Ubertus de Bobio argumento legis ff. de adoptionibus, l. neque [3] absens [I. 7. 24] quod si ipsi contradixerunt et potestas nichilominus processit in negotio, quod talis processus non debeat valere, quia is qui arogatur interrogatur et cet. ut ff. de adoptionibus, l. II. [I. 7 2], et tunc si contradicet non valet arogatio, per hanc [4] legem ff. nec absens [5], et multum iuvat, quia et ipsi [6] antiani videntur habere qualitercumque iurisdictionem: vel dic quod istud negotium [7] non spectat ad officium assidentis.

XLII. — *Statutum quod quis non debet ire venatum prope civitatem per duo miliaria, et aliquis, [8] sequendo leporem, infra terminum cepit: an incidat in penam statuti et cet.*

Statutum est Regii quod aliquis non debeat ire venatum prope civitatem per duo miliaria. Quidam venatores, dum venarentur, extra terminum dimiserunt canes; qui canes, bestias sequentes, eas ceperunt intra terminum [9]. Queritur an venatores teneantur. Et videtur quod non, per legem ff. ad legem Acquiliam [10], l. qui occidit § in hac quaque et l. si servus servum § si fornicarius [IX. 2. 30 § 3 et 27 § 9], et de publicanis et vectigalibus, l. cesar et l. interdum [11] § si propter necessitatem [XXXIX. 4. 15 et 16 § 8] et ff. de alienatione iudicii mutandi causa facta, l. ex hoc § fin. [IV. 7. 8 § 5].

XLIII. — *Statutum quod si bestia alterius intraverit vineam, dominus teneatur et cet.: quid si bestia deperdita intravit? an habeat locum pena statuti et cet.*

Sed pone [12]: statutum est in aliqua civitate quod si bestia alicuius [13] intraverit vineam alterius, quod pro qualibet bestia que intraverit solvat communi pro bampno sol. V. Quid [14] si accidit quod una [15] bestia alicuius est perdita [16] et intravit vineam alicuius, numquid habebit locum statuti pena? Certe [17] dicas quod non, per l. ff. de publicanis et vectigalibus, l. quante § penult. [18] et. l. cotem ferro § dominus [XXXIX. 4. 12 § 2 et 11 § 2].

XLIV. — *An statutum ville vel castri deroget statuto civitatis.*

Sed pone [19] questionem de facto (1). Statutum est Brixie quod si in aliqua villa daretur [20] dampnum, quod illa villa debeat risarcire illud dampnum [21] (2). Post illud statutum, quedam [22] villa fecit suum statutum, maiore parte presente, quod si in illa villa daretur dampnum alicui [23], quod illa villa non teneatur emendare illud dampnum. Postea datum est dampnum duobus fratribus in illa [24] villa in possessionibus suis. Pater istorum fratrum fuit unus de [25] illis qui fuerunt in credentia seu [26] consilio ipsius [27] ville ad hoc ordinandum. Modo queritur numquid illi [28] fratres iuste petant emendari sibi dampnum a villa, et numquid statutum ville deroget statuto civitatis? Videtur quod statutum civitatis debeat servari et non statutum ville, cum ville [29] et castra debeant servare ius et consuetudines civitatis sub quibus sunt: ff. ad municipalem, l. qui ex vico [L. 1. 30] et C. de episcopis et clericis, l. nulli [30] § quod si in vico [I. 3. 28 § 4], C. de naturalibus liberis, l. III. [V. 27. 3], C. de veteri iure enucleando, l. tanta § leges autem [31] [I. 17. 2 § 23]. Item statutum civitatis iustum est et secundum legem [32]; ut ff. de his qui deiecerint vel effuderint, l. I. § I. [IX. 3. 1 § 1] et ff. de incendio, ruina et naufragio, l. ne quid [XLVII. 9 7] in principio; et statutum ville dat materiam [33] delinquendi, quod esse non debet, ut C. de indicta viduitate, l. II. [34] [VI. 40. 2] in fine [35]. E contra videtur scilicet quod statutum ville debeat observari et non statutum civitatis, nam lex dicit quod quisque populus potest sibi ius constituere, et illud observetur, Inst. de iure naturali § I [I. 2 § 1]; item plebiscita

---

[1] dixerunt. — [2] placeat *V.* — [3] *Codd.* nec. — [4] illam. — [5] per hanc legem neque absens [I. 17 24]. — [6] quia isti. — [7] officium. — [8] c. 108.[8] *Cl.* — [9] Quidam venatores, dum venarentur, sequentes leporem, infra terminum eum ceperunt. — [10] ad acquiliam *V.* — [11] videndum. — [12] Pone. — [13] alterius. — [14] sed quid. — [15] quod una *om.* — [16] deperdita. — [17] et certe. — [18] *Cl. addit*: de legatis I. l. huiusmodi § legatum [XXX. 84 § 10]. — [19] Pone. — [20] detur. — [21] quod illud damnum emendetur per villam in qua damnum est datum. — [22] Modo quedam. — [23] allicui. — [24] ipsa. — [25] ex. — [26] credentia sen *om.* — [27] illius. — [28] isti. — [29] villa. — [30] c. 108.[c] *Cl.* — [31] § et similitudinem *V.* § sed si filius *Cl.* — [32] iustum est servari. — [33] maximum. — [34] l III. *V.* — [35] in fine *om.* —

(1) *Cf.* Tractatus malef. De multis questionibus, c. 15, p. 288. — (2) Consuetudines Brixiensis civitatis, a. 1225, rubr. 22 (ed. Odorici, Storie bresciane, III. 132 *et* Lattes, Il diritto consuetudinario lombardo, p. 419): De depredatis in territorio alicuius terre brixiane. Item si aliquis de districtu brixie fuerit depredatus in territorio vel pertinencia alicuius terre brixiane... quod restituere dampnum illi qui fuerit depredatus comune illius terre teneatur *Sed maxime vide* Statuta Brixiae, a. 1313, lib. II, rubr 55, ed. Odorici, MHP. XVI, p. 1667: (Omne damnum) resarciatur per homines tam milites quam rusticos et ecclesiasticos sive habitantes in illa terra et loco, in quo maleficium vel incendium furtive commissum fuerit, et ita quod illa terra et locus secundum praedictam formam debeat sustinere totum honus illius maleficii per se, non convocatis aliis de plebatu. *Tale statutum adscriptum est anno 1206*: « incepit valere sub millesimo CCVI. ». *Cf.* Statuta Vercellarum, a. 1242. rubr. 175. MHP. XVI., p. 1159. —

Source : BIU Cujas

servantur quasi statuta patriciorum, ff. de origine iuris [1], l. II. § deinde [I. 2. 2 § 8]. Item quodlibet municipium facit sibi ius, et villa dicitur municipium, ut ff. de publicanis et vectigalibus commissis, l. sed hi § preterea [XXXIX. 4. 13 § 1]; item et villa est universitas et universitas habet arcam communem [2] et ordinat actorem: ff. quod cuiuscumque universitatis nomine, l. I. [III. 4. 1]; item consuetudo alicuius [3] loci servatur [4], ut ff. de legatis III. l. legatis [5] § fin. [XXXII. 65 § 4]; item dicit lex quod primo debetur inspici [6] consuetudines loci [7] si apparent, et si non apparent [8], tunc recurritur ad consuetudinem urbis, ff. de legibus, l. de quibus [I. 3. 32]. Item istud statutum fuit factum in favorem rusticorum: ergo per pactum potest renumptiari, ut C. de pactis, l. si quis in conscribendo [II. 3. 29]; nam constat [9] per pacta in contractibus facta ad derogandum saltim parit exceptionem [10], ut ff. de contrahenda emptione, l. pacta [XVIII. 1. 72]; et ita [11] hoc statutum factum fuit ad derogandum statutum [12] civitatis, ergo parit exceptionem, ita quod si dicti fratres agant [13] ex statuto civitatis, opponetur [14] exceptio de statuto ville. Et ad hoc ut illud statutum possit appellari pactum notatur C. que sit longa consuetudo, l. II. [VIII. 53. 2] in glossa magna; item consuetudo specialis derogat iuri generali in eo loco in quo est [15]: ff. communia prediorum, l. venditor § si constat [VIII. 4. 13 § 1] et ff. de administratione tutorum, l. sine herede § lutius]XXVI. 7. 32 § 6]. Solutio (1): dic quod statutum ville valeat et teneat in ipsa villa predictis rationibus. Item melius est factum impunitum relinquere, nocentes absolvere [16], quam innocentes [17] condemnare, ut ff. de penis, l. absentem [XLVIII. 19. 5]; et hoc [18] verum est quod statutum [19] valeat inter ipsos de ipsa villa in qua factum est statutum [20], secus est aliis non noceat qui non sunt de ipsa villa, ut [21] ff. de pactis, l. inter creditores [II. 14. 32] et quia « res inter alios acta [aliis non nocet » et cet.] [22].

XLV. — *Statutum quod bona homicide debeant devastari et sic devastata tam mobilia quam immobilia, dentur heredibus occisi: quid erit de nominibus debitorum? numquid dabuntur heredibus occisi? et sic an appellatione bonorum continetur nomen debitoris?*

Sed pone [23] questionem de facto (2). Statutum est in civitate Pergami, quod si aliquis commisit homicidium, quod omnia sua bona mobilia et immobilia [24] debeant devastari, et sic devastata debeant applicari heredibus interfecti [25] (3). Quidam commisit homicidium, qui habet [26] bona mobilia et immobilia et nomina debitorum. Heredes interfecti petunt [27] secundum formam statuti sibi dari, et fuit prenumptiatum quod micterentur in possessionem omnium bonorum interfectoris; nunc petunt heredes exequi sententiam etiam in nominibus debitorum [28] interfectoris [29]. Contra dicit frater interfecti non fore mictentibus in nominibus, cum [30] statutum nil dicat de nominibus, dicens appellatione « mobilia vel immobilia » nomina non continentur. Modo queritur quid iuris? Et primo videtur quod nomina contineantur appellatione [31] mobilia, quia tamquam mobiles veniunt in restitutione dotis [32], ut C. de rei uxorie actione, l. I. § exatio [33] [V. 13. 1 § 7]; item quia in verbis statuti [34] est verbum generale, scilicet « bona [35] », nam appellatione bonorum etiam nomina [36] continentur, ut ff. de verborum sygnificatione, l. bonorum [L. 16. 208]; item inter immobilia continentur, nam ista nomina incorporalia sunt, ut Inst. de rerum divisione § pena et de rebus corporalibus et incorporalibus [II. 1 et 2], cum in his incorporalibus idem tempus statuatur in prescriptione, quod in rebus mobilimus [37]: C. de prescriptione longi temporis, l. fin. [VII. 33. 12]. E contra videtur quod omnia bona veniunt dividenda et in divisione et cet., ut ff. familie herciscunde, *l. at puto* [38] [*X. 2. 16* § 4] *et l. heredes* [39] [*X. 2. 25* § *20*], *cum duabus legibus sequentibus* (?), *sed nomina debitorum non veniunt dividenda, ut ff. familie herciscunde*, l. II. § fin. [X. 1. 2 § 5] et C. * eo. ti., l. ea que * f. 150.c in nominibus [III. 36. 6] Item si idem essent nomina quod res mobiles vel immobiles, quare diversis appellarentur [40] nominibus? ut C. de codicillis. l. si idem [VI. 36. 7]; item quia [41] si statutarii hoc voluissent, facile erat eis hoc dicere, C. de caducis tollendis, l. I. § sin autem [42] [VI. 51. 1 § 7]; item cum statutum dicat tam [43] de bonis mobilibus quam [44] immobilibus [45],

---

[1] ius constituere, ut ff. de iustitia el iure, l. omnes [I. 1. 9], et Inst. de iure naturali § I [I. 2 § 1]. Item plebiscita in tantum servantur quod statuta, ut ff. de origine iuris. — [2] villa est universitas et habet artationem. — [3] alicuius *om.* — [4] spectatur. — [5] *V.* legati. — [6] debent spectari. — [7] loci *om.* — [8] et si non apparent *om.* — [9] constat quod. — [10] *Hic Cl. addit:* de statuto ville. — [11] ista. — [12] statuto. — [13] agent. — [14] opponetur eis. — [15] *Cod.* item consuetudo generalis derogat speciali in eo loco in quo est. — [16] nocentes absolvere *om.* — [17] nocentes. — [18] hoc scilicet. — [19] statutum ville. — [20] c. 108[D] *Cl.* — [21] argumento. — [22] *Verba addita in* Tract. Malef. p. 288. — [23] Pone. — [24] mobilia et immobilia *om.* — [25] *Cl. addit:* sive mobilia sive immobilia sint. — [26] habebat. — [27] petierunt. — [28] debitorum *om. V.* — [29] petunt heredes missi sententiam exequtionis in nominibus debitorum interfectoris. — [30] Contrarium dicunt fratres interfecti, cum. — [31] *V.* item. — [32] veniunt in actione deducta. — [33] Tract. Malef. p. 298 § et ut plenius [V. 13. 1 § 1]. — [34] in statuto. — [35] *V.* nomina. — [36] nomina debitorum. — [37] immobilibus. — [38] *Cl.* l. Pomponius. *Haec verba omittit* Tractatus Malef. p. 298. — [39] *Cl. et* Tract. Malef. p. 198 *habent verba*: l. illud, *quae in titulo non invenio*. — [40] nuncuparentur. — [41] quia *om.* — [42] c. 109.[A] *Cl.* — [43] tam *om.* — [44] vel. — [45] *Cl. addit*: et nichil de nominibus dicat et. —

(1) Tract. Malef. p. 288 *ostendit adbreviationem huius quaestionis et expresse praesentem rubricam memorat dicens*: « ut notavi in quaestionibus statutorum ». — (2) *Cf.* Tractat. Malef. De multis questionibus, c. 37. p. 298. — (3) Statutum vetus Pergami, a. 1227, coll. IX, rubr. 8. MHP. XVI, p. 1934: si aliquis homicidium tractatim fecerit, omnia eius bona immobilia degnastentur et ea deguastata heredi defuncti designentur cum omnibus eius mobilibus. *Vide etiam de aliis statutis*, Kohler, Strafrecht d. ital. Statuten, p. 321. —

Source : BIU Cujas

in re dubia melius est servire verba edicti [1], ut ff. de exercitoria actione, l. I. § in re igitur dubia [XIV. 1. 1 § 20]. Solutio: dico [2] quod heredibus interfecti non debent ista nomina applicari, per l. ff. de legatis III., l. uxorem § concubine [XXXII. 41 § 5] et. l. si corus § I [XXXII. 79 § 1] et l. si fundus [XXXII. 44] et de legatis II., l. Gaius [XXXI. 86], ubi dicitur quod in legatis bonorum non intelliguntur nomina debitorum legata [3] vel pecunia parata ad nomina facienda [4], ut ff. de peculio. l. quam Tuberonis § in peculio [5] [XVI. 1. 7 § 4].

XLVI. — *Statutum quod quicumque fecerit malleficium tale, omnia sua bona publicentur: an habeat locum in prestante auxilium et favorem fatienti.*

Sed pone [6] questionem de facto ([1]). Statutum dicit quod qui fecerit tale maleficium, quod omnia sua bona debeant publicari: quidem non fecit, sed prestitit consilium [7] et adiutorium fatienti: queritur numquid puniatur secundum formam statuti. Certe sic: argumento [8] ff. ad legem Acquiliam, l. item mela § si alius tenuit et l. si servus servum § si quis de manu [IX. 2. 11 § 1 et 27 § 21], et ff. de furtis; l. in furti § penult. et l. qui servo et l. si quis uxori in principio et § si quis [XLVII. 2. 50 § 3, 36 et 52 pr. et § 23], et Inst. de obligationibus ex delicto § interdum [IV. I § 11], ff. ad legem Pompeiam [9] de parricidiis, l. utrum [XLVIII. 9. 6] et in Lombarda de homicidiis liberorum hominum, l. fin. « ibi aut inde consentiens fuerit » [I. 9. 40 ed. Bluhme, p. 584], et ff. de condictione furtiva, l. proinde [XIII. 1. 6] et optime [10] facit Extra de sententia excommunicationis, c. mulieres [V. 39. 6] et que notantur in fine ultime glosse, et de officio et potestate iudicis delegati, c. I. [I. 29. 1]. Item et in decretis vetare cum possis, negligere perversos nichil est aliud quam fovere [11], Extra de sententia excommunicationis, c. quante presumptionis vel solutionis [V. 39. 47], vel solve ut [12] notatur in dicto c. I. de officio et potestate iudicis delegati [I. 29. 1].

XLVII. — *Statutum ut supra, scilicet quod bona delinquentis debeant publicari: si vaxallus delinquit an feudum publicatur.*

Sed [13] pone questionem de facto. ([2]) Quidam vassallus [14] alicuius delinquid, et statutum est in civitate quod qui fecerit tale delictum, quod omnia sua bona debeant publicari ([3]): modo queritur numquid feudum debeat publicari? Et primo videtur quod sic, quia iuratum est destruere omnia bona malefactorum, unde sacramentum servandum est [15], ut C. si adversus venditorem, l. I. [II. 17. 1], de indicta viduitate, l. II. [VI. 40. 2]. Item quia verba sunt certa que dicunt [16] de publicatione [17] bonorum, unde non debet admitti questio voluntatis: ff. de legatis III. [18], l. ille aut ille § cum in verbis [XXXII. 25 § 1]; et [19] verba statuti dicunt quod bona sunt publicanda [20] et hec sunt in bonis vassalli, quia possidendo habet exceptionem et non possidendo actionem [21], ut ff. de acquirendo rerum dominio, l. rem in bonis [L. 16. 49 § 1: item veniunt in iudicio familie herciscunde, ut ff. familie herciscunde, l. item predia [22] [X. 2. 10]. Item preterea habet utilem actionem vassallus ad simillitudinem superficiari, que prefertur directe, ut ff. de superficiebus, l. I. § quod ait pretor [XLIII. 18. 1 § 3], ff. de re vendicatione, l. in speciali [23] [VI. 1. 73], ff. si ager vectigalis vel emphiteuticarius petatur, l. I. et II. [24] [VI. 3. 1 et 2]. Item publicatur fundus communis per [25] delictum unius: ff. communi dividundo, l. si is [26] [X. 3. 20]. Item quia saltim [27] in vita vassalli debet [28] publicari, ut ff. de legatis II. l. peto § predium [XXXI. 69 § 1]. E contra videtur quod non debeat publicari [29], quia pena suos debet tenere auctores; C. de penis, l. sancimus [IX. 47. 22]; *item factum unius alteri nocere non debet, ff. de operis novi numptiatione, l. de pupillo § si plurium [XXXIX. 1. 5 § 5]; item factum fratris alteri obesse non debet, ff. si quis aliquem testari prohibuerit, l. II. § fratris [XXIX. 6. 2 § 1]*; item quod suum est debet tantum publicari, ut ff. de dampnis infectis, l. si finita § si de vectigalibus [XXXIX. 2. 15 § 26]; item quia videtur mortuus, unde debet redire ad dominum, ut ff. pro sotio, l. actione § publicatione]XVII. 2. 65 § 12]. Item si [30] publicarentur bona, non publicaretur pars patronis: ff. de bonis dampnatorum, l. cum ratio § si in libertinum [XLVIII. 20. 7 § 1]; item propter delictum filii non publicatur castrense peculium [31]: C. [32] de bonis dampnatorum, l. si filius [IX. 49. 3]; item in noxali [33] actione, si creditor vel fructuarius non defendat, in noxali tantum iure suo punitur, ut ff. de noxalibus actionibus [34], l. si noxali [IX. 4. 27]; item preferuntur creditores penis fiscalibus, C. penis fiscalibus creditores preferri, l. I [X. 7. 1]. Solutio: dic quod melius est quod feudum [35] publicatur tantum in vita ipsius et non postea, per leges ff. de dampnis infectis, l. si finita § si de vec-

---

[1] in re dubia et cet. — [2] dico *om.* — [3] in legatis non videtur legasse nomina debitorum. — [4] facienti *om.* — [5] *Codd.* hoc amplius. — [6] Pone. — [7] auxillium et favorem. — [8] argumento *om.* — [9] ad legem Pompeiam *om.* — [10] aperte. — [11] Item in decretis perturbare cum possis negligere perversos non est aliud quam fovere. — [12] vel solve ut, *om.* — [13] Sed *om.* — [14] vaxallus. — [15] quia iuratum est destrui omnia sua bona et iuramentum est servandum. — [16] certa inducta. — [17] c. 109.B *Cl.* — [18] *Codd.* I. — [19] item quia. — [20] publicentur. — [21] habet et cet. — [22] item veniunt ultime faciliter... *Est lacuna in Cl.* — [23] superfitiario. — [24] et. III. *V.* — [25] propter. — [26] l. dominus. — [27] Item saltem. — [28] debet *V.* — [29] ut ff. de legatis II... publicari *om.* — [30] si *om. V.* — [31] peculium *om.* — [32] — fi. — [33] nosali. — [34] bonis. — [35] melius est quod feudum *om.* —

([1]) *De hoc brevissime loquit* Tract. Malef. De bonis malefactorum, c. 9, p. 248. *Cf.* ibidem, De transactionibus, c. 26, pp. 146-9.

([2]) *Cf.* Tract. Malef. De multis questionibus, c. 16 pp. 288-9. — ([3]) *Vide* Kohler, Strafrecht d. ital. Statuten, pp. 70-80.

Source : BIU Cujas

tigalibus [1] [XXXIX. 2. 15 § 26], ff. de legatis II. l. peto § II. [XXXI. 69 § 2] et de donationibus inter virum et uxorem, l. sed si mors, § cum igitur [XXIV. 1. 13 § 1] et de legatis II. [2], l. cum pater § hereditatem [XXXI. 77 § 4] et de verborum obligationibus, l. ex ea parte § in iusulam [XLV. 1. 121 § 2]; vel solve et dic [3] quod ius istius domini existimabitur et aut civitas emet ius istius domini quantum est in vita illius [vassalli], aut dominus feudi [emet illud ius a dicta civitate]: argumento ff. de furtis, l. si servus § quod si sciens [4] [XLVII. 1. 61 § 3].

XLVIII. — *Statutum quod propter malleficium domus destruatur et cet. Quid si* [5] *cum propter malleficium unius eius domus devastaretur, domus vicini cecidit vel dampnum passa est? quis emendabit?*

Sed pone [6] questionem de facto ([1]). Quidam fecit quoddam [7] maleficium propter quod ex forma cuiusdam [8] statuti pronumptiatum est [9] quod domus eius destruatur ([2]); et dum potestas faceret eam destrui, domus vicini fuit destructa propter connexitatem vel alia causa, quia [10] cecidit super eam. Queritur quis illi [11] debeat dampnum emendare. Et videtur quod potestas: argumento C. de his qui latrones vel aliis et cet., l. II. § tribuni [12] [IX. 39. 2 § 1], ibi « dampna et lesiones » et cet. ff. quod metus causa, l. III [III. 5. 3]. ff. ad legem Acquiliam, l. quemadmodum § magistratus [IX. 2. 29 § 7], ff. de iniuriis, l. nec magistratibus [XLVII. 10. 32] et argumento ff. de penis l. absentem [XLVIII. 19. 5] et argumento ff. [13] si quis aliquem testari prohibuerit, l. II. § fratris autem [14] [XXIX. 6. 2 § 1]. E contra videtur quod ille qui commisit maleficium, argumento ff. soluto matrimonio, l. penult [15]. [XXIV. 3. 66], ff. communi dividundo, l. si is cum quo [X. 3. 20]. Prima placet et ita scribit [16] Albertus Papiensis. Sed hec solutio, salva pace domini Alberti [17], non videtur michi [18] plena, cum locum habeat propter maleficium omnia bona [19] sunt publicata, quia tunc potestas tenetur nomine fisci [20], quod habet bona illius malefactoris; bona, occasione quorum [21] vicinus habuit dampnum; iuxta regulam iuris qui occasione dampni * dati, dampnum dedisse [22] videtur et cet. ff. ad legem Acquiliam, l. qui occidit [23] [IX. 2. 30], unde si fiscus succedit ei, tenetur fiscus ad dampna [24] data eius [25] occasione [26], ut C. ad legem Juliam de vi publica, l. tutoris [IX. 12. 2] et C. de bonis proscriptorum, l. si ut proponis [IX. 49. 5]. Et ita intelligitur, ut dixi, dominus Albertus indistincte, non habita hac supplectione quam feci. Si [27] autem alia bona non essent [28] publicata, tunc tenetur ipse malefactor, et in isto casu habet locum opinio domini Alberti, ut ff. communi dividundo, l. si is cum quo [X. 3. 20].

* f. 150.ᵇ

XLIX. — *Statutum quod propter maleficium omnia bona destruantur: quod si malefactor habet domum vel turrim communem? qualiter destruetur?*

Sed pone ([3]): statutum est Florentie quod si aliquis commisit aliquod malefitium [29], puta qui [30] occiderit hominem vel aliud crimen commisit [31], quod omnia sua bona devastentur ([4]). Modo sunt duo fratres, qui habent parietem communem, puta quod unus habet inferiorem partem, alter superiorem [32], vel habent turrim communem. Modo queritur si unus commisit maleficium propter quod bona sua [33] debeant devastari, an tota paries vel turris debeat devastari [34]. Et certe de turri [35] vidi pronumptiari quod tota turris debeat devastari, per dominum Franciscum domini Accursii, per legem ff. de aqua pluvia arcenda, l. sed interdum [36]]XXXIX. 3. 15] et communi dividundo, l. si is cum quo [X. 3. 20]; et [37] idem in simili questione [38] dixit dominus Oddofredus. Idem de communi pariete, si ille qui habebat [39] parietem inferiorem [40] commisit delictum, quod pars inferior debeat destrui [41]: argumento ff. de acquirendo rerum dominio l. si supra [XLI. 1. 28], quia superior loco deservit inferiori, et certe edificium [42] solo cedit, ut ff. de acquirendo rerum dominio, l. adeo § ex diverso [43] [XLI. 1. 7 § 12], C. de rei vendicatione, l. II. [III. 32. 2]; et hoc si non potest fieri separatio, et ad hoc ut puniatur malefactor. Sed si separatio fieri potest et separari pars malefactoris et alia fratris, fierit [44] separatio sine lesione [45] partis fratris qui non delinquid ([5]): ut ff. de adimendis legatis l. II. § II. et § si duobus [XXXIX. 4. 2 § 2 et § 7]; ff. de solutionibus, l. si alicui [XLVI. 3. 78]; ff. de minoribus, l. etiam [IV. 4. 29]; ita intelligitur l. interdum [D. XXXIX. 3. 15]. Sed ([6]) num-

---

[1] l. peto § II. — [2] III. — [3] solvas et dicas *V.* — [4] *Codd.* quod si pendente. — [5] c. 109.ᶜ *Cl.* — [6] Pone. — [7] aliquod. — [8] cuiusdam *om.* — [9] fuit. — [10] ratione, quia forte. — [11] quis eam vicino. — [12] tribunal. — [13] et arg. ff. de penis... arg. ff. *om.* — [14] l. penult. — [15] E contra videtur... l. penult. *om.* — [16] signavit. — [17] Alberti papiensis. — [18] michi *V.* — [19] malleficium bona etiam. — [20] fixi. — [21] *Codd.* cuius. — [22] dedisse *om. V.* — [23] *Codd.* ff. de regulis iuris l. occasione dampni (*?*). *Substituo secundum* Tract. Malef. p. 249. —

[24] omnia damna. — [25] eius occasione *om.* — [26] Et ita intelligit. — [27] Sed. *V.* — [28] sunt. — [29] delictum. — [30] quod. — [31] aliud delictum fecerit. — [32] c. 109.ᵇ *Cl.* — [33] sua *om.* — [34] qualiter fiat devastatio. — [35] de facto. — [36] l. licet videndum. — [37] Ad. — [38] in simili questione *om.* — [39] habet. — [40] communem. — [41] devastari. — [42] quia inferior locus deservit superiori. — [43] *Codd.* ex adverso. — [44] fiat. — [45] lexione. —

---

(1) Tract. Malef. De bonis malefactorum, c. 11, pp. 248-9. — (2) *De destructione bonorum propter graviora delicta, secundum ius statutarium, vide* Kohler, Strafrecht d. ital. Statuten, pp. 65-70. — (3) *Cf.* Tract. Malef. De bonis malefactorum, c. 12. — (4) *Statutum florentinum de devastatione bonorum memorat documentum a. 1240* (ed. Santini, Documenti dell'antica costituzione, p. 272). *Vide etiam* Statuta florentina a. 1415, lib. III. rubr. 124, 125; IV. 75. — (5) Tract. Malef. p. 249 *citat etiam in hac questione decisionem Rolandini de Romanciis, Francisci Accursi et Alberti de Gandino, habita Bononiae, dum essent adsessores.* — (6) Tract. Malef. De bonis malefactorum, c. 13, p. 249. —

Source : BIU Cujas

quid saltim habet pars [1] superior regressum contra partem inferiorem, ut eam [2] conservet indempnem, quia superior non deliquid? Et certe dic quod sic [3], argumento ff. communi dividundo, l. si is cum quo [X. 3. 20], et ad hoc bene facit ff. de negotiis gestis, l. nam et servius [III. 5. 21] et de condictione indebiti, l. indebitam [XII. 6. 47] et de lege Rodia de iactu, l. II. [XIV. 2. 2[. Sed numquid [4] si non est solvendo, ille qui non delinquid [5] habebit regressum contra commune? Dic quod sic: argumento ff. de adulteriis, l. miles [XLVIII. 5. 11], et vide quod notatur supra in questione que incipit: « pone questionem de facto: quidam fecit aliquod maleficium propter quod » et cet. [6].

L. — *Statutum ut supra, scilicet quod propter maleficium bona devastentur vel publicentur: quid si unus domum suam vendidit et postea per VIII. vel X. dies commisit delictum? an illa domus vendita devastabitur et cet.?*

Sed pone: statutum est [7] quod quicumque fecerit tale maleficium quod bona eius debeant devastari: aliquis vendidit domum suam, et post dictam venditionem per VIII. vel X. vel XV. dies commisit tale maleficium propter quod bona sua [8] deberent [9] devastari. Modo [10] potestas vult domum suam et alia sua bona devastare; emptor dicit: « Non potestis, quia est mea » et ostendit titulum. Queritur quid iuris. Et videtur quod non possit, et quod emptor possit tenere dictam domum, quia semper statur instrumento, nisi contra [11] probetur, ut C. de probationibus, l. cum precibus [IV. 19. 18] et ipse ostendit instrumentum emptionis [12], ibi « traditionibus et usucapionibus » et cet. ut C. de pactis, l. traditionibus [II. 3. 20], quia factus est dominus [13] per traditionem; item alia ratione, ut ff. de donationibus, l. post [14] contractum [XXXIX. 5. 15], unde videtur lex ista [15] quasi expressa, cum in lege [16] iam ante donationem esset contractum crimen; sed in [17] casu nostro premisso [18] post venditionem fuit contractum crimen, nisi facta fuerit propter crimen lese maiestatis vel cause que spectat, ut C. de donationibus, l. sed et si quis [VIII. 54. 36] et C. ad legem Juliam maiestatis, l. quisquis [IX. 8. 5]. E contra videtur, quia videtur in fraudem alienari [19], unde ex illo edicto « de hiis qui in fraudem » potest revocari [20]: ff. de his qui in fraudem, per totum [XLII. 8-1] [21]; ff. de verborum sygnificatione, l. creditores et l. sicut [L. 16. 10]; item quia ex maleficio fuit obligata, ut Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur]IV. 1] et ff. de actionibus et obligationibus, l. ex maleficio [XLIV. 7. 4]. Item multa introducta sunt contra iuris civilis regulas [22] ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad legem Acquiliam, l. ita vulneratus [IX. 2. 51]; item quia iam [23] daretur materia delinquendi, quod esset si talis contractus valeret, quod esse non debet, ut C. si adversus venditionem, l. I. [II. 28. 1], de indicta viduitate l. III. [24] [VI. 40. 3]. Solutio: dico quod si tempore quo maleficium fuit perpetratum, dictus malefactor habitabat in dicta domo et possidebat, certe potest potestas eam [25] destruere secundum formam statuti, argumento ff. quibus modis pignus vel ypoteca solvitur, l. sicut § supervacuum [XX. 6. 8 § 7], C. de distractione pignoris, l. et qui sub ymagine [VIII. 28. 10]; et ad probandum quod sit contractus fictus, bene facit C. de distractione pignoris, l. si cessante [26] [VIII. 28. 7]. Aliud forte si non habitabat licet potestates terrarum aliquando propter bonum regimen destruant, cum vident alienationem ita factam de recenti.

LI. — *Si unus frater interfitiat alterum fratrem ad quem debeat venire hereditas interfecti, an hereditas interfitientis [27] publicari debeat.*

Sed pone [28] questionem de facto [29], et fuit Bononie. Duo fratres erant: unus interfecit alium et fuit accusatus et bampnitus occisor secundum formam statuti civitatis Bononie (1): modo queritur de hereditate fratris interfecti, cum heredes interfectoris [30] dicant quod eis deferatur [31], quia fratri qui eum interfecit deferebatur hereditas fratris sui, quia bona non adimuntur heredibus [32] interfitientis; vel an publicari debeant [33] vel deveniri debeant [34] in dictos heredes. Et certe pronumptiatum fuit Bononie (2) quod id totum quod deveniebat ei, propter suum maleficium id totum [35] debeat publicari si illa successio obveniebat ei de iure; et hoc dixerunt omnes doctores bononienses: argumento ff. de bonis dampnatorum, l. fin. [XLVIII. 20. 11] in fine [36].

---

1 pars *om. V.* — 2 eam. *V.* — 3 et certe sic. — 4 quid si delinquens. — 5 numquid non delinquens. — 6 *Cl. addit:* que hanc precedit et cet. — 7 Pone questionem. — 8 c. 110.A *Cl.* — 9 debeant. — 10 Modo *om.* — 11 contrarium. — 12 *Cl. addit:* et cet. — 13 facti sunt domini. *V.* domino. — 14 propter *V.* — 15 illa. — 16 illa. — 17 *V.* in. — 18 premisso *om.* — 19 alienata. — 20 in fraudem creditorum; per totum venit rescindenda et. — 21 contra iuris rigorem. — 22 iam *om. V.* — 23 l. II. — 24 eam *om.* — 25 *Codd.* si supervacua. — 26 *Cl. addit* an. — 27 Pone. — 28 c. 110.B *Cl.* — 29 fratris occisoris. — 30 deferratur *V.* — 31 heredi. — 32 debeat. — 33 debeat. — 34 id. — 35 totum *om.* — 36 *Cl. addit:* et ff. ad sillanianum, l. si sequens [XXIX. 5. 15].

(1) Statuta Bononiae, a. 1250, lib. X. rubr. 107 (ed. Frati, III. p. 234): Si quis homicidium fecerit.... ponatur in banno comunis perpetuo.... et omnia bona eius perveniant ad heredem mortui. — (2) *Vide amplius* Tract. Malef. De bonis malefactorum, c. 10, p. 248, *ubi citatur opinionem Dyni de Musello; sed ista quaestio melius concordat cum* Tract. Malef. De aliquibus questionibus, c. 23, p. 261. —

Source : BIU Cujas

LII. — *Statutum quod quicumque percusserit aliquem cum pugno vel palma, solvat centum: modo quidam percussit aliquem cum pugno decies: an decies debeat condemnari in centum.*

Sed pone [1]: in statuto continetur quod si aliquis cum pugno vel palma [2] percusserit aliquem, solvat [3] centum pro bampno. Accidit quod [4] quidam uno [5] impetu in rixa [6] aliquem percussit decies cum pugno vel palma: queritur an decies in sol. centum debeat condempnari. Et videtur quod non, quia unum videtur fuisse maleficium, sed [non] maius [7] quo ad privati iniuriam extimandum [8], ergo sufficit si semel ex uno [8] f 151.A maleficio condempnetur *, ut [10] ff. si familia furtum fecisse dicetur, l. I. in fine et l. sequens [XLVII. 6. 1 et 2] et ff. de furtis, l. is qui [11] [XLVII. 2. 34]; C. de annali exceptione, l. I. [VII. 40. 1], C. de legatis, l. cum questio [12] [VI. 37. 23], ff. ad legem Acquiliam, l. illud § I. [13] [IX. 2. 32 § 1], ff. de actionibus empti, l. non est novum [XIX. 1. 10], ff. familie herciscunde, l. heredes § de pluribus [X. 2. 25 § 3], pro sotio l. cum duobus § si plures [XVII. 2. 52 § 14] et de popularibus actionibus, l. III. [XLVII. 23. 3]. Sed credo contrarium, per legem fin. C. de modo multarum [I. 54. 6], que loquitur « cum aliquis est condempnatus pro culpa » ut in principio istius [14] legis patet. Et in hoc concordat dominus Martinus de Fano, ut notatur C. de modo multarum [15]. Sed contra, ff. de iniuriis, l. si plures et l. pretor § si [michi] plures [XLVII. 10. 34 et 7 § 5], et ff. de termino moto, l. fin. [XLVII. 21. 3], ff. de privatis delictis, l. numquam [XLVII. 1. 2], C. de commercio et mercatura, l. mercatores [IV. 63. 4]. Sed tamen [16] humanior est sententia ut non teneatur nisi semel. Sed dominus Dynus dicit, quod si statutum est quod si quis percusserit aliquem puniatur in lib. C., et non dixerit pro qualibet percussione seu vice, quod si fecerit plures percussiones uno impetu, quod de qualibet puniatur; argumento C. de commercio et mercatura, l. mercatores [IV. 63. 4] et ff. de privatis delictis, l. nunquam [17] [XLVII. 1. 2] et ff. de iniuriis l. pretor § si michi plures [XLVII. 10. 7 § 5] et de termino moto, l. fin. [XLVII. 21. 3]. Dynus. Et de hoc dic ut notat dominus Albertus Galeotus in Margarita in rubrica de accusationibus § pone accusationis in questione de facto et cet [18].

[1] Pone questionem de facto. — [2] cum palma. — [3] solvat communi. — [4] Quid accidit quod *om.* — [5] uno *om.* — [6] rissa. — [7] fuisse malleficium licet magnum — [8] extimandum. — [9] suo. — [10] argumento. — [11] l. ei qui. — [12] l. questio. — [13] *Codd.* § fin. — [14] illius. — [15] Et in hoc... multarum *om.* — [16] tamen *om.* — [17] *V.* numquid. — [18] Sed dominus Dynus dicit..... et cet. *om.* — [19] Pone questionem. — [20] c. 110.° *Cl.* — [21] *Cl. addit:* pro bamno. — [22] percussit. — [23] cum forbice. — [24] vel cesorio. *V.* — [25] vulnerasset. — [26] Et videtur duo vulnera de duobus et de duobus et de uno gladio et non de pluribus gladiis. — [27] Pone questionem: statutum est. — [28] *V. addit:* si. — [29] modo familia. — [30] aliquem portare *om. V.* — [31] vel

LIII. — *Statutum quod si quis aliquem vulneraverit, pro quolibet vulnere [solvat] sol. X.: aliquis percussit aliquem cum forfice: qualiter punietur, an pro uno vel duobus.*

Sed pone questionem [19] (1): statutum est quod si aliquis vulneraverit [20] aliquem, pro quolibet vulnere solvat [21] X. lib. Accidit quod aliquis ferivit [22] aliquem de forfice [23] vel cesoriis [24], et sic uno ictu fecit duo vulnera: modo queritur an puniatur in XX. lib., ac si bis eum ferisset [25]; et videtur duo vulnera an unum? Et dic quod videtur tantum unum vulnus et non duo vulnera et de uno gladio et non de pluribus gladiis [26]: argumento ff. arborum furtim cesarum, l. si gemina [XLVII. 7. 10].

LIV. — *Statutum quod unus non debeat portare arma vetita et aliquis invenitur portare cerveleriam vel panceriam: an teneatur pene statuti et cet.*

Sed pone (2) quod statutum est [27] quod [28] aliquis non debeat portare arma vetita: familia [29] potestatis invenit aliquem portare [30] cerveleriam vel panceriam [31]: vult condempnare eum tamquam fatientem contra statutum; certe si [32] appellatione armorum vetitorum non continentur [33] ea arma que portantur causa salutis tuende [34], tunc [35] non debet punire secundum formam statuti, ut ff. ad legem Juliam de vi publica, l. hi qui [36] [XLVIII. 6. 11[et ff. ad exhibendum, l. penult. [37] [X. 4. 19]. Item debemus inspicere mentem condempnationis statuti, que fuit ut amoveantur [38] homines a rixis, quod cavere debent potestates [39], ut ff. de usufructu, l. si cuius rei § sed si inter [40] [VII. 1. 13 § 3] et de legatis III., l. non aliter § fin. [41] [XXXII. 69] et ff. ad exhibendum, l. penult. [42] [X. 4. 19]; unde non [43] videtur cecidisse in statutum, ut argumento ff. ad legem Juliam de vi publica, l. hi qui [44] § penult. et fin. [XLVIII. 6. 11 § 1 et § 2]. Et hec vera sunt nisi [45] dictum est quod arma vetita omnia [46] non portentur, quia tunc bene incidit in statutis; aliter si tantum dictum esset [47] quod aliquis non debeat [48] portare arma ita indistincte: quia haberent locum que [49] supra dicta sunt.

panceriam *om.* — [32] certe *V.* — [33] contineantur. — [34] tuenda *om.* — [35] tum *V.* — [36] *Codd.* is qui. — [37] l. is qui *V.* — [38] darentur *V.* — [39] Item debemus.. potestates *om.* — [40] sed et si inter dominos et l. equissimus *Codd.* — [41] § fi. *om.* — [42] et ff. ad.... penult. *om.* — [43] non *om.* — [44] *Codd.* is qui. — [45] quando. — [46] omnia *om.* — [47] Et hec vera sunt quando statutum dicit quod arma vetita non portentur; aliter si dicit. — [48] deberet. — [49] haberent locum ea que. —

(1) Tractat. Malef. De poenis reorum, c. 28, p. 164. — (2) *Cf.* Tract. Malef. De multis questionibus, c. 6, p. 284. —

Source : BIU Cujas

LV. — *Statutum quod si aliquis fecerit alicui feritam, quod pro ferita solvat X. et pro homine occiso XXV.: modo quidam fecit alicui plures feritas; demum eum occidit: qualiter punietur, an pro quolibet vulnere et pro occisione, an vero pro occisione tantum?*

Item pone [1] questionem. Statutum est quod si aliquis feritam fecerit, pro [2] illa ferita solvat [3] libras X. et pro homine occiso lib. XXV.; et sic iuravit potestas servare dictum [4] statutum. Pone quod aliquis fecit insultum in aliquem, et ei plures ictus et feritas fecit; ita etiam quod uno impetu, scilicet [5] antequam eum dimitteret, occidit [6]. Modo potestas vult quod pro ictu quolibet debeat solvere [7] X. lib. et pro occisione XXV. [8] lib. Modo queritur quid iuris? Solutio: dic quod tenetur tantum ad XXV. lib. [9] et non ad plus: argumento ff. ad legem Acquiliam, l. illud § fin. [IX. 2. 32 § 1] et de actionibus empti, l. non est novum [XIX. 1. 10].

LVI. — *Statutum quod si aliquis vulneraverit aliquem cum cultello, quod ponatur in banno perpetuali; et alio statuto cavetur quod si aliquis fecerit alicui sanguinem in platea communis, quod puniatur in lib. CCCC. Modo aliquis percussit aliquem cum cultello in platea et fecit sanguinem; qualiter puniatur et cet.*

Sed pone questionem de facto (1). Quidam fecit insultum in quemdam in platea communis cum cultello et eum vulneravit et sanguinem fecit: accusavit vulneratus malefactorem, ut puniatur secundum formam statuti et iura communis Parme [10]. Continetur in statuto [11], quod si aliquis vulneraverit aliquem cum cultello ponatur in bampno perpetuali et bona eius devastentur (2). Continetur in aliquo statuto *novo*, quod si aliquis fecerit alicui sanguinem in platea communis Parme [12], puniatur in lib. CCCC. sol. parm., et de bampno perpetuali nil dixit [13] (3). Modo potestas vult condempnare percussorem in lib. CCCC. et de bampno perpetuali secundum formam statutorum [14]: queritur quid iuris sit [15]. Et quod debeat poni in bampno perpetuali videtur in primis ea ratione, quia certa forma data est per statutum antiquum a quo [16] non est recedendum, ut ff. ad municipalem, l. constitutionibus [L. 1. 24], ff. mandati, l. diligenter [XVII. 1. 5]; secunda ratio est quia primum statutum non est mutatum et quod non mutatur et cet., ut C. [17] de appellationibus, l. precipimus [18] [VII. 62. 32]; item statutum est lex municipalis et lex iurata et sic [19] servanda [20], ut ff. de iustitia et iure, l. omnes [I. 1. 9] et ff. de legibus et senatusconsultis, l. de quibus [I. 3. 32]; nam plura sunt delicta [21], ut ff. de privatis delictis, l. numquam [XLVII. 1. 2], quia unum ratione ferite, alium ratione loci, quia factum fuit in platea, quia locus agravat delictum: ff. [22] de penis. l. aut facta § fin. [XLVIII. 19. 16 § 6]. E contra videtur quod non sit ponendus in bampno propter illud statutum [23] *antiquum;* in primis illa ratione, nam accusatus fuit de percussione facta in platea, et punitur in CCCC. lib. et merito amplius puniri non debet, et ad hoc ff. de sepulcro violato, l. sepulcro [XLVII. 12. 4], ff. de libero homine exibendo, l. quod autem § penult. [XVIII. 29. 3 § 13] et ff. de evictionibus, l. quia [24] dicitur [XX1. 2. 32] Secunda ratio est quod de amissione eiusdem hominis non debet amplius [25] queri, ff. naute caupones, stabularii, l. licet [IV. 9. 6]. Tertia ratio est quia cum sit punitus in CCCC. lib., videtur a residuo absolutus, ut C. si adversus rem iudicatam, l. I. [II. 27. 1]. Quarta ratio [26] est quia de eisdem [27] criminibus de quibus quis est accusatus eum de novo accusari non patitur, ut ff. de accusationibus, l. si cui [28] et l. senatus [XLVIII, 2. 7 et 14]. Solutio: sine preiudicio melioris sententie videtur quod sit dampnandus [29], nam duo delicta esse videntur [30]: unum ratione percussionis, aliud ratione loci, quia locus agravat delictum, ut dicta lex ff. de penis, l. aut facta § fin. [XLVIII. 19. 16 § 10]; et quod fuerint duo delicta videtur, nam cum quis commictit adulterium cum affine duo videntur adulteria commicti [31], adulterium et * incestus [32]; et ideo mulier tamquam masculus punitur [33], ut ff. de adulteriis, l. si adulterium cum incestu § I. [XLVIII. 5. 38 § 1], nam adulterium gladio punitur, ut C. [34] ad legem Juliam de adulteriis, l. quamvis [IX. 9. 19], mulier vero in monasterio [35] mictitur [36], ut in Auth. ut nullus iudex, c. [si] quando vero, coll. VIIII. [Nov. CXXXIV, c. 10]. Et sic non obstat quod de amisso et cet. [37] quia illud habet locum in uno delicto, et quando [38] est in totum absolutus vel in totum condempnatus [39], ut notatur [40] C. quando civilis actio criminali preiudicet, l. I [IX. 31. 1], et ff. de actionibus et obligationibus. l. qui servum [XLIV. 7. 34], C. [de] vi bonorum raptorum, [IX. 33. 1]. Item non obstat quod

* f. 151.B

---

1 Pone. — 2 quod pro. — 3 perdat *V.* — 4 predictum. — 5 ita..... scilicet *om.* — 6 eum occidit. — 7 quolibet eum punire in. — 8 in XXV. — 9 c. 110.D *Cl.* — 10 Parme *om.* — 11 quodam statuto. — 12 Parme *om.* — 13 parmensium... perpetuali nil dixit *om.* — 14 Petitur modo a potestate ut eum in bampno perpetuali secundum formam statuti. *V.* — 15 sit. *om.* — 16 qua. — 17 ff. *V.* — 18 *Cl. istam legem omittit et invicem dat:* C. de testamentis, l. sancimus [VI. 23. 27]. — 19 ita. — 20 *Cl. addit* est. — 21 delicta et cet. — 22 ut ff. — 23 in banno perpetuali secundum statutum. — 24 quia quod *V.* — 25 ff. de sepulcro violato... non debet amplius queri *om.* — 26 c. III.A *Cl.* — 27 hiis.. — 28 *V.* l. sicut. — 29 *V.* dampnendus — 30 videtur quod bannum de duobus delictis eo videatur. — 31 cum afine sunt duo delicta. — 32 *Cod.* inhonestus. — 33 et tantum etiam femina quam masculus punitur. — 34 ff. — 35 *Cod.* carcere. — 36 detruditur. — 37 de amisso minus et cet. — 38 et ut. — 39 *Cl. hic addit:* et cet. — 40 notatur *om.* —

(1) *Cf.* Tract. Malef. De poenis reorum, c. 40, p. 179. — (2) Statuta Parmae, a. 1255, lib. III. (ed. Ronchini, p. 295): (Qui offenderit infra confines plateae novae) si (aliquem) magagnaverit ita quod non interfecerit, puniatur in banno perpetuali. — (3) *Vide* Statuta Parmae, a. 1347 (ed. Ronchini. pp. 219-20). —

Source : BIU Cujas

condempnatus in parte videtur [1] a residuo absolutus, quia intelligitur quando expressim est absolutus et non aliter, ut dicta l. C. [2] si adversus rem iudicatam, l. I [II. 27. 1] et ff. de negotiis gestis, l. [3] si autem § fin. [4] [III. 5. 8 § 3], ff de receptis, l, qualem [IV. 8. 19] in fine. Preterea *ista statuta non sunt* contraria, sed statutum novum de platea apponit maiorem penam ratione loci, que accedit [5] prisce severitati [6], et sic, ab antiqua [7] pena non videtur esse recessurum, ut C. de sepulcro violato, l. qui sepulcra [IX. 19. 4], et quotiens enim [8] nova lex inducit obligationem, et veteres locum habent, ut ff. de actionibus et obligationibus, l. quotiens [XLIV. 7. 41]; nam si aliter diceretur [9] quod melioris conditionis esset qui percussit [10] in platea quam extra [11], hoc esset contra dictum [12] statutum.

LVII. — *Statutum quod maior pena imponatur percutienti in via publica, quam percutienti in via privata; et quidam percussit in via privata per quam publice ibatur: qualiter puniatur an pro privata vel publica.*

Sed pone questionem de facto (1). Statutum est [13] quod si aliquis percusserit aliquem in via publica quod magis puniatur quam si percussit in via privata [14]. Quid [15] accidit? factum est homicidium [16] in via privata; tamen publice itur per eam [17]: numquid pena statuti possit sibi locum vendicare [18] ac si in via publica factum esset? Et videtur quod possit statutum locum habere [19]: argumento ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt, l. I. [IX. 3. 1], ibi « dummodo per eam vulgo » et cet. [20] et ad hoc facit ff. si mensor falsum modum direxit, l. fin. [XI. 6. 7], nam mens non verba actendenda sunt, [21] ut ff. de alimentis et cibariis legatis, l. III. [XXXIV. 1. 3] Et ita vidi dominum Accursium de Regio de facto pronumptiare.

LVIII. — *Bannum perpetuum an possit dari alicui secundum consuetudinem Lombardorum.*

Sed numquid bampnum perpetuale possit dari alicui secundum consuetudinem Longobardorum [22] etiam lite non contestata, si [23] accusatus fuerit aliquis de maleficio et ipse qui fuit accusatus [24] non venit? Dic quod sic, quia iudex potest tueri iurisdictionem suam penali iuditio, ut ff. si quis iusdicenti non obtemperaverit, l. I. in principio [25] [II. 3. 1] et maxime secundum Accursium, qui dixit [26] quod usque ad relegationem potest ferri sententia in absentem, etiam lite non contestata, ut ff. de penis, l. absentem § I. [27] [XLVIII. 19. 5]; et hoc bampnum loco rebellionis succedit.

LIX. — *Si bannum est datum alicui de mallefitio quod dicebatur fecisse, et post longum tempus veniat: an audietur super bannum et cet.*

Sed pone questionem. [28] Aliquis requisitus est pro maleficio quod dicebatur fecisse; aufugit: datum est ei [29] bampnum et bona sunt publicata et condempnatus est capitaliter secundum statuta civitatis: post longum tempus venit et petit audiri super bampno capitis; numquid debeat audiri? Respondeo: de consuetudine non auditur, per l. C. de assessoribus, l. consilia [I. 51. 3] ibi « cum [30] professo » et cet. et ff. de suspectis tutoribus, l. impuberibus [31] [XXVI. 10. 7]. Sed dic de iure audiri, quia absens ultra penam relegationis condempnari non potest, ut ff. de penis, l. absentem [XLVIII. 17. 4] in fine, C. de requirendis reis, l. II [IX. 40. 2]; sed bona debent adnotari, ut ff. [32] de requirendis reis, l. I. II et III et l. annus [XLVIII. 17. 1-4] in fine.

LX. — *Statutum quod quilibet possit accusare ludentes ad taxillos, et habeat medietatem banni: an denumptians debeat haberi licet non accuset et cet.*

Sed pone [33] questionem. Statutum est Regii quod quilibet possit accusare ludentes ad taxillos et accusator habeat medietatem bampni [34]. Contingit quod quidam denumptiavit quosdam qui luxerant: repertus [35] fuit per testes receptos ex officio [36] eos [37] luxisse. Dicit iste denumptiator: « detis [38] michi medietatem [39] »; dicitur: « non debes habere quia statutum dicit: qui accusavit [40]; tu non accusasti, sed denumptiasti, unde non debes habere medietatem ». Queritur [41] quid iuris? Et primo videtur quod nil debeat habere, argumento ff. de inofficioso testamento, l. Papiniano § meminisse [V. 2. 8 § 14], ff. rem ratam habere, l. amplius [XLVII. 8. 15] et Inst. de contrahenda emptione § I. [III. 24. § 1], et argumento ff. de bonis libertorum, l. qui cum maior § accusasse autem eum et cet. [XXXVIII. 2. 14 § 8] et l. in servitutem § petisse [XXXVIII. 2. 16 § 3]. Item [42] differentia est inter accusationem et denumptiationem, nam libertus non potest accusare patronum etiam nomine alieno, sed denumptiare sic, ut C. si tutor non gesserit, l. I.

---

1 videatur. — 2 *V.* ff. — 3 *Codd.* sin. — 4 § fin. *om.* — 5 *V.* accidit. — 6 securitate *V.* severitati *Cl. om.* — 7 a prima. — 8 enim *om.* — 9 Nam... diceretur *om.* alioquin. — 10 delinquit. — 11 quam qui extra plateam. — 12 dictum *om.* — 13 Sed pone questionem statuti de facto: *V.* — 14 aliquem in via privata puniatur minori pena quam si percussit in via publica. — 15 quidem. — 16 c. 111.B *Cl.* — 17 per quam publice ibatur. — 18 vendicabit sibi locum. — 19 Et videtur quod sic. — 20 per eum vulgo *V.* — 21 et mens sicut verba ostendenda est. — 22 consuetudinem Lombardorum et cet. 23 — Videtur. — 24 citatus. — 25 l. item. — 26 dicit. — 27 § adversus. — 28 questionem de facto. — 29 *V.* sibi. — 30 cum *om.* — 31 in pluribus. — 32 *V.* C. — 33 Pone. — 34 condempnationis. c. 111.C *Cl.* — 35 repertus. *V.* — 36 per tunc receptos officiales. — 37 eos. *om.* — 38 domine, detis. — 39 mediam partem. — 40 dicitur ei: « tu non debes habere ». Statutum enim dicit: si quis accusat. — 41 modo queritur. — 42 Item quia. —

(1) *Cf.* Tract. Malef. De poenis reorum, c. 29, pp. 164-5. —

Source : BIU Cujas

[V. 55. 1], et videtur quasi hec littera expressa. E contra videtur quod sic, nam qui nomen [1] detulit, accusare [2] videtur, ut ff. de iure patronatus, l. eum § qui nomen detulit [XXXVII. 14. 10], nam satisfactum videtur verbis statuti, ut ff. de in ius vocando, l. quamvis [II. 14. 11]; item video quod tantum facit denumptiatio quam accusatio, et continetur et cet. ut ff. de accusationibus, l. hi tamen [3] [XLVIII. 2. 11]. Preterea tantum consequutus est commune [4] per hanc denumptiationem, quantum per accusationem et ad idem tendunt officium [5], ut ff. quod quisque iuris, l. I. [II. 2. 1] in fine et ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat, l. si per alium § docere [II. 7. 5 § 2]. Ultima oppinio [6] verior est licet statutum non sit stricti iuris et ideo restringendum, nam et lex municipalis aliquando ampliatur et determinatur, ut ff. de muneribus et honoribus, l. ut gradatim § et si lege [7] [L. 4. 11 § 1], et ita pronumptiatum fuit de facto per l. ff. de iure patronatus [8], l. eum patronum [9] [XXXVII. 14. 10] ff. de bonis libertorum § accusasse in l. qui cum maior [XXXVIII. 2. 14 § 8]; et hoc [10] verum est inspectis verbis edicti que non sunt destruenda, ut in prealligatis legibus et [11] ff. qui petant tutores l. credendum [XXVI. 6. 4].

LXI. — *Si* [12] *pendente primo banno, quod usque ad quinquennium datum fuerat et cet., detur aliud simile* [13] *usque ad quinquennium pro alio malefitio, quando secundum bannum incipiat currere, an statim a die quo datum fuit secundum bannum, an a die quo finiatur primum? vel si [datur] interdictum aliquid usque ad certum tempus et durante primo interdicto iterum interdicatur, quando secundum interdictum iucipiat currere et cet.?*

Sed pone questionem Universitas scolarium Bononie fecit [14] statutum quod si contingat maleficium commicti [15] in personam alicuius scolaris nec malefactor fuerit captus et punitus [16], decem [17] domus solite locari scolaribus de vicinia, in qua fuit maleficium perpetratum [18] proximiores loco maleficii, subiciantur [19] interdicto usque ad quinquennium (1), ideo quod nullus scolaris in eis inhabitet usque ad quinquennium [20]. Contingit quod pro quodam maleficio perpetrato in persona cuiusdam scolaris, quia malefactor non fuit captus nec punitus, fuerunt * interdicte quedam domus. Evenit quod pro alio maleficio, commisso [21] in persona alterius scolaris et non capto nec punito malefactore [22], huiusmodi domus fuerunt similiter interdicte, primo interdicto durante. Queritur [23] quando incipiat currere secundum quinquennium, an statim ex [24] die secundi interdicti, an demum finito [25] quinquennio. *Et videtur quod* tunc [26] demum incipiat secundum quinquennium currere; et primo [27] tali ratione quia nil prodest secundo offenso sententia secundi interdicti, nisi secundum quinquennium incipiat currere demum finito quinquennio primi interdicti [28]; ut ergo utrique offenso satisfiat, currere debet secundum quinquennium demum finito primo, argumento ff. de calumpniatoribus, l. si quis, II. rubr. [III. 6. 7] ibi « tunc et ipsum » et cet.; secundo quia [29] videtur quod criminosus possit diversis exiliis destinari, nec unum exilium [30] videatur diversis exiliis [31] respondere, ut C. de penis, l. omnes [IX. 47. 23]; tertio quia ut non debet fieri coacervatio [32] criminum in eadem pena ne delictorum impunitas prebeatur, sic nec [33] sumatur cumulatio [34], ne iudicis iurisdictio declinetur [35] vel donatio vitietur, ut C. de donationibus, l. sancimus [VIII. 54. 34]; ff. de iurisdictione omnium indicum, l. si idem [II. 1. 11]; quarta ratione, quia sicut una [36] numptiatio novi operis ad diversa opera non sufficit, sic idem tempus duobus non sufficit interdictis [37], ut ff. de operis novi numptiatione, l. de pupillo § si in pluribus [XXXIX. 1. 5 § 16]: quinta ratione, quia si eodem tempore interdictum currat propter penam, immunitas tribuetur [38]; ergo primum interdictum duos operabitur [39] effectus contrarios et diversos, scilicet impositionem pene propter maleficium primo commissum et immunitatem quantum ad maleficium secundo commissum; utrumque predictorum reprobatur a iure, ut ff. de interdictis et relegatis, l. relegatorum [XLVIII. 22. 7] in fine et de solutionibus, l. [qui] hominem § fin. [40] [XLVI. 3. 34 § 11]; *sexta ratione*, quia quotiens quis delinquit totiens est puniendus, ut C. de modo multarum, l. fin. § nec tamen [I. 54. 6 § 5]; septimo, quia una pena aliam non consumit, etiam

* f. 151.c

---

1 notam. — 2 accusasse. — 3 *Codd.* l. si quis § sed in iure. — 4 Preterea tantum consequitur cause. — 5 et ad idem reddunt effectum. — 6 Et hec ultima oppynio. — 7 *Cod.* sed et si lege. — 8 *Cl. om.* — 9 *Cod.* l. eum qui non obstante § ille. — 10 quia. — 11 in prealligatis legibus et *om.* — 12 c. 111.° *Cl.* — 13 simille *Cl.* — 14 fecerunt. — 15 committi. — 16 et punitus *om.* — 17 quod decem. — 18 commissum. — 19 sobiciantur. — 20 ideo quod nullus.... ad quinquennium *om.* — 21 perpetrato. — 22 maleficio. — 23 modo queritur. — 24 a. — 25 *Cl. addit* primo. — 26 uno *om.* — 27 Et videtur quod demum finito primo quinquennio incipiat secundum currere. — 28 quia nisi demum finito primo quinquennio incipere secundum currere nichil prodesse sententia secundi interdicti — 29 tunc *add. V.* — 30 delictum. — 31 exiliis *om.* — 32 cohacervatio. — 33 non. — 34 cohacervatio. — 35 c. 112.^A *Cl.* — 36 una *om.* — 37 ad diversa opera non sufficit interdictum. — 38 punitur. — 39 operatur. — 40 et de solutionibus..... § fin. *om.* —

---

(1) *Invenitur adhuc in* Statutis utriusque universitatis iuristarum studii Bononiensis, a. 1432, lib. II. rubr. 67 (ed. Malagola, Statuti delle Università e dei Collegi dello Studio Bolognese, Bologna 1888, p. 124): Quotiens contingerit, quod absit, scolarem aliquem universitatis nostre diurno tempore occidi vel vulnerari vel percuti, et malefactor captus non fuerit et iusticiario presentatus, vel vicinia ad maleficium vel evasionem malefactori dederit auxilium, consilium vel favorem, possint et teneantur consiliarii vel maior pars ipsorum pro homicidio interdicere usque ad decem hospitia illius vicinie vel contracte viciniora loco illius maleficii commissi usque ad decem annos. —

Source : BIU Cujas

si circa idem, nedum si circa diversa concurrere [1] videatur, argumento ff. de actionibus et obligationibus, l. cum ex uno et l. penult. [XLIV. 7. 32 et 60]. Quid plura? pro qualitate delicti imponende sunt pene, ut C. de advocatis diversorum indiciorum, l. I. [2] [II. 7. 1]; sed duo sunt [3] crimina commissa, ergo nulli immunitas est prestanda, ut ff. de privatis delictis, l. II. [XLVII. 1. 2]. Item propter tempus incarcerationis debet tempus incarcercato duplicari [4], argumento [5] ff. de penis, l. aut dampnum § quisquis [6] [XLVIII. 19. 8 § 7]; sic ergo nunc [7] interdicti primi tempus convenit expectari, ut C. de penis, l. si operis [IX. 47. 14]. E contra videtur quod statim, facto secundo interdicto, currat quinquennium pro eodem; primo, quia sicut ex die contractus tempus computatur, sic debet ex die secundi interdicti quinquennium computari, ut [8] ff. de verborum obligationibus, l. si quos promiserit [XLV. 1. 135]; secundo [9], cum pene ad tempus imponantur pro criminibus, ex die sententie currit tempus, ut ff. de postulando, l. imperator [III. 1. 8] et C. ex quibus causis irrogatur infamia [10], l. et si se varior [II. 12. 3]; tertio, quia sicut eodem tempore in [11] eadem *re* haberi possunt plures servitutes, et eodem tempore potest interdictorum plurium esse concursus, nec una servitus tollitur per aliam, sed continue concurrunt, ut ff. de servitutibus urbanorum prediorum, l. si domus [VIII. 2. 21] et de servitutibus rusticorum prediorum l. si michi [VIII. 3. 20]; quarto, quia uno et eodem tempore immo et [12] hora a liberto eodem diversis patronis possunt opere exiberi [13], ut ff. de operibus libertorum, l. duorum libertus [XXXVIII. 1. 49]; ergo in eodem tempore utrumque potest concurrere interdictum; quinto, quia [14] si [15] diverse tutele deferantur eidem eodem tempore, currunt quinquaginta dies [16] ad excusationem proponendam, argumento [17] ff. de excusationibus tutorum, l. scire § quinquaginta [XXVII. 1. 13 § 9]. Item est [18] quod decem dies a sententia lata, et [19] si diversis sententiis fuerit condempnatus, currunt; ut in Auth. de appellationibus et infra que tempora, c. I. [20] [Nov. XXIII. c. 1]. Solutio: dico quod tempus secundi interdicti currit statim non expectato quod finiatur tempus primi; argumento per leges [21] alligatas pro ista [22] parte; hoc [23] est quia sepissime contingit quod domini illarum domorum que sunt interdicte [24] non erant [25] presentes tempore maleficii perpetrati, nec forte culpabiles erant; et si erant presentes, inhabiles ad capiendum *malefactorem*, propter [26] condictionem sue persone; et sic est restringendum, ut ff. de liberis et postumis, l. cum quidam [XXVIII. 2. 19]: item statutum hodiosum est [27], quia [28] contra ius, quia res que non delinquunt non debent puniri, ut in Auth. ut nulli iudicum, c. [29] fin. [Nov. CXXXIV. c. 13]. Vel aliter posset distingui: utrum domini domorum, que subiciuntur interdicto secundo sunt [30] habiles ad capiendum malefactorem, vel [31] erant presentes tempore dicti secundi maleficii perpetrati et in malefactorem capiendo fuerunt in dolo vel culpa; et tunc optinent alligata pro prima parte; si vero non erant presentes [32], non possunt in dolo vel culpa deprehendi, et tunc optinent alligata pro secunda parte. Et ita vidi de facto pronumptiari Bononie.

LXII. — *Statutum quod si aliquis est percussus in aliquo castro vel villa prope per medium miliarium, quod commune illius loci debeat puniri in C. lib.: queritur ubi debeat incipi fieri commensuratio, an a muris vel a burgis castri et cet.*

Sed pone [33] questionem de facto. Statutum est Bononie quod si aliquis est percussus in aliquo castro vel villa prope per medium miliare, quod commune illius terre debeat puniri in C. libris, nisi ceperunt malefactorem. Modo pone: aliquis est percussus [34] iuxta Castrum Francum [35] per unum miliare a muris et fossatis ipsius castri et iuxta ipsum castrum per medium miliare et plus, ubi [36] est quedam domus dicti castri: iste *percussor* non fuit captus. Modo queritur numquid castrum * puniatur et ubi debeat incipi fieri mensuratio, utrum sit inter medium miliare vel ultra. Solutio: dic quod mensuratio debet fieri a muris et fossatis castri, non a domo que est extra, et hoc argumento [37] l. C. de officio prefecti pretorio Africe, l. in nomine domini [I. 27. 2], ibi « duces et milites per partes accedant ubi ante fines et clusure » et cet. et facit ad hoc ff. de verborum significatione, l. mille passus et l. qui incontinentibus et l. ut alfenus et l. collegarum [38] [L. 16. 154. 147. 87 et 173]. Et ita pronumptiavit dominus Oddofredus. * f. 151.b

LXIII. — *Statutum quod si facta fuerit iniuria vidente potestate et in eius presentia, quod potestas habeat arbitrium condemnandi et cet.: quid si in presentia potestatis dicta sunt verba iniuriosa, an habeat arbitrium et cet.*

Sed pone [39] questionem. Statutum est quod si offensa facta fuerit alicui vidente potestate et in eius presentia, quod potestas possit eum condempnare suo arbitrio. Quid si denumptiatio iniuriosa vel [40] verba iniuriosa dicta sunt in conspectu potestatis alicui?

---

[1] occurrere. *V.* — [2] l. sed et. — [3] Sed cum duo sint. — [4] item propter tempus incarcerationis pena debet incarcerato duplicari. *om.* — [5] ut. — [6] *Cod.* si qui. — [7] nunc *om.* — [8] argumento. — [9] secunda ratione quia. — [10] *Codd.* de his qui notantur infamia. — [11] pro. — [12] ymmo. — [13] a liberto eodem possunt diversis temporibus opere exhiberi. c. 112.[B] *Cl.* — [14] quia *om.* — [15] si *om.* *V.* — [16] *Cl. addit* qui dantur. — [17] ut. — [18] esset. — [19] etiam. — [20] *Codd.* § I. — [21] *Codd.* l. — [22] hac. — [23] huius *V.* — [24] que sunt interdicte *om.* — [25] non essent. — [26] propter forte. — [27] est *om.* *V.* — [28] quia est. — [29] *Codd.* §. — [30] sint. — [31] vel *om.* *V.* — [32] *Cl. addit* vel. — [33] Pone. — [34] Modo pone... percussus *om.* — [35] c. 112.[C] *Cl.* — [36] ubi *om.* *V.* — [37] per. — [38] *Codd.* cogitatum. — [39] Pone. — [40] denumptiatio..... vel *om.* —

Source : BIU Cujas

numquid habet [1] locum statutum? Dic quod sic: C. de inofficioso testamento, l. cum te [III. 28. 18] et familie herciscunde, l. in ipsius [III. 36. 5].

LXIV. — *In civitate duo sunt statuta: unum quod si aliquis fecerit insultum cum actu puniatur in lib. C.* [2] *Aliud est quod qui percusserit aliquem puniatur in C. lib. Quidam, qui invasit aliquem et percussit, fuit condemnatus in lib. CC.* [3]*; qui appellavit: queritur quid iuris.*

Sed pone [4] questionem. In civitate Eugubii sunt duo statuta; in uno quorum cavetur quod qui fecerit insultum cum actu puniatur in C. [5] libris (1); in alio continetur [6] quod qui percusserit aliquem puniatur in CC. lib. (2) Accidit quod quidam invasit quemdam et percussit et de hoc accusatur coram potestate Eugubii [7]. Confessus est. [8] Potestas [9] eum condempnavit, quia confessus fuit, in lib. CC. [10]. Nunc appellat [11] a dicta condempnatione dicens se inique condempnatum in lib. CC. [12] Queritur quid iuris et [13] an sit bene appellatum et male iudicatum [14]. Et in primis [15] videtur male appellatum et bene iudicatum; primo per confessionem quia dicit lex quod confessus in causa criminali et condempnatus per diffinitivam sententiam non appellat, ut C. de penis, l. qui sententiam et l. cum reis [IX. 47. 16 et 18]. Sed si in criminali causa, ubi de salute hominis tractatur, confessus non appellat, ergo multo magis [16] in pecuniaria, cum sit minor, ut legitur [17] ff. de his qui notantur infamia [18], l. quid ergo § pena gravior [19] [III. 2. 13 § 7] et de penis [20], l. in servorum [XLVIII. 19. 10] in fine. Item alio argumento, quia de diversis statutis tractatur [21], quia si diceretur insultum cum actu et percussionem esse unum delictum et sic una pena dignum, iam diceretur [22] unum ex [23] statutis superfluum et inutile et sic nil [24] operaretur, quod esse non debet, nam multitudo sive [25] superfluitas [26] sit vitanda [27], argumento C. de novo Codice compositione § quibus [Const. Haec, § 2] et de veteri iure enucleando, l. II. § similique [I. 17. 2 § 14] et verba debent aliquid operari, ut ff. de legatis I., l. si quando [XXX. 109], ad municipalem, l. I. [L. 1. 1], de usuris, l. si stipulatus [XXII. 1. 4]; dicas ergo: insultus et actus dicatur [28] assaltus cum aliquo actu non consumato, cum voluit [29] percutere sed fuit detemptus [30], quod sepe accidit, propter quod non percussit. Sic enim videmus puniri delictum cum actu non consumato, ut C. de episcopis et clericis, l. si quis non dicam [I. 3. 5], ff. de exercitoria, l. I. in principio [XIV. 1. 1] et C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, l. presenti [31] [I. 26. 6] circa principium. Sic ergo patet quod de diversis delictis tractant statuta, et sic due pene debent [32] imponi, et una non tollit aliam, ut ff. de privatis delictis, l. nunquam]XLVII. 1. 2] in principio: ibi datur regula ubi dicitur « non enim delictum ob aliud delictum minuit penam », et per totam legem hoc idem probatur, ubi ponuntur VIII. exempla in quibus duo delicta commissa ab eodem et in eadem re dantur, et de duobus bene penis punitur delinquens [33] (3); et ad hoc etiam facit C. de furtis, l. adversus et l. si quis servo a libero [VI. 2. 4 et 20]. Item alio argumento, nonne in crimine falsi [34] due pene imponuntur eadem lege, scilicet deportatio et omnium bonorum ammissio? ut ff. ad legem Corneliam de falsis, l. I. § [35] fin [XLVIII. 10. 1 § 13]; item C. de episcopali audientia, l. nemo [I. 4. 15]. E contra videtur scilicet quod [36] bene appellatum et male iudicatum, primo quia videtur delictum unum esse in nostra questione, scilicet percussio et sic una pena dignum [37]; et quod sit unum delictum videtur casus legis [ff. ad legem Acquiliam, l.] illud in dicto § si idem in principio [IX. 2. 32 § 1] et eod. tit. l. si vulnerato servo et l. huic scripture, § si servus [IX. 2. 46 et 15 § 1], et in diversis legibus invenies vulnus et occisionem: in [38] primo capitulo legis Acquilie tractatur de occisione hominis vel quadrupedis; tercio [39] autem capitulo tractatur de vulnere [40] et non de occisione, ut ff. ad legem Acquiliam, l. I. [41] in principio et l. si servus servum § tertio autem capite [XX. 2. 1 et 27 § 5]; et sic apparet aliud esse delictum vulneris et aliud mortis; sed si similiter contingunt ambo, dicitur tamen unum delictum scilicet mortis: [si] quis finis [42] incontinenti sequutus [43] [sit], ut dicto § si idem in fine [IX. 2. 32 § 1], ergo dicemus [44] unum delictum, quia uno impetu contingit. Item alio argumento queritur lex: [45] dicitur [46] quod si iniuria mea verberasti servum meum et lesisti eum in corpore, quod ex isto delicto oritur actio iniuriarum et legis Acquilie: sed una tollit aliam, quia ex uno [47] concurrunt, ut ff. de actionibus et obligationibus, l. qui servum in principio [48] et l. plura delicta et l. cum ex uno [XLIV. 7. 34, 53 et 32]: sic in nostro casu, cum ille pene sint equales, una tollit aliam. Solutio: dic quod unum est tantum delictum et una pena tantum dignum, per l. C. ad legem Iuliam de vi publica, l, quoniam multa [IX. 12. 6]: ubi sub uno violentie nomine continentur

---

1 habeat. — 2 *V.* CC. — 3 *V.* CCC. — 4 Pone. — 5 CC. — 6 cavetur. — 7 *V.* Agobii. — 8 confessus est *om.* — 9 qui. — 10 CCC. — 11 appellatur. — 12 CCC. — 13 et *om.* — 14 condempnatum. *V.* — 15 primo. — 16 fortius. — 17 legitur *om.* — 18 *Codd.* ex quibus causis infamia irrogatur. — 19 § etsi severior. — 20 de penis *om.* — 21 tractat. — 22 dicens *V.* — 23 ex *om.* — 24 statutum non. — 25 multitudo sive *om.* — 26 *Cl. addit* et simillitudo. — 27 sint evitanda. — 28 dicatur *om.* — 29 voluerit. — 30 detentus. — 31 *Codd.* in presenti. — 32 debuerint. — 33 ubi dicitur: non enim delictum... punitur delinquens *omittit Cl. ubi dicitur*: unum delictum et cet. et ibi ponuntur V. exempla de hoc. — 34 suspecti falsi. — 35 in. — 36 quod *om.* — 37 c. 113.A *Cl.* — 38 et in. — 39 in tercio. — 40 vulneratione. — 41 l. 1. *om. V.* — 42 Sed si similiter... [si] quis finis *om.* — 43 sequte quasi finis. — 44 diceremus. — 45 queritur lex *om.* — 46 dic. *V.* — 47 *Codd.* eo — 48 *Codd. addunt* et l. plures. —

(1) *Vide* Statuta civitatis Eugubii, Gerundae 1685, lib. IV, rubr. 31. p. 523. — (2) Ibidem, IV, 30. p. 521. — (3) *Cf.* Glossa ad Digestum novum; Lugduni 1550, p. 1134. —

Source : BIU Cujas

plura ut puta dampna [1], vulnera et homicidia, et tantum unum delictum [2] dicitur [3] et una pena imponitur pro omnibus illis delictis. Et vide infra in proxima questione, ut argumento ad idem; sed questiones inter se differunt.

LXV. — *Statutum quod si aliqua domus comburatur clam, quod commune illius civitatis debeat emendare. Si domus aliqua clam sit combusta et postea ignis combuxit alias vicinorum, an commune teneatur omnes emendare et cet.*

Sed pone [4] questionem de facto. Statutum est quod si aliqua domus comburatur clam, quod commune illius civitatis debeat emendare. Contingit quod alique
f. 152A domus * combuste fuerunt clam et postea ignis combussit [5] alias vicinorum: veniunt omnes illi et petunt a communi quod resartiat [6] eis dampnum secundum quod statutum dicit [7]. Dicit commune: « non debeo tibi [8] emendare, quia palam [9] et evidenter [10] vicinis tuis [11] combuste fuerunt [12] et non clam, sed palam [13] ». Modo queritur numquid tenetur commune emendare? Et videtur quod non: ff. ad legem Acquiliam, l. si ex plagis, in primo capite [14] [IX. 2. 52 § 1] et ff. ne quid in loco publico, l. II. § idem Labeo [XLIII. 8. 2 § 28]. E contra fuit pronumptiatum de facto, scilicet quod commune teneatur [15]: argumento ff. de dampno infecto, l. qui bona § II. [XXXIX. 5. 13 § 3], ibi « causam prebuerunt » et cet. Ad idem facit ff. eod tit. l. qui bona, I. rubr. [XXXIX. 2. 13 § 1], ff. de incendio, ruina et naufragio, l. I. [16] § ex incendio [XLVII. 9. 1 § 2].

LXVI. — *Statutum quod accusatus vel inquisitus de maleficio ex quo personaliter puniri non debet, quod pro securitate relaxetur, et quod suffitiat fideiussorem se obligari vel pro persona presentanda vel condemnatione solvenda. Potestas fideiussorem accepit in omni casu compellere: numquid presentando reum liberetur, prout statutum requirit? et cet.*

Sed pone [17] questionem (1). Statutum est quod si aliquis fuerit [18] accusatus vel denumptiatus [19] vel inquisitus de aliquo maleficio de quo non debeat personaliter puniri, quod pro securitate relaxetur et quod fideiussores debeant promittere et se obligare tantum pro persona representanda vel condempnatione solvenda et sic debeant se alternative promictere et se [20] obligare, et [21] alia [22] securitas non exigatur ab eis, tale existente statuto. Datum est potestati arbitrium in maleficiis: postea Titius maleficium perpetravit de quo non debebat [23] personaliter puniri; de quo maleficio extitit accusatus, denumptiatus vel inquisitus. Potestas eundem Titium [24] tradidit [25] pro securitate et relaxavit, promittendo ipse Titius potestati seu iudici ipsius [26] nomine commisso de representare in fortiam potestatis et communis quotiens requireretur, et parere omnibus mandatis dicti potestatis, et solvere [27] condempnationem, et fideiussores se [28] obligaverunt hoc modo [29]: insuper tales fideiusserunt in dictam [30] causam. Item [31] Titius fuit per potestatem [32] in certa quantitate pecunie condempnatus; preterea fideiussores, infra dilationem quam habebant, representaverunt eundem Titium potestati, et ipse recepit eum in custodia vinculorum. Potuit enim [33] nichilominus potestas vel iudex, qui est ad condempnationem exigendam, predictam condempnationem [exigere] a dictis fideiussoribus, [34] quia dictus Titius plura [35] capitula [36] copulative promisit, et inter cetera promisit dictam condempnationem solvere? Dicti [37] vero fideiussores promiserunt [38] in omnem causam et sic fideiusserunt [39] pro condempnatione solvenda. Dicti fideiussores se defendunt et dicunt se non teneri ad dictam condempnationem, quia statutum tantum dicit [40] quod de representanda persona vel condempnatione solvenda debent fideiubere; unde dicunt quod liberati sunt, quia dictam personam representaverunt; item dicunt quod statutum prohibet ultra [41] securitatem accipi, nec ultra procedi et si [42] contra fit ipso iure est nullum, ut C. de legibus et constitutionibus, l. non dubium [I. 14. 5,] quia perinde est ac si in statuto contineretur « et si aliter [43] recepta fuerit securitas [44] non valeat ». Respondetur per potestatem, quod potestas habet arbitrium, unde potuit facere fideiussorem aliter obligari quam contineatur in statuto. Unde queritur an teneantur fideiussores dicti ad dictam condempnationem solvere, cum dicatur [45] arbitrium datum potestati non extendi [46] ad fideiussores obligatos. Et quod dicti fideiussores teneantur plurima suadent [47]: nam [48] primum est forma fideiussionis, nam se obligaverunt fideiubendo [49] in omnem causam, igitur teneantur solvere condempnationem sicut principalis [50]: ff. locati et conducti, l. quero [XIX. 2. 54], nam contractus ex conventione legem accipiunt [51]: ff. de pactis, l. I. § conventionis [II. 14. 1 § 3] et notatur in dicta l. quero. Secunda est: arbitrium potestatis est [52] ad fideiussionem [53] extensum, cum enim fuerit [54] arbi-

---

1 continetur ut nota damna. — 2 *Cod.* dellictum. — 3 dicitur *om.* — 4 Pone. — 5 comburrit. — 6 resartiatur. — 7 *V.* dicit *om.* — 8 tibi *om.* — 9 pallam. — 10 videntibus. — 11 tuis *om.* — 12 sunt. — 13 et non clam sed palam *om.* c. 113.B *Cl.* — 14 § I. — 15 teneretur. — 16 *Cod.* l. II. — 17 Pone. — 18 fuit. — 19 condemnatus. — 20 promictere et se *om.* — 21 et quod. — 22 *Codd.* aliter. — 23 debeat. — 24 Potestas eum. — 25 tradidit *om. V.* — 26 eius. —

(1) Cf. Tractatus Malef. De multis quaestionibus, c. 17, pp. 289-90. —

27 solvere omnem. — 28 ita se. — 29 in hunc modum. — 30 omnem. — 31 Qui. — 32 per potestatem *om.* — 33 Potuerit enim *om.* — 34 compellit fideiussores ad condemnationem exigendam. — 35 c. 113.C *Cl.* — 36 capitula *om.* — 37 Ipsi. — 38 promiserunt *om.* — 39 et sic predicti fideiussores promiserunt. — 40 dicit *om. V* — 41 ultra *om.* — 42 quod. — 43 et sic cum. — 44 dicta securitas. — 45 et an. — 46 extendatur. — 47 primo suadet. — 48 nam *om.* — 49 fideiussores. — 50 *V.* principale. — 51 *V.* ex conventione et cet. — 52 *V.* suprascripti. — 53 fideiussores. — 54 fuit. —

Source : BIU Cujas

trium in maleficiis [1] potestati concessum [2] et sic in causis maleficiorum, igitur [3] et sic in fideiussoribus obligandis [4], et [5] ipsorum fideiussorum obligatio est pars cause, ut colligitur C. de episcopis et clericis, Auth. generaliter [I. 3. 25. Nov. CXII. c. 2] et de litis contestatione, Auth. libello [6] et Auth. offeratur [III. 9. 1. Nov. XCVI, c. 1 et Nov. LIII, c. 3] et ff. qui satisdare cogantur, l. I. [II. 8. 1] et per totum; pars vero cause pertinet ad iudicem, et sic arbitrium quod habetur [7] in causa, ut C. de edendo, l. I. [II. 1. 1], ibi « idem ex [8] causa » et cet. Item omni [9] obligationi potest accedere fideiussor, ut ff. de fideiussoribus, l. I. [10] [XLVI. 1. 16], sive sit ex contractu, sive ex maleficio, sive naturalis, sive civilis, ut ff. de fideiussoribus, l. si stipulatus et l. seq. [11] [XLVI. 1. 15 et 15] et l. fideiussor obligari § I. [12] [XLVI. 1. 16 § 1]. Item publice utilitatis ratio suadet penas ob maleficia solvi, ut ff. de fideiussoribus, l. si a reo § id quod vulgo [XLVI. 1. 70 § 5] et ideo obligatio ex causa maleficiorum tenetur [13], ut ff. de fideiussoribus, l. grece § set et si ex delicto [XLVI. 1. 8. § 5]. E contra videtur, primo ex [14] forma statuti, que est ut dicti fideiussores obligentur tantum pro persona representanda vel condempnatione solvenda, et quod aliter non recipiatur, que lex servanda est et hic per quam dura: ff. qui et a quibus, l. prospexit; item a verbis edicti non est recedendum: ff. de exercitoria actione, l. I. § igitur et § si is qui navem [XIV. 1. 1 § 12 et § 19]. Potest enim [15] fideiussor aliter obligari quam principalis, dum tamen in leviorem causam accipiatur, et ideo principalis potuit se obligare copulative ad illa [16] que in sua petitione continentur [17]; dicti vero fideiussores se obligare debent pro persona [18] representanda vel condempnatione solvenda, et sic si [19] fuissent obligati [20] in leviori causa, ut ff. de fideiussoribus, l. grece § illud et § seq. [21] et maxime in § penult. qui incipit « sed et si reum [22] » [XLVI. 1. 8 § 7, § 8 et § 11]. Et hac ratione probatur quod nec ab initio fuerunt obligati fideiussores predicti, quia dictum statutum prohibet accipi aliter. Item quod in uno conceditur in alio denegatur: si habet [23] arbitrium in maleficiis, non ergo habuit [24] in fideiussione obliganda [25], ut ff. de pactis dotalibus l. inter § cum inter [XXIII. 4. 23 § 2], C. de procuratoribus, l. maritus [II. 13. 21]. Item
* 152.B malefactor tenetur ex maleficio *, ut Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur, in principio [IV. 1 pr.], fideiussor vero tenetur ex contractu, ut Inst. de ver-

[1] in maleficiis *om.*. — [2] datum de condemnando in mallefitiis. — [3] agitur. *V.* — [4] in fideiussorum obligatione. — [5] nam et. — [6] Auth. libello *om.* — [7] habet. — [8] ex *om.* — [9] cuilibet. — [10] l. fideiussor in fine. — [11] et l. fin. *V.* — [12] c. 113.D *Cl.* — [13] solvi. — [14] est. — [15] Item quia potest. — [16] ad illa *om.* — [17] in sua promissione continetur. — [18] rei *add.* — [19] si *om.* — [20] alligati l. si stipulatus §. — [21] *Codd.* l. stipulatus § illud et l. fin. — [22] qui incipit sed utrum. — [23] ei enim habeat. — [24] *V.* denegatum. — [25] in fideiussoria obligatione. — [26] ex. — [27] et sic cum. — [28] sint diverse fideiussioris et rei obligationes. — [29] absolvit condemnandos et condemnat absolvendos. — [30] hodia. — [31] sunt *om.* — [32] c. 114.A *Cl.* — [33] Pone. —

borum obligationibus § in [26] hac re olim et seq. [II. 16 § 1 et § 2], quia omnino [27] sint diverse malefactoris et fideiussoris obligationes [28]; alia arbitrii facti iniquitas, nam talia arbitria conceduntur potestatibus contra ius et ideo extendi non debent, ut ff. de legibus et senatusconsultis, l. quod vero [I. 3. 14]; item quia sunt odiosa, quia potestas plerumque condempnat absolvendos et solvit condempnandos [29]; et odia [30] restringenda sunt [31], ut ff. de liberis et postumis, l. cum quidam [XXVIII. 2. 19]. Solutio: dico quod dicti fideiussores non teneantur ad dictam condempnationem solvendam, rationibus pro hac parte alligatis (1). Et ita vidi pronumptiatum Bononie de facto.

LXVII. — *Statutum quod potestas habeat arbitrium in omicidiis tempore sui regiminis perpetratis* [32]. *Modo quidam tempore predecessoris sui fuerat vulneratus, qui ex illo vulnere mortuus est tempore sui regiminis: an super dicto omicidio habeat arbitrium.*

Sed pone [33] questionem de facto (2). Continetur in statuto [34] quod potestas habeat arbitrium in homicidiis suo tempore perpetratis. Contingit quod tempore preteriti potestatis fuit quidam vulneratus et moritur ex illo vulnere tempore presentis potestatis [qui non habet arbitrium [35]]. Queritur numquid [36] presens potestas habeat arbitrium in dicto homicidio aut non. Et quod tantum potestas [37] preteritus habeat arbitrium in dicto homicidio [38] et non presens probatur pluribus rationibus; et prima est eventus dicti maleficii, scilicet mors superveniens, que operatur te habetur ad principium dicti maleficii, et sic finem ad principium adducamus et ultimum tempus ad primum [39]: argumento C. de imponenda lucrativa descriptione, in penult. imo dicto [40] [X. 35. 1]. Secunda ratione quia in maleficiis [41] consideratur initium, ut sic quod in fine contingit secundum initium iudicemus, et ideo [42] qui violentiam facere incohavit de omnibus maleficiis hinc inde [43] commissis post violentiam incohatam punitur, ut C. ad legem Juliam de vi publica, l. quoniam [IX. 12. 6], unde potius [44] considerare voluit originem quam quod supervenit, ut ff. ad Macedonianum [45], l. si tantum [46] [XIV. 6. 12], ff. de penis, l. I. § quod si servum [XLVIII. 19. 1 § 1]. Tertia ratione [47] quod qui hominem vulneraverit ut eum [48] occiderit, pro homicida dampnandus est, et ideo qui strinxit gladium [49] et

[34] civitatis *add.* — [35] *Tract. Malef.* p. 286. — [36] utrum. — [37] potestas *om.* — [38] in dicto homicidio *om.* — [39] et ultimum... primum *om.* — [40] argumento C. de penis, l. de vulnere (?) et de legatis I, l. penult. — [41] delictis. — [42] ideo *om.* — [43] in. — [44] *V.* iuris. — [45] *V.* Municipalem. — [46] tametsi *Codd. et Tract Malef.* p. 287. — [47] tertia ratio est quia. — [48] eum *om.* — [49] gladio *V.* —

(1) *Ita breviter solvit* Tract. Malef. p. 289, *ubi Albertus expresse citat hanc quaestionem, dicens:* « Respondeo pro et contra ut notavi in dictis questionibus statutorum ». — (2) Tractatus Malef. De multis questionibus, c. 11. p. 286. —

Source : BIU Cujas

eum percussit occidendi animo id commisisse videtur [1], ut. ff. ad legem Corneliam de sicariis, l. I. § divus [XLVIII. 8. 1 § 3]; ideo videtur tempore preteriti potestatis homicidium perpetratum. Item in maleficiis non consideratur exitus, sed voluntas, ut ff. ad legem Corneliam de siccariis, l. divus [2] [XLVIII. 8. 14]; ergo circa hoc homicidium non debemus spectare exitum, sed principium [3]. E contra videtur presentem potestatem habere arbitrium in dicto maleficio, primo quia tempore huius potestatis mortuus est, et sic tempore huius potestatis maleficium perpetratum dicitur cum effectu, et effectus eius [4] de quo agitur considerandus est [5], non verba: ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, l. I. § hec autem verba [II. 2. 1 § 2]. Item quia ante emissionem spiritus non dicitur homicidium perpetratum: statutum vero loquitur in preterito tempore dum dicit « perpetratum [6] », unde significat maleficium non coeptum sed consumatum, sicut dicitur in verbo statuti [7], quod significat rem perfectam et consumatam [8], ut dicto § hec verba [D. II. 2. 1 § 2]. Item invenitur in iure quod tempus presens resolvitur in preteritum, ut dicitur « moritur » idest « mortuus est », ut ff. de negotiis gestis, l. II. et [9] III. in princ. [III. 5. 2 et 3]. Item quia potestas presens cum preterito videatur idem iudex [10] et idem potestas reputetur; unde [11] suo tempore videtur homicidium perpetrari, sive moriatur in anno presenti sive in preterito, ut ff. de iudiciis, l. proponebatur [V. 1. 76]. Item illud dicitur perfectum quod ex omnibus suis partibus constat [12] esse finitum; et nil [13] videtur actum, cum aliquid superest ad agendum, ut ff. de origine iuris, l. I. [14] [I. 2. 1] et C. ad Sillanianum, l. cum Sillanianum [VI. 35. 11] in fine; et sic ante emissionem spiritus non est [15] homicidium perpetratum. Solutio ([1]): dico [16] potestatem preteritum [17] arbitrium habuisse ut ff. ad legem Acquiliam, l. huic scripture § I. [IX. 2. 15 § 1], ubi etiam « sed si manumissus »: sed hoc ita, quod videatur quasi mortuus a tempore vulnerationis [18], item similiter fingitur mortuus tempore vulnerationis, ut dicto titulo, l. ait lex § si mortifere [19] [IX, 2. 51 § 1].

LXVIII. — *Statutum est quod nullus possit intrare collegium advocatorum, nisi primo dederit C. sol. illis de collegio: quidam volens intrare vult retinere partem suam et residuum dare: numquid possit?*

Sed pone questionem [20]. Statutum est inter advocatos alicuius collegii quod aliquis non possit intrare collegium advocatorum nisi primo det centum sol. ipsis de collegio. Aliquis vult intrare et retinere suam partem illorum centum sol., sed [21] et residuum illis de collegio dare; dicit questio [22]: numquid potest [23]? Dic quod sic, argumento ff. de legatis I., l. ab omnibus heredibus § si Attio [24] [XXX. 104 § 3]; ff. de condictionibus et demonstrationibus. l. qui heredi § fin. [25] [XXXV. 1. 44 § 10].

LXIX. — *Statutum est quod omnia instrumenta debeant insinuari sive registrari et cet.: modo notarius qui confecit instrumentum, rogatus a partibus ut ipsum registraret, non registravit: an ignorantia notarii preiudicet instrumento.*

Sed pone questionem de facto. Statutum est Bononie quod instrumenta [26] debeant insinuari et poni in quaterno communis, si ascendunt ultra XXV. lib. ([2]). Modo [27] duo ad invicem contraxerunt, et dixerunt notario qui rogabat dictum instrumentum [28], quod ipse recordaretur ponere in scrineo instrumentorum [29] communis, ubi fiunt [30] insinuationes, et dederunt [31] unam cedulam secundum quam deberet ponere. Tabellio non fuit recordatus, nec posuit in quaterno communis, secundum quod debebat et statutum dicit. Modo queritur numquid istius [32] ignorantia preiudicet instrumento [33]. Et certe vidi pronumptiari de facto per maiores doctores Bononie, quod illa [34] erronea ommissio noceat instrumento, et hoc per l. C. de testamentis, l. errore et l. ambiguitates [VI. 23. 7 et 24], et maxime post ea que dicuntur in glossa ordinaria illarum legum. Item ubicumque solempnitas consideratur, si aliquid ex solempnitate desit, evanescit [35]: ff. de transactionibus, l. cum hii § si pretor [II. 15. 8 § 17]; nisi sit aliquid leve vel [36] quod non sit de substantia negotii, sed ex accidente, ut ff. de ventre inspiciendo, l. I § fin. [XXV. 4. 1 § 15]. Et adde quod dicitur in Brocarda de solempnitatibus, ubi plene invenies.

---

[1] occidere videtur. — [2] ideo videtur tempore... l. divus *om.* — [3] initium. — [4] est *V.* — [5] consideratum *V.* — [6] perpetratis *Codd.* — [7] statuitur *Codd.* — [8] c. 114.B *Cl.* — [9] II. et *om.* — [10] cum preterito idem iudicetur. — [11] unde *om.* — [12] ut ff de origine iuris. l. I. — [13] esse finitum et nil *om.* — [14] *Cod.* l. II. ut ff. de origine iuris, l. l. *om. Cl.* — [15] videtur. — [16] dic. — [17] *Cl. addit*: et non presentem habere arbitrium in dicto malefitio. — [18] *Cod.* vulneratoris. — [19] arbitrium habuisse.,. § si mortifere *om.* — [20] Pone. — [21] sed. *om.* — [22] dicit questio *om.* — [23] Possit. — [24] si a Titio. *V.* si actio *Cl.* — [25] Vide in testum questionum multum supra cuntradicit. *add. V.* contradicit — [26] omnia instrumenta. — [27] Modo *om.* — [28] notario qui erat rogatus de instrumento. — [29] instrumentorum *om.* — [30] fiebant. — [31] eidem *add.* — [32] istius notarii. — [33] instrumento *om.* — [34] c. 114.c *Cl.* — [35] vitiatur. — [36] scilicet. —

([1]) *Aliter solvit* Tract. Malef., p. 287: « quod neuter dictorum potestatum habeat arbitrium » *et homicidium iudicetur secun legem. In hac solutione laudat auctoritatem et consultum Dini de Mugello: unde apparet Albertum, cognita decisione Dini, opinionem mutasse.* — ([2]) Statuta Bononiae, a. 1265, rubr. 53 (ed. Frati, III. 625 seg): Statuimus.... quod omnes contrahentes deinceps in civitate bonon. et burgis, sive suo nomine sive alieno, debeant ipso die contractus.. scribi facere. Et hoc habeat locum in omnibus contractibus confessionibus extra iuditium, liberationibus, pactis, conventionibus excedentibus summam viginti libr. bon. —

Source : BIU Cujas

LXX. — *Statutum quod quicumque confalonerius primo ascenderit castrum habeat a commune C. lib. Quidam, qui non erat confalonerius, accepit confalonem et primo ascendit castrum: an debeat habere C.*

Sed pone [1] questionem de facto. In quodam exercitu factum fuit statutum quoddam, quod quicumque
f. 153.c gonfaloneriorum [2] primo ascenderit castrum * tale cum confalone et intraverit [3], habeat et habere debeat a communi C. lib. Quidam, qui non erat gonfalonerius, accepit gonfalonem et primo intravit. Queritur numquid habere debeat a communi lib. C. Et videtur quod non, quia caute dictum erat in statuto de confallonerio, et statuta sunt [4] stricti iuris, et non est recedendum a verbis, [5] ut ff. de legatis III., l. non aliter [XXXI. 69]; et in re dubia melius est verba edicti servare, ut ff. de exercitoria, l. I. § in re igitur dubia [XIV. 1. 1 § 20]. Sed tu dic quod debet habere, non obstante quod non erat gonfalonerius: [6] argumento ff. de re [7] militari, l. I. [XLIX. 16. 1], ubi dicitur, quod [8] paganus, si est in bello [9], utitur iure militari [10]. Item mens statuti inspitienda est, que mens [11] fuit ut illi de exercitu viderent gonfalonem, ut alii [12] citius moverentur ad intrandum; et mens inspitienda est potius quam verba: ff. ad exibendum, l. I. [13] [X. 4. 1].

LXXI. — *Statutum quod quilibet teneatur obedire consulibus suis: modo quidam precepit alicui ut deberet ire ad talem locum sub pena sol. II.; item precepit sub pena V., et multa alia precepta fecit: an omnes possint [14] exigi si non paruit.*

Statutum est in villa, quod homines illius ville teneantur obedire [15] consulibus suis. Quidam consul precepit cuidam sub bampno sol. II., quod iret ad talem locum [16]: item iterato [17] precepit eidem quod sub [18] bampno III. sol. [19] iret [20] ad dictum locum; item precepit tertio sub bampno V. sol. quod iret ad dictum locum [21], et multa alia precepta et condempnationes fecit quia, dictus homo ire [22] nolebat. Modo venit dictus consul et vult exigere dictas condempnationes: queritur [23] numquid consul possit exigere dictas condempnationes [24]. Et certe dic quod non, quia ultra ternum preceptum et ternam condempnationem non potest facere consul de eodem facto, et hoc per l. C. de modo multarum, l. eos [I. 54. 6]: ff. de arbitriis [25], l. si duo § fin. [IV. 8. 34], et C. de servis fugitivis, l. quicumque [VI. I. 4] ubi de hoc. [26].

1 Pone. — 2 confallonerius — 3 et intraverit *om.* — 4 statutum est. — 5 de verbis. — 6 non obstante quod dicat statutum de confalloneriis. — 7 testamento *Cod.* — 8 quod si. — 9 si est in bello *om.* — 10 et cet. — 11 statuti *add.* — 12 ut alii *om.* — 13 finale *V.* — 14 *Cod.* possit. — 15 parere. *V.* — 16 locum *om.* — 17 iterato *om.* — 18 eidem quod ad *om.* in *add.* — 19 sol. *V.* — 20 c. 114.D *Cl.* — 21 item precepit tertio... locum *om.* — 22 ire non volebat. — 23 modo queritur an possit. — 24 numquid... condempnationes *om.* — 25 *scil.* de receptis qui arbitrium receperunt. — 26 C. de modo multarum, l. eos, et argumento ff. de servis fugitivis, l. si duo § fin. ubi de hoc. — 27 Pone questionem de facto. — 28 castri obsessi quod. — 29 rationibus *om. V.* — 30 ascendit. — 31 illas *om.* — 32 an neuter. — 33 forte. — 34 in rebus. — 35 argumento *om.* — 36 de regulis iuris. — 37 admittatur. — 38 argumento. — 39 de negotiis gestis. — 40 quod *add.* — 41 et ita fuit... Bononie *om.* — 42 quodam *add.* — 43 mandentur. — 44 que petitur. — 45 c. 115.A *Cl.* — 46 de iure communi *om.* — 47 vel *V.* —

LXXII. — *Statutum quod qui primo ascenderit murum talis castri obsessi habeat C.: plures insimul ascenderunt: an omnes habebunt C., vel neuter, vel quis et cet.*

Sed pone questionem [27]. Statutum est Bononie quod qui primum ascenderit murum talis castri, quod obsessum erat [28], habeat C. lib. Accidit quod plures ascenderunt, qui omnes probaverunt liquidis rationibus [29], quod quilibet primo intraverat [30]. Modo queritur numquid omnes admittantur ad illas [31] C. lib. aut nullus [32]. Solutio: ad hoc quidam dicere voluerunt quod sorte [33] hoc debeat dirimi, ut ff. de iudiciis, l. in tribus [34] [V. 1. 13]; C. communia de legatis, l. finalis [VI. 43. 3 pr.] in principio. Alii dicunt quod neuter admictatur propter incertitudinem: argumento [35] ff. de testamentaria tutela, l. duo sunt titii [XXVI. 2. 30] et de rebus dubiis [36], l. si fuerit [XXXIV. 5. 10]. Alii dicunt quod est locus gratificationi, ut ille habeat [37] cui princeps dare voluerit, ut [38] ff. de religiosis et sumptibus, [39], l. fin. [XI. 7. 46]. Sed vos dicatis quod omnes admictantur, argumentum l. ff. in prohemio § discipuli [Constit. Omnem § 6], ibi « quia [40] primum est » et cet. et de verborum significatione, l. proximus [L. 16. 92]; et ita fuit pronumptiatum de facto Bononie [41].

LXXIII. — *Statutum quod omnes sententie debeant dari cum conscilio sapientis, et aliud statutum est quod omnes sententie mandentur exequutioni, non obstante aliquo statuto; et ambo statuta sunt iurata. Modo sententia lata est sine conscilio sapientis, que petitur exequutioni mandari: an potestas teneatur mandari exequutioni.*

Sed pone questionem de facto (1). Continetur in [42] statuto, quod omnes sententie debeant dari cum consilio sapientis. Item continetur in alio statuto quod « omnes sententias exequutioni mandabo [43], non obstante aliquo alio statuto »; et ambo sunt statuta iurata. Modo lata est quedam sententia sine consilio sapientis: petitur [44] executioni [45] mandari. Queritur an potestas teneatur exequutioni mandare, cum ipsa sit lata contra formam statuti. Et primo videtur quod teneatur. Certum est enim de iure communi [46] quod omnis sententia, a qua non est appellatum, si [47] non est lata contra

(1) *Hanc quaestionem Albertus desumit, paucis mutatis vel compendiatis ex* Questionibns sabbatinis *a Roffredo Beneventano compositis, ubi numero XLV. signatur* (ed. Selectae quaestiones iuris, Coloniae 1570, p. 230 sqq.); *et hunc auctorem laudat in fine praesentis quaestionis.*

Source : BIU Cujas

ius scriptum [1], est exequutioni mandanda ut ff. [2] de re iudicata, l. a divo Pio [XLII. 1. 14]. Item statutum precipit quod exequutioni sint mandande [3], ergo pro iure debent servari: Inst. de iure gentium [4] § constat [I. 2 § 3] et ff. de legibus et senatus consultis, l. de quibus [I. 3. 32]. Nec obstat quod sit lata contra primum statutum, quia, ex quo non probatur, debeo presumere [5] quod rite sit lata, cum sit pro sententia presumendum, ut [6] argumentum ff. de re iudicata, l. inter pares [XLII. 1. 38], et de inofficioso testamento [7], l. si pars [8] [V. 2. 10] et de regulis iuris, l. in ambiguis [L. 17. 85]. Item in re dubia potius [9] debemus iudicare quod res valeat quam pereat, ut ff. de rebus dubiis, l. quotiens [XXXIV. 5. 12]; et in re dubia melius est verba edicti servare, ut ff. de exercitoria, l. I § in re igitur dubia [10] [XIV. 1. 1 § 20]. Item est sine preiuditio quod non sit servatum primum statutum: nichilominus sententia, [11] licet non debuerit ferri [12], lata tamen tenet, ut ff. quando appellandum sit, l. I § biduum [XLIX. 4. 1 § 5], ff. de interdictis et relegatis, l. relegatorum § ad tempus [13] [XLVIII. 22. 7 § 4], de tutoribus et curatoribus datis ab his, l. I. [XXVI. 5. 1], de his qui sunt sui vel alieni iuris, l. fin. [I. 6. 11]. Item standum est rebus iudicatis, ut C. de re iudicata l. I [VII. 52. 1]; adeo dicit lex quod rebus iudicatis standum est [14], etiam si per gratiam [15] iudicatum sit., ut ff. de bonis libertorum, l. qui cum maior [XXXVIII. 2. 14]. Item si per errorem lata est sententia, tenet: ff. ad Trebellianum, l. [servo § cum] pretor [16] [XXXVI. 1. 65 § 2]. Item per luxuriam lata, tenet: ff. de legatis I., l. si servus plurium [XXX. 50]. Item licet [17] non sit [18] servandum [19] primum statutum, non tamen obstat propter sequens statutum quod dicit: « exequutioni mandabo sententias [20] », quia illud primum statutum corrigitur per ultimum statutum [21]; et hoc video in legibus Iustiniani, ubi [22] leges ultime corrigunt [23] primas; item et in testamentis ultimum tollit primum, ut ff. de testamentis, l. hac consultissima § I. [24] [VI. 23. 21 § 1] et ff. ad Trebellianum, l. si quis priore [XXXVI. 1. 29]; et pacta novissima sunt servanda, ut C de pactis, l. pacta [25] [II. 3. 6]. Ergo sententia est exequutioni mandanda, licet alio modo lata sit quam ferri debuerit, ut ff. de penis, l. I. [XLVIII. 19. 1]; nam qui diversis temporibus duos dat procuratores, posteriorem dando priorem removisse videtur, ut ff. de procuratoribus, l. si quis cum [III. 3. 31]. E contra videtur quod non sit exequutioni mandanda, in primis quia non fuit lata secundum quod debuit, unde non tenuit, nam sententia lata contra legem [non] tenet, ut ff. que sententie sine appellatione rescindi possint, l. I. [XLIX. 8. 1]; ergo lata contra statutum non tenet, quia servari debet pro iure et lege, ut ff. de legibus et senatusconsultis, l. de quibus [I. 3. 32]. Item video quod si aliter [26] fiat venditio predii minoris quam lex dicat, non valet venditio: ut ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura [sunt] l. magis § in primis [XXVII. 9. 5 § 11] in qua lege dicitur qualiter debeat fieri alienatio predii minoris [27]. Item cum aliquid debet fieri cum aliqua solempnitate, si illa solempnitas omictatur, non valet quod agitur, ut ff. de transactionibus, l. cum hic § arbitratu * [28] [II. 15. 8 § 16] et ff. de in integrum restitutionibus, l. divus [IV. 1. 7]. Item qualis est [29] ordo solitus [30], secundum quem debet ferri sententia [31], servandus est [32]; unde si omictatur ille ordo [33], non valet sententia [34], ut C. de sententiis et interlocutionibus omnium indicum, l. prolatam [VII. 45. 4]. Item nec potest dici sententia nec dicitur condempnatus [35], quia illum dicimus condempnatum, qui rite est condempnatus, ut ff. de re iudicata, l. si [36] se non obtulit § condempnatus [37] [XLII. 1. 4 § 6]. Hoc etiam est circa actionem [38], que si non rite [39] interponatur, habetur pro non interposita: ff. de auctoritate tutorum, l. II. [XXVI. 8. 2]. Item quod non sit recte lata [40] sententia, ita probo: certum est quod debuit dari cum consilio sapientum, et si non fuit [41] habitum eorum consilium [ergo] sententia nulla est [42]: argumento eius quod dicitur [43] de testatore qui iussit aliquid fieri coram Titio, et si factum fuerit eo [44] inconsulto, non valet quod gestum est, ut ff. de verborum significatione, l. coram [45] [L. 16. 209] et de verborum obligationibus [46], l. si qui arbitratu [XLV. 1. 43]; C. [47] de contrahenda emptione, l. fin. [IV. 38. 15]. Item certum facit mandatum datum, a quo non est recedendum, ut ff. mandati, l. diligenter [XVII. 1. 5]. Unde sententia lata nulla est argumentis predictis [48]. Solutio: distingue, quia aut certum est quod prima sententia lata ab istis provisoribus [49] qui habebant [50] potestatem a communi, non fuit lata cum consilio sapientum, aut certum est quod cum consilio [51], aut dubium. In primo casu, cum non sit lata secundum formam statuti, dico illam sententiam non esse sententiam: argumento ff. de re iudicata, l. si se non obtulit § condempnatum [XLII. 1. 4 § 6], C. de sententiis, l. prolatam [VII. 45. 4], et ideo dico non debere mandari exequutioni. Nec primum statutum tollitur per secundum, per l. [52] ff. de ver-

* f. 152.b

---

[1] contra ius constitutum de iure communi. — [2] *Codd. habent* C. *pro* ff. — [3] ut ff. de re iudicata... sint mandanda *om.* — [4] naturali. — [5] presumitur. — [6] cum sit... ut *om.* — [7] de iudiciis. — [8] *Codd.* si quis. — [9] melius — [10] § penult. *Cod.* — [11] sententia *om.* — [12] non debuerit ferri. — [13] ipsis. — [14] ut C. de reiudicata... standum est *om.* — [15] per. — [16] *Codd.* ad Trebellianum C. pretor. — [17] esto *V.* — [18] non sit *om.* — [19] servandum. — [20] quod dicit mandentur exequutioni omnes sententie. — [21] statutum *om.* — [22] ut. — [23] corrigant. — [24] *Codd.* penult. — [25] *V.* novi. — [26] c. 115.B *Cl.* — [27] in qua lege... minoris *om.* — [28] si pretor [II. 15. 8 § 17]. — [29] Item quia — [30] solitus *om.* — [31] debet dari sententias *V.* — [32] servandus est. *om. V.* — [33] unde si... ordo *om.* — [34] alias non valet. — [35] Item dici non potest condemnatus. — [36] qui *V.* — [37] l. I. et l. sec. § condemnatus. — [38] tutorem. — [39] recte. — [40] ritedata *V.* — [41] fuerit. — [42] est *om. V.* — [43] argumento l. *V.* — [44] et si factum sit. — [45] de verborum... coram *om.* — [46] significatione *Cod.* — [47] C. *om.* — [48] argumento predictarum legum. — [49] ab illis. — [50] habent. — [51] aut certum... consilio *om.* — [52] argumentum. —

Source : BIU Cujas

borum obligationibus, l. doli clausula; ff. de legatis III., l. si quis in principio [XXXII. 22]. Si autem certum est quod fuit lata cum consilio sapientum, tunc [1] debet exequutioni mandari. Si autem sit dubium, presumo pro sententia: argumento ff. de inofficioso testamento, l. si pars [V. 2. 10] et de regulis iuris, l. in ambiguis [L. 17. 85] et Extra de electione, c. bone memorie, in ultima columpna [I. 5. 4] et Extra de re nuptiali [2], c. in presentia [IV. 1. 19]. Et presumo etiam [3] solempniter actam, et sic esse sententiam et sic mandari exequutioni [4] argumento C. de [5] exequutione rei iudicate, l. II. [VII. 53. 2] et ff. de re iudicata, l. a divo Pio [XLII. 1. 15]. Et in hac oppinione est dominus Roffredus (1).

LXXIV. — *Quidam ellegerunt quemdam in potestatem et concesserunt sibi statuta condere; et ellecti sunt alii ad illa statuta fatienda, quorum conscilio potestas statuta illa fecit; et iuraverunt statutum fatiendum a potestate servare, qui fecit statutum quod non deberet sindicari. Queritur an valeat, et an nichilominus teneatur.*

Sed pone questionem [6] (2). Quidam elegerunt quemdam in potestatem, cui [7] concesserunt statuta condere; item electi sunt compositores ad illa statuta [8], quorum consilio potestas statuta illa fecit, et iuraverunt illi statuta ab eo facienda servare. Potestas fecit unum statutum quod non debetur sindicari, idest [9] quod non redderet rationem villicationis sue; sed iste potestas primo iuraverat reddere rationem. Queritur an teneatur potestas reddere rationem, non obstante statuto facto adverso a potestate. Quod potestas teneatur [10] videtur [11]: quia iste potestas est quasi [12] procurator civitatis et civitas sibi mandavit hanc procurationem, ut agat contra eum [13] ex stipulatu, quia quilibet potestas promittit [14] rem publicam [15] salvam fore: ff. de magistratibus conveniendis, l. I. [XXVIII. 8. 1]. et ad municipalem, l. II. [L. 1. 2]. Et si stipulatio [non] intercessit, presumo eam non intercessisse, ad instar pupilli cui ex stipulatu tenentur fideiussores tutorum eo ipso quod patiuntur se dari fideiussores et non contradicunt, ut ff. de fideiussoribus, l. cum ostendimus [XXVII. 7. 4] in fine. Item quod teneatur [16] reddere rationem sui offici probatur, nam procurator tenetur reddere rationem sui offici et nil de ipsa procuratione remanere dicit [17], ff. de procuratoribus, l. qui proprio § ut in ceteris [III. 3. 6 § 4]; hoc etiam est [18] in negotiis gestis, ut ff. de negotiis gestis, l. item [19] [III. 5. 5]; hoc etiam in tutore et curatore, ut ff. de tutela et rationibus distrahendis, per totum [XXVII. 3. 1-25]. Item lex loquitur in preside qui ipse [20] tenetur reddere rationem finito offitio suo, ut C. ut tam civiles quam militares iudices, l. unica [I. 28. 1]; C. ubi de ratiociniis agi oportet, l. I. [III. 21. 1], et in Auth. ut iudices sine quoquo suffragio, c. necessitatem, coll. II. [Nov. VIII. c. 9]. Preterea hoc expresse iuravit [21] reddere rationem, et hoc sacramentum expressum per legem, per legem non remittitur [22], ut in Auth. ut iusiurandum quod ab his prestatur [23], coll. II. [Nov. VIII. fin.], nam ibi inter alia capitula continetur fiscalia tractare et purus existere [24]. Item si aliquis legavit liberationem alicui, idest [25] quod rationem reddat, non continentur ea que dolo penes se habet: ff. de liberatione legata, l. si quis rationes et l. non solum nostrum § is qui [26] [XXXIV. 3. 9 et 8 § 5]; preterea si iuravimus stare statutis [27] a te factis vel faciendis, non videtur de illis iuratum [28] que dolo et fraude [29] tua sunt machinata, nam aut statutum fecisti antequam iuravimus, aut post: si post, non videmur illud iurasse nec deduxisse in preceptis, et si fieret non valeret, quia invitarentur homines ad delinquendum [30], ut ff. de pactis, l. si unus § pacta [31] [II. 14. 27 § 4]. Item si ante facta fuerint statuta [32] et iuravimus illa [33] servare, non pertinet ad illa statuta sacramentum in quibus statuisti non reddere [34] rationem, cum multa subtraxeris de bonis meis et habes dolo et fraude [35]; nam si legaverit quis liberationem alicui, ea que penes se debitor habet et ea que omisit dolo vel fraude, non videntur esse remissa [36], ut ff. de liberatione legata, l. si quis rationes et l. Aurelius [XXXIV. 3. 9 et 28]. Nam et ratihabitio generalis non remictit ea que dolo sunt commissa, ut ff. de negotiis gestis, l. Pomponius si negotium [III. 5. 9], ff. mandati, l. creditor § Lutius [XVII. 1. 60 § 4] et de pactis, l. tres fratres [II. 14. 35]. E contra videtur quod non tenear [37] reddere rationem, nam ex quo collata est mihi potestas condendi [38] statuta, etsi male dixit, non receditur [39] a potestate: ff. de verborum obligationibus, l. si quis arbitratu [XLV. 1. 43]: cum ergo contulistis in me potestatem faciendi statuta, videmini tacite remictere ne [40] rationem exigatis, nam

---

[1] tenet et. — [2] *scilicet* de sponsalibus et matrimoniis. — [3] Et presumo omnia. — [4] et esse exequutioni mandandam. — [5] c. 115.B *Cl. qui hic habet* ff. *pro* C. — [6] Pone questionem de facto. — [7] et sibi. — [8] ad alia statuta fatienda. — [9] et. — [10] reddere rationem non... teneatur *om.* — [11] Et videtur quod sic. — [12] quasi *om.* — [13] mandavit. ad instar ergo procurat. agent contra eum. — [14] quia promisit. — [15] publicam *om. V.* — [16] tenetur. — [17] rationem reddere probatur; nam procurator tenetur reddere rationem sui officii et nichil de ipso debet penes ipsum remanere; ut. — [18] etiam est *om. V.* — [19] *Lacuna codicum.* — [20] — quod. — [21] iurasti. *V.* — [22] et sacramentum expressum per legem non remittitur. *om. V.* — [23] c. 115.D *Cl.* — [24] ibi quam plura iubet tradere et punitur existere. — [25] et. — [26] *Cl. om.* l. non solum nostrum § is qui, *et V. om.* l. si quis rationes *et habet* l. bene solum § is qui nostrum *pro* l. non solum nostrum § is qui. — [27] iuramus statuta. — [28] iuratum *om.* — [29] dolo vel culpa. — [30] Si primo (?) non videtur iuramentum venisse in pactum et si fieret non valeret, quia invitarentur homines ad delinquendum quod esse non debet. — [31] ff. de pactis dotalibus, l. convenire. — [32] fuerunt. — [33] ea. — [34] in quibus statutis fecisti quod non redderes. — [35] dolum et fraudem. — [36] debitor habet ex dolo non videtur esse legata. — [37] *Codd.* teneatur. — [38] fatiendi. — [39] *Codd.* non receditur. — [40] videmini tacite remictere *om.* non *pro* ne. —

(1) *Vide* Roffredi Beneventani, Quest. sabb. p. 232. — (2) *Vide* Roffredi Beneventani, Quest. sabb. nr. XX., p. 136. —

Source : BIU Cujas

qui paciscitur ne agat depositi et ratione [1] doli commissi, ideo de deposito non agit [2], ut ff. de pactis, l. si unus § illud [II. 14. 27 § 3]; licet enim forte pactum non valuisset expressum « ne rationem reddam »; valet tamen tacitum mihi traditum per statutum [3], nam expressa nocent, non expressa non nocent [4] et cet. ut ff. de conditionibus et demonstrationibus, l. nonnumquam [XXXV. 1. 52]. Preterea quod semel comprobasti [5], amplius reprobare non potes: nam dando mihi potestatem faciendi statutum, non potestis venire contra factum vestrum, ut ff. de negotiis gestis, l. Pomponius * si negotium [III. 5. 9]; preterea vos iurastis statuta servare a me facta et facienda: ergo contravenire [6] non potestis, ut C. de transactionibus, l. si quis maior [II. 4. 41], C. si adversus venditionem, l. I. [II. 28. 1] et C. si minor se maiorem dixerit, l. III. [II. 43. 3]; et licet ergo primo [7] iuraverim reddere rationem [8] vobis, ex quo tamen iurastis statuta mea servare, tacite videtur remissum primum sacramentum mihi, et sic ad illud primum [9] habeo exceptionem saltem pacti, sicut et [10] in pacto de non petendo facto intelligitur, ut ff. de pactis, l. si unus § pacta [II. 14. 27 § 4]. Et pone [11] quod aliquid subtraxi [12] et dolum commisi [13]: potestis mihi illud remictere [14], ut ff. de pactis, l. iuris gentium § si paciscatur [II. 14. 7 § 15]; item licitum est remictere ea que pro se introducta sunt [15], unde si eram [16] vobis obligatus bene potuistis remictere, ut ff. de minoribus, l. si iudex [17] [IV. 4. 41]. Solutio: in hac questione videtur mihi quod potestas sit in causa [18] condempnationis [19] et statutum ab eo factum ne reddat rationem non teneat, quasi ut [20] vir bonus arbitratus non fuerit [21]. Unde non obstante iuramento conveniri potest, ut ff. de operis [22] libertorum, l. si libertus [XXXVIII. 1. 30]: et maxime quia potestas iuravit sic servare statuta [23] et precise tenetur reddere rationem, unde servare debet vim iuramenti [24], ut C. si adversus venditionem, l. I. [II. 28. 1] et C. si minor se maiorem dixerit, l. III. [II. 43. 3]; et quia grave est probo viro fidem frangere, ut ff. de constituta pecunia, l. I. [XIII. 5. 1]. Nec videtur esse [25] remissa redditio villicationis [26], propter generalem potestatem concessam [27] faciendi statuta, ut ff. de liberatione legata, l. si quis rationes et l. non solum [28] § is qui et l. Aurelio [XXXIV. 3. 9. 8 § 5 et 20].

* f. 153.A

[1] depositi nomine. — [2] ideo non agit depositi. — [3] per potestatem statuti factam *V.* — [4] non expressa non nocent. *om.* — [5] *Cod.* apellasti. — [6] convenire. — [7] primo *om. V.* — [8] c. 114.A *Cl.* — [9] primum *om.* — [10] sic. — [11] posito. — [12] aliunde subtraxerim. — [13] commissum. — [14] cum quilibet possit renumptiare et cet. *add.* — [15] item licitum.., sunt *om.* — [16] si enim eram. — [17] *Codd.* l. iudex. — [18] in causa *om.* — [19] condempnandus. — [20] factum est non teneat quasi ut. — [21] tenet. *V. Quaest. Sabbatinae* Roffredi, p. 188 *dicunt:* quasi hoc vir bonus arbitraturus non fuerit unquam. — [22] *Codd.* bonis. — [23] iuravit.., statuta *om.* — [24] debet iuramentum. — [25] esse *om.* — [26] rationis. — [27] sibi datam. — [28] *Cod.* non solum rationem. — [29] allere *Cl.* — [30] Pone questionem. — [31] modo queritur. — [32] per *om. V.* apud *Cl.* — [33] unde lex .. civilem *om.* — [34] *Cod.* immutabile. *Cl. habet:* E contra videtur quia est de iure naturali unde est immutabile. — [35] Inst. de iure naturali *om.* —

LXXV. — *Statutum quod pater non teneatur alere [29] filium cum est etatis annorum decem et octo: an tale statutum valeat.*

Sed pone questionem [30]: statutum est Florentie quod pater non teneatur alere filium, cum est etatis XVIII. annorum: queritur [31] numquid tale statutum valeat. Et videtur quod sic, quia educatio liberorum est per [32] edictum introductum a pretore, ergo per contrarium statutum vel legem tolli potest, ut ff. de legatis III., l. si quis in principio [XXXII. 22]; unde lex municipalis potest tollere legem pretoris sive civilem [33]. Sed credo quod educatio liberorum sit de iure naturali immutabili [34], ut ff. de iustitia et iure, l. I. § ius naturale [I. 1. 1 § 3] et Inst. de iure naturali [35] § sed naturalia [I. 2 § 11] et Extra de consuetudine, c. fin. [I. 4. 11].

LXXVI. — *Quidam locavit fundum sub certa moderatione frumenti annuatim, que postea minorata est per conscilium vel potestatem, et imposita pena si quis ad priorem reverterit: queritur ad quam teneatur conductor.*

Sed pone [36] questionem (1). Lutius Titius fundus suum [37] Mevio locavit, sub certa moderatione frumenti. Contingit postea quod per consilium vel potestatem minorata est, et pena fuit apposita si quid ad priorem mensuram de cetero mensuretur [38]. Nunc Lutius Titius moderationem prioris mensure postulans a Mevio, exceptus [39] repellitur, dicens non ad priorem sed posteriorem tantum [40] mensuram se teneri [41]. Queritur quid iuris sit [42]. Quod Titius ad prioris mensure moderationem cum effectu [43] agere possit videtur, in primis quia civitatis statutum ad futuros dumtaxat contractus pertinere debet, non autem ad pristinos revocari [44]; ut C. de legibus et constitutionibus, l. leges [I. 14. 7] et de fide instrumentorum l. contractus [IV. 21. 17] et in Auth. ut cum de appellationibus cog. in principio [Coll. VIII. tit. 2]. Secundo non est inspiciendum in civitate quod fiat sed quod fieri debeat [45]: ff. de officio presidis, l. si [46] licet [I. 18. 12]. Item mensure augmentum ei non obesset [47], ut ff. de dampno infecto, l. dampni § si is qui [XXXIX. 2. 18 § 5]; ergo nec diminutîo prodesse dicitur; argumento ff. de regulis iuris, l. sicuti [L. 17. 31]; ff. de minoribus, l intra [IV. 4. 39]; C. de reputationibus que fiunt, l. I. [II. 48. 1], ut equalitas [48] servetur, que semper

[29] Pone. — [30] c. 116.B *Cl.* — [31] redderetur. — [32] exceptione. — [33] tantum *om.* [34] se teneri *om. V.* — [35] sit *om.* — [36] cum effectu. *om.* — [37] ad preteritos. — [38] debuit. — [39] sed et *scil.* — [40] obesset. *V.* — [41] penitus *V.* —

(1) *Hanc quaestionem, paucis mutatis, additis, vel potius omissis, Albertus excripsit e* Quaestionibus iuridicis *Pilei, ubi nr° LXXIX signatur.* Ed. Selectae questiones iuris Coloniae 1570, p. 50. seq. —

Source : BIU Cujas

servari [1] debet, ut C. de rescindenda venditione, l. ratas [IV. 44. 7] et de testibus, l. si quis [2] [IV. 20. 17] Item mutato statu mensure et ipsa quoque mensura intelligitur esse mutata et alia effecta, ut ff. de solutionibus, l. qui res § aream [XLVI. 3. 98 § 8]; et non potest regulariter aliud pro alio solvi invito creditore, ut Inst. quibus modis tollitur obligatio [III. 29 pr.] in principio [3], C. de solutionibus, l. eum a quo [VIII. 43. 16]; et quod tantum solvi debet [4] ad mensuram veterem et non ad novam, est argumentum ff. de contrahenda emptione, l. Polla [XVIII. 1. 69], Extra de censibus, c. olim [5] causam [III. 39. 20]. E contra respondit dicens se non teneri ad veterem mensuram [6] propter novam et inoppinatam [7] causam que supervenit, ut in Auth. de ecclesiasticis titulis, c. si autem [Nov. CXXXI. c. 12] C. de procuratoribus, l. procuratori [8] [II. 13. 10] et C. si sepius in integrum restitutio postuletur l. quamquam [9] [II. 44. 2]. Item dicit se debere [10] absolvi propter potestatis et consilii preceptum, ut ff. de aqua pluvia arcenda, l. quamquam et l. quod principis et l. insulam § absens [11] [XXXIX. 3. 4 et 23] et ff. de re militari, l. III. [12] [XLIX. 16. 3] et ff. de minoribus, l. II. [IV. 4. 3]; item propter universitatis statutum et consuetudinem, ut C. que sit longa consuetudo l. I. [VIII. 53. 1] et ff. de testibus, l. III. [13] § fin. [XXII. 53 § 6]; item propter presentis non preteriti temporis [14] extimationem faciendam [15], argumento ff. de auro et argento legatis, l. cum certum [XXXIV. 2. 9] et ff. ad legem Rodiam de iactu, l. II. § portio [16], [XIV. 2. 2 § 4] et ff. [17], de administratione tutorum [18] l. quoties [XXV 7. 9], maxime illa ratione quia obligatio dationem recipit in singulos annos [19]; unde non initium [20] obligationis sed cuiusque [21] anni inspiciendum est, ut C. de prescriptione XXX. annorum, l. cum notissimi § in his [VII. 39. 7 § 6]. Item quia pene sunt potius moliende quam exasperande: ff. de penis, l. interpretatione [XLVIII. 19. 42], et maxime in quantitatibus, ubi quod semper minimum est sequemur [22], ff. de verborum obligationibus, l. inter § II. [XLV. 1. 83. § 2]. Solutio: dominus Bulgarus [23] pronumptiavit pro actore, in qua sententia est dominus Pyleus per legem ff. si certum petatur, l. IIII. [XII. 1. 4] et de verborum obligationibus, l. si filius [XLV. 1. 40].

[1] servare *V.* — [2] et de contrahenda emptione l. si quis. — [3] in principio *om. V.* — [4] et quod teneatur. — [5] cum. — [6] E contra videtur scilicet, quod Mevius teneatur tantum ad novam et non ad veterem. — [7] *V.* oppinatam. — [8] l. locum *Cl.* — [9] l. quamquam *om. Codd.* — [10] debere *om.* — [11] Aristo. — [12] c. 116.[c] *Cl.* — [13] item propter universalitatem..... de testibus, l. III § fin. *om.* — [14] temporis *om.* — [15] receditur *add.* — [16] *V.* pretor. — [17] *V.* et C. — [18] l. cum certum... tutorum *om.* — [19] annos *om.* — [20] admissum *add.* — [21] cuiuslibet. — [22] et maxime sepe et semper quod nimium est sequi mur. — [23] *V.* G[uido]. — [24] Pone. — [25] Parme *om.* — [26] solvit. — [27] quod emptor teneatur dare. — [28] est aliquid adiudicatum. — [29] istud statutum consonat iuri communi. — [30] Et primo quod. — [31] permutavit quia. — [32] *V.* D. — [33] *scil.* denique. — [34] teneatur loco. — [35] ut *om.* — [36] dare *om.* — [37] quod. — [38] c. 116.[b] *Cl.* — [39] servire. — [40] Item si probita est alienatio videtur ea que habet vetustiorem originem et necessariam. — [41] vendit — [42] herede *V.* — [43] l. item ex. — [44] incidit *V.* —

LXXVII. — *Statutum quod habens domum vel predium ex quo aliquod annuatim solvitur, si vendat, quod emptor teneatur solvere unum sol. pro libr. nomine investiture: quid si divisit, cum habebat commune cum alio et cet.*

Sed pone [24]. Statutum est Parme [25] quod si aliquis habet predium vel domum ex quo debet [26] annuatim aliquid et vendat, emptor debet domino [27] de libra unum sol. nomine investiture ([1]). Ponamus: duo habent rem communem de qua annuatim quid debebant, et non vendiderunt sed diviserunt, ita quod uni est adiudicata et alius vice illius est in alia adiudicatus [28]. Modo queritur an debeat solvere de libra unum solidum nomine investiture. Et illud statutum videtur consonare iuri communi [29] C. de iure emphyteutico, l. fin. § ne autem avaritia [IV. 66. 3] ibi « quinquagesimam » et cet., licet alia forma. Et primo videtur quod [30] non sit statuto locus si divisit vel permutavit, quia venditio dicitur si pretium interveniat, et etiam si permutatio [31] venditio dicatur, ut ff. [32] de edilitio edicto, l. sciendum § deinde [33] [XXI. 1. 19 § 5]. Item videtur expressum quod permutatio optineat * locum [34] venditionis, ut C. communia utrlusque iudicii, l. I. [III. 38. 1]; sic in una potest agi de evictione, sicut et in alia, ut C. communia utrusque iudicii, l. si fratres [III. 38. 7] et in una habet locum reddibitoria sicut et in alia, ut [35] ff. de edilitio edicto, l. antepenult. [XXI. 1. 63] in principio. E contra videtur quod non teneatur dare [36] si divisit, quia [37] statutum [38] est stricti iuris, unde a verbis non est recedendum, ut ff. de legatis III., l. non aliter [XXXII. 69]; et in re dubia melius est verbis edicti deservire [39]: ff. de exercitoria, l. I. § in re igitur dubia [XIV. 1. 1 § 20]. Item expressum videtur quod si prohibita est venditio, donatio vel permutatio non est prohibita, ut C. de prediis curialium non alienandis, l. curiales [X. 33. 3]; ergo idem videtur in statuto. Item si prohibita est alienatio, ea videtur esse prohibita que fit voluntarie, non tamen ea que habet vetustiorem causam et ex iure originem necessariam [40], ut ff. familie erciscunde, l. alienationes [X. 2. 13]. Item si quis vendidit [41] causa mutandi iudicii, intelligitur alienare, non tamen legando vel heredem [42] instituendo, ut ff. de alienatione iudicii mutandi cause facta, l. ex hoc [43] § II. et l. sequent. [IV. 7. 8 § 2 et 3]; et videtur quasi casus expressus in re litigiosa, ut non incidat [44] in statutum si divisit, ut

* f. 153.[b]

([1]) Statuta Parmae, a. 1255. lib. II (ed Ronchini, p. 251); Capitulum quod terra adfitata ad blavam non possit vendi, nec alio modo alienari, sine parabola domini cui blava redditur. Additum est huic capitulo quod idem observetur in fictis terrarum adfictatarum ad denarios. —

Source : BIU Cujas

C. de litigiosis, l. fin. [VIII. 37. 4] et alia occasione indebitata [1] vendere quis non potest, sed dividere: sic, C. mandati, l. per diversas [2] [IV. 35. 22], C. de fideicommissis, l. voluntas [VI. 42. 4] [et ff.] de legatis III. [3], l. si pater § quindecim [XXXII. 38 § 5]. Solutio: dico quod non habet locum statutum ubi divisit, nisi fraus interveniat, que quidem [4] probari debet ab eo qui dicit fraudem, ut ff. de probationibus, l. quoties § qui dolo [XXII. 3. 18 § 1].

LXXVIII. — [*Statutum universitatis de donatione servo absenti*].

Sed pone (1): quidam, Titius nomine, servus erat cuidam universitati aliquo tempore. Isto Titio absente, per illam universitatem statutum factum fuit, et decretum quod aliquid habere debeat causa remunerationis. Queritur autem ex tali statuto seu decreto, Titio absente, a quo, et, si Titio sit acquisitum, quo iure petere possit, cum decretum seu statutum istud Titius habuerit ratum et universitas recuset prestare salarium. In hac questione dic, ut notatum est ff. de donationibus, l. absenti [5] [XXXIX. 5. 10] et in eodem titulo de ista actione [6] l. fin. [XXXIX. 5. 35] per dominum Guidum.

LXXIX. — *Delinquens in civitate et positus in banno habens colloquium cum potestate per se vel per alium, ut si eum cancellaret de banno, quod in eius manus daret multos latrones: quibus datis, potestas sine conscilio eum de banno cancellavit: queritur an valeat cancellatio et cet.*

Sed pone [7] questionem de facto (2). Quidam in civitate Regina deliquit, et propter hoc positus est in bampno ex forma cuiusdam [8] statuti [9]. Iste bampnitus, habens colloquium per se vel [10] alium cum potestate, dixit quod si faceret eum eximi de bampno, quod traderet in manus potestatis [11] multos latrones qui erant et depredabantur in tali loco. Iste potestas fecit istum bampnitum, captis latronibus, eximi [12] de bampno sine licentia consilii. Quidam [13] amici istorum malefactorum qui fuerunt [14] suspensi [15], dicunt quod potestas non potuit istum bampnitum [16] cancellare [17] de bampno sine consensu consilii in preiuditium communis; et ideo dicunt ipsum bampnitum debere puniri. Queritur quid iuris. Et primo videtur quod cancellatura bampni valuerit hac ratione, quia congruit bono et gravi presidi purgare [18] provincias malis hominibus [19], ut ff. de officio presidis, l. congruit et l. III [I. 18. 13 et 3]. Item potestas utiliter fecit negotium suspendendo eos; ergo debet haberi ratum, ut ff. de negotiis gestis, l. Pomponius [III. 5. 9]. Item quia publice utilitatis est [20] sine metu et periculo [21] per itinera publica secure commeare: ff. de his qui deiecerint vel effuderint, l. I. [IX. 3. 1]. Item alia ratione, quia si servus [22] manifestat illum qui occidit dominum suum, recipit [23] libertatem: C. ex quibus causis servi pro premio libertatem accipiunt, l. I. et II. et fin. [VII. 3. 1. 2 et 4]. Item iste bampnitus non debet decipi auctoritate potestatis, ut C. de his qui veniam etatis impetraverunt, l. I. [II. 45. 1]. Potuit enim potestas hoc [24] facere, quia permissum est ei hoc facere, scilicet malos homines punire, ut C. de privatis [25] carceribus inibendis, l. I. [IX. 5. 1]; cum ergo alicui aliquid conceditur et illud videtur concedi per quod [26] pervenitur ad illud, ut ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. II. [II. 1. 2] et de officio eius cui mandata est iurisdictio, l. fin. [27] [I. 21. 5] et ff. de sponsalibus, l. oratio [XXIII. 1. 16]. Item videtur casus [28] ff. de re militari, l. non omnes § a barbaris et § fin. [XLIX. 16. 5 § 6 et § 8] et l. desertorem § fin. [XLIX. 16. 3 § 22]. Item iste bampnitus semel est liberatus; ergo in obligationem bampni non debet amplius deduci, ut ff. de solutionibus, l. qui res § aream [XLVI. 4. 98 § 8]. Item publica utilitas prefertur private, ut ff. pro sotio, l. actione § Labeo [29] [XVII. 2. 65 § 5]. E contra videtur quod cancellatura bampni non valeat, ut dicitur in pacto tutoris [30], ff. de pactis, l. tutoris et l. imperatores [II. 14. 15 et 37] et C. de pactis, l. pactum tutoris [31] [II. 3. 22]; idem est [32] in magistratibus civitatis [33], quia potest respici civitas ut [34] minor, ut C. ex quibus causis maiores, l. res publica [II. 54. 4]; nam non est dubium quod bampnum fuit positum volumptate consilii, ergo ita debet dissolvi [35], ut ff. de regulis iuris, l. nil tam [L. 17. 35]. Item video quod si quis est liber pronumptiatus, non iusto contradictore interveniente, non tenet, ut ff. de collusione detegenda, l. non iusto [XL. 16. 3]. Item facti questio est in arbitrio iudicantis, pene vero persecutio legi [36] demandatur [37]: ff. ad Turpillianum, l. I. § fin. [XLVIII. 16. 1 § 14], et de penis, l. divi fratres [XLVIII. 19. 27] et C. de penis, l. penam [IX. 47. 15]. Item isti non potest remitti pena nisi ab imperatore, ut ff. de re iudicata, l. acta [38] [XLII. 1. 45] et de penis, l. relegati [39] [XLVIII. 19. 5]. Item istud bampnum fuit cancellatum contra solitum ordinem, non tenet ergo cancellatio, ut C. de his qui

---

1 et aliter autem dubitata. — 2 l. diversas *V.* — 3 I. *V.* II. *Cl.* — 4 quidem *om.* — 5 *V.* l. — 6 *V.* acc. — 7 Pone. — 8 cuiusdam *om.* — 9 illius civitatis *add.* — 10 vel per. — 11 ipsius potestatis. — 12 cancellari — 13 quidam *om.* — 14 qui fuerunt *om.* — 15 suspensorum. — 16 c. 117.A *Cl.* — 17 facere cancellari. — 18 pacatas habere. — 19 provincias quas regit. — 20 Item ratione publice utilitatis, nam utile publice est. — 21 et periculo *om.* — 22 quia servus qui. — 23 accipit. — 24 hec. — 25 privatis *om. V.* — 26 conceditur et omne id per quod. — 27 l. III — 28 casus legis. — 29 *V.* § libero. — 30 *V.* tuctoris. — 31 et l. imperatores.. tutoris *om.* — 32 item. — 33 civitatis *om.* — 34 restitui res publica sicut. — 35 solvi. — 36 est in arbitrio... legis *om.* — 37 iudici mandatur. — 38 c. 117.D *Cl.* — 39 et de interdictis et relegatis, l. relegatorum [XLVIII. 22. 7]. —

(1) *Haec quaestio deest in Cl.* — (2) *Cf.* Tract. Malef. De multis questionibus, c. 35, pp. 296-7. —

Source : BIU Cujas

ad ecclesiam confugiunt, l. presenti [I. 12. 6], C. de sententiis, l. prolatam [VIII. 45. 4]; ergo ipso iure non tenet, ut C. quando provocare non est necessarium, l. II. [VII. 64. 2], ff. de re iudicata, l. Paulus [XLII. 1. 42]; nec preses potest alicui concedere ut hedificet in publico [1], ut ff. quod vi aut clam, l. prohibere § plane [XLIII. 24. 3 § 4] et de officio procuratoris Cesaris, l. I. [I. 19. 1]; et ita [2] invitarentur homines ad delinquendum, quod esse non debet, ut C. de latina libertate tollenda, l. I. § sed in servis [VII. 6. 1 § 11]. Solutio: dico quod valet cancellatio per legem ff. de re militari, l. non omnes § a barbaris et [3] § transfugit [XLIX. 16. 5 § 6 et § 8] et ad Velleianum, l. I. et II. § sed ne ultra et § deinde [XVI. 1. 1 et 2]; C. pro quibus causis servi pro premio libertatem accipiunt, l. I. II. III. et fin. [VII. 13. 1-4]. Item quia vertitur communis [4] utilitas que private prefertur, ut C. de lucris officiorum [5], l. utilitas li. XII. [XII. 63. 3] et de officio * rectoris provincie, l. potiores [I. 40. 5] cum similibus suis [6]. Salvo quod [7] statutum posset esse truncum [8] et precisum et iuratum, quod nullo modo posset absolvi nec per potestatem nec etiam per consilium, ut plenissime tetigi supra in prima carta in questione que incipit: « questio talis est: sepe iurant » et cet.

* f. 153.c

LXXX. — [*Quantum de salario competit potestati mortuo ante completum regimen suum*].

Sed pone questionem de facto (1). Statutum est, quod loquitur de certa forma eligendi [9] potestates, in quo statuto dicitur quod potestas debeat durare per annum et debeat habere libras M. nomine sui salarii. Contigit quod mortuus est ante completum regimen suum: veniunt heredes sui et petunt totum salarium ac si offitium complevisset. Civitas dicit quod dare non debet, nisi pro rata temporis. Modo queritur an habere debeat. Et de hac [10] questione dic ut notatum est in digesto veteri, locati et conducti, per dominum Iacobum Balduinum super l. sed cum addes in § fin. [D. XIX. 2. 19 § 10], et eo modo terminabitur hic in extenso.

LXXXI. — *Statutum dat modum vendendi certas merces vel quid commestibile: numquid valeat tale statutum.*

Sed pone [11]. Statutum est in aliqua civitate de certo modo vendendi aliquas [12] merces vel quid [13] aliud commestibile: numquid valet tale statutum? Et videtur quod non; argumento C. de iudeis, l. nemo [I. 9. 9] et ff. rerum amotarum, l. non enim [XXV. 2. 9] et C. de monopoliis, l. I. [IV. 59. 1], ff. ad legem Juliam de annona, l. fin. [XLVIII. 12. 3]; item nemo cogitur emere vel vendere si pretium displiceat [14] vel mensura: ff. de contrahenda emptione, l. imperatores [XVIII. 1. 71], C. de iure deliberandi, l. nec emere [VI. 30. 16]. Solutio: dico quod statutum valet, et potest fieri ex causa, et potest statui certus modus vendendi commestibilia; etiam ex causa potest alicui interdici negotiatio sua [15], ut C. de episcopali audientia, l. I. [I. 4. 1], ff. de officio prefecti urbi, l. I. § cura [16] [I. 12. 1 § 11] et ff. de muneribus et honoribus, l. fin. § item episcopi [L. 4. 18 § 7]. Item publica utilitas semper prefertur private, C. de caducis tollendis, l. I. in fine [VI. 51. 1]: et hec est publica utilitas, ut homines habeant bona numerata victualiarum et rerum [17]; et quia tanta [18] supervenit hominum [19] malitia et avaritia quod venderent rem; immensum bonum est ergo ut superveniat medela, ut ff. de interrogatoriis actionibus, l. de etate § ex causa [XI. 11 § 8].

LXXXII. — *Statutum quod quando potestas vult facere conscilium, quod debeat facere preconizari per unum diem ante quod omnes veniant ad conscilium, sub banno sol. X.; quo facto Titius non venit: potestas vult exigere bannum; dicit se ignorasse bannum esse commissum: an sit accusatus.*

Sed pone questionem [20]: statutum est in aliqua civitate quod potestas, quando vult facere consilium, debeat facere preconizari per civitatem [21] per unum diem ante ipsum consilium, quod omnes de consilio sint ad consilium tali die: bampno sol. X. Titius non venit dicens se ignorasse bampnum esse missum [22]: queritur an iste sit excusatus a bampno. Et videtur quod sic, ut ff. que sententie sine appellatione rescindantur, l. I. § I. [XLIX. 8. 1 § 1], C. quo modo et quando iudex, Auth. qui semel [VIII. 43. 8. Nov. CXII. c. 3] ibi « vox preconia » et cet. et C. de testamentis, l. iubemus [VI. 23. 29] ubi dicit [23] « quid enim [24] peccavit antiquitas [25] » et cet., et ad idem ff. de decretis ab ordine faciendis, l. fin. [26] [L. 9. 6]. Item ignorantia non est punienda, C. de tabulariis, l. generali [X. 69. 3], ff. ex quibus causis in integrum, l. genero [IV. 6. 33] in principio. E contra quod non excusetur; et hoc est verum: ff. de institoria, l. sed et si pupillus § proscribere]XIX. 3. 11 § 3], C. de remissione pignoris, l. si eo tempore [VIII. 26. 6]; nam fides aste fiscalis non debet convelli facile, ut C. de remissione pignoris, l. si ypothecas fisco [VIII. 26. 8] in fine [27] et ff. de publicanis, l. interdum § fisci [XXXIX. 4. 16 § 5], ff. de

---

[1] item non potest potestas alicui concedere iurisdictionem ut hedificet in publico. — [2] et hac causa. — [3] § a barbaris et *om.* — [4] vertitur publica. — [5] de primipilo, *corrigendum est.* — [6] cum symilibus. — [7] *V.* quo. — [8] esse ita truncatum. — [9] *V.* elligendi. — [10] *V.* ac — [11] Pone questionem.

(1) *Quaestio haec deest in Cl.* —

[12] certas. — [13] aliquid. *V.* — [14] displicuit. — [15] etiam ab episcopo alicui interdici negotia sua. — [16] carnis *add.* — [17] c. 117.c *Cl.* — [18] tota. — [19] hominum *om.* — [20] Pone questionem. — [21] per civitatem *om.* — [22] commissum. — [23] ibi. — [24] *V.* qui dicti. — [25] antiquitas *om.* — [26] l. l. — [27] fisco in fine *om.* —

Source : BIU Cujas

verborum significatione, l. lata culpa [L. 16. 223]. Item non est ignorandum [1] quod omnes sciunt: C. de legibus et constitutionibus, l. leges [I. 14. 9] et de iuris et facti ignorantia, l. constitutiones [I. 18. 12] et ff. de iuris et facti ignorantia, l. nec supina [2] [XXII. 6. 9] et in Auth. ut facte nove constitutiones [Nov. LXVI. pr.] in principio, et hanc ultimam puto veram. Sed pone quod aliquis [3] dicat se fuisse absentem tempore bampni missi [4], numquid potest se excusare [5]; et videtur quod sic, ut ff. que sententie sine appellatione rescindantur, l. I. § item cum ex edicto [XLIX. 8. 1 § 3] et Extra qui matrimonium accusare, c. fin. [IV. 18. 6]; et credo [6] verum si probet ipsam absentiam, alias secus. Sed pone quod dicat se fuisse in orto, agro, vinea [7] cum fuit bampnum missum [8]; numquam excusabitur [9]? et credo quod non, nam iste habetur pro presente [10], ut ff. de procuratoribus, l. presens [III. 3. 5]; et preconizamentum fuit ante per unum diem, adhuc ut hii qui sunt in dictis locis sciant, et ad eos possit notitia pervenire, quia sunt de proximo [11].

LXXXIII. — *Compromissum est in aliquem, et dictum quod possit pronumptiare de iure: an possit secundum statuta pronumptiare.*

Sed pone [12]. Compromissum factum fuit in quemdam, in quo continetur quod possit pronumptiare secundum iura: queritur numquid possit [13] pronumptiare secundum statuta. Et certe credo quod sic, quia appellatione iuris et ius municipale [14] continetur, ut C. de emancipationibus liberorum, l. I. [VIII. 49. 1]: item dicitur ius civile quod unaqueque civitas sibi constituit, ut Inst. de iure naturali § ius autem civile [I. 2 § 1], ff. de iustitia et iure, l. omnes [I. 1. 9], in quibus legibus plene tractatur quibus modis dicitur ius [15]. Ergo apparet quod appellatione iuris statuta contineantur: ergo cognoscere potest secundum statutum civitatis. Alii dicunt quod non potest cognoscere secundum iura civitatis, et quod appellatione iuris statuta non contineantur: quia iura videntur solum ea quae sunt creata [16] per principem, quia solus princeps potest facere iura [17] secundum oppinionem Homoboni: licet alii dicunt quod senatus et populus romanus possit facere iura: sed in hoc nostro casu non sunt ista statuta [18] facta nec per imperatorem, nec per senatum, nec per populum romanum: ergo nec iura nec leges sunt; quia non sunt facta ab his statuta ista [19] qui habent potestatem faciendi [20] ius, ut supra dixi [21], et hoc dicunt per l. C. de officio prefecti pretorio, l. I. [I. 27. 1], C. de legibus, l. fin. [I. 14. 12], ff. eod., l. non ambigitur [I. 3. 9]; item pro eis facit ff. de officio prefecti pretorio, l. I. [I. 11. 1]: et ita fuit pronumptiatum per Dominum Homobonum Cremonensem, quod statuto non extendatur compromissum, nec secundum statutum possit cognoscere, nisi in compromisso dicatur expresse quod possit cognoscere secundum statuta et iura municipalia. Sed Lombardi habent ex spetiali privilegio concesso in pace [22] Constantie, quod unaqueque civitas possit sibi facere statuta, unde in Lombardia * forte [23] posset dici propriam oppi- * 153.p
nionem Dyni [24]. Sed tu ipse dispice quod [25] mundi labor exagitat.

LXXXIV. — *Statutum* (1) *quod si per edictum mittatur quis in possessionem bonorum debitoris et non solvitur, condemnetur ad duplum: fideiussor, qui erat condemnatus, ad duplum solvit: an possit agere contra debitorem ad duplum.*

Sed pone questionem de facto [26]. Statutum est quod si propter edictum mittatur quis in possessionem bonorum debitoris, nec debitor solvat, quod condempnetur ad duplum debiti. Quidam erat fideiussor alicuius qui erat condempnatus ad duplum secundum formam statuti facti [27]. Fideiussor iste, volens exire de ista [28] obligatione, quia inquietabatur a creditore, agit [29] remediis iuris, et ex conventione solvit et debitum [30] et duplum. Nunc [31] vult iste fideiussor agere [32] contra principalem debitorem, et ad debitum qui solvit et ad duplum [33]. Modo queritur numquid possit agere contra debitorem ad duplum [34]. Et pronumptiatum fuit quod sic, et videtur casus legis ff. mandati, l. si mandato meo § si fideiussor [35] [XVII. 1. 45 § 6].

LXXXV. — *Statutum quod elligantur officiales ad custodienda victualia, ne trahantur extra civitatem. Ellectus fuit unus qui dedit fideiussores de representando et cet. Custos quia commisit dolum convenitur, et quia non comparet, citatur fideiussor et demum custos* [36] *sive officialis positus est in banno et fideiussor, condemnatus in XXV. libr. quia eum non presentavit convenitur ad eandem solutionem, qui excipit quia per potestatem stetit quominus presentaret et cet.: quid iuris?*

Sed pone [37] questionem de facto. Statutum est quod eligantur custodes qui custodire debeant [38] vic-

---

[1] ignorantia. — [2] *Codd.* et l. nec supina ff. de iuris et facti ignorantia. — *Cl. addit.*: et l. regula [XXII. 6. 6]. — [3] aliquis *om.* — [4] absentem cum bannum fuit missum. — [5] se excusare *om. V.* — [6] puto. — [7] vel vinea. — [8] cum potestas bamnun misit. — [9] excusatur: — [10] c. 117.D *Ct.* — [11] et si preconizatum fuit ante per unum adhuc qui fuerunt in dictis locis audire potuerunt et ad eos potuit notifficatio pervenire, qui erant de proximo. — [12] Pone questionem. — [13] Compromissum est in aliquem et dictum quod possit pronumptiare de iure: an poterit. — [14] et statutum. — [15] ff. de iustitia et iure... dicitur ius *om.* — [16] non potest cognoscere.... sunt creata *om. V.* — [17] ius. — [18] iura. — [19] nec per imperatorem, nec per.. tota ista *om.* — [20] condendi. — [21] ut supra dixi *om.* — [22] parte. — [23] forsan. — [24] Dini *om. V.* — [25] quam. — [26] Pone questionem. — [27] facti *om.* — [28] dicta. — [29] agit *om V.* — [30] et debitum *om.* — [31] Modo. — [32] agere ad duplum. — [33] et ad debitum... et ad duplum *om.* — [34] agere.. ad duplum *om.* — [35] l. si fideiussor § mandato meo. — [36] c. 118.A *Ct.* — [37] Pone — [38] custodiant.

(1) *Quaestio haec in Cl. invenitur c. 118.*D —

Source : BIU Cujas

tualia ne trahantur [1] extra civitatem vel episcopatum. Contingit ergo [2] quod quidam qui electus fuit ad illam custodiam, dolum commisit in dicto officio: citatur ut ipse compareat: non vult comparere: citatur fideiussor qui fideiusserat [3] pro eo et convenerat representare [4] eum quotiescumque requireretur per potestatem vel suos [5] iudices, quod bene et bona fide [6] faceret officium suum. Dictus fideiussor non potest ipsum representare: datum est bampnum principali, et postea fideiussor condempnatur [7] in XXV. lib. Modo queritur a fideiussore ut solvat illas XXV. lib. in quibus fuit [8] condempnatus, quia non representavit principalem. Dicit fideiussor: « Non teneor, quia datum est bampnum principali, unde per vos factum est [9] quominus possim [10] facere sisti ». Queritur quid iuris sit [11]. Et primo videtur quod fideiussor non teneatur; et primo tali ratione. Dicit enim lex quod si promisi aliquem sistere in iudicio, debeo [12] sistere in eodem statu, condictione et causa: ff. si ex noxali causa agatur, l. I. [II. 9. 1]; quod secus est hic, quia promisi sistere in iudicio [13] non bampnitum; ergo non est in eadem causa, ut Inst. de heredum qualitate et differentia § sui autem [II. 19 § 2], ubi dicitur quod mutata persona mutatur causa. Item alia ratione, quia [14] si ipse [15] fideiussor solveret pro principali, posset petere a communi ut cederet ei iura et actiones contra principalem, ut ff. mandati, l. Papinianus [16] [XVII. 1. 28], qui potiores in pignore habeantur, l. mulier [XX. 4. 19], quia habet actio mandati contra eum. Sed modo non est bampnitus perpetuo de civitate sua et in perpetuum non reversurus; non potest ergo [17] cedere iura et actiones, saltem personales: obstat ergo exceptio cedendarum actionum; quia facto suo, scilicet communis facto [18], est quominus possit cedi, ut [19] ff. de solutionibus, l. Stichum § penult. [XLVI. 3. 95 § 11]; unde [20], cum non possit cedere [21], si tu commune petis a fideiussore, replicabit et dicet: « dolo petis », et habet doli exceptionem, ut ff. de doli exceptione, l. si opera creditoris [22] [XLIV. 4. 6]. Item non debet bis de eodem delicto queri [23] et cet., ut ff. naute caupones, stabularii, l. licet [IV. 9. 6]. Item alia ratione: si quis promisit aliquem [24] iudicio [25] sistere et ipse mortuus sit, non tenetur fideiussor eum postea exibere, ut ff. qui satisdare cogantur, l, si decesserit [II. 8. 4]; et iste qui bampnitus est pro mortuo habetur quo ad civiles actus [26], ut ff. de bonorum possessione contra tabulas, l. I. § filium [XXXVII. 4. 1 § 8], et si petatur [27] impossibile, iure et natura [28] non tenet, quia impossibile preceptum est [29] petere ipsum exhiberi, nec valet [30]; ut ff. que sententie sine appellatione rescindantur, l. penult. et fin. [XLIX. 8. 2 et 3]; item pro hac parte bene facit ff. si quis cautionibus, l. sed si quis, in principio [II. 11. 4]. E contra videtur quod teneatur fideiussor: argumento ff. qui satisdare cogantur, l. si vero pro condempnato [31] [II. 8. 5]; item alio argumento ff. de pactis, l. tale § fin. [II. 14. 40 § 3] ubi pactum factum post mortem valet. Item facit ff. de accusationibus, l. ex iudiciorum [XLVIII. 1. 20]. Item alio argumento ff. de fideicommissaris libertatibus, l. cum quasi [XL. 5. 30]. Solutio: mihi videtur, salvo consilio saniore, ita distinguendum [32]: aut iste fideiussor citatur ut representaret eum ante bampnum datum principali [33], aut non. Si ante bampnum datum principali citatus fuerit [34] et eum non representavit [35], tunc dico fideiussorem teneri indistincte: argumento ff. qui satisdare cogantur, l. si decesserit [II. 8. 4] et si quis cautionibus l. sed et si quis [II. 11. 4] in principio. Si autem datur bampnum principali, et [36] post bampnum datum [37] citatur fideiussor ut representaret talem pro quo fideiussit, et eum non exibuit [38], tunc dico fideiussorem non [39] teneri, argumentum dictarum legum. Sic sit cautus iudex ut primo condempnet fideiussorem, quia representet talem [40] et postea det bampnum principali. Sed si fideiussor solvere [41] non potest nec representare principalem, offerat se defensioni ipsius; et sic fideiussor non poterit condempnari nisi ad penam qua condempnaretur principalis. Et hoc dico si questio [42] respiceret pecuniariam causam.

1 extrahantur. — 2 ergo *om.* — 3 fideiussor. — 4 promiserat eum representare. — 5 et duos. — 6 et legaliter. — 7 condemnatur *om. V.* — 8 est. — 9 est *om.* — 10 possum *V.* — 11 sit. *om.* — 12 debeo eum. — 13 in iudicio *om.* — 14 nam. — 15 ipse *om.* — 16 mandati, l. Papinianus *om.* — 17 commune. — 18 scilicet communis facto *om.* — 19 ut legitur. — 20 unde *om.* — 21 item factum quominus possit cedere unde. — 22 creditoris *om.* — 23 queri *om.* — 24 *V.* aliquod. — 25 in iuditio. — 26 quo ad civitatem. — 27 *V.* equipetatur. — 28 iure et natura *om.* — 29 non tenet. — 30 petere ipsum... nec valet *om.* — 31 qui satisdare... item alio argumento ff. *om.* — 32 esse *add.* — 33 fideiussori. — 34 aut non: si... fuerit *om.* — 35 presentavit — 36 datur post bampnum... et *om.* — 37 principali *add.* — 38 *V.* exibeat. — 39 non *om. V.* — 40 reum principalem *add.* — 41 solvendi *V.* — 42 condemnatio. —

LXXXVI. — [*Vulnerato Titio pluribus vulneribus a Sempronio, Titius fecit pacem de dictis vulneribus, et postea mortuus est: an videatur fecisse pacem solum de vulneribus vel etiam de morte subsecuta* (1)].

Sed pone questionem de facto. Aliquis est vulneratus, et non credit se mori ex illo vulnere, unde fecit pacem vulneranti; postea ex illo vulnere moritur. Modo amici illius vulnerati et mortui volunt accusare eum et facere eum puniri secundum formam cuiusdam statuti; [quod statutum] dicit quod qui interfecit moriatur; et dicunt ipsum debere mori non obstante pace, quia pax facta fuit de vulnere, non de morte. Et videtur quod possit accusari, quia non fuit cogitatum de morte tempore pacis, et pacto non tollitur id de quo et cet. ff. de transactionibus, l. qui cum tutore [II. 15. 9]. Item casus adventitii non sunt spectandi, ut spectemus an mori

(1) *Vide* Tract. Malef. De transactionibus et pactis, c. 15, pp. 140-2; *et* De homicidiariis, c. 27, p. 211. *Haec quaestio deest in Cl.* —

Source : BIU Cujas

possit an non, nam sperabat quod non moriretur; ut ff. qui et a quibus manumissi liberi, l. Iulianus [XL. 9. 6] et ff. de verborum obligationibus, l. inter stipulantem § rem sacram [XLV. 1. 83 § 5]. Item videtur lex expressa ff. ad legem Acquiliam, l. si vulnerato servo [IX. 2. 46]. E contra videtur quod pax valeat et quod non possit amplius accusari, quia, pace facta de vulneribus, videtur facta et de morte; argumento l. ff. de dampno infecto, l. dampni § Sabini [XXXIX. 2. 18 § 11] ubi dicitur quod si intra diem [1] stipulationis hedifficatur, et supra parietem meum domus deciderit et vitiaverit, licet post diem stipulationis paries deciderit, possim agere, quia dampnum tunc contigit cum paries iam [vitiosus] factus sit: ita dico quod pax valeat ex die vulnerationis, argumento illius § et videtur casus legis ff. ad legem Acquiliam, l. huic scripture § I [IX. 2. 15 § 2], in versu « et manu commissus », et « ibi habita », quasi ille videaturmortuus a tempore vulnerationis, et ita pax facta de morte, cum tunc, scilicet tempore vulnerationis, mors instaret. Item et similiter fingimus mortuum tempore vulnerationis, ut ff. ad legem Acquiliam, l. ait lex § quod si mortifere [IX. 2. 21 § 1]. Et hanc ultimam oppinionem approbo; et non obstat predicta lex si vulnerato [D. IX. 2. 47], quia ibi numquid noluit remictere. Et hec questio notatur per Accursium, Inst. de iure, in fine [I. 3 § 5].

LXXXVII. — *Statutum* (1) *continet quod pax inter civitates facta ad invicem servaretur sub certa pena: aliqua terra subiecta unius civitatis se subiecit iurisdictioni aliae, et prima civitas vult offendere: numquid pena sit commissa?*.

Sed pone questionem de facto. Cum maxima guerra esset inter Astenses ex una parte et Alexandrinos ex alia, fecerunt pacem ad invicem, et quelibet istarum civitatum ordinavit quod omnia federa pacis servarentur sub pena M. marcarum auri; in quo statuto vel pace dicebatur, quod unus non offenderet alium sub dicta pena. Factum est quod illi de Vico dederunt se Astensibus et subierunt se iurisdictioni Astensium; et hoc factum fuit post factam pacem inter illas civitates. Alexandrini fecerunt insultum in eos de Vico et eos offenderunt stando sub protectione Astensium. Modo dico: petunt penam M. marcarum auri ab Alexandrinis, qui ruperunt pacem et federa pacis, secundum quod in statutis ipsarum civitatum continetur (2). Queritur numquid pena sit commissa. Et certe omnibus [2] rationibus que [3] possunt omitti causa brevitatis, vidi ipsam questionem terminari, cum esset de facto inter dictas civitates, per doctores qui regebant studium in civitate Vercellarum: quod Alexandrini ruperunt pacem et federa pacis, secundum quod in statutis ipsarum civitatum continetur; et habent argumentum ff. de servitutibus urbanorum prediorum, l. inter servitutes ne officiatur [VIII. 2. 15].

LXXXVIII. — *Statutum quod si probatur per unum testem habere aliquid post mortem patris de bonis patris, quod presumatur heres: filius cuius pater fuerat interfectus, fecit pacem cum occisoribus et habuit CC. lib.; an presumatur heres et habere aliquid de bonis patris.*

Sed pone [4] questionem de facto. Statutum est Venetiis quod qui cumque probaverit [5] per unum testem aliquid habuisse de bonis paternis post mortem patris, quod presumatur heres: pater cuiusdam fuit interfectus a quibusdam: filius fecit pacem cum interfectoribus, et habuit CC. lib. propter pacem quam fecit de morte patris. Convenitur Venetiis [6] a creditoribus patris: dicit [7] se non esse heredem: probaverunt creditores quod habuit filius CC. lib. quas habuit a creditoribus pro pace predicta quam fecit: queritur numquid propter hoc videatur esse heres [8]. Et certe pronumptiatum fuit per dominum Oddofredum quod propter hoc non presumatur heres, sic quod non teneatur creditoribus, nec etiam teneatur [9] restituere id quod ipse [10] filius habuit [11], quia ipse non accepit tamquam heres sed tamquam coniuncta persona, ne ipse mortem defuncti et cet.: ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt, l. si vero § hec autem [IX. 3. 5 § 5], ff. de sepulchris violatis, l. quesitum. I. rubr. [XLVII. 12. 16].

LXXXIX. — *Statutum quad elligantur officiales in conscilio certa forma. Modo quidam fuit ellectus ad unum officium, et in eodem offitio fuit ellectus ad aliud et maius: nonne sit in eius libertate acceptare quod vult?*

Sed pone questionem de facto [12]. Statutum est in aliqua [13] civitate de certa forma eligendi offitiales, unde [14] quidam fuit electus primo ad quoddam [15] officium. Item in eodem consilio [16] fuit electus secundo ad aliud officium et maius et honorabilius, antequam acciperet [17] primum. Vult acceptare secundum et non primum: queritur an sit in sua [18] electione acceptare quod vult [19]. Et videtur quod sit in sua electione acceptare quod vult [20]: argumento ff. de collatione bo-

---

1 *Cod.* dies. — 2 omnis *Cod.* — 3 *Cod.* quam — 4 Pone. — 5 si quis probaret *V.* — 6 Venetiis *om. V.* — 7 filius *add.* — 8 *V.* si non vult esse heres. — 9 creditoribus, nec... taneatur *om.* — 10 ipse *om.* — 11 accepit. — 12 Pone questionem. — 13 aliqua. *om.* — 14 modo. c. 118.ᵇ *Cl.* — 15 unum. — 16 offitio. — 17 acceptaret. — 18 eius. — 19 velit. *V.* — 20 Et videtur quod sic. —

(1) *Et quaestio haec deest. in Cl,* — (2) *Non videtur Albertus memorare concordiam quae a. 1223 facta fuit inter Astentes et Alexandrinos* (ed. Sella, Codex Astensis, Romae 1880, IV, p. 24, nr. 1010), *sed potius aliam, paulo posteriorem, per praelia controversiasque ann. 1271 et 1275 ruptam* (Ghilini, Annali di Alessandria, Milano 1767, p. 44 seq.). *Sed huius facti mentionem certam non invenio.* —

Source : BIU Cujas

norum, l. I. [XXXVII. 6. 1] et de legatis I., l. qui duos [XXX. 20]; et facit ff. de collegiis [1], l. I. § fin. [2] [XLVII. 22. 1 § 2] et ff. de iure dotium, l. plerumque [XXIII. 3. 10] in fine. Item si electus est quis tutor duorum pupillorum [3], potest se excusare a qua vult et aliam recipere [4]: ff. de testamentaria tutela, l. duobus [XXVI. 2. 25]. Item si electus est aliquis [5] ad duas dignitates eligere potest quam vult et aliam repellere [6]: C. qui militare non possunt, l. his quidem circa princip. lib. XII. [XII. 34. 5]. Non obstat quod posset [7] pro altera parte allegari, quia munera distinguuntur: ff. de muneribus et honoribus, l. numerum et. l. I. in principio [L. 4.§18 et 1], sed [8] dicendum est quod ille leges loquuntur in patrimoniali munere, ut hoc contingit ex privilegio, nec potestatem habet inde [9] facere aliquid nisi dare brevia; quia [10] functus est officio suo semel bene sive male, ut ff. de re iudicata, l. iudex [XLII. 1. 55], unde vocatus debebat appellare: C. de appellationibus, l. hii qui [VII. 63. 1]. E contra videtur quod primum tantum debeat habere et non secundum, ut [11] in Auth. de defensoribus civitatum § interim [Nov. XV. c. 1]. Et differentia et inter munus publicum et utilitatem, quia tunc suscipere cogitur; si vero auctoritate et non utilitate, tunc non debet appellare sed se excusare [12]. Item nemo potest duplici officio fungi: C. de assessoribus, l. nemo [I. 51. 40], Extra de offitio archipresbyteri, c. I. [I. 24. 1], C. de testamentis, l. consulta divalia [VI. 23. 23]. Item quia semel facit servi legati per electionem [13], ut ff. de legatis I., l. servi [XXX. 5]. Item quia potest more legati, ut ff. de officio proconsulum, l. observare [I. 16. 4]; unde videtur quod sedunda electio nulla fuerit, ut C. qui dare tutores possunt, l. si sororis [V. 34. 9]. Solutio: non credo [quod] qui habet electionem secundi, primum facere debeat, ut ff. ad municipalem, l. libertus § prescriptio [L. 1. 17 § 3] et per l. C. de temporibus appellationum, l. I. [VII. 63. 1] et in Auth. de defensoribus civitatum, § interim [Nov. XV. c. 1]; tamen [14] declinari non potest a muneribus personalibus, nec per beneficium appellationis, ut C. de * appellationibus, l. si adscribatur et l. qui ad civilia [VII. 62, 4 et 7]. Et hoc ideo quia ius fuit sibi acquisitum ex prima [15] electione, ut ff. de officio proconsulum, l. observare [16] [I. 16. 4]; et ideo et si [17] secundam dignitatem velit [18], habere, non potest, et ad hoc l. qui sororis [V. 34. 9], nec obstat C. de firmando tutore, l. si ut proponis [V. 29. 3], quia prius inutiliter datus fuit.

* f. 154.B

[1] *Codd.* de collegiis illicitis. — [2] in fine. — [3] tutor puerorum. — [4] accipere. — [5] quis. — [6] *V.* recipere. — [7] possit. — [8] quia. — [9] nec potest habere de hoc. — [10] ergo. — [11] quia ubi dic. — [12] diferentia est inter munus pubilcum et utilitatem, quod sive quam quis cogitur suscipere invitus, nec debet appellare, sed se excusare. — [13] et cet. [14] nam *V.* — [15] priore. — [16] c. 119.A — [17] unde etiam. — [18] velit *om.* — [19] Pone questionem de facto.

XC. — *Statutum est quod octo tantum offitiales elligantur et non plures ad aliquid fatiendum. Contingit quod novem sunt ellecti errore. Quis repellitur? an ultimus vel unus aliorum? et cet.*

Sed pone questionem [19]. Statutum est Papie quod octo tabelliones tantum et non plures debeant eligi [20] ad aliquod officium. Contingit [21] quod novem aliquo errore fuerunt, electi et conscripti [22] in quaterno. Potestas volens videre qualiter iste [23] electiones facte fuerunt [24] invenit [25] novem tabelliones [26], cum VIII. tantum eligi deberent [27]. Precepit omnibus electis quod portarent brevia et sortes, pro quibus et in quibus erant electiones sue notarie; et unus qui est scriptus in quaterno [28] ante quam nonus, quia nonus videtur esse superfluus, non potest ostendere breve vel sortem, quia forte laceraverat vel perdiderat casu: tamen [29] ostendit quod bene [30] scriptus est in quaterno [31]. Nonus ostendit quod [est] prescriptus secundo, et ostendit breve suum sive sortem. Vertitur in questione [32] quis debeat admitti seu preferri, an iste nonus ultimus, an alius eum antecedens in ordine scripture quaterni, licet breve suum ostendere non possit [33], ut facit ultimus. Et primo videtur, quod ille qui est ante ultimum preferri debeat et admitti ad officium. Constat enim quod [34] cum dicatur, quod octo tantum eligantur; et iste qui est ante ultimum scriptus est in quaterno pro tabellione, ergo sine fraude; et omnia presumuntur solempniter acta, ut Inst de fideiussoribus § fin. [35] [III. 21. 8] et de inutilibus stipulationibus § si transcriptum [III. 20 § 17], ff. de verborum obligationibus, l. sciendum [XLV. 1. 30]. Item non est presumendum quod aliquid sit machinatum per tabellionem, cum ad eius fidem sepe [36] recurramus: C. [37] ad legem Corneliam de falsis, l. si quis decurio [IX. 22. 21] et de susceptoribus et arcariis, l. si aliquid [X. 70. 12]; maxime cum iuraverit offitium suum bene et [38] legaliter exercere. Non est ergo credendum quod sit immemor et cet., ut C. ad legem Juliam repetundarum, l. fin. [IX. 27. 6]. Item pro instrumento sive scriptura sepe presumitur, ut C. de probationibus, l. cum precibus [IV. 19. 18], C. de edicto divi Adriani tollendo, l. fin. [39] [VI. 33. 3]. Item quia ordo scripture servandus est, ut ff. de usufructu, l. quotiens [VII. 2. 1] et in Auth. de heredibus et Falcidia § inordinatum [Nov. I. c. 1 § 1] et in secunda constitutione C. [Const. Summa] et ff. ad Trebellianum, l. heredes [XXXVI. 1. 57]. Item iste qui non potest ostendere breve, non perdidit vel laceravit malitiose, sed per errorem; ergo venia dignus, ut ff. de interrogatoriis actionibus, l. de etate § fin.

— [20] elliguntur. — [21] Quid *add. V.* — [22] scripti. — [23] qualiter iste *om.* — [24] facta fuerunt — [25] invenit *om. V.* — [26] novem esse electos. — [27] debeant. — [28] quinterno. — [29] tamen bene. — [30] bene *om.* — [31] quinterno. — [32] Vertitur dubium. — [33] poterit. — [34] *Cl.* dicat quod. — [35] § scriptum. — [36] sepe *om.* — [37] *Cod.* ff. — [38] bene et *om.* — [39] Item pro instrumento... l. fin. *om.* —

Source : BIU Cujas

[XI. 1. 11 § 11], de excusationibus tutorum, l. qui testamento [XXVII. 1. 37]. Item istud breve non est de solempnitate, quia ipse publice [1] fuit electus: debet ergo valere electio sua, ut ff. de iure fisci, l. sed si accepto usu [XLIX. 14. 32]. Item mentem inspicimus, ut ff. qui petant tutores, l. fin. [XXVI. 6. 4], ff. de excusationibus tutorum, l. scire [2] § aliud etiam invenimus [3] [XXVII. 1. 13 § 2], ubi dicitur « etsi verba legis » et cet. Item et de solempnibus aliquid possumus ommictere, ut ff. de ventre inspiciendo, l. I. [XXV. 4. 1] in fine. E contra videtur [4] quod ultimus nonus preferatur, quia ostendit suum breve, et quia scriptus est in quaterno, et due rationes vincunt unam: ut in Auth. de consanguineis et uterinis fratribus, § finale [Nov. LXXXIV. c. 2] et ff. ad municipalem, l. Titio [5] [L. 1. 36], ubi dicitur de illo qui debeat portare licteram, quia ipse dedit alii et abrasit [6] nomen primi et scripsit nomen suum, et dicitur quod [7] ille qui ultimo loco scriptus est debeat habere illud salarium quod dicitur in licteris, sed possit accusari de falso. Item qui solempnitatem dicit, eam probare debet, ut ff. de publiciana, l. quecumque § quia pupillo [VI. 2. 13 § 2]; ultimus [8] probat; est ergo admittendus, quia ostendit breve. Non obstat quod ordo scripture debet actendi, ut dicunt plura iura, ut ff. de fideicommissariis libertatibus, l. generaliter [XL. 5. 24], et ff. de heredibus instituendis, l. qui solvendo [XXVIII. 5. 42], ff. qui et a quibus manumissi liberi non fiunt, l. fin. et l. si quis habens [XL. 9. 32 et 24]; quia quandoque non servatur, ut ff. de solutionibus, l. nec enim ordo [9] [XLVI. 3. 6] et de peculio, l. quidam [XXXIII. 8. 14]. Solutio: dico quod ille qui est ante ultimum nono preferatur [10], licet non ostendat breve, quia forte perditum fuit [11] vel laceratum casu vel alio modo [12], dum tamen constet de electione sua per scripturam tabellionis in quaterno, in quo alii officiales [13] sunt scripti; et hec solutio est per iura allegata [14], et maxime per l. ff. de bonorum possessione contra tabulas, l. I. § fin. [XXXVII. 4. 1 § 9].

XCI. — *Statutum quod offitiales elligantur ad sortem: quidam habuit unam sortem qui ellegit alium qui non poterat esse: an alium poterit elligere.*

Sed pone [15] questionem de facto. Statutum est Bononie quod officiales eligantur ad sortem (1): quidam habuit unam sortem: elegit [16] aliquem qui non poterat esse ad illud [17] officium, statuto impediente; vult iterum eligere: queritur an possit; et si non vellet [18] alium eligere, queritur [19] an compellatur alium eligere [20]. Et quod alium possit eligere vel etiam cogatur, ita probo: argumentando ff. de optione legata, l. II. [XXXIII. 5. 2]. Item illa electio nulla est: ergo inde nullam electionem [21] fecisse videtur, ut ff. de pignoratitia actione, l. eleganter § qui reprobos [XIII. 7. 24 § 1], ff ad Velleianum, l. quamvis § si convenerit [XVI. 1. 8 § 8] Item qui iuravit aliter quam ei delatum est, iterum debet iurare; item non videtur iurasse, ut ff. de iureiurando, l. qui per salutem [22] [XII. 2. 33]. Item video quod [23] si aliquis promittit dare fideiussorem et satisdederit vitiose, non videtur dedisse nec [24] satisdatum [esse], ut ff. qui satisdare cogantur, l. quoties et l. de die [II. 8. 6 et 8]; et ad hanc questionem [25] bene facit Extra de electione, c. cum causam [I. 6. 27]. E contra videtur quod functus est offitio suo semel; unde non videtur quod [26] amplius possit eligere, ut ff. de re iudicata, l. Paulus [XLII. 1. 42]; unde sufficit quod semel elegit, etiam si illa [27] electio non valuerit [28] nec habuerit effectum: sufficit enim semel aliquid pervenisse, licet illud quod pervenit non duret, ut ff. quod metus causa, l. videamus * [III. 2. 17]. Item si mulieri sit dos prestita, repellitur si iterum petat, ut ff. de iure dotium, l. cum pater [XXIII. 3. 29] in fine; nec enim potest condictioni parere cum sit excepta, ut ff. de manumissis testamento, l. si vel fuerit [XL. 4. 41] in principio. Item cum debeat eligere, de prima electione intelligendum [29] est: nam si promicto dotem mulieri si nubat, de primis nuptiis intelligendum est, ut ff. de iure dotium, l. dotis promissio [XXIII. 3. 68] et ff. de verborum significatione, l. boves § hoc sermone [L. 16. 89 § 1]. Item nonne a principio [30] habuisti [31] potestatem plures eligendi? Certe sic: ergo [32] uno electo alium non eliges [33], sicut iam actum [34], ut ff. de tributaria actione, l. quod in herede § eligere [35] [XIV. 4. 9 § 1], ff. de legatis I., l. cum filio § variis [XXX. 11]. Hoc enim factum fuit tale, quod semel impleri debuit, ut ff. de condictionibus et demonstrationibus, l. hec condictio [XXXV. 1. 10]; et sic vides [36] quod eligere non potes, et si eligere velles [37], suspectus videris, ut ff. de procuratoribus, l. que omnia [III. 3. 25]. Solutio secundum [Rolandinum]: quod si ille qui debebat eligere se offerat, quod repellatur, per l. ff. de procuratoribus, l. que omnia [III. 3. 25]: si vero se non offerat, bene potest eligere. Sed utrum cogetur eligere? Respondeo: si hoc actum est, quod semel eliget; alioquin eliget argumento ff. de condictionibus

* f. 154 c

---

[1] publice *om.* — [2] l. ferro. *V.* — [3] sacra constitutio greca. *V.* § constituto. *Cl.* — [4] videtur *om.* — [5] *Cod.* l. I., 1. rubr. — [6] adbrasit *V.* — [7] quod *om.* — [8] sed ultimus. — [9] ordo *om.* — [10] prefertur. — [11] casu. — [12] casu.... modo *om.* — [13] officiales *om.* — [14] preallegata. — [15] Pone. — [16] qui elegit. — [17] aliquod. — [18] vult. — [19] queritur. *om.* — [20] alium eligere *om.* — [21] electionem. *om.* — [22] Item qui iuravit.... per salutem *om.* — [23] video quod *om.* — [24] cautum *ddd. Cl.* — [25] pro hac questione. — [26] unde non potest. — [27] etiam si illa *om.* licet *add.* — [28] duravit *V.* — [29] credendum. — [30] ab initio. — [31] habuit. — [32] ergo *om. V.* — [33] eligit. — [34] sicut iam actum *om.* — [35] c. 119.D *Cl.* — [36] iudex. — [37] vult. —

(1) Statuta Bononiae, a. 1250, rubr. I. (ed. Frati, p. 12 seqq.) *iubent officiales eligi ad brevia sorte distribut, sicut statuta anno 1288 composita, quae manuscripta extant in publico tabulario huius civitatis.* —

Source : BIU Cujas

et demonstrationibus, l. hec condictio [XXXV. 1. 10]. Vel solve ut notatur Extra de electione, c. causam [I. 6. 8] et de concessione prebende et ecclesie non vacantis c. constitutus [III. 8. 11]. Sed quidam intelligunt illam questionem quando scienter elegit indignum ut Extra de electione, c. cum in cunctis [I. 6. 7]. Sed hec questio clarius et pinguius est notata super [1] l. quoties ff. qui satisdare cogantur [II. 8. 6] per dominum Oddofredum [2] ([1]).

XCII. — [*Massarius* ([2]) *obligatus nomine universitatis non potest conveniri, deposito officio, nomine proprio*].

Sed pone. Quidam est massarius cuiusdam universitatis vel canonicarii; ex forma cuiusdam statuti ipse massarius nomine universitatis obligavit se; deposito officio, ex tali obligatione convenitur: numquid potest? Dic quod non: argumento ff. si ex facto tutoris, l. post mortem § tutor [XXVI. 9. 5 § 1], ff. si quis cautionibus, l. fin. [II. 11. 15] et ff. de re iudicata, l. si se non obtulit [XLII. 1. 4], cum suis concordantiis.

XCIII. — *Statutum est quod quicumque non erit in tali exercitu, non reddatur ei ius. Quidam qui non fuit, cessit iura sua alteri et eum constituit procuratorem in rem suam: an iste procurator admittatur ad agendum et cet.*

Sed pone [3] questionem de facto. Statutum est in civitate, quod quicumque non iverit in talem exercitum non reddatur ei ius: modo aliquis non ivit et sic non potuit experiri: cessit alicui iura et actiones et fecit [4] eum procuratorem in rem suam. Modo queritur numquid [5] iste procurator admictatur; cum iste habeat [6] iura ab illo qui non poterat experiri: ergo nec ipse procurator. Et multa possent hinc inde allegari: sed dic ut allegabo in proxima questione infra. Solutio: distingue [7]: aut iste, qui habet iura cessa, habet ex lucrativa causa aut non; si autem lucrativa causa, tunc [8] non potest [9]; si ex onerosa, tunc [10] bene potest, ut ff. de doli exceptione. l. apud Celsum § si quis autem ex causa [11] [XLIV. 4. 4 § 29].

XCIV. — *Statutum quod bannito non reddatur ius, vel quod non possit contrahere. Modo bannitus cessit iura alicui et eum constituit procuratorem in rem suam: an isti procuratori reddatur ius et cet.*

Sed pone [12]. Statutum est quod bampnitus non possit contrahere, vel non fiat ratio alicui bampnito [13]. Modo aliquis est bampnitus; vult alicui cedere iura et actiones, et facere [14] eum procuratorem in rem suam, cum non possit experiri. Modo queritur numquid possit [15], sic quod [16] procurator possit agere. Et videtur sic, quia relegati retinent omnia bona et iura, ut ff. de interdictis et relegatis, l. relegatorum § ad tempus [XLVIII. 22. 7 § 4], et appellatione bonorum iura continentur: ff. de verborum obligationibus, l. is cui bonis [XLV. 1. 6] et ff. ut in possessionem legatorum [17], bonorum [18] [XXXVI. 4. 5 § 6]. E contra videtur quod non, quia omnes exceptiones que obstant venditori [19] et cet. ut ff. de contrahenda emptione, l. dolia § I. [XVIII. 1. 76 § 1], ff. pro sotio, l. idem [XVII. 3. 38] in fine, ff. de regulis iuris, l. in his § non debeo [L. 17. 175 § 1]. Solutio: dic quod si bampnitus est ex ea causa ex qua bona publicarentur, quod tunc cessio non valeat, quia actio competit fisco et contra fiscum, ff. de capite diminutis, l. II. [IV. 5. 2], ff. pro sotio, l. actione § si post [XVII. 2. 65 § 13]. Si autem ex alia causa, tunc subdistingue: aut habet ex causa lucrativa aut non; si ex causa lucrativa, tunc obstat [20] exceptio; si ex causa honerosa, et tunc non obstat, ut ff. de doli exceptione, l. apud § de auctoris et § si quid autem [21] [XLIV. 4. 4 § 27 et § 29].

XCV. — *Statutum* ([3]) *quod bampnitus possit impune offendi in civitate: an offendens in burgis teneatur et puniri possit.*

Continetur in statutis quod bannitus impune possit offendi in civitate: an offendens in burgis teneatur et puniri debeat. Et videtur quod sic, nam statutum loquitur in civitate, ergo non habet locum extra, cum civitas claudatur muris, ut ff. de verborum sygnificatione, l. II. [L. 16. 2] et de penu legata, l. si quis § si ita [XXXIII. 9. 4 § 4], ubi dicitur fere omnes civitates muro tenus finiri. Item istud statutum est contra ius et sic ad consequentiam non est trahendum: ff. de legibus, l. quod vero [I. 3. 14]. et C. de patribus qui filios suos distraxerunt, l. I. [IV. 43. 1] cum symilibus; et quia est stricti iuris et quia ratio suadet mallefitia puniri, et quia est odiosum et cet. E contra videtur: nam verum est quod urbs clauditur muris, Roma vero continentibus hediffitiis, ut dicta l. II. de verborum sygnificatione [D. L. 16. 2] et de legatis III. l. cuique, et l. uxorem § legaverat [XXXII. 84 et 41 § 6] et dicto § si ita [XXXIII. 9. 4 § 4] et de verborum sygnificatione, l. in continentibus et l. ut Alfenus [L. 16. 147 et 87]. Item si utrumque dicatur, videlicet in urbe romana, ut in casu nostro, perinde est ac si dixisset Rome, scilicet ut continentia hediffitia

---

[1] *Cod.* l. super *add.* — [2] Sed hec questio..... Oddofredum *om.* — [3] Pone. — [4] constituit. — [5] utrum. — [6] habeas. — [7] Et solve distinguendo. — [8] aut non.... tunc. *om.* — [9] experiri *add.* — [10] tunc *om.* — [11] l. si quis § autem ex causa. — [12] Pone questionem. — [13] alicui bampnito *om.* — [14] constituere. — [15] possit. c. 120 *Cl.* — [16] et an. — [17] et appellatione bonorum... legatorum *om. V.* — [18] l. is cui bonis. — [19] venditori *om.* — [20] obest. — [21] ubi de hoc notatur *add.* —

([1]) Oddofredi, Super prima parte ff. veteris, Lugduni 1550, p. 50.[c] — ([2]) *Quaestio haec deest in Cl.* — ([3]) *Quaestio haec, quam sumpsi ex Cl., in V. desideratur.* —

Source : BIU Cujas

contineantur [1], ut notatur in dicta l. II. ff. de verborum sygnificatione [L. 16. 2]; et sic perinde debet haberi ac si offensus fuisset in civitate. Sed adhuc videtur quod offendens non possit damnari, quia omnes leges allegate loquuntur in urbe romana; nec mirum si istud habet Roma, quod appellatione urbis contineantur continentia ediffitia, cum habeat multa alia privilegia: ff. ad municipalem, l. Roma [L. 1. 33] et ad legem Iuliam ambitus, l. I. [XLVIII. 14. 1] cum symilibus. E contra videtur quod hoc generaliter locum habet in qualibet civitate: ff. de legatis III. l. si uxorem § legaverat [XXXII. 41 § 6] et de verborum sygnificatione, l. notionem [L. 16. 9], que nec loquitur de Roma; et aliquando species attribuitur speciei et species eximitur de genere, ut l. doli clausula ff. de verborum obligationibus [XLV. 1. 119] et sic idem in aliis civitatibus. Item res publica proprie dicitur Romanorum; ff. de verborum sygnificatione, l. si igitur eum qui vectigal [L. 16. 16]; et tamen large sumpto vocabulo intelligitur de re publica aliarum civitatum, ut C. de iure reipublicae, l. rem publicam, li. XI. [XI. 29. 3]. et notatur in Auth. de heredibus et Falcidia in principio [Nov. I. praef.]. Et ita fuit pronuntiatum per sapientem virum dominum Tomam de Esio (1) et alios sapientes, nec posse nec debere condemnari.

XCVI. — *Statutum* (2) *quod querele bannitorum non audiantur: quidam aliquem vulneravit et accusatur vulnerans; deinde accusator bannitus fuit isto medio tempore: an debeat audiri.*

Pone questionem. Statuto cavetur quod querele bannitorum non audiantur. Contingit quod quidam aliquem vulneravit; accusatur vulnerans; deinde accusator bannitus fuit isto medio tempore: queritur an debeat audiri. Et videtur quod sic, quia iste qui habet hanc exceptionem banni, post accusationem, de se interpositam acquisivit eam: argumento ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. cum quedam puella [II. 1. 19] et de iudiciis, l. si quis [V. 1. 5] et l. incola ad municipalem [L. 1. 29]. E contra quod non sit audiendus; quia si accusator habens ius accusandi tempore accusationis interposite, postea habere desinat, non audiatur: ff. de accusationibus, l. hos accusare § beneficium [2] [XLVIII. 2. 12 § 1]. Preterea cavetur in iure quod que ab initio interpretationem habuerunt, si quidem non possunt postea interpretari, id quod factum est extinguitur: ff. de suspectis tutoribus, l. post finitam [XXVI. 10. 11]. Item que impediunt fatienda, destruunt iam facta, ut l. Granius [3], ff. de fideiussoribus; [XLVI. 1. 71], et ut in possessione legatorum, l. si pecunie § si fides commissa [XXXVI. 4. 7 § 1]. Et hec est sententia vera, ut accusator non possit per se vel per procuratorem procedere, maxime per predictam legem « post finitam » [XXVI. 10. 11] secundum Dynum.

XCVII. — *Statutum* (1) *quod non reddatur ius bannito: an bampnitus hanc exceptionem habeat contra aliquem alium bannitum* [*qui*] *agit.*

Pone questionem. Continetur in statutis quod bannito non reddatur ius: numquid si bannitus agat contra bannitum possit hac exceptione repelli? Videtur quod non: ff. de minoribus, l. auxilium § in delictis [IV. 4. 37 § 1] et de dolo, l. si duo [IV. 3. 36], et ff. soluto matrimonio, l. viro atque uxore [XXIV. 3. 39], et C. de episcopali audientia, l. nemo [I. 4. 15], et de transactionibus, l. si quis maior [II. 4. 41], et de hereticis, l, quoniam [I. 5. 21], et de inofficioso testamento, l. in arenam [III. 28. 11] et de liberali causa, l. si filium [VII. 16. 37], et Extra, de usuris. c. cum frustra [V. 19 14] cum symilibus. E contra videtur quod sic: quia sicut illi denegatur exceptio et isti debet denegari replicatio: argumentum ff. de exceptione doli, l. apud Celsum § Marcellus [XLIV. 4. 4 § 13], et ne quis eum qui in ius vocabitur, l. II. [II. 7. 2], et de condictione ob turpem vel iniustam causam, l. si ob turpem [XII. 5. 8], et de verborum obligationibus, l. servum § sequitur [XLV. 1. 91 § 3]; per quem § videtur decidi hec questio. Et expressum habes simile in excommunicato, Extra de exceptionibus, c. dillecti filii [II. 25. 8] in glossa « hic manifeste », et c. dillecte et c. sygniffica-verunt [II. 25. 10 et 11], in glossa ordinaria et ff. de questionibus l. accusante § 1. [XLVIII. 18. 17 § 1] in glossa legitimus, et de regulis iuris, l. verum est [L. 17. 31]. Sed an bannitus qui est heres non banniti, agens hereditario nomine audiatur, non obstante statuto quod vetat fieri ius bannitis? videtur quod sic: ff. que res pignori obligari non possunt, l. aristo [XX. 3. 3], et de decurionibus, l. decurio [L. 2. 4] et ad legem Corneliam de falsis, l. I. § fin. [XLVIII. 10. 1 § 13]. Sed contrarium verum est: argumento ff. de condictione indebiti, l. si non sortem § si filius [XII. 5. 26 § 9] et ad macedonianum [1], l. sed Julianus § I [XIV. 6. 3 § 2] et rerum amotarum, l. et ideo [XXV. 2. 3], ff. de dolo, l. I. [IV. 3. 1]. Sed quid si non bannitus est heres banniti et agat hereditario nomine ipsius, an audiatur? Et videtur quod non, per l. ff. de regulis iuris, l. quicumque [L. 17. 19] et l. in his § ubi verba et l. nemo [L. 17. 110 § 3 et 43] et de temporalibus prescriptionibus, l. cum heres [XLIV.

---

[1] c. 120.B *Cl.* — [2] c. 120.C *Cl.* — [3] *Cod.* Uranius. —

---

(1) *Nullam memoriam huius iurisconsulti invenimus.* — (2) *Haec etiam quaestio in V. deest.* —

---

[1] 120.D *Cl.* —

---

(1) *Quaestio haec tantum in Cl. invenitur.*

Source : BIU Cujas

3. 11] et de publiciana, l. si ergo § II. [VI. 2. 11 § 2] et de pactis, l. fin. [II. 14. 62] et de verborum obligationibus, l. si ergo § II. [XLV. 1. 115 § 2], et C. de acquirenda possessione, l. vitia [VII. 32. 11] et de fructibus et litium expensis, l. II. [VII. 51. 2]. Alii dicunt contrarium, ut morte criminosi finiatur crimen: ff. de privatis delictis, l. I. [XLVII. 1. 1], depositi, l. I. § fin. [XVI. 3. 1 § 18], et de publicanis, l. fin. § I. [XXXIX. 4. 16 § 1]. Sed prima opynio verior est: ff. quod quisque iuris, l. III. § autem [II. 2. 3 § 5].

XCVIII. — *Statutum quod non reddatur ius bannito, et si aliquis eum defendat solvat C. sol. Modo quidam allegat causas absentie; an cadat in penam.*

Sed pone. [1] Statutum est ut [2] nullus fatiat ius bampnito, nec ulli defensori permictatur, ut ipse bampnitum defendat [3]; et si aliquis eum defendat solvat C. sol. nomine bampni. Modo queritur numquid [4] aliquis possit eum [5] defendere allegando causam absentie; et si allegat, an ceciderit in penam. Et videtur quod possit defendi allegando causam absentie, quia talis defensor non cadit in penam, cum nullam culpam commiserit, ut ff. de negotiis gestis, *l.* liberto § fin. [6] [III. 5. 31 § 7], et sic si nullam culpam commisit, nullam penam meretur habere [7], ut ff. de verborum obligationibus, l. si quis servum [XLV. 1. 91], C. de adulteriis, l. Graccus [IX. 9. 4]; et ad hoc ff. de procuratoribus, l. si quis et. l. servum quoque [III. 3. 33 § 2 et 34]. Potest dicere hic defensor: « Domine, dico, quod non defendo ipsum, sed dico quod [8] ille homo est absens, et lex dicit quod [9] absens non debet accusari, ut C. de accusationibus, l. absentem » [IX. 2. 5]. E contra videtur quod aliquis [10] non debeat admicti ad talem defensionem, non obstante statuto communis [11]: omnis enim allegatio [12] est defensio, ut in istis legibus probatur, que dicunt absentem defendi: ergo debet puniri secundum statutum [13] qui defendit, cum delictum non debeat remanere impunitum, ut ff. de interdictis et relegatis, l. relegatorum § fin [14]. [XLVIII. 22. 7 § 22]. Solutio [15]: non debet defendi etiam allegando causam absentie, et qui eum defendit incidit in penam, ut supra ostendi. Si vero coram alio diceret [16], non coram iudice, non incidit [17] in penam.

XCIX. — *Statutum quod si aliquis fuerit in banno, ei non reddatur ratio. Quedam mulier fuit posita in banno: an ei reddatur ius.*

Pone [18]. Statutum est quod si aliquis fuerit in bampno, quod ei non fiat ratio. Aliqua mulier est [19] in bampno: numquid fiet ei ius? Et videtur quod non, quia appellationes « si quis » et « si qua a » concordant [20]: ff. de negotiis gestis, l. III in principio et § I. [III. 5. 3. pr. et § 1] et ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. si quis id [II. 1. 7] et ff. de verborum sygnificatione, l. I. [L. 16. 1]. E contra videtur quod fiat ei ratio, non obstante statuto: argumento ff. de ventre in possessionem mittendo, l. I. § quare et si ita exheredatio [XXXVII. 9. 1 § 3], ff. de legatis III., l. Lutius § quesitum [XXXII. 93 § 3], que concorditer [21] dicunt quod masculinum non concipit femininum. Solutio: dic quod quando tractatur de favore, masculinum concipit femininum, et sic loquuntur prime concordantie [22] pro prima parte allegate; si vero tractatur de odio [23], tunc masculinum non concipit femininum, ut in secundis concordantiis [24]. Vel plenius distingue: quia aut est verbum legis, aut testatoris, aut contrahentis. In primo casu, sive tractetur de hodio sive de favore, masculinum * concipit femininum, ut. ff. de verborum significatione, l I. [L. 16. 1] et in concordantiis positis in prima parte glosse Accursii [25]; quando de favore planum est; sed quando tractatur de odio vide Extra, de constitutionibus si quis per totum [I. 2. 1-15] ubi tractatur de odio [26]: et tunc intelligitur tam in masculo quam in femina; fallit in procuratorem, nam alienam suscipere defensionem et cet. ut C. [27] de procuratoribus l. alienam [II. 13. 18]; fallit etiam Inst. de legictima patronorum tutela § fin. [I. 17], nam est publicum munus tutela, unde femine non competit, ut ff. de regulis iuris, l. II. [L. 17. 2] et l. de his qui veniam etatis impetraverunt, l. omnes [28] [II. 45. 2]. Si autem sit verbum testatoris [29], aut tractatur de favore et tunc [30] comprehendit; et sic intelligitur secunda [31] pars glosse Accursii singulatim l. I. ff. de verborum significatione [L. 13. 1]; aut de odio, et tunc non; et sic intelligitur tertia pars dicte glosse [32]. Sed que est ratio de primo membro ad secundum? Respondeo quia maior est potestas legis quam hominis, ut ff. de legibus et constitutionibus, l. leges [I. 3. 7]. Sed e contra femininum non concipit masculinum [33], ut ff. de legatis II., l. si ita [XXXI. 3]; fallit in casu ff. de iure patronatus [34], l. addigere [XXXVII. 14. 7 § 2] et l. qui contra [XXXVII. 14. 15], et in aliis sequentibus.

C. — *Heredes* (1) *Titii positi sunt in banno non expressis aliter nominibus eorum: an valeat bannum.*

Heredes Titii positi sunt in banno non expressis aliter nominibus eorum: an valeat bannum. Et videtur

* f. 154.b

---

[1] Pone questionem. — [2] quod. — [3] *V.* permictat. — [4] utrum. — [5] bene. — [6] l. fin. [III. 5. 49]. — [7] habere *om.* — [8] quando *V.* — [9] et ita dico *V.* — [10] aliquis *om.* — [11] communis *om.* — [12] *V.* obligatio. — [13] secundum statutum *om.* — [14] c. 121.A *Cl.* — [15] dic quod *add.* — [16] videtur. — [17] incideret. — [18] Pone questionem. — [19] fuit posita. — [20] et cet. ut. — [21] concorditer *om.* — [22] et sic loquitur lex. — [23] hodio. — [24] allegatis. — [25] positis... Accursii *om. Hic V. habet erroneam repetitionem.* — [26] Sed quando... de odio *om.* — [27] *Codd.* ff. — [28] *V.* finale. — [29] Si autem proferetur a testatore. — [30] tunc *om.* — [31] alligata *add.* — [32] pars glosse Accursii singulatim... dicte glosse *om.* — [33] Si de odio, non concipit femininum. — [34] c. 121.C *Cl.* —

(1) *Haec quaestio deest in V.* —

Source : BIU Cujas

quod non ; argumentum ff. de exheredatione liberorum [1], II. [XXVIII. 2. 2] et C. eodem, l. maximum § I [VI. 28. 4 § 1], et de sententia que sine certa quantitate, per totum [VII. 46. 1-4], et ff. de testamentaria tutela l. tutor incertus [XXVI. 2. 20], et l. duo sunt Titii [XXVI. 2. 30] et de arbitris, l. quid tamen § Papinianus [IV. 8. 21 § 5] et Inst. de actionibus § curare [IV. 6 § 32] et Extra de officio iudicis ordinarii, c. II. [I. 31. 2] et XI. q. III. c. excellentissimus [C. XI qu. III c. 102]. E contra videtur quod valeat bannum: Inst. de exheredatione liberorum, §. I. et II. § masculus [II. 13 § 1 et § 2], et ff. [2] de iniusto rupto et irrito testamento, l. III § nominatim [XXVIII. 3. 3 § 5] et de liberis et posthumis, l. Titius [XXVIII. 2. 25] in principio ; et argumentum ff. de condictionibus et demonstrationibus, l. nominatim [3] [XXXV. 1. 34], et si certum petatur, l. certum [XII. 1. 6]. In hac questione multi quidam distinguunt: aut in aliqua parte actorum constat qui sint heredes Titii, et tunc valet bannum ; argumentum ff. de iure fisci in l. in suunna [XLIX. 14. 17] et de arbitris, l. quid tamen § Papinianus [IV. 8. 21 § 5] et C. de sententia que sine certa quantitate, l. hec sententia [VII. 46. 3], et argumentum Extra de immunitate ecclesie c. adversus § fin. [III. 49. 7] Sed si citatio facta esset ad domum Titii, ut quicumque vult esse heres eius veniat responsurus et ibi pronumtiata alta voce et forte parum exaudita, et nullum primo nomine nominando, heredes non poterunt banniri, nam ignoratur qui sint vel esse vellint heredes ; argumento dicti § curare [Inst. IV. 6 § 32] et horum que ibi in glossa notantur super verbo « possibile » ; et ita salva consuetudine.

CI. — *Statutum est quod omnes homines episcopatus et districtus et cet. a XV. annis et cet. usque ad LXX. annos, teneantur ire ad exercitum, et si non iverint, eis non reddatur ius et cet. Quidam, qui non ivit, agit contra aliquem pro quo est lata sententia ; qui volens sententiam exequutioni mandari, opponitur quod non ivit ad exercitum. Queritur quid iuris.*

Sed pone questionem [4] Statutum est quod omnes homines civitatis et districtus [5] a quindecim [6] annis supra usque ad LXX. annos, teneantur ire [7] ad exercitum et inde se non partire [8] sine licentia potestatis; et qui contrafecerit non possit esse da aliquo consilio nec habere aliquod officium, et in suis causis pecuniariis [9] non reddatur ei ius usque ad quinquennium, et pro cive non habeatur; et omnia bampna ei illata usque ad V. annos [10] ei non emendentur. Contigit quod Titius, qui non iverat ad exercitum, egit contra Seium ad C [11]. ex causa dotis vel alia causa [12]; et condempnatus est Seius : nunc petit Titius ut sententia exequutioni mandetur. Seius obiecit Titio : « tu non fuisti in tale exercitu ». Modo queritur an post sententiam hoc possit [13] obicere, et sic impedire exequtionem sententie. Et in primis videtur quod amodo [14] non possit [15] obici, sive dicamus eam exceptionem esse dilatoriam solutionis [16] ex pacto sive ex lege, sive iudiciariam, sive anomalam. Ecce : si esset [17] peremptoria, ante sententiam debuisset obici et probari [18] : C. sententiam rescindi non posse l. peremptorius [VII. 50. 2], licet fallat in aliquibus casibus [19] : sed iste non est ex illis, ut notatur C. de iuris et facti ignorantia, l. I. [I. 18. 1] Item si dicamus eam dilatoriam solutionis ex pacto, quod numquam [20] est verum, cum pactum nullum [21] intercesserit, tunc certe [22] ante litem contestatam, vel initio debuit opponi [23] et probari, postquam actor mostraverit quod asseveraverat [24]: C. de probationibus, l. exceptionem]IV. 19. 19]. Item si dicamus eam dilatoriam solutionis ex lege, quod prima fatie videtur dicendum, cum reformatio statuti [25] haberet mentionem de quinquennio [26], sicut etiam haberetur de dilatoria [27] legis, ut ff. de verborum obligationibus, l. interdum [XLV. 1. 73] et de eo quod certo loco, l. non utique § si quis ita stipuletur [XIII. 3. 2 § 4]; similiter et tunc ante litem contestatam vel initio debuit opponi et probari, postquam actor intentionem suam ostenderit [28], ut dicta l. exceptionem [IV. 19. 19]. Item si dicamus [29] eam dilatoriam iudicii, certe tunc ante litem contestatam debuit opponi, si scit sibi competere, ut C. de exceptionibus, l. fin. [VIII. 36. 13] et ff. de iudiciis, l. sed et si suscepit [V. 1. 52] in principio. Sed et si ignoret, tunc [30] etiam post sententiam, ut C. de pactis, l. licet [II. 3. 19] et C. si a non competente iudice, l. fin. [VII. 48. 4], aut hoc scivit aut scire [31] potuit; nam reformatio statuti est [32] plebiscitum [33], ergo pro lege debet servari, ut ff. de origine iuris, l. II. § mox [I. 2. 2 § 8] ; et omnes debent scire exceptiones, et mares et mulieres [34], ut ff. de iuris et facti ignorantia, l. regula, in principio § I. [XXII. 6 9 § 1] et C. de iuris et facti ignorantia, l. constitutiones [I. 18. 12]; et leges si quis ignorat, in lata culpa est, ut ff. de his qui notantur infamia, l liberorum § notatur [III. 1. 11 § 4]. Item si dicamus eam anomalam, sicut in exceptione non numerate pecunie et non numerate dotis quidam dicere voluerunt, similiter non invenitur quod post sententiam opponatur ; quia iam opponeretur [35] postquam actor didicerit testificata alterius partis; et sic non debet audiri, ut in Auth. de testibus, § quia vero [Nov. XC. c. 4]; et sic in nullo casu potest opponi. E contra videtur quod etiam post sententiam possit opponi [36], ad similitudi-

---

[1] *scil.* de liberis et posthumis exheredandis. — [2] *Cl.* Inst. — [3] *V.* si nominatim. — [4] Pone questionem. — [5] omnes homines episcopatus. — [6] *V.* XVIII. — [7] c. 121.° *Cl.* — [8] discedere. — [9] pecuniariis *om.* — [10] ad quinquennium. — [11] ad C. *om.* — [12] causa *om. V.* — [13] ei *add.* — [14] amodo *om.* — [15] ei *add.* — [16] exceptionis. — [17] Si enim. — [18] debuisset opponi ut probatur. — [19] aliquibus *om. V*— [20] non — [21] non. — [22] tunc certe *om.* — [23] debuisset obici. — [24] actor probaverit suam intentionem. — [25] quinquennii. — [26] de quinquennio *om.* — [27] et sic habetur de dillatoria. — [28] probaverit. — [29] dicimus. — [30] tunc *om.* — [31] c. 121.° *Cl.* — [32] refor. matio statuti est *om.* — [33] sive reformatio *add.* — [34] femine. — [35] opponere *V.* — [36] E contra videtur... opponi *om.* —

Source : BIU Cujas

nem exceptionis Macedoniani, que [1] similiter est hodiosa sicut ista, ut ff. ad Macedonianum, l. tametsi non opposita [XIV. 6. 11]. Item si dicimus [2] dilatoriam solutionis non [3] ex pacto sed ex lege, ut supra dixi, similiter idem videtur [4] ad similitudinem exceptionis, quam opponit donator, ut non gravetur ultra quam facere possit, ut ff. de re iudicata, l. Nesennius [XLII. 1. 41]; nam sicut illa est dilatoria solutionis ex lege, quia non semper presumitur semper in egestate morari sed aliquandum ad pinguiorem fortunam venire [5], ut C. arbitrium tutele, l. si defunctus [V. 51. 10]; et sic videtur hec [6] quod sit dilatoria solutionis ex lege, cum in statuto contineatur de quinquennio, et statutum est lex ut supra dixi. Item si dicamus eam dilatoriam [7], idem videtur dicendum [8], quia hic ignorare potuit eam sibi competere; nam quamvis [9] liquidum omnibus aliquid esse debeat de statutis seu reformatione, tamen factum [10] adversarii sui ignorare potuit [11], quia alienum factum est [12], scilicet an fuerit in exercitu: et in facto alieno tolerabilis est error, ut ff. pro suo, l. fin. [XLI. 10. 64] et de iuris et facti ignorantia, l. II. [XXII. 6. 2], et presumitur quis ignorare nisi probetur sciens, ut ff. de administratione tutorum [13], l. quidam decedens [14] [XXVI. 7. 5 § 6] et ff. de probationibus, l. verius [XXII. 3. 21]; nam decreta non ligant ignorantes, ut ff. de decretis ab ordine faciendis, l. fin. [L. 9. 6]. Item alia ratione: continetur in statutis quod non fiat ei ratio nec reddatur ius, ergo nec in causa principali nec in causa executionis [15] sive fiat executio
* f. 155.A iudicati sive actionis [16] in factum *, ut C. de executione rei iudicate, l. ordo et l. si ut proponis [VII. 53. 3 et 6] et de rebus creditis, l. actori [IV. 1. 8] et ff. de re iudicata [17], l. a divo [XLIII. 1. 15]; unde a verbis non est recedendum, ut ff. de exercitoria, l. I. § in re igitur [XIV. 1. 1 § 20]; et quod una via est prohibita [18] non debet alia via aperiri [19], ut ff. de sponsalibus, l. oratio [XXIII. 1. 16]. Solutio: videtur dicendum quod non mandetur exequutioni, si exceptio de exercitu opponitur; et hoc propter verba [20] statuti, quibus [21] dicitur quod non reddatur [22] ei ius in causis pecuniariis, et causa dicitur res iudicata, ut C. de executione rei iudicate, l. si causam [VII. 53. 2] in principio; et sententia [23] bene valuit, cum non fuerit error expressus in sententia, ut ff. de re iudicata, l. preses [XLII. 1. 27]; et hanc exceptionem dico anomalam, cum non imitetur [24] naturam peremptoriam [25] cum perpetuo non obstet. Item sine dubio non est dilatoria ex pacto, sed ex lege, ut supra dixi, cum post sententiam opponatur; anomala [26] tamen, cum statutum non declaret [27].

[1] quia *V.* — [2] dicamus eam. — [3] non *om. V.* — [4] ad hoc *add. V.* — [5] pervenire. — [6] hec *om.* — [7] declinatoriam *Cod.* — [8] dicendum *om.* — [9] licet liquidum. — [10] tamen. — [11] potuerunt. — [12] est *om.* — [13] c. 122.A — [14] in fine et l. seq. *add.* — [15] exceptionis. — [16] actione. — [17] et ff. de re iudicata *om.* — [18] *Codd.* prohibitum. — [19] *V.* operari. — [20] verbum. — [20] quo. — [22] *V.* redditur. — [23] verbum sententia. — [24] imitatur. — [25] pretoriam. — [26] tamen cum statutum non declaret *om. V.* — [27] Et declinatoria

CII. — *Statutum quod si villa permittit, post denumptiationem factam consulibus, habitare bannito vel eum non ceperit, quod teneatur creditoribus debitum solvere: an teneatur si fugitivus intravit villam post denumptiam factam.*

Sed pone [28] questionem de facto. Statutum est Bononie quod si aliqua villa permictat, post denumptiationem factam consulibus, bampnitis propter debitum habitare in villa, quod ipsa villa teneatur ad ipsum debitum propter habitationem quam prestat [29]. Ecce: aliquis debitor fugitivus intravit villam: aliquis denumptiavit consulibus quod capiant eum vel non permictant ipsum habitare in villa. Exivit ipse bampnitus villam [30]; post tres vel quatuor dies ingressus est villam; nec ibi multum moratus est, sed tamquam fugitivus exivit villam et ingreditur aliquando [31]. Queritur numquid propter hoc teneatur villa [32] creditoribus ad solvendum in id quod tenebatur dictus debitor. Et certe pronumptiatum fuit per dominum Oddofredum quod villa non teneatur, cum ipse sit [33] fugitivus, et qui est in fuga non presumitur habitare [34] propter hoc quod intrat villam et egreditur villam aliquando [35]: argumentum l. ff. de servis exportandis, l. Titius [XVIII. 7. 9], in rubrica « in fugitivo respondi ».

CIII. — *Statutum quod bannitus non possit contrahere ad sui voluntatem. Titius locavit domum cuidam. In processu temporis fuit positus in banno, et ipso existente in banno, domum vendidit cum pacto quod permitteret conductori habitare: an tale pactum valeat.*

Sed pone [36] questionem. Statutum est quod bampnitus non possit ad sui utilitatem [37] contrahere. Titius locavit domum ad annum [38] cuidam: in processu temporis, hic Titius cepit esse in bampno: hanc domum vendidit [39] cuidam, eo pacto ut emptor permitteret [40] illum [41] conductorem [42] ibi habitare usque ad finem anni. Queritur an tale pactum teneat. Et in primo videtur quod tale pactum teneat [43], tali ratione, cum hoc pactum non sit contractus, cum ex hoc non [44] nascatur obligatio hinc inde, sed ex altera parte tantum, ut ff. de verborum significatione, l. labeo [L. 16. 19]; idest quia hic obligatur tantum modo [45] emptor [46] ad non expellendum, nam et aliter obligatur quis facere, ut in pacto [47] de non petendo, ut C. de transactionibus, l. ubi [II. 4. 40], et in furto [48] ut in Inst. de obligationibus que ex delicto nascuntur § I. [IV. 1 § 1]; et ad hoc Inst. de verborum obligationibus § non solum [III. 16. 7]. Item differentia est inter contractum [49]

esse constat *add. V.* — [28] Pone. — [29] villa *add. V.* bannito *add. Cl.* — [30] c. 122.B *Cl.* — [31] aliunde. — [32] villa *om. V.* — [33] est. — [34] inhabitare. — [35] et aliunde infreditur. — [36] Pone. — [37] voluntatem. — [38] ad annum *om.* — [39] existens in banno hanc domum. — [40] pateretur *V.* — [41] illum *om.* — [42] stare et add. — [43] valeat. — [44] non *om. V.* — [45] tantum *om.* — [46] creatur a domino *add.* — [47] in pacto *om.* — [48] et in furto *om.* — [49] conventionem. —

Source : BIU Cujas

pactum et conventionem, nam contractus est nomen speciale, ut dicta lex Labeo et Inst. de obligationibus, in fine [III. 14 § 2] et quibus modis contrahitur obligatio § I. [III. 15]. Pactum vero est nomen generale [1] sive ad absolvendum [2] sive ad obligandum fiat, ut ff. de pactis, l. I. § est autem et cet. et l. [3] si unius § pactus [II. 24. 1 § 2]. Conventio enim est nomen generalissimum [4] sive ad obligandum sive ad liberandum; et insuper quicumque ex diversis [5] locis in unum locum congregantur, convenire dicuntur, ut ff. de pactis, l. I. § conventionis et eod. tit. l. rescriptum [II. 14. 1 § 3 et 10] in principio. Item statutum est stricti iuris, quod sic ostendo, nam ex eo [6] condictio ex lege oritur: ff. de condictione ex lege, l. I. [XIII. 2. 1]; item est [7] stricti iuris, quia non invenitur inter bone fidei iudicia, que sunt XVIII. [8], quod habet Inst. de actionibus § actionum [IV. 6 § 28]. Sunt ergo stricti iuris et stricte interpretanda, nam cuius natura est filia, scilicet condictio ex lege, eiusdem nature presumere debemus matrem [9], scilicet statuta: argumentum ff. si quis cautionibus, l. si eum § qui iniuriarum [II. 11. 10 § 2]. Item non est puniendus qui non delinquit, argumento C. de penis, l. sancimus [IX. 47. 22]. Item hec non est utilitas bampniti, sed [10] dampnum habitatoris [11], si inquilino [non] fiat molestia: at verba statuti dicunt de utilitate. Item quia inquilinus expulsus non habet contra eum regressum, ut puta cum relicta civitate [12] nudus exulet, ut ff. de capite diminutis, l. tutelas [IV. 5, 7] in [13] fine. E contra videtur tale pactum non valere, quia hanc fuisse presumimus condentium statuta mentem, ut nec contrahere nec pacisci possit [14], quia mens non est minus inspicienda quam ipsa verba [15], ut ff. de pactis, l. iuris gentium § pactorum [II. 4. 7 § 8]. Item fraus fieret statuto, quod esset contra et cet., ut ff. de legibus senatusque consultis, l. contra et l. seq. [I. 3. 29 et 30]. Item sua causa est, licet non directa, ut in simili casu C. [16] de testibus, l. omnibus [IV. 20. 10]. Item ut delicta puniatur, ut ff. ad legem Acquiliam, l. ita vulneratus [IX. 2. 51]. Item quod si favore quorundam [17] et cet, ut C. [18] de legibus et constitutionibus, l. quod favore [I. 14. 6]. E contra [si] quorundam [19] hodio introductum est, non debet in eorum utilitatem interpretari, ut sic de similibus ad similia procedatur; et sic est argumentum a contrario sensu, ut ff. de legibus, l. non possunt [I. 3. 12] et de officio eius cui mandata est iurisdictio, l. I § huius rei [I: 21. 1]. Item bampnitus non potest aliquid pacisci, ut ff. de verborum obligationibus, l. stipulatio ista § alteri [XLV. 1. 38 § 17] etiam quo ad exceptionem, ut notatur ff. de pactis, l. idem in duobus reis [II. 1I. 25] ultima glossa. Solutio. Distingue: aut omnia bona sunt confiscata, quia erat bampnitus pro gravi delicto, qui casus similis est deportationi, ut ff. de bonis dampnatorum, l. I. [XLVIII. 20. 1] in principio; aut nichil est confiscatum [20] sicut hodie contingit iure novo Auth. C. de bonis proscriptorum, Auth. bona [IX. 49. 11. Nov. CXXXIV. c. 13]; quo casu certa quota [21] bonorum est publicata et quota remansit, ut apparet in l. Iulia de vi, ut C. ad l. Iuliam de vi, l. II. [IX. 12. 2]; aut quedam res publicate sunt et quedam remanserunt bampnito, aut e contra. Primo casu dico pactum supervacuum, quia etiam sine pacto non debet expelli, ne fiscus qui est successor bampniti teneatur inquilino: ff. de iure fisci, l. fin. [XLIX. 14. 50]. Secundo casu pactum est [22] iniquum, quia si non posset expelli inquilinus, prodesset bampnito, quod statutum non patitur; sed si potest [23] expelli, habebit regressum contra bampnitum cui * bona remanserunt, ut ff. locati, l. si merces § I. [XXI. 2. 25 § 1]. Tertio casu dico quod iuris est de toto quo [24] ad totum idem est de parte quo ad partem, ut ff. de rei vendicatione, l. que de tota [VI. 1. 76] in principio; hoc et per [25] ff. quando appellandum sit, l. I. § ipse [XLIX. 4. 1 § 4]. Quarto casu et quinto [26] dico non spectandam esse aliquam rerum, sed quod tenet [27], ut Inst. de fideicommissariis hereditatibus § si quis una [II. 23 § 9] et C. de sententiam passis et restitutis l. III. [28] [IX. 51. 3] et C. de heredibus instituendis, l. quotiens [VI. 24. 13]. Unde patet quandoque [29] supervacuum, quandoque iniquum, ut ff. de pactis, l. iuris gentium § sed si fraudandi [30] [II. 14. 7 § 10].

* f. 155.B

CIV. — *Statutum* (1) *quod nullus debeat portare arma vetita: filius familias invenitur portans: an pater eius teneatur.*

Sed pone. Statutum est quod nullus debeat portare arma vetita. Cuidam filio familias inventa sunt arma. Citatur pater ut pro filio respondeat. Pater dicit quod non teneatur, cum ex delicto filii non teneatur de peculio vel noxali, ut ff. de actionibus et obligationibus, l. ex malefitio § is quoque [XLIV. 7. 5 § 5] in fine, ibi « in patrem nec de peculio vel noxalem » et cet. et C. ne filius pro patre et cet. [IV. 13. 1-5]. Sed pone quod filius condempnatus sit occasione dicti cultelli: numquid pater poterit conveniri actione [31] in factum ex re iudicata de peculio? Et certe dicas quod sic; et ad hoc facit ff. de noxalibus, l. quotiens et l. seq. [IX. 4. 21 et 22] et in hoc concordant omnes periti civitatis Bononie; et hoc fuit de facto pronumptiatum.

---

1 ad omnia *add.* — 2 liberandum. — 3 § est autem et cet *om.* — 4 c. 122.° *Cl.* — 5 adversis. — 6 ex eo *om.* — 7 *Cod.* quia. — 8 que sunt XVIII. *om.* — 9 *Cod.* patrem. — 10 immo. — 11 habitatoris *om.* — 12 ut puta... civitate *om.* — 13 ante. — 14 possit *om.* — 15 quia mens est attendenda potius q uam verba. — 16 *V.* ff. — 17 quorundam *om.* — 18 ut ff. — 19 eorum. — 20 non sunt confiscate. — 21 portio. — 22 *V. om.* est. — 23 posset. — 24 quo *om.* — 25 et per hoc apparet quedam res et cet. — 26 *V.* — 27 ff. quando appellandum... tenet *om.* — 28 l. II. — 29 est *add.* — 30 pactorum: verba sed si fraudandi. — 31 *V.* actus. —

---

(1) *Quaestio haec in Cl. desideratur.* —

Source : BIU Cujas

CV. — *Statutum* (1) *prohibet arma vetita portari per civitatem; miles, iens circando per civitatem portantes arma, invenit quatuor sedentes, habentes sub se gladium vetitum. Quis punietur? qualiter fiet punitio?*

Sed pone questionem de facto. Statutum est quod aliquis non debeat portare arma vetita per civitatem vel burgos, et quod miles vel iudex potestatis vadat circando arma; et si invenerit aliquos portantes arma vetita, quod potestas condempnet contrafacientem in certa quantitate [1]. Contingit quod in quadam via erant IIII.or homines, et miles potestatis, dum iret inquirendo pro armis, ad pedes istorum quactuor invenit in via unum cultellum [2]. Petit miles potestatis: « cuius est iste cultellus inventus iuxta pedes istorum? ». Quilibet dicit: non est meus. Vel inventus est sub banco super quo sedebant [3]. Modo queritur an unus istorum teneatur ad penam, an nullus, an omnes. Videtur quod nullus teneatur pluribus rationibus. Primo cum non inveniatur aliquis eorum portare arma sive cultellum [4], unde non invenitur in delicto; igitur non debet pati penam, cum ibi debeat esse pena ubi ed delictum, ut l. sancimus [5] C. de penis [IX. 47. 22]. Secundo quia in criminibus [6] debent esse probationes luce clariores, ut C. de probationibus, l. sciant [IV. 19. 25]; et ideo iudex qui sententiam laturus est non debet prius aliquem condempnare quam de crimine constet, idest qui dicitur crimen commississe negare non possit, ut supra l. qui sententiam [7] [C. IX. 47. 16]; et licet lex illa loquatur de homicidio et adulterio, nichilominus est idem in quolibet malefitio, ut probat ipsa lex ibi « et maleficii crimen »; item quod eadem ratio dicitur in aliis malefitiis, idem ius debet statui [8], ut ff. de verborum obligationibus, l. a Titio [XLV. 1. 108] et ff. ad legem Acquiliam, l. illud [IX. 2. 32], ff. de interdicti, l. I. [9] [XLIII. 1. 1]. Maleficium est arma portare, cum sit prohibitum [10] per iura municipalia, et etiam per iura communia, ut C. ut armorum usus inscio principe, l. unica li. XI. [XI. 47. 1] et in Auth. de armis, coll. VI. in pluribus locis et maxime in versu [11] « hanc igitur » [Nov. LXXXV. c. 3] et ibi « sed solos » et cet. et in versu « hoc est facto de armis » et cet.; unde in predicta questione si non servantur statuta, imponuntur pene in personis et avere, ut in dicta Auth. in versu « ergo » cum sequentibus [12]. Item quia non videtur dolo carere et cet. ut [13] ff. de regulis iuris, l. non potest dolo [L. 17. 199]. Item ratione tertia [14] quia occasione dubitationis [15] debet absolvi quilibet, ut argumentum ff. ad legem Acquiliam, l. scientiam § cum stramenta [IX. 2. 45 § 3]. Quarta ratione quia [16] sanctius est in dicto casu portantem cultellum absolvere, quam alios non portantes condempnare [17], ut ff. de penis, l. absentem [XLVIII. 19. 5] in principio: ab uno enim deferebatur dictus cultellus non ab omnibus, licet certe de facto posset idem cultellus deferri a pluribus, tenendo quilibet ipsorum cultellum in manu in diversis partibus cultelli; non est enim credendum hoc factum ab eis, nam raro, immo numquam, illud factum contingit, ea vero que raro accidunt, ut ff. de legibus et senatus consultis, l. nam ad ea [I. 3. 5], cum Auth. ut sine prohibitione matres debitrices § quia vero [18] [Nov. XCIV. c. 2]..... Quinta quia [19] promptiores et cet. ut ff. de actionibus et obligationibus, l. Arrianus [20] [XLIV. 7. 47] Sexto quia incertitudo plerumque id de quo agitur deficere facit: ff. de testamentaria tutela, l. duo sunt Titii et in eodem titulo, l. tutor [XXVI. 2. 30 et 20]. E contra videtur quod [21] tantum unus ipsorum debeat puniri et per iudicem eligi, et sic cuidam [22] gratificationi sit locus. Et hoc videtur duabus rationibus: prima [23] quia cum pluribus legatur usufructus plurium prediorum, heres elligit in quo predio sepeliatur defunctus ut ff. de religiosis et sumptibus funerum, l. fin. [XI. 7. 46] in principio; item cum in plures dominos fit insultum, et non potest servus cuilibet dominorum prestare auxilium, eligit dominum cui auxilium ferat [24]: ff. ad senatusconsultum Sillanianum, l. si quis in gravi § si cum omnes [XXIX. 5. 3 § 4]; sic et iudex eligit unum de predictis ut eum puniat de dicto cultello [25]. Secundo quia in his que fatienda sunt in iudiciis, iudex unam de pluribus personis eligit, ut ff. de accusationibus, l. si plures [XLVIII. 2. 16], ff. de libero homine exibendo, l. III. § hoc interdictum [XLIII. 29. 3 § 9]; sic et [26] iudex eligit [27] cui puella nubat, quando, cultu verecundie, suam non vult exprimere voluntatem, ut C. de nuptiis, l. in coniunctione [28] [V. 4. 20] in fine. E contra videtur quod omnes teneantur: primo [29] per legem ff. ad legem Acquiliam, l. item Mela § sed si plures [30]

---

1 Questio talis est. Cavetur lege in civitate Bononie quod per civitatem et burgos non portentur arma, scilicet cultellus et alia arma. — 2 Contingit quod, cum miles vel familia potestatis cum baroariis iret per civitatem vel burgos circando de armis, invenerit sub quodam porticu tres vel quatuor homines: inventus fuit ad pedes eorum vel sub banca super qua sedebant unus cultellus. — 3 Petit miles.... sedebant. *om.* 4 quia cum non fuerit aliquis eorum inventus portare cultellum. — 5. *V.* l. senatus. — 6 delictis. — 7 et ideo iudex qui sententiam.... l. qui sententiam *om.* — 8 et licet lex illa loquatur in omicidio et adulterio, non tamen minus est in quolibet malleficio perpetrato, ut probatur per legem: « ibi et in malleficiis et cet. ». Item quia non est eadem ratio; ergo idem ius non debet esse. — 9 et ff. ad legem.... l. I. *om.* — 10 sint prohibita. — 11 verbis. — 12 et ibi sed solos..... cum sequentibus *om.* — 13 et cet. ut *Cod. om.* — 14 ratione tertia *om.* — 15 ratione dubietatis. — 16 Item. — 17 in dicto casu.... condempnare. *om.* — 18 ab uno enim deferebatur..... § quia vero *om.* — 19 Item. — 20 et ff. de regulis iuris. l. favorabilis res *add.* — 21 c. 124.E *Cl.* — — 22 cuidam *om.* — 23 et hoc videtur.... primo *om.* 24 item cum in plures.. ferat. *om.* — 25 sic et iudex..... cultello *om.* — 26 item. — 27 eligit *om. V.* — 28 *Codd.* in conventione. — 29 primo. *om.* — 30 et l. ita vulneratus. *add.* —

(1) *Quaestio haec in Cl. invenitur in penultima rubrica, c. 124.A Vide* Tract. Malef. De multis quaestionibus, c. 8 p. 285 seq., *ubi eadem quaestio invenitur, multis mutatis et omissis.* —

Source : BIU Cujas

[IX. 2. 11 § 1]; secundo [1] per legem ff. de his qui deiecerint vel effuderint, l. I. in fine [IX. 3. 1]; tertio per legem ff ad legem Acquiliam, l. ita vulneratus [2] [IX. 2. 51]; quarto [3] quia nisi omnes teneantur, ergo nec aliquis, et sic dictum maleficium remanet impunitum, quod esse non debet [4], ut dicta l. ita vulneratus; quinto, ne [5] via malefitiis debeat aperiri, ut ff. de transactionibus, l. cum hii § si cum lis [II. 15. 8 § 21], C. de indicta viduitate, l. I. [VI. 40. 1]; argumento: quilibet enim deferens cultellum, videns
f. 155.c familiam * venire potestatis, de facile cultellum permicteret in terram cadere ut sic penam evitaret [6]; sexto quia contra [7] tenorem sive rigorem iuris multa pro communi utilitate recepta sunt, scilicet ut teneatur aliquis tamquam ipse solus aliquid fecerit, et tamen ipse solus non fecerit [8], ut dicta l. ita vulneratus, in fine; et ff. arborum furtim cesarum, l. si plures [XLVII. 7. 6]. Solutio: quod per iura [9] [preallegata], quilibet predictorum teneatur ad penam; sed quia unus cultellus fuit inventus et ab uno [10] solet unus cultellus deferri, uno predictorum solvente, ceteri liberantur: argumento predictarum legum ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt l. I. [IX. 3. 1] et argumento aliarum rationum allegatarum pro ultima parte, excepta prima et tertia [11], non obstante [12] l. sancimus et l. qui sententiam [C. IX. 47. 22 et 16], quia loquuntur in his criminibus, que sic solent committi, quod aperte de facili probari [13] possunt, ut in homicidio et consimilibus, in quibus imponitur pena corporalis [14] vel magna. Sed cultelli delatio et in terra proiectio [15] non sic de facili probari possunt et aperte; et ita dicit l. quod ea que domi aguntur per servum probari possunt [16], ut l. de repudiis et divortio, l. consensu § sin autem [V. 17. 8 § 6]. Item de pena pecuniaria hic tractatur, nec obstat § cum stramenta [D. IX. 2. 45 § 3], quia loquitur cum aliqui inter se deliquerint, hic autem loquitur cum in alium, hoc est in rem publicam [17]; nec obstat l. absentem [D. XLVIII. 19. 5], quia ibi loquitur quando aliqua [18] suspitio [19] non erat contra aliquem [20] delinquentem; sed in nostro casu certum est cultellum ab aliquo ipsorum fuisse delatum et in terram proiectum [21]: est enim iudicium super quo [22] potest dici indubitatum, et talibus iuditiis cedit a uctoritas: C. de probationibus l. actor [IV. 19. 23], C. de rei vendicatione, l. iudicia [III. 32. 19]. Nec [23] obstat l. Arrianus [D. XLIV. 7. 47] et leges favorabiliores, quia in pecuniariis causis loquuntur, et in dilationibus et similibus. Nec [24] obstat l. duo sunt Titii et l. tutor [D. XXVI. 2. 30 et 20], quia si ex datione incerti tutoris non sit tutor, non est periculum, quia de facili alius tutor a iudice dari possit [25]: sed in nostro casu, nisi quilibet teneatur, nullus puniretur, quod est absurdum, ut supra probatum est. Non obstat quod dixi quod uno solvente ceteri liberantur: § sed si plures [D. XLVII. 7. 6] et l. ita vulneratus [D. IX. 2. 40], que dicunt quemlibet in solidum teneri, nec solutione unius alteros [26] liberari, quia loquuntur cum certum sit quod factum est ab aliquo ipsorum: at [27] in nostro casu loquitur quando ex iudicio constet quod factum est ab uno ipsorum. Sed tamen per ordinamentum civitatis Bononie dicendum est, quod omnes, iuxta quos invenitur cultellus, ad penam a quolibet et singulariter persolvendam, quilibet teneatur [28], nam magistratus in sua prefectura potest, ut C. de officio prefecti pretorio, l. I. [I. 27. 1]: item si ex consuetudine sit obtentum, planum est quod quilibet tenebitur ad penam persolvendam, nam consuetudo pro lege servatur: Inst. de iure naturali § ex non scriptum [29] [I. 2. 9]. Thomas de Piperata [30].

CVI. — *De homicidio vel de vulnere est facta pax vel transactio: numquid, non obstante pace vel transactione, potestas possit punire, secundum formam stututi et cet.*

Sed pone [31] questionem de facto: aliquis interfecit aliquem vel aliquod capitale crimen commisit: accusatur de illo crimine: veniunt ad transactionem vel facta est ei pax. Modo non obstante illa pace [32] vult commune [33] quod solvat penam taxatam [34] in statutis. Queritur quid iuris. Et videtur quod nichilominus teneatur solvere, quia non potuit remictere iniuriam reipublice: argumentum ff. de pactis, l. iuris gentium § si paciscar [II. 14. 7 § 13 et 14] et l. ius publicum [II. 14. 38]. Interest enim ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad legem Acquiliam [35], l. ita vulneratus [IX. 2. 51], ut malefactor [36] puniendus sit in exemplo [37], ut ff. depositi, l. bona fides [XVI. 3. 31]. Item preses iniurias factas punit suo offitio [38]; ff. de officio presidis, l. illicitas, in principio. et l. congruit [I. 18. 6 et 13]. Item quia contempta maiestas pretoris vendicatur, ut ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. si familia [39] [II. 1. 9], et offendit aures iudicis, ut C. de testibus, l. nullum [IV. 20. 14]; et ideo talis transactio vel pax facta [40] operatur [41] tantum quod liberatur a pena corporali, non autem a pena pecuniaria infligenda [42] suo communi. Item ad hanc questionem bene facit ff. de publicanis et vectigalibus, l. locatio § quod illicite [XXXIX. 4. 9 § 5]. E contra

---

[1] secundo per legem *om.* — [2] tertio.... vulneratus *om.* — [3] quarto *om.* — [4] quod esse non debet *om.* — [5] item non. — [6] argumento: quilibet enim.... evitare *om.* — [7] propter. — [8] scilicet ut teneatur.... fecerit *om.* — [9] per iura *om.* — [10] uno solo. — [11] excepta.... tertia *om.* — [12] non obstat. — [13] puniri. — [14] imponuntur pena penalis. — [15] deiecto. — [16] et ita dicit l.... possint *om.* — [17] nec obstat § cum.... rem publicam *om.* — [18] sola *V.* — [19] non: *om. V.* — [20] c. 124.c — [21] deiectum. — [22] Super hoc quod. — [23] Non. — [24] Non. — [25] quia si ex datione..... possit *om.* — [26] ceteros. — [27] at *om. V.* — [28] etiam solvere *add. V.* — [29] Sed tamen per ordinamentum... § ex non scriptum *om.* — [30] Thom. *V.* — [31] Pone. — [32] vel transactione *add.* — [33] potestas. — [34] contentam. — [35] c. 123.A *Cl.* — [36] et fauctor. — [37] in exemplo *om.* — [38] ff. depositi, l. bona fides.... offitio. *om.* — [39] l. si quis id quod [II. 1. 7]. — [40] facta. *om.* — [41] patitur. — [42] infingenda. —

Source : BIU Cujas

videtur quod non teneatur quia auctoritate legis [1] potest transigi, ut C. de transactionibus, l. transigere [II. 4. 18]; et ita auctoritate legis deciperetur, quod esse non debet, ut C. de his qui veniam etatis impetraverunt, l. II. [2] [II. 45. 2]. Item per pacem et transactionem sublata est omnis iniuria principalis, et sublata principali et cet. ut ff. de regulis iuris, l. cum principalis [L. 17. 178]. Item absurdum est sublata origine rei, immaginem eius derelinqui [3], ut C. de latina libertate tollenda, l. I. [VII. 6. 1] in principio. Item pretor debet habere ratam transactionem: quid enim aliud agit pretor [4]? et cet. ff. de operis novi numptiatione, l. I. § opus [XXXIX. 1. 1. § 10]. Item quia potestas iuravit [5] servare pactum [6], ut in constitutione Frederici, de pace et treugua [LL. FF. II. 27], et idem est ne armis et rixis preveniatur [7]. Item bampnitus debet omnibus complacere, ut C. de caducis tollendis, l. I. [VI. 51. 1] in principio. Solutio (1): dico quod si civitas habeat [8] statutum quod non obstante pace debeat procedere et [9] punire, tunc poterit punire et servare statutum, nam licitum est civitati facere statuta [10], ut ff. de iustitia et iure, l. omnes [I. 1. 9] et Inst. de iure naturali § omne [11] [I. 2 § 12]. Et dico quod si est casus in quo lex non prohibet fieri transactionem vel pacem, quod transactio vel pax [12] est tante auctoritatis et virtutis, quod omnem iniuriam substulisse videtur, si statutum non esset in medio. Si autem statutum non habet illa verba, non poterit punire, quia quod legiptime factum est, non debet ex alieno adventu
* 155.b resuscitari, ut C. * de adulteriis, l. Gracchus [IX. 9. 4] et de administratione tutorum, l. sancimus [V. 37. 25] et C. de iure fisci. l. I. [X. 1. 1] et in Auth. quibus modis naturales efficiuntur sui § et nos non [13] latuit, [Nov. LXXIV, c. 3] ibi dum dicit quod incompetens est qui se vult excusare [14]. Vel aliter secundum alios refertur verum: utrum dubitatur malleficium esse commissum, et tunc transactio valet; si vero certum et notorium sit malleficium esse commissum a tali, tunc forte transactio non valet, ut ff. de condictione indebiti, l. in summa [XII. 6. 65] in principio, ibi « evidens calumpnia » et cet.

CVII. — *Statutum* (2) *reducit penam capitalem ad pecuniariam et partes veniunt ad transactionem. An transactio valeat.*

Sed pone. Statutum reducit penam capitalem ad pecuniariam, ubi dicitur quod si aliquis interfecit aliquem, solvat pro pena lib. X. Pone: aliquis interfecit aliquem: partes veniunt ad transactionem. Modo queritur numquid transactio valeat. Et dic quod sic; nam origo obligationis est inspicienda: C. de senatusconsulto Macedoniano, l. si filius [IV. 28. 1], ff. mandati, l. si procuratorem § fin. [XVII. 1. 8 § 10] et ff. de fideiussoribus, l. tutor]XLVI. 1. 69] cum suis similibus.

CVIII. — *Statutum quod producens falsum instrumentum amittat causam et puniatur in lib. C. Quidam produxit falsum instrumentum et venit ad transactionem: an condemnetur in C. lib.*

Sed pone [15] questionem de facto. Continetur in statuto quod si aliquis fuerit usus falso instrumento, quod amictat causam et condempnetur in C. lib. Produxit quis falsum instrumentum; sed [16] facta fuit transactio de illa causa et sic non ammisit causam. Numquid debeat condempnari in C. lib.? Et videtur quod sic; nam verba statuti sunt certa, ut ff. de legatis III., l. ille aut ille § cum in verbis [XXXII. 25 § 1] et de exercitoria, l. I. § in re igitur [XIV. 1. 1 § 20]. E contra videtur quod licitum fuit [17] transigere, ut C. de transactionibus, l. transigere [II. 4. 18]; et quia, licet produxerit, poterat [18] tamen penitere et abstinere ab usu, ut C. [19] ad legem Corneliam de falsis, l. si falsos [IX. 22. 8]. Solutio: dico quod si constat quod certe fuerit usus, incidit in penam [20]; sed per solam transactionem non probatur, quia transactio fit de re dubia.

CIX. — *Procurator* (3) *an possit intervenire in maleficio, pro quo pena mortis imponenda alterata est in pecuniariam ex forma statuti.*

Sed pone questionem. Pena capitalis conversa est in penam pecuniariam per statutum, ut de homicidio. Numquid ad illud crimen poterit intervenire procurator? Dic quod non, quia inspicienda est origo cause et principium, ut C. ad Macedonianum, l. si filius [IV. 28. 3], ff. mandati, l. si procuratorem [XVII. 1. 8] et de fideiussoribus, l. tutor [XLVI. 1. 69]; item quia pecuniaria solutio rogata est in loco capitalis, unde eius vicem debet substinere, ut ff. si quis cautionibus, l. si eum § qui iniuriarum]II. 11. 10 § 2] et de donationibus inter virum et uxorem, l. si donate § I. [XXIV. 1. 36 § 1] et de iudiciis, l. mortuo [V. 1. 60] et Extra ut lite pendente, c. ecclesia sancte Marie [II. 16. 2].

---

[1] quia lex dicit quod. — [2] et fin. *add.* — [3] absurdum est originem rei esse sublatam eius relinquimus remanere. — [4] quid enim.... pretor *om.* — [5] iurat. — [6] pacta et transactiones. — [7] et quomodo patiatur pretor ad sententiam et cet. *V. add.:* ut ff. de usufructu, l. si cuius § sed si duos [VII. 1. 13]. — [8] quod si haberet. — [9] procedere et *om.* — [10] nam licitum.... statuta *om.* — [11] et Inst.... omne *om.* — [12] transactio vel pax. *om.* — [13] § nec vas. — [14] ibi dum dicit quod incurere potest et cet. —

[15] Pone. — [16] et. — [17] fuerit. — [18] poterit. — [19] *V.* ff. — [20] dico quod si fuit usus, et hoc aliter non constat quod non incidat in penam. —

(1) *Manus posterior* (*XIV. saec.*) *exaravit in margine:* Et nota de hac materia in Gandino in titulo de transactionibus in questione secunda. Cfr. Tract. Malef. p. 134. — (2) *Deest quaestio haec in Cl.* — (3) *Quaestio haec et tres quae sequuntur desunt in Cl.* —

Source : BIU Cujas

CX. — *Exorto incendio, turba superveniens ad ignem extinguendum ex forma statuti, ne ignis transiret ad alias domus, destruxit aliquas domus vicinas: queritur a quo damnum sit emendandum.*

Sed pone questionem que de facto fuit in civitate Pergami. In aliqua contrata fuit exortum incendium: turba supervenit [1], ex forma cuiusdam statuti dicentis quod quilibet sub bampno libr. X. deberet currere ad ignem extinguendum. Contigit quod turba superveniens, ne ignis transiret ad vicinas domus, aliquas domus vicinas destruxit, ne longius ignis evagaretur. Queritur a quo pretium istarum domorum destructarum sit emendandum, aut a vicinis aut a communi. Et primo quod commune teneatur emendare videtur; in primis nam servus accusans falsatorem monete, consequitur libertatem in premium, dominus autem a fisco pretium consequitur, ut C. [2] pro quibus causis servi pro premio libertatem accipiunt, l. II. [VII. 13. 2], ff. de adulteriis, l. si postulaverit, in fine et l. seq. [XLVIII. 5. 27 et 28] et ad legem Corneliam de falsis, l. eos [XLVIII. 10. 27]. Item alia ratione, quia publica fuit utilitas ignem taliter refrenare; nam si hoc factum non esset, plures domus forte fuissent combuste, ut ff. ad legem Acquiliam, l. si quis fumo [3] § I. [IX. 2. 49 § 1] et de officio prefecti vigilum, l. I. in fine et l. III. in principio et l. II. [I. 15. 1. 3 et 2] et quod vi aut clam, l. si alius § est et alia [XLIII. 24. 7 § 4]. Item alia ratione, sicut dicitur de premio V. aureorum qui dantur hiis qui requirunt seu nuntiant servos fugitivos ex bonis eius qui occisus dicebatur, ut ff. ad Sillanianum, l. lege Cornelia [XXIX. 6. 25] in principio. Item alia ratione; nam is, cuius tacite defertur fidei, cum fisco celebrat divisionem; sic ergo et in casu nostro, cum utrumque sit publica utilitas, ut C. de his qui se deferunt l. una [X. 13. 1], ff. de iure fisci [4], l. cum tacitum [XLIX. 14. 49]. E contra videtur, scilicet quod non a communi sit facienda emendatio sed potius a vicinia; et in primis si via publica vi fluminis destructa est, a vicinis reficienda est, idest ex agris proximis constituenda, ut ff. quemadmodum servitutes amittantur, l. si locus [VIII. 6. 14] in fine. Item si merces alicuius de navi deiciuntur causa levande navis, conferunt et contribuunt ceteri mercatores quorum merces sunt salve: ff. ad legem Rhodiam de iactu, l. I. et II. § si conservatis et l. navis [XIV. 2. 1, 2 § 1 et 6]. Item tertio quia vicinus a preside compellitur ei iter prestare vel viam, ut ad sepulcrum possit accedere, ut ff. de religiosis et sumptibus funerum, l. si quis sepulcrum [XI. 7. 12] in principio. Item alia ratione, C. de Iustiniani C. confirmando, in principio [Const. Summa, pr.] ubi « sine novis expensis publicis » et cet. Item non negetur vicinie utiliter factum esse: ut ff. de negotiis gestis, l. Pomponius et l. que utiliter [III. 5. 9 et 45]. Item ex contributione vicinorum fiunt vie et facte reficiuntur, ut ff. de via publica, l. III. [XLIII. 11. 3] et ne quid in loco publico, l. II. § vicinales [XLIII. 8. 2 § 22] et de via publica, l, ediles [XLIII. 10. 1]. Item bene facit ff. de cloacis, l. I. [XLIII. 23. 1], quia vicini purgant cloacas, et ff. de operis novi numptiatione, l. de pupillo § si quis rivos [XXXIX. 1. 5 § 11]. Solutio: aut iussu magistratus fuit facta destructio, aut sine iussu. Primo casu: aut fuit iussus iniustus aut iustus. Si iniustus, tenetur ipse magistratus mandans, vel lege Acquilia vel quod vi aut clam, ut ff. ad l. Acquiliam, l. quemadmodum § primo [IX. 2. 29 § 1] et quod vi aut clam, l. si alius § est et alia [XLIII. 24. 7 § 4]; et non turba, ut ff. ad l. Acquiliam, l. liber homo [IX. 2. 27] in principio. Si vero fuerit iustus iussus magistratus, tunc nec turba tenetur nec magistratus, ut * dicta lex; sed commune forte tenebitur, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. iubemus nullam [I. 2. 10]. Secundo casu, similiter subdistingue: aut iniuste fecit turba aut iuste. Si quando iniuste, tenetur ipsa turba lege Acquilia, ut ff. ad legem Acquiliam, l. si quis fumo § I. [IX. 2. 49 § 1] et quod vi aut clam, ut dicta lex [XLIII. 24. 7 § 5] probari potest. Si vero iuste, tunc tenetur forte vicinia, argumento eius quod de via publica dicitur per flumen ablata [D. XLIII. 11. 3]. Vel aliter solve secundum Albertum Papiensem, et dic quod vicinia tenetur illi emendare dampnum, cum domus illius destructa est ne [ignis] transiret ad alias vicinas domus, et factum fuit ob utilitatem vicinorum; argumentum ff. de aqua pluvia arcenda, l. in summa § apud [XXXIX. 3. 2 § 1] et ff. ad legem Rhodiam de iactu, l. I. et II. § si navis [XIV. 2. 2 § 3] et l. si quis fumo § I. [IX. 2. 49 § 1]. Sed quam actionem poterit intemptare iste vicinus qui passus fuit istud dampnum contra viciniam vel contra commune? Videtur quod statutis solutionibus in his casibus tenetur, ut supra dixi, forte officio iudicis, ut argumentum C. [5] de ordine cognitionum l. I. [VII. 19. 1]; vel dic condictione ex lege, ut ff. de adulteriis, l. si postulaverit in fine et l. secunda [XLVIII. 5. 27 et 2] et actione in factum, que ex variis figuris constat, ut C. de sacrosanctis ecclesiis, l. sancimus [I. 2. 21] et de prescriptis verbis, l. quoniam [IV. 64. 5]; vel prescriptis verbis, ut C. eodem titulo, l. I. II. et III. et IIII. [IV. 64. 1-4] et de exercitoria actione, l. I. [IV. 25. 1] in principio, et ff. de prescriptis verbis, l. qui servandarum [XIX. 5. 14].

* f. 156.A

CXI. — *Statutum punit effusionem sanguinis in ecclesia: an habeat locum pena si sanguinem iuxta ecclesiam effunditur.*

Sed pone questionem. Statutum est Placentie quod si quis fecerit in ecclesia sanguinem vel quid simile,

---

[1] *Cod.* superveniens. — [2] *Cod.* ff. — [3] l. quo servo *Cod.* — [4] de fideiuss. *Cod.* — [5] *Cod.* ff. —

Source : BIU Cujas

X. lib. pene sit obnoxius. Titius iuxta ecclesiam sanguinem effudit vel quid simile fecit. Quero an teneatur. Et dic quod sic, per legem C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, l. presenti [I. 12. 6] in fine; et contra de legatis III., l. prediis [XXXII. 91] et de instructo vel instrumento, l. Seie § instructis [XXXIII. 7. 20 § 8] et de verborum significatione, l. II. [L. 16. 2].

CXII. — *Privilegium concessum alicui an prosit petenti.*

Sed pone questionem de facto. Quidam erat privilegiatus ex forma cuiusdam statuti; qui erat Mutinensis et ita erat privilegiatus quod non solvebat aliquam collectam nec aliqua honera sustinebat, nisi cum clamaret civitas vel irent ad exercitum omnes de civitate. Primo iste privilegiatus accepit uxorem quamdam de Regio, que habebat multas possessiones in districtu Regino; de quibus illa mulier solvebat censum rusticis cuiusdam ville in qua erant site iste possessiones. Rustici voluerunt illum privilegiatum vel uxorem convenire ad collectam solvendam pro ipsis possessionibus. Queritur an possit compelli solvere et debeat. Et primo videtur quod rustici possint illum privilegiatum pro illis possessionibus quas habuit in dotem ab illa uxore [convenire], quia possessio est universalis, unde debet sequi condictionem uxoris: ff. de iudiciis, l. heres absens [V. 1. 19]; item quia res transit cum sua causa: ff. de contrahenda emptione et venditione, l. alienatio [XVIII 1. 67] et de acquirendo rerum dominio, l. traditio [XLI. 1. 20] et de pignoratitia actione, l. si convenerit [XIII. 7. 18]; item quia publica utilitas prefertur private, ut ff. pro sotio, l. actione § Labeo [XVII. 2. 65 § 5]; item quia privilegium beneficium est, et ita cum persona extinguitur, ut ff. de administratione tutorum, l. ex pluribus [XXVI 7. 42]; et ad hoc multum bene facit C. de mulieribus et in quo loco munera sexui congruentia vel honores, l. una [X. 62. 1], C. de non numerata pecunia, l. si intra [IV. 30. 8] et § fin. [XLII. 4. 3 § 3] E contra videtur quod non possit conveniri: C. de incolis, l. mulieres [X. 40. 2] cum similibus et ff. ad municipalem, l. Lutius § idem respondit [L. 1. 21 § 2], et benefitium plenissime interpretari debemus: ff. de constitutionibus principum, l. benefitium [I. 4. 3] et in Auth. constitutionem que ex adscriptio § fin. coll. V. [Nov. LIV. c. 2] et. C. de episcopis et clericis, l. II. [I. 3. 2] in fine, et ff. ad municipalem, l. imperatores § primum [L. 1. 38 § 1]. In hac questione distingue, utrum collecta erat imposita antequam nuberet an non: quo casu, si ante erat imposita, tenetur collectam solvere, quia prevenitur; argumentum ff. ad municipalem, l. incola [L. 1. 34] et ff. de usuris, l. cum quidam § si debitores [XXII. 1. 17 § 6] et de iure fisci, l. fiscus [XLIX. 14. 6].

CXIII. — *Statutum quod bannitus pro debito non audiatur, nec eius petitiones etiam si pro aliis fecit, nec damna seu iniurie illate in suis rebus emendentur, nec etiam contrahere possit ad sui utilitatem. Quidam bannitus contraxit et fuit deceptus ultra dimidium iusti pretii: postquam exivit de bamno vult agere ut deciperetur: an possit.*

Sed pone [1] questionem de fasto. In statuto continetur quod bampnitus pro debito, et eius petitiones [2] pro aliis facte non audiantur, nec dampna seu iniurie ei illate in rebus suis emendentur; item additur « tam [3] in bannitis [4] pro debito, quam [5] pro malefitio, qui contrahere non possunt per se nec per alium ad suam utilitatem [6] »: et ita iacent verba in statuto [7] (1). Contigit quod quidam Bononiensis [8] positus fuit in bampno pro debito; et eo existente in bampno vendidit quedam predia, in qua [9] vendictione deceptus fuit ultra dimidium iusti pretii. Durante bampno non poterat agere ut deciperetur propter legem municipalem; modo exivit de bampno: vult agere ut deciperetur, et ex adverso dicitur quod agere non possit, quia tempore quo contraxit ex forma dicte legis municipalis predicte [10] pene erant ei imposite, tam circa dampna rerum suarum quam circa eorum petitiones non admictendas. Modo queritur numquid, eo [11] extracto de bampno, possit agere ut decipiatur. Et videtur [12] quod audiatur, quia prohibitum est [13] donari presidi a subdito vel alias cum [14] eo contrahi [15] regulariter, et si fiat donatio vel alius contractus non valet: C. [16] de contractibus iudicum, l. una [I. 53. 1] et ff. de contrahenda emptione, l. non licet et l. qui officii [XVIII. 1. 46 et 62]; et tamen finito offitio convalescit et habet preses actio ex eo contractu, ut dicta l. I. de contractibus iudicum C.]I. 53. 1]; et argumentum C. de nuptiis, l. etsi contra mandata * [V. 4. 6], et argumentum C. si minor ab hereditate, l. I. [II. 39. 1]. Item et hoc ostendo alia ratione: duxit minorem XII. annis in uxorem et sic non tenuit matrimonium, per legem Inst. de nuptiis, in principio [I. 10], et tamen convalescit [17].

* f. 156.B

---

1 Pone. — 2 etiam *add.* — 3 quam. — 4 banniti. — 5 quasi. — 6 c. 123.9 *cl.* 7 verba statuti. — 8 Bononiensis *om.* — 9 et in ipsa. — 10 dicte. — 11 eo *om.* — 12 dicitur. — 13 est *om. V.* — 14 pro. — 15 ff. — 16 contrahere. — 17 et tamen postea confirmatur. —

---

(1) Statuta Bononie, 1250, lib. III. rubr 5 (ed. Frati, I. 335): In bannitis autem pro maleficiis ita dicimus quod iniurie eis illate et dampna interim non emendentur; et de his que sub banno acciderint eis postquam de banno exierint non audiantur; nec interim bona eorum possent allienari..... Adiungimus huic statuto quod hii, qui in banno sunt vel erunt, non possint contrahere per se vel per alium ad suam utilitatem recipiendo. —

Source : BIU Cujas

CXIV. — *Statutum imponit penam malleficio pro quo per legem civilem est imposita alia pena: an utraque locum habeat vel una sola et cet.*

Quid si in statuto civitatis sit [1] certa pena in criminibus apposita [2], in quibus criminibus sint etiam per legem certe pene imposite? numquid sola pena statuti, an utraque locum habebit? Et videtur quod si in statuto non sit dictum quod sola pena statuti locum habeat et non legalis, quod utraque locum habeat [3], ut C. de sepulcro violato, l. qui sepulcra § fin [4] [IX. 19. 4], ibi « prisce [5] severitati accedit » et cet., et C. ad legem Juliam de vi publica vel privata, l. I. [IX. 12. 1] ubi notatur de hoc [6]; et ad hoc ff. de actionibus et obligationibus, l. quotiens [XLIV. 7. 41]. Sed cum dominus Ubertus quadam vice concepisset [7] libellum contra quemdam, petendo quod utraque pena puniretur, habitum fuit consilium Bononie et Mediolani quod puniri deberet sola pena statuti [8], credentes illi qui consulerunt quod mens condentium statuti fuerit [9], ut ea sola haberet locum; quia talis mens bene est consideranda, ut ff. de excusationibus tutorum, l. scire § aliud [XXVII. 1. 13 § 2] et notatur ff. de origine iuris, l. II. § I. [I. 2. 2 § 1]; unde fuit absolutus a pena legali. Et satis credidit dominus Ubertus consilium fuisse iustum.

CXV. — *Statutum quod si pater vel frater dotet filiam vel sororem legitime, quod filia vel soror amplius non possit petere de bonis patris vel fratris. Decessit frater relicta filia: soror petit medietatem, filia vult eam legitime dotare. Queritur quid iuris et cet.*

Sed pone: statutum est vel consuetudo in civitate Lombardie [10] quod si pater vel frater decedat et pater vel frater dotet legitime filiam vel sororem et competenter [11], non possit filia vel soror amplius petere de bonis patris vel fratris, et est ratio huius statuti vel [12] consuetudinis ne dividantur patrimonia [13]. Sed quid si decesserit frater relicta filia? Tunc [14] dicit amita soror defuncti: « Volo habere medietatem de bonis fratris mei vel patris [tui] ». Filia dicit: « Volo te nubere legiptime et sis contenta illa dote, quia sic poterat te pater meus repellere cuius sum heres ». Sed male dicit hec neptis eademque filia fratris, quia ratio statuti vel consuetudinis cessat in eo qui erat pater [15] neptis, scilicet ne patrimonium diminuatur et dividatur per extraneos, et eodem modo commictit ipsa neptis, cum pater non fuit [16] persona que meruit habere [17] precipuum favorem, unde non transit ad eius filiam, ut ff. de administratione tutorum, l. ex pluribus [XXVI. 7. 43], nam in multis iuris articulis deterior est condictio feminarum quam masculorum: ff. de statu hominum, I. in multis [I. 5. 9] cum similibus. Sed est pro filia eademque nepte, quia semel bona devenerunt ad hunc casum, ut amita debeat esse tunc [18] contenta dote, et sufficit bona devenire ad aliquem casum et cet., ut ff. de curatoribus fur. l. cuius [XXVII. 10. 9]: argumentum contra ff. de operis libertorum, l. si quis hac lege et l. plane [19] [XXXVIII. 1. 13 et 14] et de legatis II. l. Titia § usuras [XXXI. 87 § 1.]

CXVI. — [*De diversis questionibus*] (1).

Sed pone (2). Erat contenta in statuto certa pena super aliquo certo maleficio, et in eodem statuto invenitur aliud capitulum, quod dicit generaliter « de omnibus maleficiis » et imponit aliam penam. Utram [20] servabit iudex? De hoc dic ut notatum est per dominum Ubertum, per ff. ex quibus causis maiores, l. sed etsi per pretorem [IV. 6. 26]. Sed quid in his? In civitate Pergami est statutum quod si aliquis steterit tacitus per decem annos, ita quod actionem suam non moveat, quod ab ea cadat, et postea eam movere non possit. Modo venit Mediolanensis Pergamum et vult Pergamensem debitorem suum convenire pro suo debito: Pergamensis ei obicit tale statutum, quod est Pergami: modo queritur an tale statutum preiudicet Mediolanensi. Circa hanc questionem dic prout notatum est ff. communia prediorum, l. venditor § si constet [VIII. 4. 13 § 1] per Albertum Papiensem; et etiam Ubertus de Bobio [21] notat C. de iurisdictione omnium iudicum, l. iuris ordinem [III. 13. 2]. Sed pone (3) quod potestas civitatis condempnavit aliquem navim alicuius in C. lib. quia ivit contra statutum communis, dicendo: « condempno navim talim in C. lib. »: an valeat talis condempnatio de re inanimata? Dic de hac questione ut notatur ff. finium regundorum super l. III. § si alter [X. 1. 4 § 5] per dominum Guidonem de Suzaria (4).

---

1 In statuto civitatis continetur quod. — 2 apponatur — 3 et non legalis... habeat *om.* — 4 l. I. — 5 pristine — 6 ubi... hoc *om.* — 7 cepisset. — 8 c. 123.b *Cl.* — 9 fuit. — 10 Bononie. — 11 et competenter *om.* — 12 statuti el *om. V.* — 13 patrimonia *om.* — 14 nunc. — 15 patris *V.* — 16 cum pater ipsius neptis fuit precipua *V.* — 17 habere *om.* — 18 tunc *om.* — 19 c. 124.a *Cl.* — 20 quod. *Cod.* — 21 *Cod.* de Bon. —

(1) *Hae quaestiones desunt in Cl.* — (2) *De hac quaestione vide* Tract. Malef. de multis questionibus, c. 29, p. 292. — (3) *Vide* Tract. Malef. ibic. 18, p. 290. — (4) *Hic desinit V. et in margine manus posterior* (XIV. saec.) *addidit*: Sunt CXXX. questiones statutorum domini Guidi. —

Source : BIU Cujas

CXVII. — *Plures* (1) *erant iu una domo et unus proiecit lapidem et pretereuntem hominem occidit; non constat quis eorum fuerit; quis punietur et qualiter fiet punitio? et cet.*

Pone questionem de facto. Quatuor homines erant in una domo: unus eorum proiecit lapidem et quemdam pretereuntem occidit: non constat quis eorum fuerit. Queritur quid iuris. Et videtur quod omnes teneantur, ut ff. ad legem Acquiliam. l. item Mela § si plures et l. ita vulneratus [IX. 2. 11 § 4 et l. 51], nam propter incertum videtur omnes teneri, ut ff. de transactionibus, l. controversia [II. 15. 14] et de his qui deiecerint vel effuderint, l. I. et l. se. [IX. 3. 1 et 2]. E contra videtur quod nullus teneatur, nec obstat ff. ad legem Acquiliam et cet., quia ibi constat omnes percussisse, nec illa de his qui deiecerint, quia ibi loquitur de minimis maleficiis. Et quod nullus teneatur facit regula quod peccata suos tenere debent auctores et cet.; nam constat quod tres non deliquerunt, ergo non tenetur aliquis: C. de penis, l. sancimus [IX. 47. 22] et l. absentem ff. de penis [XLVIII. 19. 5] et « exemplo grave est » et cet. C. de his qui latrones, l. fin. [IX. 39. 2] in fine; et probatur ff. de tutelis, l. tutorum [XXVI. 1. 19] et probatur ff. ad legem Acquiliam, l. si servus § cum [IX. 2. 52 § 4], nam deficit probatio non ius, ut ff. de testamentaria tutela [1], l. duo sunt Titii [XXVI. 2. 30]. Solutio: dicunt quidam et bene: aut intraverunt domum causa offendendi illum aut non; primo casu omnes tenentur, quia unus videtur fecisse mandato aliorum; secundo casu in dubio omnes tenentur. Sed potestas propter bonum regimen poterit penam pecuniariam imponere: ff. depositi l. bona fides [XVI. 3. 31] et ff. ad legem Corneliam de sicariis, l. III. [XLVIII. 8. 3] et de penis l. si quid § qui abortionis [XLVIII. 19. 38 § 5].

Expliciunt questiones statutorum composite per dominum Albertum de Gandino et cet.

(1) *Haec quaestio deest in V. Vide* Guil. Durantis Speculum, ib. IV., part. IV., de homicidio c. 5 (ed. Basil. 1589, t. II. p. 490).

1. c. 124 D *Cl.*

Source : BIU Cujas

IOHANNIS VITERBIENSIS

LIBER DE REGIMINE CIVITATUM

PRODIT CURANTE

CAIETANO SALVEMINI

Source : BIU Cujas

CODICES MANUSCRIPTI

L. = Cod. Bibl. Mediceae Laurentianae, inter Strozzianos n. 63 signatus, membr., saec. XIII exeunt. f. 143. Extat ibi, in fol. 1 — 50 *Liber de regimine, civitatum a* VEGETIO *conpositus, qui librum de re militari conposuit.* In margine superiori fol. 50 B, manu saec. XIV legitur: « Est fratris Iohannis Michaelis ».
Huius codicis graphiam secutus sum.

A. = Cod. Bibl. Ambrosianae B. 91., membr., saec. XIII exeunt. vel XIV ineunt., fol. 246. In fol. 69. A. col. dext. — 76 extat *Liber de regimine civitatum editus a* IOHANNE VITERBIENSI. Aliqua tantum capitula quae asterisco in hac impressione notavimus, eademque in epitomem redacta, continet.

VERSIO COMPENDIARIA

BRUNETTO LATINI, *Li Livres dou Tresor* (rec. Chabaille, Paris, MDCCCLXIII), lib. III, pars II.

FONTES

Fontes, a quibus Iohannes Viterbiensis nonnulla hausit, quam diligentissime investigavimus et cum eius libro contulimus, atque huic rei maxime operam dedimus, ut textum proderemus, in quo lectores haud nimium laboris impenderent. Scriptorum classicorum locos libellumque *De formula honestae vitae* sive *De quattuor virtutibus*, quem a Martino Dumensi compositum media aetas saepissime Senecae adscripsit, iuxta Teubnerianas editiones; *Proverbia* autem, quae media aetate sub nomine Senecae ferebantur, iuxta editionem neapolitanam anni MCCCCLXXV; Corpus Iuris Civilis Iustinianei iuxta impressionem Weidmannianam (Berolini, MDCCCLXXVI-XCV); Innocentii PP. III librum *De contemptu mundi* in Patrologia latina, T. CCX, contulimus. Librum poeticum Bernardi (Carnotensis?) *De improbatione vitiorum,* cuius notitiam Hieremias de Montagnone (*Compendium notabilium moralium,* Venetiis, MDVIII) nobis tradidit, cum neque is impressus extaret neque eum in ullo codice conferre licuisset, ad lectoris memoriam inter fontes induximus.

ADDENDA ET CORRIGENDA

f. 217, col. 2, lin. 1	— recto.	corr. recte [2 bis];	*in notis adde* [2 bis] L. recto.
» 219, not. [17]	— *litttera.*	»	*litteris.*
» 220, » [14]	— *Tresor.*	adde	III, II, 3.
» » col. 2, lin. 1	— ingeni	corr.	ingenii.
» » » 2, » 29	— enimi	»	animi.
» » » 2, » 32	— falli: facile est	»	falli facile est:
» » not. [28]	— L. ulli.	»	L. alicui.
» 221, » [17]	— cum *om.* ut	»	cum *om.* A.
» 222, » [3]	— et omnibus una mens fidem . . .	»	et omnibus una mens..... fidem.
» 226, » ([10])	— (II, XLI, 5)	»	(II, 41, 5).
» 228, » [2]	— *el cet.*	»	*etc.*
» » » [4]	— recus.	»	recusari.
» » » [5]	— com. A. potestatis	»	A. comunis potestatis.
» 230, col. 1, lin. 13	— fecerint	»	fecerit.
» 233, not. [6]	— etc.	»	*etc.*
» 235, » [5]	— etc.	»	*etc.*
» » » ([3])	— ut de legibus	»	ut C. de legibus.
» 237, col. 2, lin. 17	— plaudens que	»	plaudensque.
» » » 2, » 21	— sit	»	erit.
» » not. [22]	— L. erit.	»	A. sit.
» 238, » [13]	— pro	»	L. pro.
» 239, » [4]	— *hoc dist.* m. A.	»	*hoc dist. om.* A.
» » » ([7])	— Dig. I, 18-19	»	I, 18, 19.
» 240, col. 1, lin. 24	— estre ferat	»	est referat.
» » not. [6]	— avaritia servitus	»	avaritia..... servitus.
» » » ([5])	— paremptesi	»	paremptesis.
» 243, col. 1, lin. 16	— nutrit [7]	»	nutrit.
» » » 1, » 17	— dediscitur	»	dediscitur [7].
» 244, » 1, » 25	— collocanda ratione est [10]	»	collocanda [10] ratione est.
» 246, » 2, » 10	—	»	« iudex esse potius iudicum et ex hoc honestior precedentium apparere »; Nov. XV, pr.
» » » 2, » 27	—	»	« quoniam maximorum et parvulorum nobis cura est »; Nov. XV, epil.
» 251, » 1, » 32	— eris	»	eis.
» 256, not ([10]) . . .	— Horat. Sat.	»	Horat. Epist.
» 258, » [7]	— ut in At (?)	»	ut in Aut (?).
» 267, col. 2, lin. 41	— Omnimo.	»	Omnino.
» », not. [13]	— danmi . . . ' , ...	»	damn^{i}.
» 268, col. 1, lin. 1	— numeribus	»	muneribus.
» 275, » 2, » 42	— coelis	»	celis,
» 278, not. [2]	—	dele	inter in vacat.
» » col. 2, lin. 33	— cousueverunt [3]	corr.	consuevorunt [2].

Source : BIU Cujas

In dei nomine amen. Incipit liber de regimine civitatum.

INTER multos labores, dum potestati Florentie assiderem, nocturnas vigilias et rara otia, que quorumdam dierum assumpsi michi, non ex toto preterii otiosa; sed ad enucleandam doctrinam et practicam de regimine civitatum et ipsarum rectoribus per diversa librorum volumina diffusam, hoc opusculum diligentia qua potui nuper descripsi, ut [cognoscatur] per hoc doctius in regimine se gerere [1] prudens et sapiens cognoscat[ur], et inde merito commendetur; rudes vero et indoctos in eodem opusculo fideliter edoceri non pigeat, ut postmodum ipsius commodis peritia eruditi, ad regendum alios secure accedentes, de suo bono regimine consequantur commodum, gloriam et honorem.

Titulum autem presentis opusculi vestro nomine dedicavi, rogans et postulans ut, siquid dignum in eo compererit, divine gratie totum ascribat. Illud enim ad utilitatem humane nature, domino inspirante, descripsi, ut perceptione eiusdem notitie deprimatur rector elatus [2], et humilis sublimetur, ac civitatum populi regantur in virga iustitie, et iudicentur recto legum iustitia et iuris equitate.

Licet sapientie altitudo verborum non desideret brevitatem (1), et ardua negotia series orationis [3] non sinat breviter explicare, cum res que agitur rationibus et exemplis exigat roborari, sub brevitate tamen et verborum compendio de regimine civitatum et earum potestatibus, consulibus, presidibus et rectoribus, vel quocumque alio nomine censeantur, ac iudicibus earumdem, et de eorum vita et esse ac moribus, divina gratia inspirante, ex diversis legum tractatibus et aliorum prudentum librorum modernis expositionibus [4] compendiosam doctrinam tractare disposui, petens veniam a lectoribus et maxime a iuris peritis ut nec arrogantie hoc ascribere minime debeant, nec propter hoc michi in aliquo invidere.

Bene est prius quam ad verborum interpretationem perveniam, pauca de significatione ipsius regiminis et civitatum referre; « omnis enim que a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a diffinitione proficisci, ut intelligatur quid sit id [5] de quo disputatur [6] » (2).

* Liber de regimine civitatum editus a Johanne Viterbiensi [7].

Facturus itaque [8] presidum, potestatum, consulum ac rectorum et regiminis civitatum interpretationem, necessario prius a regimine civitatum que a predictis

---

Adnotationes marginales et fontes. — (1) sic et aliter dicit lex : « fides veritatis verborum adminicula non desiderat », ut C. si ut se ab heredite abstineat, l. j. (II, 38, 1). — (2) Tullius (De off. I. 7). Auctor huius libri initium sumit a lege, ut ff. de origine iuris, l. j (I, 2, 1). —

---

1 L. ad regendum. — 2 L. electus. — 3 L. orationes. — 4 L. et posteris ? — 5 L. id quod sit. — 6 *Edit. Cic.* disputetur. — 7 *hunc titulum om. L.;* **incipit A.** — 8 itaque *om.* A. —

Source : BIU Cujas

reguntur, et de civitatibus, et quare [1] et ad quid civitates in hoc seculo invente fuerunt, incipiendum [2] putavi, « non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod [3] in [4] omnibus rebus animadverto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret; et certe cuiusque rei potissima [5] pars est principium » ([1]).

f. B. 1. « Dimidium facti qui [6] cepit habet: sa || pere aude » ([2]).

Videndum ergo est [7] quid sit regimen, et unde dicatur; deinde quid sit civitas et quare et ad quid inventa fuit, et quid sit potestas, preses, consul, et rector, et unde dicatur; et postmodum de aliis tractabimus diligenter [8].

* I. — Quid sit regimen [9].

Regimen est gubernatio quedam, qua civitas gubernatur et regitur. « Et quidem [10] in initio romane civitatis populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu a regibus gubernabantur » ([3]). Ecce quod exposui: de qua gubernatione dicit Justinianus Imperator in Authenticis: « Et sicut navis malo et temone a nauta gubernatur, sic civitas iustitia et iure a preside sive potestate vel rectore gubernatur et regitur, et sine hiis perire sepe solet »; unde versus:

Absque ratis malo nauta perire solet.

Vel dici potest regimen substentatio quedam, qua substentatur homo, et tenetur homo sicut equus freno: equus enim prave agilitatis et levitatis tenetur freno maturitatis et gravitatis, et sine eo sepe perire solet [11]:

Et solet in preceps currere liber equus.

Vel dicitur regimen temperies quedam, que adhibetur immodice sevientibus ut ibi: « Iudicibus enim immodice [12] sevientibus freni temperies adhibenda est ».

Vel est regimen moderatio quedam, qua moderatur homo seu deprimitur a malo [13], sicut equus ab equite freno.

Perdit [14] enim cursum non moderatus equus.
Sepe gula moritur, ni reprimatur equus.

Vel est regimen custodia plenissima, qua civitas custoditur, ut ibi: « Nisi dominus custodierit civitatem » etc. ([4]). Et alibi: « Nichil quod sancitur, nisi custodiam habeat competentem, poterit servari decenter ».

Vel ponitur regimen in propria [15] significatione, ut ibi: « Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes [16] eos » ([5]). Et ibi: « Cunctos populos quos nostre clementie regit imperium » et cet. ([6]).

Et dicitur regimen [17] a rego regis; inde rex et rector qui regit. Vel dicitur regimen administratio [18], seu ille « honor municipalis qui est administratio rei publice cum dignitatis gradu, sive cum sumptu sive sine erogatione contingens » ([7]).

* II. — De interpretatione civitatis.

Civitas autem dicitur civium libertas sive habitantium [19] (im)munitas, sicut in opido dicitur: eius enim rei [20] (causa) menia sunt constituta ut sint in auxilium inhabitantibus ([8]). Et est sincopatum hoc nomen civitas, et sic supradicta interpretatio fit a tribus sillabis, quas in se continet civitas, scilicet ci et [21] vi et tas; ci idest citra, vi pro vim, tas idest habitas. Inde civitas, idest citra vim habitas. Habitatio enim est ibi sine vi, quoniam preses civitatis, quia « potentioribus pares esse non possumus » ([9]), tuebitur humiliores viros ne a potentio || ribus viris iniuriis afficiantur ([10]). Item f. 2. A.
« non oportet opprimi aliquem per adversarii sui potentiam: hoc enim si esset, etiam ad invidiam eius qui provincie preest, spectat » ([11]). Item cum domus cuique tutissimum refugium sit et receptaculum, nemo invitus inde extrahi debet, nec est verisimile aliquem in urbe metu violento compelli et cet. ([12]). Item vere dicitur (im)munitas, quia muris et turribus eiusdem civitatis muniuntur et tuentur habitantes in ea ab hostibus et inimicis [22].

* III. — De adinventione civitatum [23].

Civitates autem ad hoc invente fuerunt sive constitute: non dico de civitate sancta Ierusalem celesti, que dicitur civitas magna, civitas dei nostri, cuius

---

([1]) ut ff. de origine iuris, l. j (I. 2, 1: « Facturus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi, non quia » etc.). — ([2]) (Horat. Ep. I, 2, 40). — ([3]) ut ff. de origine iuris, l. ij, circa principium (I. 2, 2: « Et quidem initio civitatis nostrae » etc.; Gloss. Accursii: « civitatis nostrae, scilicet romanae »). — ([4]) David (CXXIV, 1). — ([5]) Psalmus (II, 9). — ([6]) (Cod. I, 1). — ([7]) ut ff. de muneribus et honoribus, l. honor, in principio (L, 4, 14). — ([8]) (Dig. L, 16, 239: « Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa moenia sunt constituta »). — ([9]) ut ff. de alienatione iudicii mutandi causa facta, l. omnibus, in principio (*corr.* l. quia, IV, 7, 3). — ([10]) (Dig. I, 18, 6: « ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant »). — ([11]) ut ff. de officio proconsulis, l. nec quicquam, § ultimus (I, 16, 9). — ([12]) ut ff. de in ius vocando, l. plerique (II, 4, 18: « Plerique putaverunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit »; II, 4, 21: « Sed etsi is qui domi est interdum vocari in ius potest, tamen de domo sua nemo extrahi debet »). —

---

[1] A. de civitatibus inquirere. — [2] A. incipi debere. — [3] A. quia. — [4] in *om.* A. — [5] *Codd.* potentissima. — [6] L. facti facti; bene *add.* A. — [7] A. est ergo. — [8] A. tractabimus de aliis; L. tractatibus. — [9] A. de interpretatione regiminis. — [10] quidem *om.* L. — [11] unde versus.... solet *om.* A. — [12] A. in iudice. — [13] A. vel d. a malis. — [14] L. perdat. — [15] A. prima. — [16] A. vas figuli etc. — [17] regimen *om.* L. — [18] L. a ministerio. — [19] L. habitationum. — [20] L. *om.* rei. — [21] et *om.* L. — [22] L. hostilibus inimicis. — [23] A. Ad quid civitates fuerunt invente. —

Source : BIU Cujas

interpretationem relinquo theologicis et divinis, quoniam non est meum ponere os in celum: sed dico de civitatibus huius seculi, que constitute fuerunt [1] ut quisque sua teneret, et non esset sollicita sue rei cuiusque custodia; unde Tullius: « In primis autem videndum erit ei [2], qui rem publicam administra(bi)t, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice diminutio fiat [3]. Capitalis oratio [4] est ad equationem omnium [5] bonorum pertinens (1): qua peste que [6] potest esse maior? Hanc ob causam enim maxime, ut sua tenerent, res publice civitatesque constitute sunt. Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen etiam spe custodie rerum suarum, urbium presidia querebant » (2). Idem Tullius: « Id enim est proprium civitatum atque urbium [7], ut sit libera et non sollicita sue rei cuiusque custodia » (3). Plato autem, summe prudentie et auctoritatis apud Grecos, instituit quemadmodum civitas bene ac beate habitari possit [8]. « Urbs vero dicitur ab urbo, idest aratro; urbare autem est aratro diffinire. Oppidum vero ab ope dicitur [9] » (4). Nec mireris de nova nostra diffinitione civitatis, collecta sive extracta ex tribus sillabis; nam et Roma composita est ex duabus sillabis extractis de nominibus duorum regum, qui urbem romanam fundaverunt, scilicet Romulus et Numma: prima enim silaba nominis Romuli est Ro, ultima vero silaba nominis Numa est ma. Inde appellatur Roma; quod nomen, si convertatur, erit amor propter nimium amorem quem illi duo reges habuerunt circa illam et in illa urbe: ille quidem, Romulus, civitatem [10] edificans; iste [11] autem [12], Numa, eam legibus ordinans et exornans: quod probatur et colligitur aperte veteri iure et novo. Et vere Romulus primam silabam Rome optinuit, quia prior fuit tempore, et « qui prior est tempore potior est iure » (5).

* IV. — De interpretatione potestatis [13].

Potestas etiam [14] dicitur a potentia et potestate sibi tradita seu data [15], qua preditus est vel preest aliis. Inde dicitur potestas, quasi potens stans, vel in potestate constans, sive potens statuens [16]; quia a potestate sibi datur. Dixit Christus Pilato: « Potestatem in me
f. 2 B. non haberes quicquam, nisi || datum esset tibi desuper » (6). Quod autem a potentia dicitur potestas, habetur ut ibi: « Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum » etc. (7). *Unde colligitur ex hoc et ex eo quod dicitur in libro Sapientie:* « *Omnis potestas a domino deo est* » (8), *quod hoc nomen potestas a deo primum inventum fuisset; et probat hoc Apostolus cum dicit:* « *Qui potestati resistit, ordinationi dei resistit* » (9); *et in ff. de officio proconsulis, l. nec quicquam, § observare* (10); *Cod. de officio Prefecti Urbi, l. j et ij* (11); *C. si quacumque preditus potestate* (12); *ff. de officio presidis,l. ij* [17] (13). Quod a potestate, qua preditus est, vel preest aliis dicitur; ut C. si quacumque preditus potestate (14). Hoc autem nomen potestas in iure reperitur, et hoc cum sequentibus [18] nominibus nomen est seu nomina sunt dignitatis.

* V. — De interpretatione consulis [19].

Dicitur vero consul [20], quia [21] valde consulit rei publice. Quare autem antiquitus inventi fuerint consules, et a quibus premissi [22] sint [23] civitatibus, et a quo magnates viri romani appellent [24] se consules Romanorum, et quando immortalem consulatum rei publice statuit Imperator, non est hic necesse prosequi, cum satis inde plenarie tradatur doctrina in Aut. et in C. de consulibus (15).

* VI. — De rectore [25].

Rector autem dicitur a regendo, et quasi generale nomen est; nam et preses appellatur rector provincie, ut fere per totum titulum habetur in Cod. de officio rectoris provincie (16).

* VII. — De preside.

« Presidis autem nomen generale » (17); pertinet enim [26] ad omnes qui provinciam regunt; et dicitur preses qui preest aliis, sicut omnes alii qui prediti sunt potestate, regentes provinciam vel civitates.

* VIII. — De magistratu.

De magistratu autem municipali [27] supra dictum est in tractatu civitatum, et tractatus speciales sunt inde; ideoque ipsam materiam non est necesse hic prosequi.

---

(1) idest ubi equales sunt et unius status. — (2) Tullius (De off. II, 73). — (3) Tullius (De off. II, 78). — (4) (Dig. L, 16, 239). — (5) (Glossa Accursii Dig. XX, 4, 11). — (6) (Ioh. XIX, 11). — (7) (Psalm. CXI, 2). — (8) (Sapient. VI, 4). — (9) (Paul. Rom. XIII, 2). — (10) (Dig. I, 16, 9). — (11) (Cod. I, 28). — (12) (Cod. V, 7), — (13) Dig. I, 18). — (14) (Cod. V, 7,). — (15) (Nov. XCV; Cod. XII, 3). — (16) (Cod. I, 40). — (17) ut ff. de officio presidis, l. j (I, 18). —

---

1 non dico.... fuerunt *om.* A — 2 ei *om.* L. — 3 *Cicero*: diminutio fiat. Perniciose enim Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est et in eo vehementer se moderatum praebuit, sed quum in agendo multa populariter tum illud male, non esse in civitate duo milia hominum qui rem haberent! Capitalis etc. — 4 *Codd.* omnino. — 5 omnium *om.* L. — 6 L. petere non. — 7 A. civitatis atque urbis. — 8 L. posset. — 9 A. *om.* dicitur. — 10 L. *add.* construxit. — 11 L. ille. — 12 L. *add.* scilicet. — 13 L. potestatum. — 14 L. Potestates. — 15 seu data *om.* A. — 16 *reliqua huius capituli om.* A. — 17 *verba cursivis littera impressa L. in margine inferiore habet.* — 18 L. consequentibus. — 19 A. de consule. — 20 A. Consul dicitur. — 21 A. qui. — 22 *Codd.* permissi. — 23 L. sunt. — 24 L. appellant. — 25 L. consule. — 26 L. autem. — 27 L. Magistratus enim municipalis; A. magistratus municipalis. —

Source : BIU Cujas

* IX. — De iudice.

Iudicis autem diffinitio et interpretatio et quam magnum sit nomen iudicis, ideo in hoc loco inserere non curo, quoniam infra [1] in suo speciali titulo plenius de eius diffinitione et vita et honestate tractabo.

X. — De diffinitione iuris et iustitie [2].

Iuris vero et iustitie diffinitio non est necesse apponi, quoniam satis plene in Digestis et Institutionibus (1) de iustitia et iure, de hiis est diffinitum, licet de iustitia diverso modo secundum Senecam sim in hoc opusculo adnexurus. Omisso igitur tractatu de origine et diffinitione iuris, tractandum est de potestatibus, presidibus et rectoribus civitatum, quoniam parum esset in civitate iura esse, nisi essent et qui ea regere seu reddere possent (2).

* XI. — Qualis rector querendus sit civitati et eligendus in potestatem [3].

Cognitis itaque nominibus eorum, per quos civitates reguntur et gubernantur, videndum est quis et qualis ad hoc regimen sit eligendus « ut apud eum omnia desideria audiantur » (3), et ius suum cuilibet reddatur, et regatur civitas in iustitia et equitate.

Querendus est igitur vir bene morigeratus: « nichil autem est amabilius quam morum similitudo bonorum » (4). Non ratione magnitudinis loci unde sit, vel ratione parentele seu magnitudinis domus sue; sed ratione morum bonorum et nobilitate animi et ratione discretionis et magnanimitatis querendus est preses civitatis: « ornanda est enim dignitas domo, non
f. 3. A. ex domo dignitas querenda, nec domo dominus, sed || domus domino honestanda est » (5).

Item sapiens et iustitie amator, non callidus: « scientia enim, que remota est a iustitia, calliditas potius quam sapientia [4] est appellanda » (6). « Totius autem iniustitie [5] nulla capitalior, quam eorum qui cum maxime fallunt [6] id agunt, ut viri boni esse videantur, nam et gratificant(ur) cuipiam quod obsit (illi), cui prodesse velle videantur [7] » (7). « Nichil autem honestum esse potest quod iustitia vacet; nullum enim tempus est quod iustitia vacare debeat » (8).

Sit boni ingeni et veritatis amator et subtilis intelligentie: « qui enim maxime prospicit [8] quid [9] in re quaque verissimum [10] sit, quique acutissime et cellerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet » (9); « labi autem, errare, decipi et malum et turpe dicimus [11] » (10).

Sit fortis et magnanimus, non vanaglorie deditus vel pomposus seu adulatorum amator. « Animo itaque rector [12] eligebatur, ideoque summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum est quantum vult potens, qui se nisi quod debet non putat esse [13] » (11). « Vera autem et sapientis animi magnitudo honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum, non in gloria iudicat, principemque se esse mavult quam videri; etenim qui ex errore imperite multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus; facillime autem ad res iniustas impellitur » (12).

Non sit pecunie cupidus vel voluntati sue deditus: « non est autem consentaneum qui metu non frangitur (eum) frangi cupiditate, nec qui invictum se a labore prestiterit vinci a voluntate [14]. Cavenda est etiam glorie cupiditas, ut supra dixi: eripit enim libertatem [15], pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio; nec vero imperia [16] expetenda [17] ac potius aut [18] non accipienda aut deponenda nonnumquam. Vacandum est autem omni animi perturbatione, cum cupiditate et [19] metu tum etiam [20] egritudine et voluptate [21] enimi [22] et iracundia, ut tranquillitas et serenitas [23] adsit que affert tum [24] constantiam tum etiam [25] dignitatem » (13). « Nec adulatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus in quo falli: facile est falli autem, errare, labi [26], decipi tam decet, quam delirare [27] et mente esse captum » (14).

Sit eloquentissimus et bonus orator: « magna (et varia) res (est) eloquentia, nec adhuc ulli [28] sic indulsit ut tota contingeret [29]; satis felix est qui in [30] aliquam partem eius receptus [31] est [32] » (15). Decet enim civitatis presides bene et ornate loqui: « oratio enim benigna multitudinis animos ad benevolentiam allicit; magna est enim [33] ammiratio copiose sapienterque dicentis, quem [34] qui audiunt et [35] intelligere [36] et sapere plus quam ceteros arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestie gravitas, nil ammirabilius fieri potest, eoque magis si ea sit in adolescente » (16).

---

(1) (Dig. I, 1; Inst. I, 1). — (2) (Dig. 1, 2, 13: « quantum est enim ius in civitate esse, nisi sint qui iura regere possint? »; Gl. Accursii: « regere= reddere »). — (3) (Dig. I, 16, 9). — (4) Tullius. (De off. I, 56). — (5) Tullius (De off. I, 139). — (6) Tullius (De off. I, 63). — (7) Tullius (De off. I, 41-42). — (8) (De off. I, 62-64). — (9) Tullius (De off. I, 16). — (10) Tullius (De off. I, 18). — (11) Seneca (Epist. XC). — (12) Tullius (De off. I, 65). — (13) Tullius (De off. I, 68, 96). — (14) Tullius (De off. I, 91, 94). — (15) Seneca (Contr. III, 11). — (16) Tullius (De off., II, 48). —

---

1 L. in fine. — 2 L. *rubr. marg.* iuris et iustitie diffinitio. — 3 et eligend. in pot. *om.* A. — 4 L. scientia. — 5 L. iustitie. 6 L. falluntur. — 7 L. videatur. — 8 *Ed. Cic.* perspicit. — 9 L. quod. — 10 A. in re potissimum. — 11 *Ed. Cic.* ducimus. — 12 L. recto. — 13 animo itaque..... esse *om.* A. — 14 *Ed. Cic.* voluptati; A. L. voluntati; *Tresor* volentez. — 15 *Codd.* liberalitatem. — 16 *Codd.* imperitia. — 17 L. expectanda. — 18 L. autem; A. *om.* — 19 *Codd.* cum. — 20 A. *om.* etiam; L. et etiam cum. — 21 L. voluntate. — 22 *Ed. Cic.* nimia. — 23 L. severitas. — 24 A. asseritur. — 25 L. et. — 26 labi *om.* L. — 27 delirare et *om.* A.; L. lirare. — 28 L. ulli. — 29 L. contingat. — 30 L. est si aliquam. — 31 L. recaptus. — 32 magna et varia..... receptus est *om.* A. — 33 A. siquidem est. — 34 L. quam. — 35 et *om.* L. — 36 A. intellent. —

Source : BIU Cujas

Non iracundus sed modestus: « fulgur est ubi cum potestate habitat iracandia » (1).

Sit moderatus, ita tamen ut absit avaritie suspitio. Non prodigus: « sunt autem quidam cupidi splendoris
f. 3. B. et glorie, qui eripiunt aliis || quod aliis largiantur [1]. Sed cavendum est ne benignitas maior sit quam facultas: nam qui benigniores esse volunt quam res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos. Quas enim copias hiis et suppeditari equius est et relinqui, eas tranferunt [2] ad alienos. Inest autem in tali liberalitate [3] cupiditas plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copie. Videre [4] etiam licet plerosque, non tam natura liberales quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, que proficisci ab ostentatione magis quam a voluntate [5] videantur [6]. Talis autem simulatio vanitati est coniunctior [7] quam aut liberalitati aut honestati » (2).

Sit ut supra eloquentissimus, non tamen loquax.

Magna solent homines peccata patrare loquaces;
Et nimius fluxus viscera morte premit.

« Verba nocent aptis si non moderentur abenis » (3);
Turbat et armonicam [8] dissona corda liram [9].

Set nec hoc vivam tacitus contempno [10] loquelam;
« Non est pro lolio reicienda seges » (4).

Oh utinam semper vitio sim liber utroque;
« Os quoque nec mutum nec decet esse loquax [11] » (5).

Lingua modesta preest regnis dominisque superbis,
Omnia temperies exsuperare [12] solet.

Sit etiam personatus [13]; multum enim facit persona et statura conveniens in preside, dum alie insint virtutes.

Verumtamen sunt quedam civitates, quarum cives non considerant supradictas [14] virtutes, sed potius genus sive nobilitatem [15] illius quem in potestatem eligunt, et civitatis [16] magnitudinem seu potentiam unde sit civis qui eligitur in rectorem; credentes forsitan totam illam civitatem habere amicitiorem propter electum; qui vehementer errant. Nam cum [17] civitates omnes hodie sint [18] divise, qui partem in eis capiunt, partem relinquunt, et sic quandoque pernitiosam seditionem incurrunt (6), et aliquando inimicitiam loco amicitie quam sperabant assecuntur; cum, cessantibus virtutibus in preside, cesset bonus effectus regiminis, et rector propter malam administrationem vilipendatur et habeatur omnimode in despectu, qui prius fuerat tam ex persona sua quam ex loco unde erat plurimum concupitus. Arbor enim colitur et amatur fructifera; set habetur sterilis in despectu.

Fallitur augurio [19] spes bona sepe suo
Hericius [20] vulpi sepe cupitus obest
Sepe sagittantem falsa sagitta ferit.

|| Item potius eligatur locuples, si alias bonus sit, f. 4. A.
quam pauper, propter suspitionem furandi. Dico de paupere, quoniam presumitur quod citius posset corrumpi: non tamen nego quin possit eligi etiam qui non est ita in facultatibus positus, si alias sit diligens, providus, discretus et morigeratus atque probatus.

Item non habens aliam potestariam alterius civitatis; « ne dum (ad) utrumque festinet neutrum [21] bene peragat; quia dum uni presidatui affuerit, altero abstrahi necesse est; neque enim facile credendum est duabus et tam necessariis rebus [22] facile unum sufficere » (7), ut in assessore dicitur; quoniam « difficile est ut unus homo duorum vicem substineat » (8). Quid plura? Eodem tempore non sunt honores in duabus civitatibus ab eodem gerendi.

Item minor XXV annis non est idoneus: ita tamen ut XXV annus inceptus [23] in honoribus hiis pro impleto habeatur (9).

Verumtamem « de honoribus sive muneribus gerendis cum queritur, in primis consideranda est persona eius, cui defertur honor sive muneris administratio; item origo natalium; facultates quoque an sufficere iniuncto muneri possint; item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat » (10).

Item sit purus et equus, equitatem et iustitiam servans.

De aliis autem virtutibus, que presidi conveniunt et a quibus vitiis debeat esse abstinens non est amplius hic necesse prosequi, quoniam satis plenarie de hiis infra tradetur doctrina. Nec mireris, si personas convenientes (et inconvenientes), utiles et inutiles supra specificavi; nam cum potestas sive rector vel preses civitatis sit caput, conveniens fuit de hiis primitus

---

(1) Seneca (Prov.). — (2) Tullius (De off. I, 43-44). — (3) Bernardus (De improbatione vitiorum, cap. 1; Hieremias de Montagnone, III, V, 2). — (4) (Bernardus, De improbaiione vitiorum, cap. I; Hieremias, De Montagnone, (III, II, 5). — (5) (Bernardus, De improb. vit., cap. I, Hierem. de Mont. III, V, 2). — (6) (Do off. I, 85: « qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam »). — (7) ut C. de assessoribus l. (nemo ex his), in princ. (I, 51, 14). — (8) ut ff. de pactis, l. si plures (II, 14, 9). — (9) ut ff. de muneribus et honoribus, l. ad rem publicam (L, 4, 8: « annus autem vicesimus quintus coeptus pro pleno habetur »). — (10) ut ff. eodem titulo, l. honor (L, 4, 14); Cod. de honoribus (X, 41). —

---

1 L. largiuntur. — 2 L. trasferre. — 3 *Codd.* libertate. — 4 *Codd.* videri. — 5 A. voluptate. — 6 facere multa..... videantur *om.* L. — 7 L. coniunctio. — 8 L. ad monitam. — 9 L. litam. — 10 *Codd.* contempto. — 11 *In codicibus hi duo versus transponuntur.* — 12 L. et superare. — 13 L. preparatus. — 14 L. dictus. — 15 L. voluntatem. — 16 L. civitates — 17 cum *om.* ut. — 18 A. sunt. — 19 *Codd.* agurio. — 20 L. et ricius. — 21 A. utramque festinat, neutram. — 22 L. *om.* rebus. — 23 L. conceptus. —

Source : BIU Cujas

dicere, ut civitates et habitantes in eis sciant reprobare malum et eligere bonum.

Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratum ;
Non tamen ignorat quid distant ora lupinis.

Vir bonus et prudens usus reprehendit inertes ;
Ut tibi precaveas, noscere prava iuvant [1].

Et est precipue cuilibet curandum de capite suo: infirmatur enim civitas propter malos rectores, quemadmodum homines: nam terra infirmatur et est infirma, cum fructus solitos et debitos more solito non producit. Infirmantur enim aque, cum pisces more solito non producunt. Et vere curandum est civibus et civitatibus de bono capite, quoniam per totum annum securi morantur pacifici et tranquilli, et omnibus una mens est, iuxta illud Senece: « Rege incolumi mens omnibus una est; ammisso rupere [2] fidem [3] » (1); sed [4] si caput est languidum, omnia membra languescunt, et fures fodiunt et furantur, et oriuntur seditiones, guerre et scandala, et maleficia remanent impunita [5].

f. 4. B. || De notariis hic non appono ideo, quia plene de hiis et eorum offitio infra scribam. Set quia, electis rectoribus, epistole destinantur que ad eorum spectant officium, licet non multum expediat, saltim pro materia hic inserere procurabo.

Pretermissa siquidem origine et creatione presidum, cum ex consuetudine cuiusque loci hodie eligantur sive a consiliariis civitatis, vel ab hiis quos consiliarii elegerunt, per breves vel alio modo, sive a populo in contione congregato, vel aliter faciendo [6] secundum diversas consuetudines diversorum locorum ; quid sit faciendum rectori vel potestati seu communi ipsius civitatis vel loci, facta electione, inseramus vel explicemus hoc modo.

XII. — Quid faciendum sit potestati ante quam mittantur ambaxiatores electo.

In primis, ante quam ambasciatores electo destinentur, consueverunt eidem lictere destinari, ne forte, si ipse ellectus non veniret vel venire non posset, per ambaxiatores eidem civitati vel loco non modicum detrahatur, et ipsius honori plurifariam derogetur et gravetur laboribus et expensis; nisi forte ex lege seu constituto vel consuetudine civitatis ipsi electores (eligantur) ad eligendam et ducendam inde certam [7] potestatem eorum arbitrio ; et tunc certe satis comodum et utile videretur si ipsi ellectores et ambaxiatores existentes in aliquo loco, postquam fuerint concordes de aliquo probo viro, eidem licteras direxerint et receperint ab eodem antequam ad ipsum accedant; ne forte, ut superius denotatur, ipso non recipiente officium seu electionem de se factam, incurrant incommoda supradicta. Sane ante quam dictas epistolas exordiar, veniam postulo a lectore, nichilominus a scribis et notariis aliisque providis dictatoribus, quatenus mihi parcere dignentur, si non polito dictamine easdem compilavero ; quas etsi non pro exemplo, saltim pro materia, remota invidia et in hoc arrogantia non presumpta, si placet, recipere et tenere minime dedignentur.

XIII. — Epistula missiva electo.

« Magne probitatis et discretionis nobili et magnifico viro domino I. civi Tudertino, constantia et rectitudine ac bonis moribus plurimum renitenti, B. dei gratia Narniensis potestas et eiusdem civitatis consilium et commune, salutem cum sincere dilectionis vinculo » ; vel « salutem et Iesu Christi gratiam promereri » ; vel « salutem et prosperos ad vota successus » ; vel similia verba secundum diversas personas. « Ad vestram cupimus pervenire notitiam, quod faciente domino, a quo omnis sapientia progreditur et potestas, et vestri nominis fama laudabili suadente, nuper vos in nostram concorditer elegimus potestatem, statuentes vobis feudum M. lib. sen pro vestro salario et expensis; pro quo servire nobis debetis et nostram regere civitatem per annum cum duobus bonis iudicibus et || duobus f. 5. A. notariis et uno milite pro vestro socio, et stare sub sindicaria per decem dies peracto vestro officio vel finito. Cuius rei causa probitatem et magnitudinem vestram tenore presentium duximus exorandam, quatenus quod a nobis affectuosissime gestum est benigne recipientes et habentes acceptum, ad recipiendam nostre civitatis potestariam vos, prout decet, preparare velitis; et cum nostri ambasciatores advenerint decimo kal. decembris proxime venturi, vos inveniant honorifice preparatos. Scituri pro certo, quod constitutum nostrum iurabitis observare, nullo alio extra statutum arbitrio postulato seu sperato, seu vobis aliquatenus a nobis concesso. Quidquid autem super predictis vestra duxerit discretio faciendum, nostris, si placet, licteris publicatis, per presentium portitorem nobis intimare quam citius procuretis ».

XIV. — Responsiva.

« Illustri et egregio viro » seu « militi, quem fama laudabilis et operum exibitio plurimum recommendat, domino B. Narniensium potestati ac universo eiusdem civitati consilio et communi, I. civis Tudertinus salutem et promptum in omni genere famulatum. Visis et devote receptis vestre probitatis licteris et cum magno affectu et diligentia perpenso et in mente et

(1) Seneca (Prov.). —

1 *Versus om.* A. — 2 L. rumpere. — 3 et omnibus una mens fidem *om.* A. — 4 L. item. — 5 *reliqua huius capituli om.* A. — 6 L. faciendum. — 7 L. ducendam incertam. —

Source : BIU Cujas

corde nostro pluries revoluto, gavvisi fuimus gaudio magno valde pariter et letati [1] in hiis que de nobis, licet immeritis, a vestra discretione nuper acta sunt pariter et statuta, immensas gratias altissimo domino referentes qui, prout vult, in se sperantibus gratiam et dona tribuit insperata. Volentes itaque vestris karissimis precibus et mandatis intendere humiliter et devote, de consilio siquidem amicorum nostrorum, et mandato nostri communis super hoc habito speciali, electionem de nobis factam omnimodo acceptantes, eamdem benigne recipimus in nomine Iesu Christi, properantes nos prout decuerit ut in termino a vobis prefixo una cum vestris honorificis [2] ambaxiatoribus, volente domino, ad vestrum servitium properemus, vestram potestariam recepturi, iuxta vestre beneplacitum voluntatis ».

XV. — **Alia responsiva.**

Si vero supradictam electionem ex aliqua dictarum causarum duxerit recusandam, vel forte modo eam recipere electus non posset, forsan in alia(m) potestaria(m) vocatus, vel infirmitate gravatus seu aliis occupatus negotiis, sic poterit annectere ibi sub « insperata »: « Verumtamen quia electionem nuper de nobis factam a Perusinis receperamus, prius quam nobis de vestra constitisset »; vel « quia proprii corporis valetudine detinemur adversa »; vel « a tantis nostre civitatis negotiis detinemur, quod ad presens vobis commode non possumus complacere; quapropter vestre amicitie et discretioni gratias referimus copiosas, rogantes actentius ne pro malo habere dignemini »; vel « ut nobis parcere dignemini »; vel « ne indigne ferre dignemini »; vel « ut nobis parcere dignemini, si hac vice
f. 5. B. cum honore nostro vestre || non possumus satisfacere voluntati [3], quoniam in animo et voto firmiter gerimus, cum tempus advenerit » vel « cum tempus ministraverit, vobis in omnibus et per omnia famulari ».

Si vero expediat, scribatur potestati et civitati unde electus est, hoc modo.

XVI. — **Epistola missiva potestati et consilio unde est electus.**

« Mire probitatis et discretionis viro C. dei gratia Narniensium potestati et eius consilio et communi I. eadem gratia Tudertinus potestas, et eiusdem civitatis consilium et commune, salutem et sui regiminis finem consequi gloriosum » vel « peroptatum [4] » vel « de bono in melius recipere incrementum. Ex provisione divina processit, et fama laudabili suadente, quod de communi concordia nobilem civem vestrum P. virum nobilem et discretum nuper in nostram elegimus potestatem. Cuius rei causa dilectionem et dominationem vestram presentibus duximus exorandam, quatenus ipsam electionem amicabiliter admittentes, eidem vestro civi, si placet, dare dignemini in mandatis ut prefatam electionem benigne recipiat et ad serviendum nostre civitati, sicut decet, se preparet et venire festinet. Nos enim eumdem pari gratia in suo adventu honorabiliter recipere disposuimus, et eidem in omnibus et per omnia obedire ».

XVII. — **Responsiva superiori.**

« Egregio et magnifico viro, quem fama laudabilis multimode recommendat, domino I. dei gratia Viterbiensi potestati, socio et amico karissimo, et eiusdem civitatis consilio et communi, C. dei gratia Tudertinus potestas et eiusdem civitatis consilium et commune salutem et veri amoris perpetuam firmitatem »; vel « cum indissolubili dilectionis vinculo »; vel « salutem et de bono in melius sumere iugiter incrementum »; vel « de bono in melius iugiter aumentari. Lictere [5] quas nobis vestra dilectio destinavit nostro auditui gaudium et tripudium generarunt, ex eo maxime quod hiis que ad nostrum honorem spectare cernuntur alacri animo intenditis et dare nitimini operam cum effectu. Et licet quod petitis grave nobis non modicum videatur, eo quod presentia dilecti civis nostri P., sicut viri providi plurimum et discreti, hoc in tempore nostre civitati plurifariam confert, et utilis satisque necessaria fore dignoscitur et probata, cum sit nunc consiliarius de maioribus nostre civitatis et sapientioribus, cuius consilio et auctoritate communis negotia expediuntur et congruum sortiuntur effectum; quia tamen in hiis et aliis que ad vestrum spectant (commodum) et honorem vobis cupimus amicabiliter complacere, prefatum civem nostrum ad vos transmittimus confidenter, vestram amicitiam affectione qua possumus exorantes, quatenus eundem benefice recipientes iuxta vestrarum licterarum tenorem eidem || taliter intendere ipsumque honorare f. 6. A.
velitis, quod exinde possitis merito commendari, et nos ad vestrum servitium et honorem omnimodo obligemur ».

Si vero disposuerit aliqua civitas petere rectorem ab aliquo communi alicuius civitatis, sic breviter potest hoc expediri, premissa supradicta salutatione.

XVIII. — **Epistula pro petenda potestate communi alicuius civitatis.**

« Cum inter ceteros nostros cariores amicos vos karissimos reputemus, merito, cum necessitas imminet, ad vos recurrimus confidenter, credentes nos a vestra discretione in nostris iustis petitionibus nullam pati posse repulsam. Cum igitur de communi concordia et proposito potestatem a vobis pro proximo futuro anno habere unanimiter peroptemus, qui nos et civi-

---

1 L. letari. — 2 L. honorificibus. — 3 L. voluntate. — 4 L. peroctatum. — 5 L. licteras. —

Source : BIU Cujas

tatem nostram regere debeat in iustitia et equitate, dilectionem et dominationem vestram, de qua plene confidimus, tenore presentium duximus exorandam, quatenus aliquem nobilem virum, providum et discretum de vestris civibus pro potestate nobis pro vestro arbitrio dignemini destinare, quem cum magno honore nostro ambaxiatoribus sociatum recipere, et eidem in omnibus obedire curabimus humiliter et devote ».

XIX. — Responsiva.

« Summa dilectio et antiqua servitia et moderna hinc inde virentia et amor intrinsecus nostra viscera commovent, et cogunt nos et inducunt vestras nunc petitiones omnimodo promovere, licet quam plurium civitatum vota similia postulantium minime a nobis actenus admissa fuissent. Cuius rei causa, diligenti deliberatione habita et consilio saniori firmato, dilectum et nobilem civem nostrum P., virum eloquentissimum providum et discretum, vobis duximus concedendum cuius vita, moribus, sapientia et doctrina vestram civitatem credimus et speramus viriliter cum decore, hutiliter cum honore, magnifice gubernari; quem cum ambaxiatoribus vestris ad vos curavimus destinare, vestram karissimam amicitiam qua possumus affectione rogantes, quatenus eumdem honorabiliter recipere et eidem in omnibus et per omnia nostri gratia et honore nostro dignemini obedire ».

XX. — Alia responsiva alio modo.

Sin autem civitas que petit potestatem non fuerit amica, set fuerit inimica, vel actenus extitit civitati, a qua petitur, et adhuc (in) inimicitia callide perseverans nunc forte ob timorem vel causa evitandi exercitum ipsius civitatis petit ei potestatem, sic breviter potest ei responderi vel scribi, premisso alloquio aliquibus verbis loco salutationis, si vult ei denegare salutationem, quia forte dicitur exbandita, hoc modo:

« Viris magnificis consiliariis et communi »; vel
f. 6. B. « B. potestati consiliariis [1] || et communi » vel « B. potestati consiliariis et communi Urbis Veteris, P. potestas Senarum et eiusdem civitatis consilium et commune spiritum consilii sanioris. Salutationis alloquium et potestatem ex nobis vobis penitus denegamus. Scimus enim quod tempore yemali refriguit serpens, non tamen ammisit venenum quod interius latitabat »; vel sic: « scimus enim quod tempore yemali scorpio (refriguit); adveniente autem calore cum cauda (pungere) non est obli[vi]tus », vel « non desinit pungere venenose »; vel sic: « nec enim lupum rapere vidimus oblivisci nec mansuescere scorpionem ». Si vero non est sic inimica, utatur aliis convenientibus excusationibus, vel sic: « Propter graves offensiones et calliditates et versucias ac (malam) fidem continuatam [2] a vobis actenus factas et habitas versus populum Florentinum, salutationis alloquium et potestatem vobis penitus denegamus: scimus enim etc. »; vel sic: « Audivimus enim fabulose lupum quondam suscepisse habitum monachalem; sed tamen naturam et mores rapacitatis non perdidit vel mutavit, seu potuit oblivisci ».

Si vero necesse scribere senatori Urbis et populo Romano pro aliquo rectore, sic hoc poterit expediri.

XXI. — Epistola ad senatorem urbis.

« Alme urbis domino Bra(ncaleoni) illustri senatori et eius urbis consilio et populo universo », vel sic « et universis eiusdem urbis consilio et senatui (et) populo ». Verumtamen satis videtur posse scribi solummodo senatori propter sui excellentiam, licet de consuetudine et populo sic similiter scribatur. « B. Dei gratia Narniensis potestas et eiusdem civitatis consilium et commune debite fidelitatis obsequium in omni genere subiectionis », vel sic « tam debitum quam devotum in omni genere famulatum. Cum tota nostra fiducia post deum in vobis, nullo mediante, consistat, ad vos tamquam ad patrem et dominum », vel « tamquam ad portum tutissimum recurrimus confidenter »; vel aliter, si non est ita subiecta: « Cum de vobis tamquam de amicis karissimis et specialibus dominis plurimum confidamus, potestatem a vobis », vel « ex vobis disposuimus unanimiter obtinere »; vel aliter: « clementia divina inspirante, a vestra celsitudine disposuimus petere potestatem »; vel sic: « clementia inspirante divina, inde disposuimus sumere potestatem unde », vel « ubi presides et pretores creati sunt et traxerunt originem magistratus. Quapropter vestram duximus dominabilem excellentiam actentius exorandam, quatenus virum circumspectum, providum et discretum nobis in potestatem », (vel) « talem in potestatem prefigere dignemini, qui viriliter cum honore secundum ius et constitutum, civitatem et districtum Narnie gubernet et regat, et nos in vestro servitio et honore manutere unanimiter studeat et procuret, nos gubernet et regat. Nos autem eidem feudum M. lib. pisan. constituentes pro suo salario et expensis, pro salario duorum », vel « trium iudicum et notariorum duorum et expensis, quos ducere debet secum et tenere pro feudo seu salario superius denotato, eumdem curabimus vestri gratia honorifice re || tinere » vel « recif. 7. A. pere et eius mandatis et preceptis devote ac humiliter hobedire ».

Quod si rogare volueris senatorem vel aliquem nominatum sive electum a communi Florentie sibi transmitti, salutatione [3] superius premissa, poteris retinere stilum superioris epistole potestatis Mediolani.

---

[1] L. consiliarii. — [2] L. cautiatam. — [3] L. salutationem. —

Source : BIU Cujas

XXII. — **Epistola ad dominum Papam pro potestate petenda.**

Quod si volueris scribere domino Pape, hoc modo poteris: « Sanctissimo patri et domino U(rbano) permissione divina sacrosante Romane Ecclesie summo Pontifici, Ber. dei gratia Narniensium potestas et eiusdem civitatis consilium et commune debite fidelitatem obsequium et pedum oscula beatorum. Cum romana ecclesia, domino disponente, sit omnium ecclesiarum mater et domina et magistra, et nos eidem speciali simus vinculo fidelitatis adstricti et filiali dilectione subditi et devoti, ad eam tamquam ad portum tutissimum recurrimus confidenter, cum necessitas imminet », sive « materia vel causa exigit oportuna. Cum igitur nostra immo vestra civitas nunc, sicut nostis, rectore sit penitus destituta, ad vestre sanctitatis pedes humiliter duximus recurrendum, vestram dominationem humiliter et suppliciter exorantes, quatenus aliquem probum virum qui dominum timeat, ius et constitutum nobis observet, et civitatem et sui districtum gubernet et regat viriliter et potenter, in potestatem nobis prefi-cere [1] dignemini »; vel aliter: « quatenus nobilem virum Jacobum Neapolitanum consanguineum vestrum, quem nuper in nostram elegimus potestatem, monere et inducere dignemini ut nostram potestariam recipiat, et eamdem, sicut tanti viri decet excellentiam, in proximis kalendis Aprelis veniat portaturus. Nos enim honorifice eumdem recipientes vestra gratia et honore eidem in omnibus et per omnia curabimus famulari humiliter et devote ».

XXIII. — **Epistola ad dominum imperatorem pro simili facto.**

Domino autem Imperatori sic potest scribi pro eodem: « Serenissimo et inclitissimo domino F(rederico), dei gratia Romanorum Imperatori et semper Augusto, Ierusalem et Cicilie regi, I. permissione divina Narnensium potestas cum consilio et communi civitatis eiusdem se ipsos omnes in omni genere servitutis vel famulatus »; vel sic « se ipsos omnes, et de inimicis imperii pro velle consequi victoriam cum triumpho »; vel sic: « tam debitum quam devotum in omni genere famulatum. Cum ab imperiali aula Viterbiensis civitas traxisset originem et quam plurium Imperatorum privilegiis sit munita, et specialiter ab inclite recordationis divo Fre(derico) avo vestro Romanorum imperatore fuisset plurimum exaltata, merito ad vestros pedes duximus recurrendum »; vel sic « merito ad vestram recurrimus maiestatem cum necessitas imminet », vel « causa exigit oportuna ». Vel aliter si non est ei civitas sic subiecta: « Quoniam vestre serenitati et dominationi omni tempore devoti fuimus et fideles, et vestre curavimus maiestati in omnibus et per omnia famulari, ad vestram celsitudinem, cum necessitas imminet », vel « res expostulat, recurrimus confidenter, credentes penes vestram excellentiam in nostris iustis petitionibus nos nullam posse pati repulsam. Sane cum nostra civitas, immo vestra, nunc sit rectore penitus destituta || deliberato consilio et communi con- f. 7. B.
cordia inter nos habita, ad imperialem aulam tamquam ad portum tutissimum unanimiter duximus recorrendum, imperiali solertie humiliter supplicantes quatenus nostram oportunitatem solita clementia intuentes, aliquem nobilem virum providum et discretum in opere et sermone de aula seu curia vestra vel fidelibus vestris pro futuro anno nobis in rectorem et potestatem preficere [2] dignemini. Nos enim pro vestro honore ipsum honorifice recipientes M. li. den. sen. pro suo salario et expensis tribuemus eidem, et ei curabimus in omnibus et per omnia humiliter hobedire ».

A predictis vero tribus proximis epistolis non expedit hic facere responsivas, cum potius arrogantie quam doctrine mihi posset adscribi, si hoc presumerem attemptare.

* XXIV. — **Quid faciendum sit electo, recepta epistola sue electionis.**

Hiis vero sic dispositis [3], electus recepta supradicta epistola sue electionis [4] revolvat [5] in animo suo et consideret diligenter si est sufficiens, vel extimet se sufficientem [6] ad tantum honorabile pondus [nichilominus et valde honorabile] viriliter et discrete portandum [7]. Scriptum est enim: « Non queras fieri iudex, nisi virtute valeas inrumpere iniquitates, ne forte pertimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua » ([1]); et alibi: « Ve civitati cui rex puer est » ([2]) [8] vel cui imperat puer. « *Ad rem autem gerendam qui accedit* (*caveat*) *ne id modo consideret quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est ne aut temere desperet propter* (*ignaviam, aut nimis confidat propter*) *cupiditatem; in omnibus autem negotiis priusquam adgrediare adibenda est preparatio diligens* » ([3]); « *est enim proprium munus magistratus intelligere se gerere curam* [9] *civitatis debereque eius dignitatem et decus sustinere, leges servare, iura describere, ea fidei sue commissa meminisse* [10] » ([4]).

---

1 L. prefigere. — 2 L. prefigere. — 3 Hiis vero sic dispositis *om.* A. — 4 L. *om.* epistola sue electionis; A. *om.* supradicta. — 5 L. volvat. — 6 vel..... sufficientem *om.* A. — 7 nichilominus.... portandum *om.* A. — 8 *reliqua huius capituli om.* A. — 9 *ed, Cic.* personam. — 10 *verba cursiva* L. *in margine inferiore* f. 7 A *praebet*. —

(1) (Eccli. VII, 6). — (2) Sapientia (Eccl. X, 16). — (3) Tullius (De off. I, 73). — (4) (De off., I, 124). —

Source : BIU Cujas

* XXV. — Iterum quid eidem electo sit faciendum [1].

Si autem sufficiens est et eam [2] electionem recipere disponat, potest servare, si vult, modernam consuetudinem, scilicet dare vel [3] donare indumenta sua numptio [4], vel de novo inducere eum [5], vel aliter eum remunerare [6]: non tamen hoc facere cogitur. Deinde transmissa epistola responsiva, ut supra dictum est, per eumdem numptium [7], primo tamen consilio habito cum amicis et consanguineis iuxta illud: « Omnia fac cum consilio, et postea non penitebis » (1); et alibi: « Dubium non est omnia que cum consilio recte geruntur iure meritoque effectu et firmitate nitescere [8] » (2), que autem sine consilio geruntur plerumque non valent [9]; studeat invenire iudicem, virum discretum moribus et scientia eruditum, expertum, deum timentem, oratorem bonum, eloquentissimum, maxime si ipse electus non est [10] bonus contionator; non vinolentum, castum in quantum potest, non mulieribus deditum, non furibundum vel immodice sevum: « iudicibus enim immodice sevientibus freni temperies est adhibenda ». Non affectantem gloriam severitatis vel clementie; non bilinguem vel [11] timorosum, sed fortem et rectum; non [12] nimium pietosum, iustum; bonum, bone fidei. Religiosum autem, si inveniri potest, bonum est ha-
f. 8. A. bere || : nam iudex alias sacerdos [13] dicitur, quia sacra dat; sic enim scriptum est in principio Dig.: « Merito quis nos sacerdotes appellet » (3); et alias dicitur: « Iudex dei presentia consecratur », ut in Cod. de iudiciis l. rem non novam (4). Dicitur etiam, immo creditur, esse deus in omnibus pro hominibus, ut testatur [14] Cod. de iure iurando propter calumniam l. ij, § sic enim non lites solum [15] (5). Quid plura? Si non potest invenire aliquem ita in omnibus completum quia « rara avis est in terra [16] nigro simillima cigno [17] » (6), precipue istud sue mandet memorie, ut secum ducat legalem et purum iudicem, qui corrumpi non possit, et si non habet ad plenum [18] supradictas virtutes [19], dum alias non sit indiscretus vel valde simplex, tollerari potest, maxime si non sit supradictis vitiis prohibitis [20] inretitus. Bonum autem iudicem si habere potest, ut superius est denotatum [21], non dimittat pro salario [22]. Scriptum est enim: « Ve soli, qui si ceciderit non habet sublevantem » (7). Si enim electus magis causa honoris quam respectu salarii seu cupiditate pecunie vadit ad regimen civitatis, inspicere debet per quem regimen recte regi possit, et iudicia ad libram rationis singula ponderari, quia sicut navis regitur per timones, sic civitatis regimen regitur prudentia iudicantis, qui iura reddit et regit; que « iura negotiis exhibent quod medicamenta morbis » (8). De cuius iudicis disciplina non expedit hic enarrare, cum infra plenius de vita et honestate iudicum intendam adnectere. Similiter de tabellionum officio et doctrina et de militis moribus, quem secum potestas cum suo honore retinere frequentius consuevit.

* XXVI. — Qualis notarius eligendus sint electo [23].

Item notarium vel [24] notarios potestas seu electus [25] inveniat bonos et honestos, et, si potest, iuris peritia non in totum expertes, in officio tabellionatus seu notarie plene eruditos, scientes dictare et recte scribere, non corruptibiles, expertos et prudentes. Indiget enim potestas quandoque prudentia et facundia tabellionis, et maxime ad puniendos malefactores. Non adulteratores [26], non ebriosos [27] sed sobrios et castos. Memini enim [28] me vidisse et scivisse quamplures potestates et [29] rectores maximum dedecus sustinuisse et incurrisse, et etiam quosdam de regimine turpiter fuisse deiectos et expulsos [30], propter malitiam et commissa seu corruptelas et clandestinas pecunie et aliarum rerum extorsiones pravissimas [31] iudicum et notariorum. Unde « melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare [32] » (9), vel « quam post causam vulneratam remedium querere » (10). Ergo

« Principiis obsta, sero medicina paratur » (11).
« Nam levius ledit quicquid previdimus ante » (12).

Jacula enim que previdentur, minus feriunt.

* XXVII. — Qualis miles.

Item [33] socium sive militem inveniat sibi [34] discretum et sui honoris amatorem, || morigeratum et sibi f. 8. B.
obedientem. Bonus enim socius pro magna reputatur tutela.

---

(1) Sapientia (Eccl. XXXII, 24). — (2) ut C. de repudiis, l. dubium (V, 17, 3). — (3) (Dig. I, 1, 1). — (4) (Cod. III, 1, 14). — (5) (Cod. II, 59, 2, 8: « quid aliud nisi pro hominibus deum in omnibus causis iudicem esse credendum est? »). — (6) (Hieronimus, Adv. Iovinianum, I, 47). — (7) (Eccl. IV, 10). — (8) (Nov. CXI pr.). — (9) (Cod. III, 27, 1). — (10) ut C. in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est, l. sancimus (II, XLI, 5). — (11) (Ovid. Rem. Am. 91). — (12) Salomon (*corr.* Cato, vers. 138) —

---

1 A. qualem iudicem debeat querere; *Tresor.* III, II, 7: « des choses que li sires doit faire quant il recoit la seignorie ». — 2 A. *om.* eam. — 3 dare vel *om.* A. — 4 A. nuntiis. — 5 A. *om.* eum. — 6 A. alias remunerare. — 7 A. *om.* ut supra .... nunptium. — 8 L. firmita enitescere. — 9 iuxta illud..... valent *om.* A. — 10 est *om.* L. — 11 L. non. — 12 *Codd.* vel. — 13 L. sacer. — 14 A. *add.* lex. — 15 *Codd.* § sin autem reus. — 16 in terra *om.* L. — 17 *Codd.* est nigra simillima agno; *Tresor,* III, II, 7: « parce que tuit blanc oiseau ne sont pas cigne ». — 18 A. *add.* alias. — 19 L. *om.* virtutes. — 20 prohibitis *om.* A. — 21 ut s. e. denotatum *om.* A. — 22 *reliqua om.* A. — 23 A. de notariis. — 24 Item notarium vel *om.* A. — 25 seu electus *om.* A. — 26 A. adulteros. — 27 L. ebrios. — 28 L. *om.* enim. — 29 quamplures p. et *om.* A. — 30 A. qui magnum dedecus sustinuerunt et aliqui de regimine turpiter expulsi sunt. — 31 pravissimas *om.* A. — 32 *reliqua om.* A. — 33 Item *om.* A. — 34 — sibi *om.* A. —

Source : BIU Cujas

* XXVIII. — **Qualis Senescalcus** [1].

Item [2] senescalcum sibi [3] inveniat legalem et discretum, qui sciat modum et mensuram habere in expensis; scutiferos vero et alios familiares ad mensuram seu [4] secundum dignitatem et potentiam suam et altitudinem loci sibi inveniat morigeratos, non girovagos et [5] eius honorem amantes, qui remota arrogantia et superbia sibi et sociis humiliter famulentur.

XXIX. — **De novis indumentis faciendis.**

Hiis sic peractis, consueverunt electi sibi et militi seu socio novos pannos facere et arma renovare et vexilla, et induere scutiferos et familiam de uno panno et una intalgia, ut ita vulgariter loquar, et invitare quosdam nobiles et amicos seu consanguineos, ut eosdem electos debeant associare.

XXX. — **De ambaxiatoribus honorifice recipiendis et honorandis ab electo in potestate.**

Advenientibus autem ambaxiatoribus et eisdem benigne receptis, honorem exhibeat, ensenia quam plura et diversa secundum dignitatem et facultatem transmittat, et annonam pro equis; non multum loquatur cum illis, nec clandestine cum aliquo ipsorum sive privatim consilium faciat, propter suspitionem quam precipue debet evitare electus.

XXXI. — **De petendis ambaxiatoribus a potestate et consilio civitatis.**

Postmodum vero ad potestatem sue civitatis accedat, si est civis, et petat ab eo et a consilio sibi ambaxiatores, cum quibus comitatus honorifice vadat. Verumtamen consequens est et dignum, ut prius ambaxiatores, qui pro eo venerunt, ad potestatem seu consules illius civitatis accedentes, petant sibi consilium fieri; in quo congregato ex parte sue potestatis et sui consilii, potestati et consilio salutes deferant more solito gratiosas, [et] verba alia salutationi congrua enarrantes.

XXXII. — **Quid dicant ambaxiatores in consilio.**

« Placuit domino deo nostro, a quo est omnis sapientia et potestas, ut pro honore vestre civitatis, et magnitudine, sapientia et discretione sua atque sui nominis fama laudabili suadente, dominum I. vestrum honorabilem civem pro venturo proximo anno nostra communitas communi concordia in suam eligeret potestatem » vel « suum sibi eligeret in rectorem. Cuius rei causa ex parte potestatis, consilii, et totius nostre civitatis communis, vos in quantum possumus exoramus, quatenus ipsum movere et inducere atque eidem dare velitis firmiter in mandatis, ut de vestra voluntate et mandato speciali, omni occasione remota, nostram potestariam veniat recepturus ».

Omnibus vero sic dispositis ac preparatis, et habitis ambaxiatoribus, recepta licentia potestatis pariter et consilii, invitatis etiam militibus, consanguineis et amicis, et negotiis sue domus discrete ordinatis, die statuta, audita missa in nomine domini, iter arripiat et extra civitatem loco congruo, retentis hiis quos secum ducturus est, alios licentiet condecenter. || f. 9. A.

XXXIII. — **De faciendo notum adventum suum per numptium potestati (et) consilio civitatis ad quam vadit.**

Eo autem appropinquante, per dietam saltim, loco ad quem iturus est, mittat numptium, faciens notum adventum suum potestati, consilio et communi ipsius civitatis, ut sic certificati veniant obviam ei ipsumque honorifice recipiant (1). Nichilominus tamen camerario suo futuro notum faciat, ut senescalco suo assignet hospitium, si fieri potest, in aliqua ecclesia, vel palatio episcopali, et det ei necessaria secundum consuetudinem loci, vel ubi habito hospitio senescalcus et etiam cocus possint necessaria preparare.

XXXIV. — **De missa audienda ante introitum civitatis.**

In mane vero tempestive illius diei, qua intraturus est civitatem ad quam vadit, ad aliquam ecclesiam audiat missam, in qua sibi canere faciat seu dici evangelium sancti Johannis.

XXXV. — **Quid faciendum sit potestati recepto numptio de adventu nove potestatis.**

Nunc autem redeundum est ad civitatem, et tractandum qualiter potestati et consilio sit faciendum et civibus, audito rumore de potestate nova. Potestas vetus, convocato consilio et statuto quid sit faciendum, notum faciat adventum nove potestatis episcopo, si adest, et eum convitet ut in mane obviam ei venire dignetur. Item faciat bandiri per civitatem et precipi, ut milites cum eo exire debeant obviam potestati nove, et pedites precipiat similiter preparari novam honorifice recipere potestatem. Et sic in mane tempestive surgens similiter iri faciat preconem per civitatem; et absumpto sibi domino episcopo, si adest, cum aliis militibus et consiliariis equos habentibus, obviam exeat potestati nove; ipsoque invento et ho-

---

1 A. de cetera familia. — 2 Item *om.* A. — 3 sibi *om.* A. — 4 L. *om.* seu. — 5 non g. et *om.* L. —

(1) ad hoc. Dig. De officio proconsulis et legati, l. I(V) § ante quam (I, 16 4: « antequam fines provinciae proconsul ingressus sit, edictum debet de adventu suo mittere »). —

Source : BIU Cujas

norifice salutato et recepto, vetus potestas veniat iuxta novam ex una parte, et episcopus, si adest, ex alia.

XXXVI. — Quid faciendum sit electo coniunctione facta cum potestate et militibus qui sibi obviam exiverunt.

Nova vero potestas, si adest episcopus, aliquantulum militet cum veteri potestate, et postea equitet iuxta dominum episcopum ad tollendam omnem suspitionem, semper habendo in memoriam salutare undique homines tam extra civitatem quam intra civitatem, et etiam dominas et alias mulieres. Et sic ante quam alibi de equo descendat, vadat ad episcopatum vel aliquam aliam ecclesiam consuetam, ibique descendat et oret. Sic enim scriptum est in Evangelio : « Primum petite regnum dei » etc. Hoc facto, si non (est) ibi suum hospitium, ascendat equum et veniat ad hospitium, ibique convitans circumstantes, descendat de equo et in dei nomine intret hospitium et pauset et comedat et bibat ; nisi forte illius civitatis fuerit consuetudo ut, ante quam descendat, vadat ad plateam in contione illius civitatis iuraturus.

* XXXVII. — De constituto petendo ab electo ante quam iuret et videndo subscripto modo [1].

[2] Sumpta vero comestione et dormitione facta, si tempus ministraverit, faciat sibi apportari, si potest,
f. 9. B. constitutiones illius civitatis; et eis lectis et consi || deratis et intellectis, per iudices et notarios suos que fuerint notanda diligenter notentur, ut [3] retineri retinenda et recusari possint que [4] merito fuerint recusanda, maxime contra libertatem ecclesie et contra honorem communis et potestatis [5] vel etiam domini episcopi, recusanda et penitus non tenenda. Si vero dicte constitutiones non fuerint sibi adsignate sive sic ibidem ostense, vel si eum oportuerit iurare officium, ante comestionem vel postea, seu alio die, vel in contione sive in consilio vel alibi secundum illius loci consuetudinem, petat (s)ibi arbitrium in maleficiis, nisi per suas litteras convenerit non petere, vel constiterit sibi per litteras ad eum primo directas de non concedendo vel non petendo arbitrio. Nec petat maius salarium quam sibi fuerit per litteras delatum, nec verbis utatur quibus percipi possit ipsum maius salarium affectare; ne videatur cupidus pecunie potius quam honoris seu dignitatis, vel ne videatur potius cupiditate pecunie venisse quam causa sui honoris augmentandi, sicque possit sinistre non immerito suspicari. In petendo arbitrium hiis verbis uti poterit : « Vos vultis quod iurem constitutum vestrum clausum, ignorans quod interius continetur ». Qui forsitan [6] dicent : « Volumus, volumus ». Et ille respondendo dicat sic : Et [7] ego paratus sum iurare ad voluntatem vestram. Verumtamen ut discretius [8] et utilius civitas regi possit, et ne maleficia remaneant impunita, pro vestro bono hoc dico, ut minor iuxta maiorem in suo iure possit secure commorari, peto a vobis mihi arbitrium concedi super malefactoribus ». Vel aliter : « Verumtamen, si aliquod iniquum capitulum est insertum contra honorem communis et contra sanctam ecclesiam vel contra meum honorem, peto licentiam mihi concedi corrigendi illud seu emendandi cum consilio vestro ». Quibus concessis, precipiat notario ut ea scribat et publicet, sicut sibi a populo seu consilio sunt concessa, et sic in nomine domini subeat sui regiminis iuramentum.

* XXXVIII. — Iuramentum potestatis.

[9] Iuramentum vero potestatis sic solet a iudice computari : « Vos, domine B., iurabitis ad sancta dei Evangelia, que in manibus vestris tenetis [10], administrare res et negotia huius civitatis ad vestrum officium pertinentes et pertinentia, et regere, conducere [11], gubernare, manutenere et salvare hanc civitatem et eius comitatum et districtum, et omnes et singulos tam parvos quam magnos, tam pedites quam milites, et iura eorum manutenere et tueri ; et ius et [12] constitutum servare et facere observari tam minoribus quam maioribus et specialiter pupillis, orfanis, viduis et aliis miserabilibus personis, et omnibus aliis qui sub vestra et vestrorum iudicum curia venerint petituri seu responsuri ; item ecclesias, templa, hospitalia et alia loca venerabilia, stratas, peregrinos et mercatores defendere, salvare et manutenere; et constitutum || huius civitatis ad quod iuratis inviolabiliter f. 10. A.
observare [13] sana et pura conscientia, salvis exceptis si aliqua fuerint exceptata, remoto hodio, amore, dolo, amicitia, fraude, gratia et omni sophismate, ad sanum et purum communem nostrum intellectum, a proximis futuris kalendis ianuarii ad j annum proximum et per totum diem kalendarum ianuarii ». His dictis, dicat ille qui computavit dictum iuramentum : « Sicut ego computavi, vos, domine B., sic iurabitis ; et communi Florentie promittitis observare, et observabitis

---

[1] A. Quid electus faciat ante quam iuret. — [2] A. Videat diligenter, si potest, ante quam iuret constitutiones illius civitatis ; quibus consideratis *el cet.* — [3] A. et. — [4] A. recus possint que maxime essent contra libertatem *etc.* — [5] com. A. potestatis vel contra episcopum terre, que sunt penitus recusanda. Si autem non potest habere constitutiones ante quam iuret, petat arbitrium in maleficiis, nisi per litteras convenerit non petere. Nec petat maius salarium, quam sibi fuerit per litteras declaratum, nec verbis utatur quibus videatur maius salarium affectare, ne videatur cupidus pecunie potius quam honoris. In iurando autem teneat istum modum : « Vos vultis quod iurem constitutum vestrum clausum *etc.* — [6] A. forte. — [7] respondendo d. s. et *om.* A. — [8] L. districtius. — [9] Quod tale est : « Vos *etc.* — [10] que i. m. v. tenetis *om.* A. — [11] et pert. e. r. conducere. *om.* A. — [12] et *om.* A. — [13] salvare.... observare *om.* A. —

Source : BIU Cujas

bona fide et sine fraude, dolo, et sine omni sophismate; sic deus vos adiuvet et sancta dei hec Evangelia [1] ». Et consequenter iudices, notarii, camerarii [2] et miles sive milites potestatis et etiam scutiferi subscriptis modis (iurent).

XXXIX. — Iuramentum iudicis.

Iuramentum iudicis seu iudicum sic concipi seu computari consuevit, si forma eius non est in constituto espressa vel inserta: « Vos iurabitis ad sancta dei Evangelia, que in manibus vestris tenetis, observare hoc statutum in quantum pertinet ad vestrum officium; et si aliquo tempore fueritis vicarius a potestate constitutus seu relictus, in quantum pertinet ad potestatem, causas et gestiones sub vobis tractatas et ventilatas cognoscere et diffinire, et rectas sententias dare sive ferre secundum ius et statutum, ut vobis melius videbitur ad terminum in statuto prefixum; nisi communi concordia partium terminus fuerit prorogatus, vel nisi transactione seu amicabili compositione causa fuerit sopita, vel in arbitrum vel arbitros traslata, vel nisi fueritis infirmitate detentus vel publicis negotiis occupatus vel alia inevitabili causa impeditus, exceptis diebus feriatis et que per statutum vel per approbatam consuetudinem civitatis exceptantur, remoto odio, amore, dolo, fraude, gratia, pretio vel precibus. Et si quoddam officium fuerit vobis iniunctum a potestate pro communi, illud portabitis bona fide secundum statutum et iuris tenorem. Ambaxarias, si que vobis iniuncte fuerint a potestate vel consilio pro communi, eas bona fide et sine fraude portabitis ad honorem potestatis et communis huius civitatis. Item sequi potestatem et eius precepta servare, preter quam in sententiis in quibus servabitis formam superius adnotatam [3]; et ipsam potestatem manutenere, consilium et consilia a vobis petita meliora, et que cognoveri(ti)s utiliora ei dare, et credentiam vobis impositam, ubi imposita fuerit, tenere, et esse equus in omnibus causis a proximis kalendis ianuarii usque ad annum. » Si autem forma sui iuramenti (sit) espressa in statuto, sic computari poterit: « Vos iurabitis sequimentum potestatis et consilium et credentiam, et portare vestrum officium secundum tenorem huius statuti, et servare statutum in quantum ad vestrum pertinet officium bona fide, sine dolo et fraude, a proximis kalendis ianuarii usque ad annum. Sic deus et » etc.

XL. — Iuramentum notariorum.

Notariorum iuramentum sic potest computari: « Vos iurabitis portare vestrum officium pure et legaliter et fideliter bona fide, sine fraude, remoto » etc. ut supra in iudice, « et sequimentum et precepta potestatis observare, et statutum, in quantum ad vestrum officium pertinebit, et consilium potestati [4] quam melius noveritis dare et credentiam vobis in || iunctam a potestate sive iudicibus, sicut iniuncta fuerit, fideliter sic tenere, a proximis kalendis ianuarii venturis usque ad annum. Sic deus » etc. f. 10. B.

XLI. — Iuramentum militis.

Militi vel militibus sic poterit computari: « Vos iuratis sequimentum potestatis, et eius parere mandatis, et statutum servare in quantum ad vos pertinuerit, et salvare pro posse homines et bona civium Florentie et dictrictus, et consilium et credentiam etc., a proximis kalendis ianuarii ad annum. Sic deus » etc.

XLII. — Sacramentum scutiferorum.

« Vos iuratis precepta potestatis et consilium a vobis petitum eidem quam melius noveritis dare, credentiam vobis iniunctam fideliter tenere et custodire, et salvare bona civium et districtus Florentie, et abstinere a furtis et tabernis bona fide, sine fraude, a proximis kalendis ianuarii usque ad annum. Sic deus » etc.

XLIII. — Sacramentum camerarii.

Camerarius autem sic iurabit: « Iurabis [5] ad sancta dei Evangelia portare officium tuum [6] camerariatus bona fide, sine dolo et fraude, sicut scriptum est in statuto isto ad quod iuras, observare et adimplere preceptum et precepta potestatis que tibi fecerit pro communi et statutum in quantum ad tuum officium pertinet inviolabiliter observare; consilium a potestate et sua curia pro communi petitum tibi, quam melius cognoveris dare, credentiam tibi iniunctam pro communi, sicut iniuncta tibi fuerit, sic fideliter tenere, et res pro communi tibi commissas et adsignatas fideliter custodire et mihi reddere rationem, a proximis futuris kalendis ad annum. Sic deus » etc.

Iste autem forme iuramenti superius denotate potius dici possunt notule iuramenti, quam forme, cum in statutis civitatum omnia ista precipue debeant comprehendi et sint specialiter denotata. Set ne sicco pede videar incessisse, supradicta omnia huic opusculo duxi breviter adnectenda. Nunc vero ad potestatem redeundum est. Iure iurando a potestate et aliis supradictis prestito, consuevit ei incontinenti iurari a consiliariis et etiam magnatibus qui sunt in arengo, si predicta fiant in parlamento.

---

[1] ad sanum et purum..... Evangslia *om.* A. — [2] A. camerarii, milites, domicelli secundum quod eis convenit. — [3] L. adnotatem. — [4] L. potestatis. — [5] L. iurabo. — [6] L. vestrum. —

Source : BIU Cujas

XLIV. — Sacramentum magnatum et novorum consiliariorum.

Forma iuramenti huiusmodi non est necesse hic describi, cum soleat iurari hodie potius secundum consuetudinem locorum, quam alio diffinito modo; sed si non est in eo loco scripta consuetudo vel forma iuramenti, consuevit scribi forma iuramenti huiusmodi, antequam iuret potestas, a iudicibus et notarius suis. Quod si factum non fuerit, potestas, potest hoc modo facere recipi iuramentum: « Vos iuratis sequimentum domini I. potestatis nove Florentie in sua potestaria et suorum iudicum in eorum officio pro communi attendere et observare, et preceptum et precepta quod et que vobis fecerint pro communi, sive ore suo sive per nunptium vel preconem sive in scriptis sive sine scriptis, semel vel pluries, quotiens vobis data seu facta fuerint et ne fiant non cessabitis. Item pro posse iuvabitis [1] eumdem potestatem ad suum iuramentum servandum
f. 11. A. et || honorem eius et suorum manutenendum et conservandum et honorem eius communis. Item statutum, in quantum ad vos pertinet, observabitis, et consilium a vobis petitum et consilia quam meliora et utiliora cognoveritis ei dabitis. Credentiam vobis impositam, sicut imposita fuerit, sic fideliter tenebitis, et omnia alia que in brevi vel in [2] statuto contine[bu]ntur, ad quod communiter homines Florentie sibi iurabunt sequimentum; et secundum quod additum vel diminutum fuerit ab eodem suo sequimento et aliis ibidem insertis, bona fide, sine fraude et dolo et omni sophismate, observabitis proxime etc. Sic deus » etc.

Hiis itaque peractis consueverunt potestates contionari in arengo sive in consilio. Quod qualiter fieri possit, dignum est et consonans in hoc loco inserere, et aliqua convenientia vel expedientia de dicto conloquio seu parlamento sub breviloquio prelibare hoc modo. In primis roget audiri sic, si est ibi vetus potestas:

XLV. — Contio nove potestatis.

« Ego facio pregum domino potestati et sue compangie et sue curie et sapienti consilio huius civitatis et militibus et peditibus, magnis et minoribus, et toti bone genti congregate huic arengo, quod per vestrum honorem ego debeam audiri et intelligi »; vel: « quod ipse potestas per suum honorem et vos per vestrum me debeatis audire et intelligere », sive vulgariter scilicet: « intendere usque ad finem ». Et dicat et incipiat postea sic:

« Ego clamo mercè et facio prego all' altissimo deo nostro singnore, et gloriosissime virgini Marie sue matri, et ad messere sancto Iohanni », seu alii precipuo sancto illius civitatis, « et omnibus sanctis suis, quod ipse, per suam sanctissimam misericordiam et pietatem, mihi permittat et concedat dire id quod sit suus honor sanctissimus et suum placere, et honor domini potestatis et sue compangie, sit honor et gloria; et magnitudo et incrementum, pax, concordia et bonus status totius communis huius civitatis, et omnibus amicis huius communis grandis allegrança et grandis favor et magnum in omnibus incrementum ». Vel sic [3], si civitas est subdita Imperatori, post deum et sanctos dicat primo: « Quod sit honor domini nostri Imperatoris » et reliqua, ut supra. Si vero subiaceat domino Pape dicat: « Quod sid honor domini Pape et romane Ecclesie ». Vel si subiacet romane Urbi, dicat: « Quod sit honor domini senatoris et romani populi ». Vel aliter potest dicere ibi, scilicet post pietatem: « K' al mio dire sibi debeat esse ad placere », seu « sibi debeat placere in id quod sit suus honor sanctissimus » [sit] et cet. Postea sic potest incipere, vel sic incipiat:

XLVI. — Parlamentum nove potestatis.

« Ex quo placuit altissimo deo nostro segnore », seu « domino, a quo omnis sapientia progreditur et potestas, qui, prout vult, honores largitur et distribuit dignitates, et placuit sapienti consilio huius civitatis et communi nos in vestram debere eligi potestatem, immo potius, si vere dicere volumus, in vestrum famulum et ministrum; ipsius dei resistere non possumus voluntati, nec eius ordinationi debemus ullatenus contraire. Sed confisi potius de || Spiritus f. 11. B
sancti gratia, que sperantes in se nullo tempore dereliquit, et vestra legalitate, sapientia ac probitate confisi (1), potestariam et regimem vestrum prompti ingressi [4] sumus, volentes pro vobis omnem subire laborem; et etiam, si oportu(er)it, pro vobis et corpus et animam ponere et mortem recipere nullatenus recusabimus. Sane cum non precibus inducti nec aliqua vi coacti, non nostris meritis sed divina inspiratione inspirati, nos [5] in vestrum rectorem duxeritis eligendum, credimus firmiter et speramus quod nostris honoribus intendetis [6], et precepta nostra iustitiam continentia et ad laudem et honorem et bonum regimen huius civitatis pertinentia, que vobis duxerimus facienda, exaudire curabitis humiliter et devote. Amatores itaque nostri honoris et nobis obedientes atque nostra imitantes vestigia nostre dilectioni associamus, et eos nostri et communis honoris volumus fieri participes. Nostri autem regiminis contemptores nostraque precepta spernentes in nostrum hodium et contemptum, a nostro consortio separamus, et spernimus ipsos ut proprios inimicos, et nostra et communis gratia ex tunc noverint se privatos. Penam tamen specialem nunc

(1) aliter compulsi. —

[1] L. iurabitis. — [2] L. ab ipso. — [3] L. sic sic. — [4] L. egressi. [5] L. non. — [6] L. intendentes. —

Source : BIU Cujas

eisdem non imponimus, cum « nondum venerit hora nostra » (1); set credimus quod pena unius erit metus multorum (2), cuius severitate talia vel similia verebuntur alii attemptare. Ne autem de cetero quis iuste valeat excusari, vobis predicta ad presens duximus predicenda, monentes vos et ortantes, sicut umquam melius possumus, quatenus nostre monitionis memores existentes, ab illicitis et prohibitis vos abstinentes, sicut viri providi et discreti, nostram potestariam et nostrum honorem custodire et salvare in omnibus et per omnia studeatis: scituri pro certo quod, si contrarium fuerit ab aliquo attemptatum, nostram iniuriam studebimus totaliter vindicare, quod nobis in obbrobrium non poterit imputari, nec propter hoc de nostro iuramento nos deum ultorem habere aliquatenus oportebit. Ad hoc, quia deum precipue pre oculis habere debemus, cum ab ipso potestatem habeamus, « et per ipsum movemur et sumus » (3), ecclesias, hospitalia et alia loca religiosa et venerabilia, stratas, mercatores, peregrinos, pupillos, viduas, orphanos et alias miserabiles personam ad honorem dei et potestatis », si est ibi potestas vetus, « et communis vestri sub nostra protectione suscipimus, inhibentes ne aliqua iniuria inferatur eisdem. Res publicas sub nostra custodia et defensione tenebimus, et quod inde iuxerimus firmiter precipimus observari. Transeuntibus autem per vestram civitatem et venientibus ad eamdem, et maxime frumentum, vinum, oleum et alia commestibilia ducentibus, in eundo et veniendo, stando et redeundo, securitatem in rebus et personis duximus plenarie tribuendam, exceptis prohibitis et exbanditis, falsariis et latronibus, cum quibus nullum particìpium habere volumus et tractatum, nisi ad penam et extirpationem; salvo tamen in omnibus et per omnia honore et regimine scilicet domini I., cum
f. 12. A. in mente || et proposito geramus eumdem in omnibus et per omnia honorare. Ipse autem altissimus dominus, qui « prava novit dirigere in directa, et asperas in vias planas » (4), nostros gressus taliter dignetur dirigere, quod sibi sit gratum pariter et acceptum, et nobis sit laus et honor, et huius civitatis pax et concordia exaltatio et bonus status, et vestris amicis gaudium, et maximum incrementum ». Vel sic: « Ipse autem dominus omnipotens et misericors, a quo « omne datum [1] optimum et omne donum descendit perfectum » (5), per suam santissimam misericordiam nobis prestare et concedere dignetur id quod sit sibi honor » et cet. Vel sic: « Ipse autem rex, creator omnium, sua misericordia et pietate dignetur nobis concedere », seu « concedet recto tramite ambulare », vel « recto itinere incedere, ita quod sit sibi gratum, et nobis sit honor, laus et gloria, (et) huius civitatis granneça, pax, concordia, exaltatio et bonus status, et incrementum amicorum huius communis; et ite in bonam horam, quam deus vobis det ».

(1) (Iohann. II, 4). — (2) (Cod. IX, 27, 1: « ut unius pena metus possit esse multorum »). — (3) (Act. XVII, 28). — (4) (Luca, III, 5) .— (5) (Iacob. I, 17). —

Verumtamen si tempus vel de tempore veteris potestatis superest, conveniens esset (quod) nova potestas omnino se abstineret a preceptis et prohibitionibus que ad veterem potestatem pertinent, cum non liceat falcem mittere in segetem alienam; nisi regimen veteris potestatis ita esset turbatum, quod administrare non potest. Nova uti potest predicto colloquio usque ad illam clausulam: « Ad hoc, quia deum precipue » et cet., et postea referre gratias potestati et communi de honore sibi collato hoc modo: « De honore vero magnifico nobis et nostro adventui collato gratias innumeras referimus potestati et sue compangie, militibus et peditibus et toti communantie. Ipse autem altissimus dominus » et cet.

Vel aliter sic potest contionari, premisso superiori exordio precum:

XLVII. — **Contio potestatis.**

« Inter cetera, que cupiunt hodie civitates, hoc precipuum exigunt et affectant, ut ab eorum potestatibus et rectoribus regantur viriliter et potenter in iustitia et equalitate, statuto cuiusque civitatis integre observato, civitatem tenendo pacificam et quietam, puniendo maleficia, fures et latrones ac falsarios radicitus extirpando. Per hec enim frena civitates reguntur et tenentur pacifice, crescunt, ditantur et maximum recipiunt incrementum. Unde nos, qui vestram potestariam et vestrum regimen venimus portaturi, disposuimus hoc anno hec omnia, dante domino, precipue observare, cum ab ipso rerum omnium creatore nostrum cognovimus dominium processisse; qui, prout vult, in se sperantibus improvisos largitur honores, distribuit dignitates. Sed [2] (de tempore) potestatis [3] quem in suo regimine fama laudabilis plurimum recommendat, duximus abstinendum; cum suo honori et magnitudini tam a nobis quam a vobis in omnibus et per omnia sit plurifariam deferendum, tamquam viro honorabili provido et discreto. Adveniente autem tempore nostri regiminis, cum effectu prohibitiones, banna, precepta et alia que noverimus nostro regimini expedire, domino per || mictente, effectui curabimus man- f. 12. B.
cipare. Verumtamen ad vestram reducere notitiam volumus [oblivisci], vobis bona fide consulentes, quatenus ab illicitis, prohibitis et malefactis vos abstinentes, dominum G. vestram potestatem taliter usque ad finem sequi velitis, quod sibi sit honor et gloria, et vos inde possitis merito commendari. De honore autem a vobis in nostro adventu exibito, sibi domino G. vestre potestati et vobis referimus gratiarum multimodas actiones. Ipse autem rex regum et dominus dominantium, humani generis conditor et redemptor, domino G. potestati vestre, vobis et nobis suam gratiam tribuere

[1] L. donum. — [2] L. seu. — [3] L. potestates. —

Source : BIU Cujas

dignetur, et id nos agere faciat et permittat quod sibi sit gratum et acceptum et vobis sit laus et honor, gloria, pax, concordia, exaltatio, et bonus status huius civitatis, et vestris amicis omnibus incrementum ». Et sic imposito fine, si placet veteri potestati, licentiet populum, si est in contione, vel consilium, si est in consilio, dicendo: « Ite in bonam horam »; vel: « Ite cum domino ». Si vero potestas vetus non vult dare [1] licentiam, set vult ipse respondere et licentiare, poterit hoc modo, premisso exordio precum supradicto vel alio simili superiori:

XLVIII. — Contio responsiva superiori

« Gratias et laudes dignissimas referre possumus et referimus rerum omnium creatori, qui dignatus est nobis et vobis potestatem sufficientem vestro regimini elargiri et nobis, ut audistis, virum eloquentissimum, sapientem, providum et discretum relinquere successorem, cuius regiminis sapientia et doctrina Mediolanensem » seu « Romanam urbem posse credimus honorabiliter et magnifice gubernari. De eo autem quod de nostra persona et de nostris operibus ac [2] honore sibi dicere placuit et narrare, sicut socio et amico karissimo, sibi gratias referimus gloriosas » seu « copiosas, optantes eidem in omnibus et per omnia omni tempore complacere. Super illo sane, quod honori nostro deferens, tempore nostri regiminis precipiendi et prohibendi sibi assumere noluit potestatem, suam discretionem multifariam commendamus, cum non liceat falcem mittere in segetem alienam; non tamen ob hoc dicimus quin ipse non possit pro suo arbitrio precipere et vetare, ubicumque haberemus aliquam potestatem, propter dilectionem et fiduciam, quam in ipso gerimus specialem et maxime cum monitiones, consilia et recordationes eiusdem pro preceptis omnimode habeamus. Quare vos rogamus, monemus, precipimus et consulimus vobis ipsis, quod eius monitiones, recordationes et consilia taliter tenere memorie debeatis, quod deo inde placeatis et inde possit vestra discretio merito commendari. Ipse autem omnipotens deus, a quo omnis gratie plenitudo emanat, et « omne datum optimum et omne donum perfectum descendit » (1) sua sanctissima misericordia et pietate nobis parare dignetur nostri regiminis finem consequi gloriosum. Et vobis domino I. tribuat et permittat vestrum regimen bene incipere, melius exequi, et optime consumare, ita quod ipsi deo sit placibile et acceptum, et vobis sit honor, laus et gloria; et hec civitas cum suis amicis consequatur
f. 13. A. inde ma || ximum incrementum ». Et sic licentiet populum, dicendo ut supra dictum est.

(1) (Iacob. I, 17). —

[1] L. det. — [2] L. hac. —

XLIX. — Facto iuramento, quid faciendum sit potestati

His vero sic peractis, acepta licentia a veteri potestate, revertatur nova potestas ad hospitium, et constituat illos, scilicet cappellanos seu baiulos cuiusque parrocchie, qui pro eo, iurati tamen prius, recipiant iuramenta aliorum, sequimenti videlicet potestatis; et faciat peti a veteri potestate, ut precipiat preconiçare et banniri per civitatem, ut omnes homines iurent sequimentum nove potestatis ad certum terminum, sub pena a nova potestate statuta. Et ipse nova potestas faciat recipi iuramentum militum et magnatum per notarios suos.

L. — Qualiter consiliarii eligantur.

Postmodum die sequenti, licentia postulata a veteri potestate, faciat consilium civitatis in aliqua ecclesia, et per eos more solito faciat eligi novos suos consiliarios; quibus electis et postea convocatis vel citatis, faciat eos subire iusiurandum more solito et consueto. Si vero non est consuetudo eosdem consiliarios creari per veteres consiliarios, observetur consuetudo civitatis, faciendo eos vocari communiter de militibus et peditibus per bonos viros cuiusque contrate vel parrocchie seu regionis. Hiis itaque vocatis et electis, faciat eos iurare, sicut dictum est supra.

LI. — De electione executorum et aliorum officialium.

Sequenti vero die, postquam dicti consiliarii iuraverint, faciat eos congregari in aliquo loco vel ecclesia, ibique per breves vel alio modo secundum statutum vel loci consuetudinem, faciat eligi executores, numptios, castaldiones seu baiulos vel quocunque alio nomine censeantur, et omnes alios officiales curie secundum sui statuti tenorem, quod statutum faciat sibi legi. Et illud legant et notent iudices et notarii sui die noctuque, notando singula que fieri debent, ut suo tempore queque fiant, que fieri debent, ne de negligentia vel ignorantia valeant reprehendi.

LII. — De iuramento executorum et aliorum officialium.

Facta electione numptiorum sive baiulorum et aliorum officialium, precipiat potestas ipsos citari et ad se venire; quos iurare faciat sequimentum suum et eorum officium portare secundum formam statuti, et consilium et credentiam et alia que tales iurare consueverunt; quibus sic peractis, de levi postmodum poterunt expediri que fuerint facienda ante initium sui regiminis durante officio veteris potestatis.

Source : BIU Cujas

* LIII. — **Si potestas invenerit civitatem esse in aliqua discordia seu presaliis sive predis cum convicinis, quid sit faciendum eidem** [1].

Si vero civitas est in aliqua discordia cum convicinis civitatibus seu aliis terris propter presalias, robarias, seu predas, vel ob alias causas, dignum est ut habito consilio cum suis consiliariis quid inde sit faciendum, mittat licteras suas potestatibus seu rectoribus illorum locorum, continentes quod velit omnem materiam scandali seu discordie hinc inde aboleri et pacem et concordiam ab utraque parte in
f. 13. B. melius reformari, et || quod velit cum ipsis, si placet, habere colloquium, ad quod celebrandum diem et locum statuant pro velle suo [2]. In quo colloquio consuevit disponi qualiter emendatio hinc inde [3] fieri debeat sive per semetipsos sive per arbitros communiter ibidem electos; et interim treuguam constitui, ne aliqua offensio inter eos fiat; et si, quod absit, contra fieret, ex certo modo et [4] infra certum terminum et tempus debeat emendari [5]. Ad quod colloquium potestas decenter associatus de nobilibus et sapientioribus civitatis, tam ex consiliariis quam ex aliis communiter absumptis, cum iudice et notariis honorifice accedat. Et hic est unus articulus de reformatione civitatis: expedit enim unicuique tam interius quam exterius pacifice gubernari.

LIV. — **De honore quam potestas nova debet conferre veteri potestati.**

Inter cetera vero, que nove conveniunt potestati, hoc precipue eidem creditur convenire, ut veteris potestatis animum sanare, linire et [d]incorare studeat et procuret, eidem conferendo honorem in quibus poterit tam in suo regimine, quam in exitu et recessu ipsius attemptius providendo, ne tempore sindicationis et rationis reddende ultra quam debeat et in quibus non debeat indebite molestetur; calumpniantium enim iniquitates per legitimos tramites a presidibus et iudicibus viriliter sunt expellende ([1]). Et sciat pro certo quia et ipse ad hoc tempus veniet et desiderabit, ut [6] bonus pater, sibi relinquere filium congruum et utilem successorem, ut eadem mensura qua messus est vel fuerit in patre, remetiatur ei a filio et successore suo. Est enim quod ipse fuit, erit sane quod hic est: tales enim filii se ostendere debent in patrem, iuxta imperialem sanctionem, quales et ipsi a filiis suis haberi desiderant et peroptant.

LV. — **Quando potestas nova intrat palatium.**

Adveniente autem tempore sive die sui regiminis intrandi et cum effectu prosequendi, dominus sive potestas novus, audita missa, in nomine domini palatium communis ascendat et solium glorie teneat. Banna sibi scribi faciat (que) sint sine contradictione constituti. Banna nova mittere et imponere potestas faciat; que banna sint bene composita et sint convenientia et expedientia sibi et civitati cui preest, eaque legi faciat in prima contione sive arengo sive consilio: « gaudent enim novitate moderni » ([1]). Que contio sive arenga fiat in prima die sollempni sui regiminis, sive sit dies dominica sive aliud festum sollempne. In quo arengo primitus surgens proponat sive contionetur, et postea legantur banna sua nova. Sin autem banna nova secundum formam statuti imponere non potest, faciat ibi legi statutum, saltim illa capitula, in quibus pene continentur, ut delinquentes nullam valeant excusationem habere, vel ignorantiam allegare. Et postmodum hiis lectis, surgat et finem arengo imponat, nec patiatur aliquem civium surgere ad loquendum in ipso parlamento, maxime si civitas sit divisa. Quare si unus loqueretur ibi, alius ex alia parte similiter vellet loqui ibidem, et oporteret potestatem ipsum loqui (facere); alioquin equabilitas non servaretur ibi, quod esset inconveniens et odiosum, cum ipsa equa-
f. 14. A. bilitas in civitatibus precipue sit ser || vanda. Verumtamen quedam sunt civitates, in quibus non consuevit fieri arengum ita in principio, sed solummodo talia in consilio generali consueverunt proponi et legi, sicut in egregia Florenti(n)a civitate. Sed in illis locis et civitatibus, in quibus consuevit contionari seu arengum in plateis celebrari, sic potest se breviter expedire potestas, si vult. Non tamen dico, quod sic necesse habeat proponere seu contionari, cum multe sint vie exordiendi. Sane conveniens satis esse posset prima contio supra notata, specificando ibi penas, detracto tamen nomine veteris potestatis, vel non habita ibi eius mentione. Si vero illi non placuerit, sic breviter se potest expedire potestas. In primis sedato rumore populi, petat audiri, quod sic fieri consuevit.

LVI. — **Parlamentum nove potestatis.**

« Noi faimo pregu alla cavallaria et al popolo et a ttutta l' altra bona gente, la quale ene e(n) quistu arengo, et generalmente a ttuttu 'l comunu de questa cittade, ke per lo vostro honore nui debiamo essere entisi fine a ffine del nostro dire. E ffaimo prego e clamamo mercè a l' alto dio nostro signore et a la

(1) (Inst. Proem.: « etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat »). —

(1) Priscianus. —

1 A. Quid faciat rector si invenerit civitatem in aliqua discordia cum vicinis vel aliis terris. — 2 pro velle suo *om.* A. — 3 hinc inde *om.* L. — 4 ex c. m. et *om.* A. — 5 *reliqua om.* A. — 6 L. venire desiderabit et ut ut bonus pater etc. —

Source : BIU Cujas

vergene gloriosa madonna sancta Maria sua matre benedicta » et illi sancto qui preest illi civitati « ke essu per sua sanctissima misericordia et pietate a nnui permetta et conceda quello a dire et ad operare ke sia sou sanctissimo honore et placere, sia honore de nui et de nostra compangnia et de tutta nostra corte, et scia honore, laude, pace, concordia et granneça et bonu statu del comunu de questa cittade et de li soi amici ».

LVII. — Contio nove potestatis.

« Ab illo domino credimus processisse, a quo est omnis gratia et potestas et a quo honores procedunt et veniunt dignitates, quod nos debemus esse vester rector et potestas, immo ut ita loquamur, serviens et minister, ad vestrum regimen exequendum pariter et portandum. Quare intendimus firmiter et speramus quod ipse nobis iter rectum et gloriosum monstrabit, et nobiscum erit in nostris negotiis honorifice et utiliter peragendis, et ad vos conducendos et regendos viriliter et potenter in iustitia et equitate. Et licet ad tantum honus portandum non simus sufficientes sive digni, tamen de Spiritus sancti gratia confisi, qui sperantes in se nullo tempore dereliquit, et vestra probitate et legalitate inducti, que per diversas mundi partes plurimum commendatur, ad vestrum honorabile recimentum portandum secure accessimus, omnem laborem pro vobis subire et etiam si oportuerit, corpus, vires, et animam pro vobis ponere nullatenus dubitantes. Sane cum non precibus inducti seu aliqua vi cohacti, vestro regimini et potestati nos duxeritis supponendos, credimus et speramus quod nobis non recusabitis obedire, et nostris et communis honoribus vobis cavebitis contraire, maxime cum credamus nostra precepta et mandata in se continere iustitiam et vestri communis, dante (deo), decus, laudem et maximum incrementum. Volumus itaque nostra vestigia imitantes et nostris monitionibus et mandatis parentes, de honoribus || vestri communis fieri participes, f. 14. B. et a nobis, sicut decet, in omnibus et per omnia honorari. Inobedientes autem nobis et nostra precepta contempnentes a nostro consortio penitus volumus fieri alienos utique nostram gratiam penitus elongantes. Nec propter hoc tales insultent, quod eis ad presens penam non imponimus specialem. Credimus, (enim quod) severitas pene unius erit metus multorum (qui verebuntur talia) vel similia perpetrare »; vel sic: « deterret eos a proposito delinquendi, cum acrius debeat puniri qui eum offendit, quem voluntarie habuerit, seu cui se voluntarie supposuerit, quam ille qui sub dominio alicuius consistit invitus. Ne igitur ex ignorantia possit aliquis excusari, banna nostra, seu constitutiones vestras publice legi volentes, monemus vos et ortamur, sicut possumus, quatenus illicita et prohibita devitantes, nostrum honorem et regimen sequi velitis, et contra nostram potestariam venire nullo modo in aliquo attemptetis, scituri pro certo nos in contemptores nostri mandati et deliquentes taliter processuros, nostram et communis iniuriam ulciscentes, quod iuramento nostro deum habere ultorem minime oportebit, et a vobis nullatenus nostre poterit conscientie improperari. Cupientes igitur vestram civitatem retinere pacificam et tranquillam, et omnes et singulos in sua iustitia confovere, et parvos iusta magnos in suo statu et iure libere commorari, latrones, falsarios et prohibitos omnimodo diffidentes, ecclesias, hospitalia et alia loca venerabilia, horphanos, pupillos, viduas et alias miserabiles personas et impotentes, quos de iure iuvare tenemur, stradas, peregrinos, mercatores sub nostra protectione suscipimus moraturos, prohibentes ne eisdem aliqua iniuria inferatur. Iura vero, possessiones et loca publica huius civitatis sub nostro dominio retinebimus, et quod inde duxerimus faciendum ex nunc precipimus firmiter observari. Venientibus autem vel venire volentibus ad hanc civitatem tutum iter paramus et moram securam, exceptis falsariis, latronibus, exbanditis, prohibitis et nostris publicis inimicis. Ipse autem misericors dominus, qui novit civitatem custodire et exaltare [1], per suam sanctissimam pietatem et misericordiam nos custodiat, et gressus nostros per viam rectam dirigens nos taliter operari permittat, quod sibi sit gratum et nobis decus, laus et honor, et omnibus nostris amicis maximum incrementum ». Et sic sedens precipiat legi banna sua seu constitutiones civitatis; et hiis lectis, non permittens aliquem surgere ad contionandum, surgat ipse et incedat hoc modo, et si vult roget iterum deum dicens:

LVIII. — Contio potestatis.

« Ad ipsum deum nostru signore sì nne tornamo et pregamo lui, k'el nostru dire li sia a placere in quello ke ssia sou sanctissimo honore, et sia ad honore et grandecça, et utilitate de questu communu et de de tutti li nostri amici.

« Intellexistis dicta et banna nostra » seu « constitutiones vestras publice proponi et legi coram || vobis; f. 15. A. et nos ea confirmantes mandamus custodiri firmiter et teneri, et sicut primo dixi(m)us non poterit aliquis ex ignorantia de cetero excusari, nec poterit nobis obici quod ea non predixerimus et fecerimus publicari. Caveant itaque sibi omnes et singuli a malefactis, et prohibitis se abstineant, ne nos ad iram provocent, et ne animum nostrum concitent versus ipsos. Disposuimus enim iniuriam acrius ulcisci in eos qui nostri sunt et nostra tenentur servare mandata, quam illos

[1] L. exultare. —

Source : BIU Cujas

qui extranei sunt et penitus alieni; nec sperare veniam contra nostrum honorem a nobis debent qui committunt in legem nostram, quam iuravimus firmiter observare. Et licet Jesum Christum teneamur semper in nostris actibus invocare, ut prosperos et felices ad vota consequamur successus, cum permissione sua dominemur et simus, potestatem nobis gladii rationabiliter attributam ab eodem tenentes, in malefactoribus tamen eidem disposuimus contraire, si contradictio potest dici, non reddendo eisdem secundum novum testamentum bonum pro malo sed malum pro malo; et stultis secundum eorum stultitiam respondentes, veteris testamenti et legum civilium severitatem disposuimus imitari, credentes eidem domino Jesu Christo inde merito complacere, cum secundum apostolicam doctrinam positi simus ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Hoc autem et vos scire volumus, quia ad vos venimus ut decus, laudem et bonum nomen magis lucremur quam lucrum aliquod temporale. Ipse antem omnipotens dominus sua misericordia et pietate honores, dignitates, et grandeças vobis et nobis nostro tempore et semper accrescens, gressus nostros in viam rectam taliter dignetur dirigere, quod sibi sit laus et honor, et vobis et nobis sit decus et gloria et grandis bona fortuna, et vestris amicis gaudium et maximum incrementum ». Et sic, hoc fine posito, dicat: « Et ite in bona ora, ke dio ne dia ». Hiis ita peractis revertatur ad palatium, et convocatis iudicibus suis et aliis officialibus curie, et hiis ammonitis ut infra dicetur, precipiat curias retineri et ius omnibus et singulis reddi.

* LIX. — Incipit de vitiis evitandis [1]. De hiis que conveniant potestatibus aliisque administratoribus et civitatum rectoribus [2].

Nunc autem que conveniant et expediant [3] potestatibus, rectoribus et aliis administratoribus civitatum in hoc loco adnectamus [4]. Convenit enim potestatibus et rectoribus civitatum in primis abstinere se ab hiis, a quibus mandant alios abstinere, dicentes cum Apostolo attestante: « Primitus castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte dum alios predicavero ipse reprobus efficiar » (1). Et alibi Cato testatur dicens:

« Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum » (2).

Et in hac parte exemplum galli licet accipere, qui se cum aliis percutit suis prius quam cantare incipiat. Et ad similitudinem Imperatoris preses provincie sive potestas debet esse et se existimare legibus alligatum, etiamsi non esset. Nam licet Imperator non sit legibus astrictus, digna tamen vox est se velle profiteri esse legibus alligatum (3): nihil enim sic proprium est imperii, quam legibus vivere. Satis enim laudabile est bene loqui si vita bona || subsequatur. f. 15. B. Bene autem loqui et male vivere nichil aliud quam se sua voce dampnare (4). Igitur « oratorem te putas, si tibi ipsi quod oportet persuaseris » (5). Qui ergo occiderit in laqueum, quem tetendit aliis, non solum redarguendus erit, sed merito deridendus.

* LX. — De ebrietate evitanda.

Ebrietatem [5] autem devitent et pocula ebrietatem inferentia penitus spernant, Apostoli consilium assumentes: « Nolite inebriari vino in quo est luxuria » (6); et exemplum Salomonis dicentis:: « Noli respicere vinum cum color flavescit eius in vitro; blande quidem ingreditur, sed in fine mordebit ut coluber, et velud regulus fundet venena sua » (7). Qui enim ebrii sunt extra se positi sunt. O quam magna infamia est et dedecus [6] rectori ebrio, qui nec sibi nec aliis consulere potest; nec se nec alios regere valet, qui positus est ad regendum alios, ut reddat cuique ius suum: impeditus culpa sui non vini: quia [7] non est culpa vini, sed est culpa bibentis (8). Multi vero propter crapulam perierunt. Et multa alia exempla auctorum et poetarum induci possunt, quod ebrietas sit omnino vitanda et penitus fugienda eo quod valde periculosa sit et nociva, hoc modo [8]:

Infestam constringe gulam memoratus avorum (9);
Cum pluvies superant consita, queque necant [9].

Membra valere facit parcum moderamine guttur;
Et lira dulcisonos dat moderata modos.

. . . . . .

« Utilis est homini potus et esca brevis » (10).

Igne domus valido consumitur intus et extra;
Igne cor et corpus crapula rodit edax.

Sat solet esse bonum gentem superare cruentam;
Set melius cupidam vincere posse gulam.

Solida [10] virtute gulam [11] constringe rebellem;
Confert inviti [12] colla domare bovis.

---

(1) Apostolus (Corinth. IX, 27). — (2) Cato (Vers. 60). — (3) ut de legibus et constitutionibus, l. digna (I, 14, 4). — (4) Augustinus. — (5) Seneca (Prov.). — (5) Apostolus (Ephes., V, 18). — (7) Salomon (Prov. XXIII, 31-32). — (8) (Cato, vers. 132: « Nam nullum crimen vini est: sed culpa bibentis »). — (9) idest antiquorum vel avorum in quibus pluvie etc. — (10) (Bernardus, De improb. vit. cap. 7; Hieremias de Montagnone, IV, IV. 16). —

---

[1] L. *in margine*; A. *om.* — [2] A. De h. q. c. potestati, administratoribus et aliis rectoribus civitatis et primo quod non sint ebriosi. — [3] et expediant *om.* A. — [4] A. dicamus: *reliqua om.* — [5] A. Ebrietatem etiam debent evitare et pocula, quia qui ebrii sunt extra se positi sunt. O quam magna infamia etc. — [6] et dedecus *om.* L. — [7] quia *om.* L. — [8] multi vero..... hoc modo *om.* A. — [9] L. negant. — [10] *Codd.* sollita. — [11] L. liguam. — [12] L. invitis. —

Source : BIU Cujas

Libera sepe ruit citius gula mortis ad ima;
Et solet in preceps currere liber equus.

Impius in scelerum ridet [1] gravitate suorum;
Letaque balbutit lingua gravata mero.

Sordescit rivus pluviali plenus ab imbre;
Sordet [et in] soluto [2] flumine plena gula.

Sepe tremenda virum rapiunt [3] peccata gulosum;
Escaque decipula sepe retentat avem.

f. 15. A. Urbe fugit populus diroque [4] vincitur hoste; ||
Mens fugit ut fuerit gutture victa caro.

Sepe gula saturi pereunt [5] absente dieta;
Sepe gula moritur ni reprimatur equus [6].

Impia [7] mortifere mens subditur ebrietati;
Vipera vipereo [8] mordet amore parem.

Ebrius est nullo jam mortuus aptus honori;
Mortuus efficitur vilis ad omne canis.

Dulcis ebrietas intrat nocitura profanis;
Dulce sibi diro virus in angue manet.

Cum tibi vina placent, non immoderantia regnent [9].
Perdit enim cursum non moderatus equus.

Discipat ampla brevis tinee corrosio vestem;
. . . . . .

Magna perit modico plerumque foramine navis;
Ebria congestas femina rodit [10] opes.

Apta ferunt sapidos sitienti vascula potus;
Sobria fert mulier gaudia multa viro.

Dulces sobrietas prebet virtutibus escas;
Dulces dat soboli mater amica dapes.

Umbra [11] viatores nimio demulcet ab estu;
« Sobrietas homines absque dolore nutrit » (1).

Abstinet ore suos ut pascat avicula pullos;
Abstinet ut sensus [12] vir bene doctus alat.

Non corpus mentemque premat tibi potus et esca;
Bina facit volucres ala volare polo.

Quando caret maculis oculorum gaudet acumen;
Mens gravitate gule purificata nitet.

Jeiunans Moyses legem suscepit ab alto;
Non valet ingluvies legis amica fore.

Decipiente gula primi periere parentes;
Loth ruit ut Noe prepediente mero.

Non igitur superet gula tentatis amica:
Set sis angelica sobrietate pius.

Sic ferat te dominus, non in temptamina ducet;
f. 16. B. Si tua mens vincat sobrietate gulam. ||

(1) (Bernardus, De impr. vit. cap. 7; Hierem. IV, 1V, 16). — (2) Salomon (Prov. XXIII, 21). — (3) Ysaias (V, 11, 22, XXVIII, 1-7). — (4) Osea (VII, 5).

1 A. reddet. — 2 L. solido. — 3 L. capiunt. — 4 L. direque. — 5 L. perimit; A. perivit. — 6 *hunc vers. om.* A. — 7 *Codd.* impie. — 8 L. viperio. — 9 A. regnet. — 10 A. reddit. — 11 L. umbria. — 12 A. suos. — 13 verum e. e. u. ait *om.* A. — 14 L. *add.* quod. — 15 *Codd.* simbolo. — 16 L. nescientur. —

« Ebrietas vero verenda nudavit, incestum commisit, filium regis occidit, principem exercitus jugula vit. Verum est ergo ut ait [13] Salomon [14]: " vacantes potibus et (dantes) simbola [15] consumentur „ (2). Et Ysaias: " Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad vesperum ut vino estuetis. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad (miscendam) ebrietatem. Ve corone superbie Efraim. Sacerdotes et prophete nescierunt [16]: pre ebrietate absorti sunt a vino [17] „ (3). " Ceperunt principes furere a vino „ (4). Venter enim satur Venerem amplexatur [18] » (5).

* LXI. — De superbia expellenda a potestate sive presidibus [19].

Superbiam vero omnimodo potestas civitatis a se expellat, de qua licet prius dicendum fuisset quam de ebrietate, cum sit radix omnium malorum, quia tamen in colloquiis et contionibus et aliis non decet potestatem linguam balbutientem habere, etiam superbiendo [20], ideo de ebrietate prius tractatus est supra habitus [21]. Et merito superbia est repellenda a preside: scriptum est enim [22]: « Dispersit superbos mente cordis sui » (6). « Superbia enim presumptuosa, que non solum angelos voluit deo adequare, sed homines presumpsit deificare. Porro quos erexit deprexit et quos exaltavit humiliavit. Hinc enim ait dominus ad prophetam: " Fili hominis, dic principi Tiri [23]: hec dicit dominus deus: eo quod elevatum est cor tuum, quasi cor dei, et dixisti: deus ego sum, (cum) sis homo et non deus; idcirco adducam super te robustissimos gentium et interficient te et morieris in interitu occisorum [24] „ (7). Nabuchonodosor, quia potentiam suam superbe iactavit et ait [25]: " Nonne hec est Babillon [26], quam ego hedificavi in domum regni [27] in robore fortitudinis mee et in gloria decoris mei?, cum adhuc esset sermo in ore eius, vox de celo ruit: Tibi [28] dicitur, Nabuchodonosor rex [29]: regnum tuum transiet a te, et ab hominibus te eiciam [30], et cum feris et bestiis erit habitatio tua [31]; fenum quasi bos comedes, et septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod Excelsus dominatur in regno omnium, et cui-

— (5) (Innoc. PP. III, De contemptu mundi, II, 20-21). — (6) (Luca, I, 51. — (7) (Ezech. XXVIII, 1-8). —

17 et Ysaias.... vino *om.* A. — 18 venter.... amplexatur *om.* A. — 19 A. de superbia vitanda a preside. — 20 etiam superbiendo *om.* A. — 21 A. prius tractatum est. — 22 a preside *om.* L.; scr. est enim *om.* A. — 23 L. Tiro. — 24 superbia enim.... occisorum *om.* A. — 25 A. quia se superbe iactavit dicens. — 26 A. Babillon etc.; *om.* quam ego..... decoris mei. — 27 L. regis. — 28 L. cui. — 29 A. vox de celo facta est super eum et dixit: Rex Nab. — 30 *Codd.* eicient. — 31 A. habitatio tua etc.; *om.* fenum.... quod legitur. —

Source : BIU Cujas

cunque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor „ (1). Verum est ergo quod legitur: " Homo cum in honore esset, non intellexit [1]; comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis „ (2). Superbia turrem [2] evertit et linguam confudit [3], prostravit Goliam et suspendit Aman [4], interfecit Nicaronem et peremit Antyochum, Faraonem submersit et Senacherib [5] interemit. Quam [6] detestabilis sit superbia, dominus ipse per prophetam testatur: " Juravit dominus deus in animam suam, dicit dominus deus exercituum: Detestor ego superbiam. Et iuravit dominus in superbia Jacob: Si oblitus fuero usque ad finem (omnia) opera eorum „ (3). " Sedes ducum superborum destru(x)it deus et superbarum gentium radices arefecit „ (4). Unde inter sex illa [7], que dominus odit, et septem, que detestatur anima eius, Salomon (5) primo ponit oculos [in] sublimes id est [8] superbiam. Et Ysaias: " Dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum et (super omnem) arrogantem; et humiliabitur [9] (eis altitudo virorum); et super cedros omnes Libani et
f. 1. A. sub || limes et erectas [10], et super omnes quercus Basan. Et super omnes montes excelsos, et super omnes colles elevatos. Et super omnem turrem [11] excelsam, et super omnem murum munitum. Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum. Propterea dilatavit animam suam infernus et aperuit os suum absque ullo termino, et descendent sublimes eius ad eum [12]. Dominus exercituum cogitavit hoc ut detraheret [13] superbiam omnis glorie „ (6). Iob quoque dicit: " Si ascenderit usque ad celum superbia (eius) et caput eius nubes tetigerit, quasi stirquilinium in fine perdetur [14] „ (7). Omnis fere vitiosus diligit sibi similem, superbus autem odit el(ev)atum. Unde Sapiens: " Inter superbos semper iurgia sunt; et ubi fu(er)it superbia ibi et contumelia „ (8). Superbia insolita [15] gestit, consueta fastidit, magnum reputat si loqui dignetur; maximum si surgat et amplexetur; extimat plus dignitatem ab ipso quam ipsum effectum [16] ex dignitate; nunquam vult uti paternitatis affectu, set semper vult uti dominationis imperio [17]. " Superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius plusquam fortitudo eius „ (9). Unus ergo deus est, unus dominus, ceteri non sunt domini sed ministri. Audi super hoc Sapientem: " Rectorem te posuerunt, noli extolli; esto illis quasi unus ex illis „ (10). Licet autem omnis potestas a deo sit, superbus autem non regnat ex deo, secundum illud propheticum: " Ipsi regnaverunt, sed non ex me; principes extiterunt, et non cognovi eos „ (11) » (12). Superbia sane hiis et multis auctoritatibus detestatur; detestatur ergo versibus auctorum et poetarum [18]:

Impia te fugiat, nec ad alta superbia tollat;
Quo magis ascendit, plus cito flamma cadit.

Prima scelus genuit, mox lapsa [19] superbia celis
Mox cadit a nebulis missus ad alta lapis.

Glorificans humilem sequitur precelsio mentem;
Planaque plus arbor fructificare solet.

Spiritus ima petit citius tormenta superbus;
Alta negant fructus, altaque ligna ruunt.

Altius ut bullit plus fervida funditur unda;
Funditur in nichilum mens feritate tumens.

Tendit ad excelsum plaudens que [20] superbia nomen;
Fracta tamen rauca cimbala voce sonant.

Instat se nimia frangendus laude superbus:
Et nimio cantu pressa cicada crepat [21].

Clausus sit [22] stabilis [23], fugiet thesaurus apertus;
Laus tacitos sequitur, lausque vocata fugit. || f. 17. B.

Gloria plus miseros solet offuscare superbos;
Denique plus claudi crura [24] decora notant.

Inclita laus humiles [25] sequitur virtutis amicos;
Mollis enim vestis regibus apta placet.

Magna solent altos constringere fulgura montes;
Fructus tristitie sepe superbus [26] erit.

Alta voce solent se glorificare superbi;
Set male fex oriens utre crepante [27] fluit.

« Vana superborum vacuat jactatio mentem » (13);
Et tenuem pennam ventus abire facit.

« Firma solet virtus humiles servare quietos;
Non cadit in plana qui requiescit humo » (14).

Sepe solet blandus minace [28] superbior esse;
Sepe magis rapida plana nocebit aqua.

Vult summo superesse deo cum quisque superbit;
Set cedens oleo quelibet unda subest.

Pestem nemo potest mulieris ferre superbe;
Nemo sub accenso substinet igne manum [29].

Sepe supercilium nequit altas flectere rugas;
Sepe ferox animal nemo domare potest.

---

(1) (Daniel. IV, 30-33). — (2) (Psalm. XLVIII, 13). — (3) (Amos VI, 8; VIII, 7). — (4) (Eccli. X, 18-19). — (5) (Prov. VI, 16-17). — (6) (Isaias, II, 12-17; V, 14; XXIII, 9). (7) Iob (XX, 6-7). — (8) Salomon (Prov. XIII, 10; Xi, 2), — (9) (Isaias, XVI, 6). — (10) Salomon (Eccli. XXXII, 1). — (11) Propheta (Oseas, VIII, 4). — (12) (Innocent. PP. III, De contemptu mundi, II, 32-35). — (13) (Bernardus, De improb. vitiorum, cap. 2; Hierem. de Mont. IV, III, 4). — (14) (Bernardus, De improb. vitiorum, cap. 2; Hierem. de Mont. IV, III. 3). —

---

1 A. intellexit etc.; *om.* comparatus.... illis. — 2 *Codd.* terram. — 3 *Codd.* confundit. — 4 L. Amon. — 5 L. Senechem. — 6 quam detestabilis..... opera eorum *om.* A. — 7 unde intra ex illa..... ubi fuerit superbia ibi et contumelia *om.* A. — 8 L. et. — 9 L. humiliter. — 10 L erectus. — 11 L. terram. — 12 L. deum. — 13 L. deterreat. — 14 L. prodetur. — 15 L. in solida. — 15 *Codd.* assecutum. — 17 A. dom imperio. Cogita igitur quod rectorem te pos. *etc.* — 18 licet autem.... poetarum *om.* A. — 19 L. laxa. — 20 L. plaudeque. — 21 A. necat. — 22 L. erit. — 23 *Codd.* stabulis. — 24 A. claudi; L. clade dura. — 25 L. humilis. — 26 L superbis. — 27 A. iure crepare. — 28 L. minore. — 29 L. manu. —

Source : BIU Cujas

Gloria quos inflat cuspide [1] iactantia frangit,
Vescice tumide parvulus ictus obest.

Regum corda solent humiles placare ministri;
Nec sibi prostratis scit ferus esse leo.

Exultant humiles domini merentque superbi;
Terra madens floret, sicca vacabit humus.

Servi cum dominis nequeunt durare superbis;
Piscis in abrupto vivere morte nequit.

[2] Desinat itaque superbire quacumque preditus potestate, cum humilem esse conveniat quem maior cumulus probitatis exaltat. Ysaias: « Super quem requiescet spiritus meus nisi super et quietum et trementem sermones meos ? » ([1]).

Quo maior fueris mitior esse velis.

* LXII. — De ira evitanda [3].

Abstineat autem potestas ab ira gravi, et maxime inter suos: « Ira [4] enim animum impedit ne possit cernere verum » ([2]). Et si non potest in totum se abstinere
f. 18. A. ab || ira, tamquam vir fortis et prudens mitiget ipsam nec permittat sibi ab ea imperari. Scriptum est enim: « Irascimini et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram » ([3]). Item alibi: « Ira viri iustitiam [5] dei non operatur [6] » ([4]). « Fulgur ubi cum potestate [7] habitat iracundia. Gravissima est probi hominis iracundia. Homo extra corpus suum est cum irascitur. Iratus etiam [8] facinus consilium putat. Iracundiam qui vincit, hostem maximum superat » ([5]). « Ira procul absit cum qua nihil recte [9] fieri potest » ([6]). « Nil minus quam irasci punientem [10] decet » ([7]). « Quid enim est honorabilius [11], quam eum cuius ire nihil [12] obstat ? » ([8]). « Eteuim quid est stultius quam hoc, ab iracundia petere consilium, rem stabilem ab [13] incerta, fidelem ab infida, sanam ab egra [14] ? Iratus in totum inequalis, quod modo ultra quam oporteat excurrit, modo citerius debito resistit [15]. Sibi enim indulget, ex libidine iudicat et audire non vult, et patrocinio non relinquid locum, et ea tenet que invasit et eripi sibi iudicium suum, etiam si parvum est, non sinit. Ratio utrique parti tempus dat, deinde advocationem et sibi petit, ut excutiende veritatis spatium habeat: ira festinat. Ratio id iudicare vult quod equum est: ira id equum videri sibi [16] vult quod iudicavit. Habet inquam iracundia hoc mali: non vult regi; irascitur veritati ipsi, si contra voluntatem suam apparuit. Cum clamore et tumultu et totius corporis iactatione quos destinavit insequitur, adiectis [17] convitiis maledictisque » ([9]). « Maximum remedium ire mora est » ([10]). « Non vis esse iracundus ? Ne fueris [18] curiosus. Qui inquirit quod in se dictum sit, qui malignos sermones, etiam si [19] secreto habiti sunt [20] eruit [21] se ipse inquietat. Maximum remedium ire dilatio est. Nichil tibi [22] liceat dum irasceris. Quare ? quia vis omnia tibi [23] licere. Pugna tecum ipse; si vincere iram non potes, illa te incipit vincere; si absconditur si illi exitus non datur, (signa eius obruamus) » ([11]). Perierat totus orbis nisi iram finisset misericordia. « Prohibenda [24] autem maxime est ira in [25] puniendo. Numquam enim, iratus qui accedit ad penam, mediocritatem illam tenebit, que est inter nimium et parum, que placet perypateticis [26] et recte placet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est; optandumque ut hii, qui presunt rei publice, legum similes sint, que ad puniendum non iracundia sed equitate ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus superbiam magno opere fastidium arrogantiamque fugiamus. Nam, ut adversas (res), sic secundas immoderate ferre, levitatis est [27] » ([12]).

Fervida, corda gerens gelida, revoceris ab ira
Frigida sudanti pocula sepe nocent.

« Te tua precipitat [tibi] si non caveris ab ira » ([13]);
Precipites proprio sepe vigore cadunt. || f. 18. A.

Perfida virtutes [28] perimit radicitus ira;
Et valido quercus turbine quassa ruit.

« Mitia pacificam pariunt precordia [29] mentem » ([14]);
Mitis nectareum parturit uva merum.

Pallida vexatos homines tacit ira cruentos;
Sepe gravis grando durius hoste ferit.

Proficit exultans gelidus [30] vir tardus ad iram;
Proficit herba virens non superata gelu.

Dura patronorum stimulos animalia querunt;
Ira viri repetit sepe flagella dei.

Nata dolet frustra de re que transiit ira;
Mortuus in vanum sollicitatur equus.

([1]) (Isaias, LXVI, 2). — ([2]) (Cato, vers. 9; « Impedit ira animum » etc.). — ([3]) Apostolus (Ephes. IV, 26). — ([4]) Iacobus Apostolus (I, 20). — ([5]) Seneca (Prov.). — ([6]) Tullius (De off. I, 136). — ([7]) Seneca (De ira, I, 15). — ([8]) Seneca (De clem. I, 5). — ([9]) (Seneca, De ira, I, 17-19). — ([10]) (Seneca, De ira, II, 29). — ([11]) (Seneca, De ira, III, 11-13). — ([12]) (De off. I, 89-90). — ([13]) (Bernardus, De improb. vit. cap. 4; Hierem. de Montag. V, I, 7). — ([14]) (Bernardus, De improb. vit. cap. 4; Hierem. de Montag. IV. III, 3). —

---

[1] A. crepito. — [2] desinat.... velis *om.* A. — [3] A. quod potestas abstineat ab ira. — [4] L. ita. — [5] L.iudicium. — [6] sol non occidat.... operatur *om.* A. — [7] A. tempestate. — [8] L. enim; A. cito. — [9] L. recti. — [10] L. ponientem, A. prudentem. — [11] *editio* memorabilius. — [12] *Codd.* non. — [13] pro. — [14] rem stabilem..... egra *om.* A. — [15] A. Iratus quandoque ultra quam oporteat excurrit, quandoque citerius viribus indebito modo resistit. — [16] L. *add.* non. — [17] L. abiectis. — [18] A sis. — [19] *Codd.* in. — [20] A. habitos. — [21] L. eruerit. — [22] L. enim. — [23] tibi *om.* L. — [24] L. *add.* est. — [25] L. *om.* in. — [26] L. perypaticis. — [27] que placet..... levitatis est *om.* A. — [28] L. virtes. — [29] L. precodia. — [30] *Codd.* gelidam. —

Source : BIU Cujas

Obviat [1] ira viri domini consultibus ultrix;
Calcitrat in dominum vilis asella suum.

« Mansuetudo feram flectit sine verbere mentem » ([1]);
Et rigidum membrum molle medela facit.

Mellea semper habet vir mitis labra loquele;
Florida ver dulci nomine [2] mella gerit.

Omnia vir placidus vitiorum prelia vincit;
Omne ferox animal placat amica manus.

Solus in adversis novit requiescere mitis;
Solus ovat ([2]) piscis quando procella tumet.

Iracundus homo vento superatur ab omni;
Et cui mors aderit cuncta nocere solent.

Dissipat ira virum, per quam caro mensque necatur;
Dissipat et frondes pomaque grando ruens.

Irreverens mulier solitam non deserit iram;
Mortiferum semper virus in angue viget [3].

Nil muliere bona, nil moderatius unquam;
Nil ove sub celo mitius esse potest [4].

Efficitur patiens aliena clarior ira;
Aureus efficitur clarior igne decor.

. 19. A. « Nobilis exsuperat diras patientia linguas » ([3]); ||
Et ferus a placida vincitur ignis aqua.

Non se, non alios habet iracundus amicos;
Ut sibi, sic aliis vipera semper obest.

Magna quidem facies, validos si vicceris hostes;
Set plus est, animo si dominare tuo.

Flamma domum superans non linquit abire colonum;
Ira virum memorem non sinit esse sui.

« Nullius adversi patiens terrore movetur » ([4]);
Firmiter in saxo stat fabricata domus.

Lingua, faber sapiens, inconvenientia spernit;
Igne [5] fugat proprio quoslibet ira ferox.

Sepe lupum nocuit pueris aluisse domandum;
Tu quibus ira preest participare cave [6].

Impetuosa viris fugit a patientibus ira;
Vestibus apposito nil magis igne nocet [7].

Sepe salutaris fugat auctam potio febrem,
Vir patiens sociis ut medicamen erit.

Sis [8] ergo patiens Tobie Jobque secutor;
Nec ferat adventu [9] te levis ira suo.

Sic in te fiet celes [10] ac diva voluntas,
Si, patiens, ire vincere tela potes.

« Respue ergo crudelitatem et matrem crudelitatis iram » ([5]).

([1]) (Bernardus, De improb. vit. cap. 4; Hierem. de Montag. V, I, 7). — ([2]) idest gaudet. — ([3]) (Bernardus, De improb. vit., cap. 4; Hierem. de Montag. V, I, 2). — ([4]) (Bernardus, De improb. vit., cap. 4; Hierem. de

[1] L. obruat. — [2] L. vere dulci nomina. — [3] A. manet. — [4] *Hoc disticon m.* A. — [5] L. igre. — [6] *Huius distici versus Codd. transponunt.* — [7] *Dist. quoque huius versus Codd. transponunt.* — [8] *Codd.* si. — [9] L. eventu. — [10] *Codd.* celebs. —

« Ora tument ira, nigrescunt sanguine vene » ([6]).
In nullis rerum videt iracundia verum [11].
Vindictam differ donec pertranseat ira.

* LXIII. — De tristitia evitanda [12].

Tristîtiam vero penitus [13] a se repellat preses provincie et civitatis administrator. Oportet enim eum esse constantem, fortem et rectum: « Non enim est [14] fortis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit » ([7]). Harum enim, scilicet constancie et fortitudinis, virtute [15] irrumpuntur iniquitates et facies potentis non timetur. Sic [16] enim scriptum est: « Non queras fieri iudex nisi virtute valeas irrumpere iniquitates; ne forte pertimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua » ([8]). Sane quia ad superius dicta vitia fugienda et virtutes amplexandas versus auctorum induximus, ut delectarent potestates et iudices, et eorum animum magis ad pre || dicta inducerent, conveniens est ut ad hoc vitium fugiendum et virtutes amplexandas auctorum [17] exempla versibus inducantur [18]: f. 19. B.

Frigora tristitie nunquam tua corda coartent;
Sepe tenax glacies durius igne nocet.

Sola petit rerum mundanus inania meror;
Sepe tamen perimens ventus inanis obest [19];

Felix tristitiam mentis constantia frangit;
Felici glacies sole calente fluit.

Leta parit mentis longam constantia vitam;
Leto radicis munere ligna virent.

Tristitie vitium virtutes despicit omnes;
Et prohibet vites fructificare gelu.

Intus et exterius meror solet esse nocivus;
Scabraque [20] rubigo nulla valere sinit.

Nil nisi preteritum sopit irrevocabile meror;
Nil nisi quod non est umbra pavoris habet.

Temperat insolidam frenis constantia linguam;
Frenis indomiti morigerantur equi.

Letitie nutrix [21] pascit constantia mentem;
Vivere iocunde firmior esca facit.

Leta facit vigiles hominum constantia mentes;
Formicam vigilem non premit ulla fames.

Durius assiduo ferrum consumitur ictu;
« Crebris tristitiis adnichilatur homo » ([9]).

Montag. V, 1, 2). — ([5]) Seneca (Prov.). — ([5]) (Ovidius, Ars amat. III, 509). — ([7]) (Digest. I, 18-19). — ([8]) (Ezech. VII, 6). — ([9]) (Bernardus, De improb. vit., cap, 5; Hierem. De Montag. V, III. 6). —

[11] *versum hunc om.* A. — [12] A. de tristitia repellenda a preside. — [13] L. *add.* et. — [14] A non est autem. — [15] L. virtutes. — [16] L. sicut. — [17] L. actorum. — [18] harum enim scilicet.... inducuntur *om.* A. — [19] *Huius dist. versus Codd. transponunt.* — [20] L. scrabraque. — [21] L. nutrii. —

Source : BIU Cujas

Uno turba fugit percussa turbinis ictu;
« Tristis aborretur, nec socialis erit » (1).

Provocat artificem proprio res cepta decore;
Et facies ylaris crescere queque facit.

Ad tristes casus inimici non ylarescas;
Vir probus extincta plus sibi febre cavet.

Ergo spe vite semper letare future;
Spe celebris mense fert gula leta famem.

f. 20. A. Letus in ădversis Paulus tibi scripta reliquit; ||
Ut tua tristitiam mens superare sciat.

Sic tribuet dominus tibi panem cotidianum,
Si constans nunquam tristia corda geras [1].

Ut graviter doleat [2] non pertinet ad sapientem [3];
Cum dolor ad animum premia nulla ferat.

« Nichil autem est quod tam deceat quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam [4] » (2).

* LXIV. — De avaritia evitanda [5].

Avaritie autem pestem preses provincie et civitatis rector sive potestas devitet, quonam mater est omnium malorum. « In nullo enim avarus bonus est, in se pessimus. Avarus miserie sue causa est » (3). Avaritia est, secundum Apostolum, ydolorum servitus [6] (4). « Nullum igitur vitium tetrius [7] — ut eo unde egressa estre ferat se oratio — (5), quam [8] avaritia, presertim in principibus et reipublice gubernatoribus: habere enim questui rem publicam [9] non modo [10] turpe est set sceleratum [11] etiam et nefarium » (6). « Impone ergo concupiscentie frenum, que occulta voluptate [12] animum trahit. Ede citra [13] cruditatem [14], bibe citra ebrietatem, ne [15] avara tenacitate sordidus aut obscurus existas » (7).

Nullus avaritie stimulus tua pectora pungat;
Hericius vulpi sepe cupitus obest.

Ne sibi desit humus, studet anxia fodere talpa;
Ne sinat esse deus, querit avarus opes.

Sepe sua cupidus consumitur anxietate;
Et nimis exuriens illaqueatur avis.

Quicquid habent cupidi, nil est, quibus omnia desunt;
Amplius accendit, cum datur esca siccis.

Hic contumet, inde dolet [cupit hinc], nec pausat avarus;
Ventus, spina, rogus, iuncta quiete carent.

(1) (Bernardus, De improb. vit. cap. 5; Hierem. de Montag. V, III, 6). — (2) (De off. I, 128). — (3) Seneca (Prov.). — (4) Apostulus (Epbes. V. 5). — (5) paremptesi. — (6) Tullius (De off. II, 77). — (7) (De formula honestae

1 *disticum om.* A. — 2 *Codd.* doleas. — 3 A. sapientes. — 4 nihil autem..... constantiam *om.* A. — 5 evitanda *om.* A. — 6 avaritia servitus *om.* A. — 7 L. deterius; A. turpius. — 8 ut eo.... quam *om.* A. — 9 L. reipublice; habere e. q. r. publicam *om.* A. — 10 L. *om.* modo. — 11 L. sceleratus. — 12 L. voluntate. — 13 L. edentia; A. ede autem. — 14 L. crudelitatem;

Oppositus domino cupit et frustratur avarus;
Obsistens ventis navis inanis erit.

Non turbent adversa pios, non prospera tollant;
Nec lauri foliis estus yemsque nocent.

« Pestis [16] avaritie fragili viget in muliere » (8);
Semper enim lignum siccius ignis amat.

Propter avaritiam perimit cito femina quosdam;
Set sua fraus vulpes illaqueare solet. || f. 20. B.

Aret humus sterilis iactaque semina perdit;
Quicquid habet, perimens aret avarus homo.

Anxius opprimitur, ditescit [17] sepe quietus;
Planta perit motu, planta quiete viget.

Ceca licet cautum male mens disponit avarum;
Nemo valet recte scribere, luce carens.

Vasa sub incauta figuli fornace peribunt;
Omnes avaritia perdit et frangit opes.

Stulti, si fabricent, dant pondus opusque ruine;
Luctantes cupidi dant sua seque neci.

Sepe retorta tenax perimit connexio fila;
Sepeque res cupidus dissipat ipse suas.

Concava sepe nocent [ad] equinos sandala [18] cursus;
Et sociis planum turbat avarus iter.

Non mola dat gratam nec crebro tunsa farinam;
Non nisi cogatur prebet avarus opem.

Sepe pilus turbat calami scribentis acumen;
Communique bono mixtus avarus obest.

. . . . . .
Ut tua sat tibi sint, non aliena velis.

Propter avaritiam sane et cupiditatem sepe furta committuntur, et fama presidum et iudicum denigratur, et etiam puniri merentur potestates et administratores civitatum. « Multo magis pena sunt digni [19], quibus, cum plurimum honoris defertur, occulto inveniuntur in crimine » (9). Contempti enim esse debent suo feudo seu salario, pro quo voluntarie promittunt et iurant servire publice civitatibus; propter quod magis timere debent non solum persone infamiam, sed etiam dampnum pecunie et anime detrimentum. « Dampnum enim appellandum est cum mala fama lucrum » (10). Restituent enim forsitan [20] duplum vel quadruplum [21] secundum leges et imperiales constitutiones, qui talia inventi fuerint furtive accepisse (11), « ut sic omnibus liceat patres suscipere magis (iudices) quam fures » (12). « Erit enim absurdum, si eos quidem, qui in vi-

vitae, IV, 3; VIII, 1). — (8) (Bernardus, De improbatione vitiorum, cap. 6; Hierem. de Montag. IV, II. 14). — (9) (Cod. I, 3, 8). — (10) Seneca (Prov.). (11) (Nov. VIII, 7). — (12) (Nov. VIII, 10). —

add. reice. — 15 L. nec. — 16 L. vestis. — 17 L. detescit. — 18 *Codd.* scandala. — 19 A. *om.* pena sunt digni. — 20 A. forte; L. *add.* in. — 21 L. *om* vel quadruplum; A. vel quadruplum, quia absurdum esset eos qui in civilibns capiuntur furtis, qui alios torquent ut antea non torquentur donec furta reddant. —

Source : BIU Cujas

libus [1] capiuntur furtis, ipsi torquebunt, et non primitus quiescant [2] donec reddant furta; ipsi autem [3] innoxii manserint in maximis constituti furtis [4], neque apud subiectos erubescentes exemplum: cum liceat eis honestis et liberis et undique laudandis ostendi, dicens Imperator, et a nobis habere testimonium et spem [5] ». (1) Nec debet potestas miserorum exemplum pessimum imitari, dicendo inter se: Talis et talis fecit sic et sic: furatus fuit et bene evasit; possum et ego similiter facere. Sed non sic, quia multi fures furantur
f. 12. A. et evadunt, et quidam || capiuntur et debilitantur et suspenduntur.

Non cuivis hominum contingit adire Corinthum;
Fallitur augurio spes bona sepe suo.

. . . . . .

« Spes reficit dominum, fallit et ipsa suum » (2);

Sepe redit [6] vacuus missus pro piscibus amus;
Impressus maculis sepe recessit aper.

Non enim debet talia cogitare vel attemptare, memor existens sue conditionis superius denotate, in qua publice dixit quod [7] magis venit ut decus, laudem et bonum nomen lucraretur, quam aliquod lucrum temporale. « Bene autem loqui et male vivere nichil aliud est, quam se [8] sua voce dampnare » (3). Omnem enim honorem reatus excludit. Curam ergo habeat de bono nomine, quia hoc magis permanebit sibi, quam mille magni thesauri pretiosi [9].

* LXV. — De luxuria evitanda [10].

Set quoniam multi et etiam sapientes decepti sunt propter luxuriam a mulieribus adulteris et fornicantibus, conveniens est hoc in loco adnectere, qualiter ab ipsis sit abstinendum, et [11] ipsa luxurie pestis a potestatibus, presidibus et rectoribus civitatum, atque iudicibus sit reicienda. Cum enim civitatis rector sive potestas adulteria et adulteros punire legitime teneatur, absonum videtur plurimum et indignum ut ipse reperiatur adulter; cum esse debeat castitatis amator, sicut imperialis constitutio asserit et testatur (4); et alie quam plures auctoritates sapientum, extra subscripta,

(1) (Nov. VIII, 9-10). — (2) (Pamphylus, c. 1; Hieremias de Montagn. V, I, 5). — (3) Augustinus. — (4) ut in Aut. quibus modis naturales efficiuntur legitimi, § novimus (Nov. LXXIV, 4). — (5) ut in Aut. quibus modis naturales efficiuntur legitimi, col. vj, v columpna, § novimus (Nov. LXXIV, 4). — (6) ut in Aut. de defensoribus civitatum, c. prefat. (Nov. XI, praef.). —

1 L. civilibus. — 2 L. quiescunt. — 3 L. quoque. — 4 L. fortunis. — 5 ipsi autem..... spem *om.* A. — 6 A. caret. — 7 L. quia. — 8 L *om.* se. — 9 non enim.... pretiosi *om.* A. — 10 A. *add.* fugienda a potestate. — 11 A. et qualiter luxuria sit fugienda a potestate iudicibus et ceteris officialibus. — 12 A. et si tante miserie sit rector, ut a mulieribus abstinere non velit. — 13 cum ille furor..... est *om.* A. — 14 A. precipue caveat. — 15 et sic.... quod melius est *om.* A. — 16 A. set. — 17 A. *add.* sic et rector, qui in sordibus est, malitiam prestat subditis

mandant et docent luxuriam repelli et penitus evitari. Si vero non tante fuerit virtutis civitatis potestas seu rector, ut mulierum luxuria se valeat abstinere [12], cum ille furor amoris a miseris reprimi non possit et expelli de levi, iuxta eam constitutionem dicentem: « Nichil est furore amoris vehementius, quem retinere perfecte philosophie est [13] » (5); caveat igitur [14] a conjugatis et aliis unde scandalum possit oriri, et [15] sic si non caste vivere potest, caute tamen agat. Honestos enim hii, qui in administrationibus sunt, aliis se ostendant, ut id tantum quod esse creduntur esse non desinant; « quanto enim quilibet preest melioribus, tanto maior ipse et honestior esse debet » (6). « Pudice enim nobis per omnia pertinet vivere » (7). Sequendi enim sunt hii qui bene vivunt; « fugiendum autem est quod malum est; inveniendum est vero undique quod melius est » (8). « Porro [16] turpis mater filium generat turpiorem. [17] Iustum est enim ut « qui in sordibus sordescit sordescat adhuc „ (9). " Omnes ad ulterantes quasi clibanus succensus a coquente; ceperunt principes furere a vino „ (10). Venter enim satur, venerem amplexatur. Extrema libidinis turpitudo non solum mentes effeminat, sed etiam corpus enervat, non solum maculat animam, sed fedam efficit personam. Omne namque peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat [18]. Semper illam [19] precedunt [20] ardor et petulantia, semper comitantur fetor et immunditia, semper secuntur dolor et penitentia. || " Favus [21] enim di- f. 13. B.
stillans labia meretricis et [22] nitidius oleo guttur eius [23]. Novissima autem amara illius sunt sicut assinthium, et (lingua eius) acuta quasi gladius biceps [24] „ (11) » (12). « Nil tam mortiferum ingeniis, quam luxuria est » (13). « Nulla autem re conciliare facilius benivolentiam [25] multitudinis possunt hii, qui rei publice presunt, quam abstinentia et continentia a vitiis [26] » (14). « Nichil [27] autem cavendum est magis senectuti quam luxuria. Luxuria enim omni etate cum sit turpis, tum senectuti fedissima est; sin [28] autem et libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus dedecus accipit, et facit adolescentium impudentiorem [29] intemperantiam » (15). « Cur eam rem tam studiose curas

(7) (Nov. VI, 5). — (8) ut in Aut. quibus modis naturales efficiuntur sui, § circa principium (Nov. LXXXIX, praef.). — (9) Propheta (Apocal. XXII, 11). — (10) (Oseas, VII, 4-5). — (11) Salomon (Prov. V, 3-4). — (12) (Innoc. III, De cont. mundi, II, 21). — (13) Seneca (Controv. I, 7). — (14) Tullius (De off. II, 77). — (15) Tullius (De off. I, 123). —

similia faciendi; *om.* iustum est enim..... amplexatur. — 18 Omne namque.... peccat *om.* A. — 19 L. illa; A. luxuriam. — 20 L. procedunt. — 21 L. favum. — 22 A. set. — 23 nitidius..... eius *om.* A. — 24 et lingua..... biceps *om.* A. — 25 L. benivolentia. — 26 nulla autem..... vitiis *om.* A. — 27 A. Precipue tamen est fugienda a senibus, quare secundum Tullium cum omni etate luxuria sit turpis tamen senectuti fetidissima est. Summum est dedecus facere et prebere malitiam invenibus agendi impudentia. — Nichil autem cavendum..... in hoc loco inducuntur *om.* A. — 28 L. si. — 29 L. imprudentiorem. —

Source : BIU Cujas

que tibi multas dabit curas? Nam amari iucundum [1] est si curetur ne quid insit amari » (1).

Versus Ovidii:

« Quale sit id, quod amas celeri circumspice [2] mente,
Et tua lesuro subtrahe colla iugo.

Principiis obsta [3] sero medicina paratur,
Cum male per longas convaluere moras » (2).

Sane quia versus animum legentium [4] et audientium et intelligentium delectant plurimum et inducunt atque notabiliter docent huiusmodi vitium evitare, ideo auctorum et poetarum versus notabiles et plurimum utiles de hac materia in hoc loco inducuntur:

Luxuriam forti studeas religare catena;
Nam prodest rapido forte ligamen equo.

Luxuriosa magis lacerat mulcedo voluptas;
Plus[quam] cibo sapido piscibus hamus obest.

Blanda Venus diro precordia fine remordet;
Et sirena canens membra quiete necat [5].

Innumeri lacerant fetentia corpora vermes;
Innumeras penas luxuriosus habet.

Omnia luxurie cupidis mulcentia desunt
Nil sibi sufficiens ignis habere potest.

Rex sua pacifico felix tenet omnia sceptro;
Virque pudicitie cuncta quietus agat.

Celitus uberior comitatur [6] gratia castos [7];
Celitus est rutilans inviolata rosa.

Grata paraliticis mors est vexatio membris;
Mors est femineus dum male vexat amor.

Plurima lascivus cupiens nil obtinet ut vult;
Non habet in visco tenta quod optat avis.

f. 22. A. Ardua scandit ovans libera sive compede cervus; ||
Liber vir castus scandit honoris iter [8].

Promptula plus omni meretrix est sordida ceno;
Omni plus auro femina casta nitet.

Nobilis in tuto patet urbs bene condita monte;
Et mulier casto celsa pudore manet.

Absque pudicitia labuntur ad infima mores;
Absque ratis malo nauta perire solet.

Sibilat exuriens miserando vulnus [9] hyatu;
Et sua lascivus vota gemendo luit.

Plura canina fames quibus augmentatur adurit [10];
Plura venus frustra plus cruciata cupit.

[11] Sepius hospitium ditat bonus hospes amicum;
Hospite ditantur corpora casta deo.

Stultus opes muniens dampnum mercator adauget;
Stulta venus minuens leta dolenda fovet.

(4) Tullius in Rethoricis (IV, 21) — (2) (Rem. amoris, 89-92). —

[1] L. amare inquid bonum. — [2] L. conspice. — [3] L. hosta. — [4] L. legentis et. — [5] A. negat. — [6] L. committitur. — [7] L. castis. — [8] *hunc versum om.* A. — [9] A. vultus. — [10] L. hodorat. — [11] *octo sequentes versus om.* A. — [12] *octo seqq. versus*

Accumulator opes, quo plus se continet, auget;
Accumulat castus gaudia plura sibi.

Templa pudicitie numquam fore tristia possunt;
Numquam continua sol sine luce manet.

Sepe libido solet truculentos reddere vultus;
Sepe solet pestis ledere membra latens.

[12] Casta pio mulier venatur amore maritum;
Casta suum turtur novit amare parem.

Nil est nobilius quam vir mulierque pudici;
Nil potius gemino lumine mundus habet.

Anulus ex rutilo gratus solet esse lapillo;
Gratificat proprium femina casta virum.

Casta maritales decet vigilatio motus;
Flamma, larem proprium transgrediendo, nocet.

Perditur igniferis iuvenis meretricis ocellis;
Et pius agnus abest, precipitante lupo.

Non timet insidias vigil qui regnat in arce;
[13] Inque pudicitia vir quasi cesar erit. | f. 22. B.

Stante pudicitia gaudet caro mensque beata;
Ceraque melque fluunt donec habentur apes.

Sint tua florigero sint predita membra pudore;
Floribus instantes mella secuntur apes.

Mecha nequit mulier Joseph superare pudicum;
Virtus plus vitio sollicitata potest.

Femineo Salomon cecidit vexatus amore;
Tu placida cave a muliere tibi.

[14] Ferrea vicino vis sepe resolvitur igne;
Non erit vis stabilis cum muliere frequens.

Contineas igitur fugiasque libidinis ignes;
Nam loca sana solent frigidiora fore.

[15] Sic tua te malo dominus salvabit ab omni;
Si sine luxuria more pudicus eris.

Infrascripti sunt versi Alani:

« Ipse [16] tamen poteris ipsum frenare furorem;
Si fugias, potior potio nulla datur.

Si vitare velis Venerem, loco tempora vita;
Et locus et tempus pabula donat ei.

Si tu persequeris sequitur, fugiendo fugatur;
Si cedis cedit, si fugis illa fugit » (1).

* LXVI. — De abstinentia multiloquii [17].

A multiloquio [18] autem se potestas civitatis et rector [19] abstineat; « rara enim [20] sit elocutio sua, ut ex hoc

(1) (De planctu naturae, Patrologia latina, CCX, 300). —

om. A. — [13] *septem seqq. versus om.* A. — [14] *hoc distichon om.* A. — [15] *hoc distichon et seqq. versus Alani om.* A. — [16] L. ipsa. — [17] L. multi eloquii; A. de multiloquio. — [18] L. multi eloquio. — [19] civitatis et rector *om.* A.; *add.* se. — [20] enim. *om.* A. —

Source : BIU Cujas

magis sapiens [1] presumatur » ([1]). Et cum loquitur, discrete loquatur, et modus sit eidem apte et [2] moderate loquendi [3]. « Oratio enim benigna multitudinis animos ad benivolentiam allicit, militesque blando sermone delinit. Magna enim est ammiratio copiose sapienterque dicentis, quem qui audiunt intelligere etiam et sapere plus quam ceteros arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestie gravitas, nil ammirabilius fieri potest: eoque magis, si ea sunt in adolescente » ([2]). « Sermo tuus non sit inanis, sed aut [4] suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut precipiat. Lauda parce, vitupera parcius: nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio et immoderata vituperatio: illa [5] siquidem adhulatione, ista siquidem malignitate suspecta est ([3]) ». « A verbis quoque turpibus abstineto, quia licentia eorum impudentiam [6] nutrit [7] » ([4]). Item dicit Seneca: « Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba dediscitur » ([5]). « Sermones utiles magis quam facetos et affabiles ama, rectos prius quam obsecundantes » ([6]). « Sit rari sermonis ipse set loquentium patiens » ([7]). Item ex sermonibus et gestibus vel operibus presumitur quis sapiens, ut ff. de tutoribus et curatoribus datis ab hiis, l. his qui § ult. ([8]). Item ex verbis presumitur quis furiosus, ut ff. de condictione indebiti l. quidam in suo [8] ([9]).

« Verba nocent, aptis si non moderentur habenis » ([10])
Magna solent homines peccata patrare loquaces.

« Os quoque nec mutum nec decet esse loquax » ([11]);
O utinam semper vitio sim liber utroque! ». ||

f. 23. A.

* LXVII. — De temperantia immoderati risus [9].

Ab immoderato risu temperet se civitatis potestas seu rector [10] ne propter immoderatum risum de ipso insipientia presumatur. Sic enim scriptum est: « Risus in ore stultorum ([12]) ». « Nam reprehensibilis risus, si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fatuus [11]. Odibilem quoque risus hominem facit aut superbus, aut clarus, aut malignus, aut furtivus, aut alienis malis evocatus [12]. Si ergo tempus iocos exigit, hos quoque cum dignitate sapientie gere [13] ut te nec gravet (quisquam) tamquam asperum nec contemnat [14] tamquam vilem. Non erit tibi scurrilis, sed grata urbanitas [15] ([13]) ». « Ludo autem et ioco uti quidem licet; sed sicut somno [16] et quietibus [17] ceteris, tum [18], cum gravibus seriisque [19] rebus satisfecerimus. Ipsumque genus iocandi [20] non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, set eam, que ab honestatis actionibus [21] non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat [22]. Ludendi est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus [23], elatique [24] voluptate [25] in aliquam turpitudinem dilabamur » ([14]). Bene autem abstinendum est ab immoderato risu [26]: non enim facies semper ylaris in civitatum regiminibus commodatur, sed potius nubila aliquantulum vel severa, que magis timetur. Et si alias sit bonus civitatis rector, ex hoc magis timebitur si ylarem faciem non ostenderit [27], et maxime [28] cum sederit pro tribunali. Sed hoc cum cautela est faciendum, quia non debet in multa severitate se ostendere nec semper; quoniam « nimie severitatis gloria non est affectanda [29], nec nimie clementie [30], sed quasi medium inter utrumque, tenendo perpenso iudicio prout queque [31] res expostulat, incedendum et statuendum est » ([15]). « Et [32] tamen ita [33] probanda clementia et mansuetudo est, ut adhibeatur rei publice causa severitas, sine qua administrari civitas non potest » ([16]). « Severior esto judicio quam sermone, vita quam vultu; severus et serius, sed ylares non aspernans [34] » ([17]).

* LXVIII. — Ut potestas se abstineat a laude sua.

Abstineat vero [35] potestas a laude sue persone: omnis enim laus in proprio ore sordescit. Neque etiam se publice inculpet seu victuperet:

Nemo sibi culpam vel laudem confert unquam.
Convenit hoc vanis quos gloria vexat inanis [36] ([18]).

« Quam magnum est non laudari et esse laudabilem! » ([19]). « Tales nos esse putamus ut iure laudemur » ([20]). « Esto

([1]) Seneca (Prov.). — ([2]) Tullius (De off. II, 48). — ([3]) Seneca (De form. hon. vitae, II, 3). — ([4]) (De form. hon. vitae, IV, 6). — ([5]) Seneca, De moribus, 120). — ([6]) (De form. hon. vit., IV, 8). — ([7]) (De form. hon. vit. IV, 17). — ([8]) (Dig. XXVI, 5, 12). — ([9]) (Dig. XII, 6). — ([10]) (Bernardus, De improb. vit. c. 1; Hierem. de Mont. III, V, 2). — ([11]) (Bernardus, De improb. vitiorum, ibid.). — ([12]) Salomon. — ([13]) (De form. hon. vit. IV, 7). — ([14]) Tullius (De off. I, 103-104). — ([15]) ut ff. de penis, l. respiciendum (XLVIII, 19, 11). — ([16]) Tullius (De off. I, 88). — ([17]) (De form. hon. vit., IV, 16-17). — ([18]) (Cato, vers. 131-2: « Nec te collaudes, nec te culpavseri ipse; Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis »). — ([19]) Seneca (Prov.) — ([20]) Tullius (De off. I, 91). —

1 A. sapientior. — 2 modus s. e. apte et *om.* A. — 3 loquendi *om.* A. — 4 L. ut; A. autem. — 5 L. nam. — 6 *Codd.* imprudentiam. — 7 Item dicit.... dediscitur *om.* A. — 8 sit rari sermonis..... suo *om.* A — 9 A. de temperantium in risu. — 10 civitatis seu rector *om.* A — 11 A. *add.* si maligniter. — 12 L. alienus malus advocatus; A. *om.* odibilem..... evocatus. — 13 L. gerere; A. et graviter facere. — 14 L. contempdat. — 15 non erit..... urbanitas *om.* A. — 16 L. sompnio. — 17 L. quietis, A. quiete, ceteris *om.* — 18 *Codd. om.* tum. — 19 L. serisque; A. suis. — 20 L. ipsum quoque gen. ioc.; A. ipsemque iocum. — 21 L. *om.* actionibus. — 22 ut enim..... eluceat *om.* A. — 23 A. ut ne profluamus. — 24 *Codd.* elatione nec. — 25 L. voluntate. — 26 bene.... risu *om.* A. — 27 et si alias..... ostenderit *om.* A. — 28 L. subaudi. — 29 nec semper.... affectanda *om.* A. — 30 A. nec cum nimia clementia set vitet utrumque prout res expostulat incedendi (*sic*) *reliqua om.* — 31 L. quasi. — 32 L. set. — 33 L. ista. — 34 L. aspernas. — 35 vero *om.* A.; se *add.* L. — 36 *versus om.* A. —

Source : BIU Cujas

bone fame, neque tue seminator, neque aliene invidus [1] » (1). « Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum non in gloria iudicat; principemque se esse mavult quam videri. Etenim qui ex errore imperite multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res injustas impellitur » (2) [2]. Et ideo potestas civitatis vel rector adulatores, assemptatores et percunctatores devitet. « Totius autem iniustitie nulla capitalior, quam eorum qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur » (3). Pertinent autem predicta ad vanam gloriam, a qua potestas et preses, civitatis gubernator, precipue debet abstinere : « Non [3] (efficiamur) inanis glorie cupidi » (4). « Vera enim gloria radices agit atque etiam propa-
f. 23. B. gatur; ficta omnia tamquam flosculi [4] decidunt; || nec [enim] simulatum quicquam potest esse diuturnum. Testes sunt permulti, sed brevitatis causa familia contenti erimus una. Tiberius Graccus [5] enim paterfamilias tam diu laudabitur, dum memoria rerum romanorum manebit; at eius filii nec vivi probabuntur [6] bonis [7] et mortui numerum optinent (iure) cesorum [8]. Qui igitur adipisci veram iustitie gloriam volet, iustitie fungatur [9] officiis. Gloria enim querenda et collocanda ratione est [10]; quamquam preclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, siquis (id) ageret ut qualis haberi vellet talis esset. Quod si qui simulatione et inani ostentatione et ficto non modo sermone sed etiam vultu se gloriam stabilem consequi posse rentur, vehementer [11] errant. Vera enim gloria radices agit » (5), ut supra dictum est. Sed sunt quidam, qui adeo immoderato affectu gloriam querunt, quod boni magis videri quam esse volunt; mali autem magis esse volunt quam videri. Verum est enim illud poetice Oratii dicentis :

« Falsus honor iuvat et medax infamia terret
Quem nisi mendosum et mendacem? Vir bonus est quis? » (6).

« Sed non te moveat dicentis [12] auctoritas, nec quis sed quid dicat intendito. Si continens es, adulatores evita sitque tibi tam triste laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia. Letior esto quotiens displices malis, et malorum de te extimationes malas (ad) veram laudationem tui ascribe » (7). Quis nisi sit pravus reo [13] placere potest?

Opto placere bonis, pravis odiosus haberi.

« Nec quam multis sed qualibus placeas cogita. Opiniones tue iudicia sint. Cogitationes vagas et velud somnio [14] similes non recipies; quibus si animum tuum oblectaveris, cum omnia disposueris, tristis remanebis. Verum dicta factaque exipit rumor, et ideo nullis magis curandum est qualem famam habeant, quam eis qui qualemcumque magnam habituri sunt. Non tibi ascribas quod non eris [nec quod es], nec maius quam es videri velis. Hac ergo mediocritatis linea continentiam observabis, ut ne voluptati deditus prodigus et luxuriorus appareas, nec avara tenacitate sordidus aut obscurus existas » (8).

* LXIX — Ut potestas sibi precaveat [15] a pecuntatoribus et spionibus.

Caveat autem sibi potestas et preses seu rector civitatis [16] a percunctatoribus et [17] spionibus, qui quod secrete audiunt referunt aliis et in publicum inducunt. Quandoque enim potestas quedam secreta et quedam de quibusdam dicit, que non sunt convenientia referri seu publicari. Unde Oratii consilium in hac parte merito [18] est tenendum:

« Quid de quoque [19] viro et dicas sepe videto
Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est,
Nec retinent patule commissa fideliter aures » (9).

LXX. — Quod auro iustitia non vendatur.

Auro autem civitatis rector vel potestas iustitiam non vendat. Qui enim auro vendit iustitiam penis furis merito est subdendus.

* LXXI — Quod potestas evitet familiaritatem civium.

Evitet autem rector [20] nimiam familiaritatem civium et conversationem equalem : « nam mandatis adicitur, ne presides provinciarum in ulteriorem familiaritatam provinciales admittant [21]: nam || ex conversatione equali f. 21. A.
nascitur contemptio dignitatis » (10) [22].

* LXXII. — Quod potestas non recipiat empsenia [23].

Empsennia vero a civibus recipere potestates seu civitatum rectores [24] secta temporum nostrorum non patitur, nec etiam alia munera, maxime propter suspitionem partium civitatis : vix enim aliqua reperitur

---

(1) Seneca (De form. hon. vit., V, 18). — (2) Tullius (De off. I, 65). — (3) Tullius (De off. I, 41). — (4) Apostolus Paulus (Galat. V, 24). — (5) Tullius (De off. II, 43). — (6) Oratius (Ep. I, 16, 39). — (7) Seneca (De form. hon. vit., II, 11; IV, 9). — (8) Seneca (De form. hon. vit. IV, 5; VIII, 1). — (9) Oratius (Epist. I, 18). — (10) (Dig. I, 18, 19). —

---

1 esto..... invidus *om.* A. — 2 *reliqua huius capituli om.* A. — 3 L. nec. — 4 L. flos sic. — 5 L. gratus. — 6 L. probantur. — 7 L. boni. — 8 L. occisorum. — 9 L. fungentur. — 10 L. colenda. — 11 L. verumtamen. — 12 L. dicendi. — 13 L. nemo. — 14 L. sompno. — 15 L. caveat; *om.* percuntatoribus et. — 16 et preses..... civitatis *om.* A. — 17 A. idest. — 18 merito *om.* L. — 19 L. quocumque; A. quo. — 20 rector *om.* L.; nimiam *om.* A. — 21 nam mandatis.... admittant *om.* A. — 22 A. *add.* nimia enim familiaritas parit contemptum. — 23 A. de non recipiendis exeniis. — 24 A. Exennia rectores recipere secta *etc.* —

Source : BIU Cujas

hodie civitas, que inter se non sit divisa. Non tamen dico hoc ex necessitate fieri; sed bonum est hodie, si potestas seu rector in totum se ab huiusmodi empsenniis et muneribus abstineat. Licet aliter olim repertatur observatum et permissum [1] a iure, quoniam « plebiscito continetur, ut ne quis presidum munus donumque caperet nisi osculentum et poculentum quod intra dies proximos prodigatur » (1). Et alibi: « Non vero in totum abstinere debet empsenniis proconsul, sed modum adicere, ut neque morose in totum se abstineat, neque avare modum empsenniorum excedat; quam rem divus Severus et Antoninus Imperator elegantissime (epistola) sunt moderati, cuius epistole verba sunt hec: " Quantum ad empsennia pertinet, audi quod sentimus: vetus proverbium est: neque omnia, neque semper, neque ab omnibus; nam valde inumanum est a nemine accipere, set passim ab omnibus vilissimum est et per omnia avarissimum ,,. Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo erit officio, accipiat [2] ematve quid, nisi victus cotidiani causa, [quo] ad empsennia non pertinet, sed ad ea que edulium excedant usum. Sed nec empsennia producenda sunt ad munerum qualitatem » (2).

* LXXIII. — **Quod potestas evitet auricularia consilia** [3].

Auricularia consilia seu auricularem allocutionem alicuius civium evitet potestas, nec frequenter cum aliquo eorum consilium habeat in cameris vel locis clandestinis vel remotis a suis curialibus, vel etiam nocturno tempore, ne aliquod sinistrum de eo suspicetur vel presumatur. Divise enim sunt civitates, ut dictum est, et invidia est naturaliter inter cives et maligna suspitio [4].

* LXXIV. — **Quod potestas non conducat aliquem ex civibus cum vadit spatiatum** [5].

Cum autem contigerit potestatem ire spatiatum per civitatem vel extra, prope tamen, non ducat secum aliquem ex civibus, sed associet sibi militem suum, vel iudicem suum, vel camerarium comunis propter suspitionem civium; et licet hec sit norma nova, nichilominus tamen servanda est hodie propter dictas causas.

(1) ut ff. de officio presidis, l. plebiscito (I, 18, 18). — (2) ut ff. de officio proconsulis et legati, l. solent, in fine (I, 16, 6). — (3) (Nov. VIII, 8). —

[1] *reliqua usque ad* quam rem *om.* A. — [2] *reliqua om.* A. — [3] A. de evitandis auricularis consiliis civium. — [4] A. *add.* etiam prope naturale est cives civibus invidere. — [5] A. quod p. non vadat spat. cum aliquo civium. — [6] *titulum om.* A. — [7] A. Non comedat in civitate quam regit extra palatium suum, ne de ipso aliquis inhonestatis suspitionem habeat, seu incon-

* LXXV. — **Ut potestas non commedat cum aliquo cive** [6].

[7] Extra palatium vero suum cum aliquo vel aliquibus civibus in civitate vel prope civitatem nullatenus presumat commedere ne mala suspitio de eo merito suspicetur; decet quidem letari, ita tamen ut servetur honestas et verecundia castis moribus perseveret.

* LXXVI. — **De rectoribus qui furantur per interpositam personam** [8].

Licet autem sit superius denotatum ut potestas seu civitatis administrator a furtis pecunie et rerum, quas administrare diligenter tenetur, se abstineat: quia tamen quidam sunt qui in persona hoc facere timent vel cessant, sed per alios etiam officiales suos hoc facinus committentes, non erubescunt participes clandestine fieri huiusmodi maleficii, forsitan non credentes hoc tam turpe || tamque detestabile f. 21. B. fore, eos volumus non latere quod hoc magis turpius est secundum imperialem sanctionem dicentem: « Ut non videantur [9] quidem illi velud innoxii [10] esse, per alios autem delinquant atque furentur, hoc quod magis turpius est, ut et participes iniustitiarum sumant » (3). Ideoque a tali delicto et tam turpi merito abstinendum.

[11] Dictum est igitur qualiter preses potestas et civitatis rector a vitiis quibusdam se debeat abstinere. Set quia non sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est (4), dicendum est ergo virtutes quas precipue debeant amplexari. Verum « quia initium sapientie est timor Domini » (5), ideo prius de eo timore precipue est dicendum.

* LXXVII — **De timore dei a potestati habendo.**

Timeat itaque deum potestas seu civitatis rector: « Per ipsum enim reges regnant et potentes [12] scribunt iustitiam » (6); eumque suppliciter assidue roget, ut per suam sanctissimam misericordiam et pietatem ei prestare dignetur civitatem, cui preest, custodire, quietam et tranquillam et pacificam gubernare. Scriptum est enim: « Nisi dominus custodierit civitatem [13], in vanum laborant qui custodiunt eam » (7).

Proficit absque Deo nullus in orbe labor.
Sit Deus ergo mei custos rectorque laboris,
Omne gubernet opus propositumque meum.

(4) Augustinus.. — (5) (Prov. I, 7). — (6) (Prov. VIII, 16). — (7) (Psalm. CXXVI, 1). —

tinentie, seu lecacitatis. — [8] A. de r. qui per alios fur. — [9] L. videatur. — [10] L. noxii. — [11] *reliqua om.* A. — [12] A. potestates, — [13] A. civitatem etc. —

Source : BIU Cujas

Sanctamque ecclesiam venerans, rectam fidem catholicam habeat: « nichil est enim quod lumine clariore prefulgeat, quam recta fides in principe » (1). Sit etiam religiosus: « nichil est enim quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio » (2). Hoc autem semper credat potestas seu civitatis rector, quod « cor regis in manu dei est, et ubi vult inclina(bi)t illud [1] » (3). Confidat ergo in domino et faciat iudicium et iustitiam in omni tempore. Item sit adiutor et defensor eius, nec timeat aliquod contrarium [2], iustus et rectus existens. Scriptum est enim: « Cum rex iustus sederit super sedem, non adversabitur sibi quicquam malignum » (4). Sic ergo deum timeat et bona faciat, fidem rectam teneat, iustitiam conservet (et) manuteneat, et sapientiam imitetur: propter infidelitatem enim homo privatur lumine recti et sensus reprobus amplexatur et occupat eum, Apostolo attestante: « Excecavit deus huius seculi mentes infidelium » (5). Et iterum: « Et tradidit eos in reprobum sensum », etc. (6). Vitium enim corrumpit naturam, Apostolo attestante, qui ait: « Quia evanuerunt in cogitationibus suis, oscuratum est insipiens cor eorum; propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum (in) immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua. Et sicut [3] non probaverunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea que non conveniunt » (7). Et licet iniqui superbi et infideles et qui pretio optinent dignitates aliquando solium glorie optineant, talis tamen gloria vana est et non est a deo: quamvis enim omnis potestas a domino deo sit, ipsi tamen tales superbi et iniqui non regnant ex deo. Scriptum est enim per Prophetam: « Ipsi regnaverunt et non ex me: principes extiterunt et non [cognoverunt me seu non] cognovi eos » (8). Vos ergo, potestates et presides, nolite fieri pueri sensibus, ipso Apostolo admonente: « Sed malitia parvuli estote, ut
f. 25. A. mentibus || perfecti sitis » (9). « Omni custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit » (10). Paulus: « O Timothee depositum [4] custodi » (11).

* LXXVIII. — Quod potestas tueri debeat ecclesias, hospitalia et alia loca sacra [5].

Ecclesias autem, templa, hospitalia et alia loca venerabilia tueantur presides [6], potestates et civitatum rectores, et alia loca venerabilia [7] et merito sunt tuenda. Dignum enim donarium est omnipotenti deo divinarum rerum tuitio, et maxime quia in hiis salutem petimus [8]. Iura vero eorum precipue sunt tuenda, et in hiis leges et constitutiones imperiales non dedignantur imitari sacros canones sive sacras regulas et divinas.

* LXXIX. — De honestate presidis [9].

Honestas autem in preside luce fulgorat gratiori, et ideo preses provincie honestate uti procuret. Videri enim debet preses sive defensor atque rector civitatis, iudex esse potius iudicum et ex hoc honestior precedentium apparere [10]. « Quanto enim quilibet preest melioribus, tanto maior [11] ipse et honestior est » (12).

* LXXX. — Quod pretor tueatur pupillos et viduas [12].

Pupillo et vidue, secundum propheticum verbum, preses seu [13] potestas adiutor sit; sed licet scriptum sit: « Pupillo et vidue tu eris adiutor » [14], non tamen intelligi debet [15] in iudiciis seu sententiis, si ius eisdem deficiat [16]; cum equus debeat esse preses sive iudex utrique parti, « nec precibus calamitosorum illacrimari oporteat » (13) vel inflecti. Nam iustitia debet esse in medio, que ius suum cuique tribuit [17], et potentissime diligenda est et servanda, iusta illud: « Diligite iustitiam qui iudicatis terram; et nolite iudicare secundum faciem, sed rectum sive iustum iudicium iudicate » (14). Intelligenda sunt ergo illa verba: « Pupillis et viduis adiutor eris », scilicet ab oppressionibus et calumpniis potentiorum. Cum enim « potentioribus pares esse non possumus » (15), data est nobis tuitio presidum et potestatum ut a potentiorum iniuriis et calumpniis liberemur. Sic enim iure cavetur « ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant, neve defensores eorum calamitosis criminibus insectentur innocentes ad religionem presidis provincie pertinet » (16). Sic igitur pupillus et vidua et alie miserabiles persone in suo iure tuendi sunt, ut divitibus et potentibus, seu divitum et potentiorum iustitia non auferatur seu conculcetur; quoniam maximorum siquidem et mediocrum ac parvulorum est nobis cura, dicit Imperator, ac iure cautum est. « Et in primis illud iudex debet observare [18], ne aliter iudicet quam quod legibus aut moribus aut constitutionibus proditum est » (17).

---

(1) (Cod. I, 1, 8). — (2) (Cod. I, 1, 8). — (3) (Prov. XXI, 1). — (4) (Prov. XX, 8). — (5) Apostolus (II Corinth. IV, 4). — (6) (Paul. Rom. I, 28). — (7) (Paul. Rom. I, 21-28). — (8) Deus (Ose. VIII, 4). — (9) Paulus (I Corinth. XIV, 20). — (10) (Prov. IV, 23). — (11) Paulus (I Timoth. VI, 20). — (12) (Nov. XV, praef.). — (13) (Dig. I, 18, 19). — (14) Psalmus (*Corr.* Sapient. I, 1). — (15) (Dig. IV, 7, 3). — (16) (Dig. I, 18, 6). — (17) (Instit. IV, 17). —

---

1 sit etiam.... illud *om.* A. — 2 A. contrarium si dominum habuerit adiutorem; *reliqua usque ad finem capituli om.* A. — 3 L. sic. — 4 L. te positum. — 5 A. de tuitione ecclesiarum, hospitalium etc. — 6 presides *om.* A. — 7 et civitatum r. e. a. l. venerab. *om.* A.; L. et alia l. venerabilia tueantur. — 8 *reliqua om.* A. — 9 *titulum om.* A. — 10 Honestas autem..... apparere *om.* A.; *add.* debet etiam qui preest honestate pollere. — 11 L. magnus; *om.* A. — 12 A. de tuitione pupillorum et viduarum. — 13 preses seu *om.* A. — 14 sed licet.... adiutor *om.* A. — 15 A. intelligas. — 16 si ius e. deficiat *om.* A. — 17 et potentissime *usque ad.* cautum est *om.* A. — 18 A. Caveat tamen iudex ne aliter *etc.* —

Source : BIU Cujas

* LXXXI — **De ammonitione facienda primo iudicibus, notariis et aliis officialibus curie** [1].

Convocatis itaque iudicibus, notariis et aliis officialibus suis et suo conspectui presentatis [2], moneat eos potestas cum magna dilectione, et post monitionem eisdem precipiat, ut honorem suum et communis illius [3] civitatis, cui preest, attendentes et conservantes et manutenentes, quilibet super suo officio vigilare et insistere debeat, ius suum unicuique reddendo, causas cum deliberatione cito finiendo, ita quod deo [4] sit gratum et sibi et communi plurimum sit acceptum [5], et inde potestas consequi valeat [6] gloriam et honorem; et hoc in singulis mensibus laudandum est [7]. Similiter moneat militem suum, ut discrete se gerat, et sibi multum
f. 25. B. precave || at et [8] honorem potestatis in omnibus et per omnia [9] custodiat, et specialiter civium familiaritatem devitet et ab illicitis et prohibitis se abstineat [10]. Eodem modo scutiferos et totam aliam suam familiam moneat et terreat, et minetur eis [11] ne aliqua illicita faciant, et ne ad verba cum civibus veniant, et ne vadant per tabernas vel cum aliquo civium ad manducandum vel bibendum, et ne aliquam ultroneam familiaritatem cum eisdem habeant [12]. Et si invenerit eos delinquentes, acrius ipsos puniat: gravior enim pena constituenda est in eos [13] qui nostri iuris sunt, et nostra debent custodire mandata.

* LXXXII. — **De custodia civitatis a potestate facienda** [14].

Hiis sic dispositis et ordinatis, vigilanter consideret potestas et procuret custodire civitatem et eam, cum expedit, regere in virga ferrea, virga recta, virga iustitie et equitatis [15] manu forti et brachio extenso.

* LXXXIII. — **Lex pro doctrina et sollicitudine potestatis.**

« Congruit [16] bono presidi et gravi (curare) ut pacata et quieta sit provincia quam regit; quod non difficile optinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat: nam et sacrilegos et latrones, plagiarios et fures conquirere debet, et prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptatores quoque eorum carcere coercere, sine quibus latro diutius latere non potest » (1). Et licet « preses provincie tantum habeat imperium in homines sue provincie, interdum tamen et adversus extraneos homines habet iurisdictionem, si quid manu commiserint [17]. Nam et in mandatis principum continetur, ut curet, is qui province preest, malis hominibus provinciam purgare; nec distinguitur unde sint » (2), quoniam ratione delicti quis contrahit sive sortitur forum [18]. Item precipit sic Imperator: « Iubemus autem omnes iudices tam militares quam civiles per se requirere eos, qui latrocinia, (aut) violentias, aut rapinas rerum aut feminarum [19], aut alia quelibet in provinciis committunt illicita, et supplicia eis legitima inferre, neque pro hiis causis aliquid accipere consuetudinis nomine, ut omnes undique (nostri) collatores illesi serventur » et cet. (3). Cum ergo tam magnam potestatem habeant presides provinciarum et rectores locorum, revocent ad suam sollicitudinem ne innocentibus pene irrogentur. « Sanctius [20] est enim facinus nocentis impunitum dimittere quam innocentem condempnare ». (4).

Non nisi post culpam de quoquam sumere mulctam.

« Ridiculum est enim hodio nocentis innocentiam perdere » (5).

* LXXXIV. — **Quis ordo servetur in maleficiis** [21].

Talis enim ordo consuevit servari [22] in maleficiis. Ponendus sive constituendus [23] est unus bonus notarius et legalis [24] super accusationibus maleficiorum; et, si fieri [25] potest, iudex sit [26] cum eo, qui recipiat et examinet accusationes sive in scriptis sive sine scriptis [27] et etiam denuntiationes sive delationes in quibusdam casibus secundum consuetudinem civitatis. Et faciant iurare accusatores sive delatores maleficiorum, que dicuntur commissa, de dicenda veritate tam in accusando quam in defendendo, et quod non utentur falsis testibus scienter. Et scribant dicta diligenter et ubi animus eorum iudicis et notarii moveatur de equitate ad interrogationem faciendam, fiat in || terrogatio et f. 26 A.
scribatur responsio. Postmodum, si accusatio talis sit que postulet fideiuxorem, petant et recipiant fideiuxorem secundum qualitatem accusationis, et postmodum mittant pro accusato seu delato et similia faciant in persona et ex parte ipsius, et fideiuxores exigant. Quod si fideiuxorem dare non poterit, si magnitudo maleficii hoc exigat, faciant custodiri, et certus

---

1 A. de munitionibus potestatis circa familiam suam. — 2 et suo c. presentatis *om.* A. — 3 com. illius *om.* A. — 4 deo *om.* A. — 5 plur. s. acceptum *om.* A. — 6 L. et inde consequi valeant. — 7 A. quod si in sing. m. fiat laudabile est. — 8 et sibi m. precaveat *om.* A. — 9 in omnibus et p. omnia *om.* A. — 10 et ab ill. e. p. s. abstineat *om.* A. — 11 et m. eis *om.* A. — 12 et ne ultraneam..... habeant *om.* A. — 13 L. hiis. — 14 L. per potestatem habenda; *sed* L. *in marg. et* A. a potestate facienda. — 15 virga recta..... equitatis *om.* A. — 16 A. convenit; L. *add.*

(1) (Dig. I, 18, 13). — (2) (Dig. I, 18, 3). — (3) Nov. CXXVIII, 21). — (4) (Dig. XLVIII, 19, 5). — (5) (Seneca, Prov.), —

ergo. — 17 *Codd.* si quis in alium commiseret. — 18 *reliqua om.* A. — 19 L. ferruminarum. — 20 *Ed. Dig.* satius. — 21 de maleficiis. — 22 L. super. — 23 sive constit. *om.* A. — 24 et legalis *om.* L. — 25 fieri *om.* A. — 26 sit *om.* A. — 27 A. sive sine scriptis et in eis diligenter se habeat; **hic desinit** A. —

Source : BIU Cujas

terminus partibus peremptorie statuatur, infra quem testes producant. Et recipiantur testes voluntarii, et cogantur inviti veritati testimonium perhibere; et diligenter eorum dicta scribantur, et postmodum publicentur, et si consuetudo non impedit, eorum attestationum exemplum detur partibus cum accusationibus et responsionibus, ut super hiis, si expedire videbitur vel si expedit, possint plenius deliberare et coram iudice disputare, ut [1] veritas dilucide comprehendi valeat in [2] condempnatione vel absolutione.

LXXXV. — De questionibus et tormentis habendis ad eruendam fidem in maleficiis.

Super furtis vero magnis et latrociniis et quibusdam aliis criminibus gravioribus, si aliter veritas inveniri non potest, consueverunt in quibusdam locis adhiberi tormenta, ut veritas manifestius eruatur. Sed ita potest admitti, si « reus evidentioribus argumentis oppressus sit; tunc enim repeti potest in questionem, maxime si animum [3] et corpus in questionem duraverit. In ea vero causa, in qua nullis reus argumentis urguebatur [4], tormenta non facile adhibenda sunt — et vere sine aliis argumentis rei non torquentur [5] — sed instandum actori ut id, quod intendat [6] comprobet atque [7] convincat » (1). « Confexiones enim sole reorum pro exploratis facinoribus haberi non debent. » (2).

Nil valet ad penam confexio sola reorum.

Cum vero « plures rei sunt unius facinoris, ita audiendi sunt, ut ab eo prius incipiatur, qui timidior est vel tenere etatis videbitur » (3), maior tamen xiiii annis, nisi in crimine lese maiestatis (4). Et licet questio repeti possit, tamen « is qui de se confexus est in caput aliorum non torquebitur » (5). « Nemo igitur de proprio crimine confitentem [8] super conscientia [9] scrutetur aliena. Nemo sibi tamen blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in questione confexus, veniam sperans propter flagitia a diuucti, vel comunione [10] criminis consortium persone superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte sociandus, aut eripi [11] se posse, confidens aut studio aut privilegio nominati, cum veteris iuris auctoritas de se confexos ne [12] interrogari quidem de aliorum conscientia sinat » (6).

Solatium est miseris socios habere penarum.

(1) (Dig. XLVIII, 18, 18). — (2) (Dig. XLVIII, 18, I, 17). — (3) (Dig, XLVIII, 18, 18). — (4) (Dig. XLVIII, 18, 10: « de minore quattuordecim annis quaestio habenda non est; sed omnes omnino in maiestatis crimine torquentur »). — (5) (Dig. XLVIII, 18, 16). — (6) C. de accusationibus, l. fi. in fine

1 L. et. — 2 L. a. — 3 L. animus. — 4 L. arguebatur. — 5 et vere..... torquentur *desunt in Digest.* — 6 L. intendit. — 7 L. ac si. — 8 L. confitens. — 9 L. scientia. — 10 L. comunionem. —

In questione autem tormentorum notandum est quod non debet iudex querere « an Lucius Titius fecerit homicidium, sed generaliter quis id fecerit; alterum enim magis suggerentis quam requierentis videtur » (7).

LXXXVI. — Qualis debeat esse potestas sive iudex circa advocatos.

Sane quia ante sententiam sive condempnationem et in principio post testium publicationem consuevit per advocatos in causa disputari vel aliorum desideria per advocatos presidi opponi, « circa advocatos patientem esse proconsulem seu presidem oportet, sed cum ingenio ne contemptibilis videatur, nec adeo dissimulare » (8), « idest nimium [13] vel in tantum ut contemptibilis videatur » (9). « Observare eum itaque oportebit, ut sit || ordo aliquis postulantium, scilicet ut f. 26. B.
omnium desideria audiantur, ne forte dum (honori) postulantium datur [14] vel improbitati conceditur, mediocres desideria sua non proferant, quia aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes neque in aliqua dignitate positos advocatos sibi prospexerunt » (10). Vere autem cum patientia audiendi sunt advocati, quoniam « advocationis officium est laudabile viteque hominum necessarium, maxime principalibus premiis oportet remunerari » (11) « qui gloriose (vocis) confixi munimine laborantium spem, vitam et posteros defendunt. Dirimunt [15] enim ambigua fata [16] causarum neque defensionis viribus in rebus sepe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant et non minus provident humano generi, quam si preliis [17] atque vulneribus patriam parentesque servarent. Nec (enim) solos nostro imperio, ait Imperator militare illos (credimus) qui gladiis clippeis et toracibus nituntur, sed etiam advocatos: militant namque patroni causarum qui » etc. (12). Debebit autem potestas seu rector civitatis « advocatos petentibus indulgere plerumque: feminis vel pupillis vel aliis debilibus vel hiis, qui sue mentis non sunt, si quis eis petat; vel si nemo sit qui petat, ultro eis dare debebit. Sed et si quis per potentiam adversarii se non posse invenire advocatum dicat, eque oportebit advocatum ei [18] dare. Ceterum opprimi aliquem per adversarii sui potentiam non oportet. Hoc enim etiam ad invidiam eius — silicet reprimendam » [19] (13) — qui provincie preest, spectat, siquis tam impotenter — vel tam impudenter [20] — se gerat ut omnes metuant adversus eum

(IX, 2, 17). — (7) ut ff. de questionibus, l. j, § qui questionem (XLVIII, 18, 1, 21). — (8) (Dig. I, 16, 9). — (9) (Glossa Accursii ad Dig. I, 16, 9). — (10) (Dig. I, 16, 9). — (11) (Cod. II, 7, 23). — (12) (Cod. II, 7, 14). — (13) (Glossa Accursii). —

11 L. eripere. — 12 L. nec. — 13 L. tantum. — 14 L. detur. — 15 L. dirigunt. — 16 L. ambugua facta. — 17 L. plus. — 18 L. eum. — 19 silicet reprimendum *desunt in Digest.* — 20 vel tam impudenter *desunt in Digest.* —

Source : BIU Cujas

advocationem suscipere. Que etiam omnium presidum comunia sunt et debent [1] ab hiis observari [2] » (1).

LXXXVII. — Qualiter et quando scribende sunt condempnationes et absolutiones.

Hiis vero sic peractis, potestas cum iudice suo seu iudicibus suis et notariis superstet accusationibus, confexionibus, probationibus et aliis hinc inde productis, et, veritate diligentius perscrutata, faciat scribi absolutiones et condempnationes et eas publice in consilio vel contione legi faciat et recitari, precepta primitus audientia et certo banno imposito ne aliquis ad rumorem loquatur vel surgat ad loquendum donec fuerint recitate ; et sic, ipsis lectis et recitatis, potestas dicat: « Et nos, sicut lecte sunt et recitate, nos eas confirmamus et approbamus et ipsas precipimus per talem notarium in publicam formam reduci, mandantes sub pena dupli vel qua(drupli) talibus omnibus condempnatis ut infra X dies camerario comunis solvant id in quo sunt condempnati ». Et sic licentiet consilium.

LXXXVIII. — Quis ordo in condempnationibus sit servandus a potestate.

Verumtamen in comdempnationibus et absolutionibus faciendis « respiciendum est iudicanti [3] nequid aut durius aut remissius constituatur quam res deposcit: nec enim aut severitatis aut clementie gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout queque res expostulat, statuendum. Plane in levioribus causis procliviores iudices ad lenitatem esse debent, in gravioribus autem penis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi » (2). Sed cum ipse potestas prepositus sit civitati, quam regit, ad vindictam maleficiorum, laudem vero bonorum, quic-
f. 27. A. quid in ea committitur pertinet || ad eum. Cum enim civitas sue fidei commissa sit, omnia que inter eam committuntur ad eum pertinent (3). Cum magna ergo deliberatione et diligentia curet punire maleficia, que in sua provincia committuntur ; et « cum neque maleficia impunita esse oporteat » (4), immo male meritis publice ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit etiam egestate [4] laborare debet ut licet « pene moliende sint potius quam exasperande » (5), tamen « ut unius pena possit esse metus multorum » (6), secundum diversa male ficia diverse imponuntur pene, et magis exasperantur hodie quam moliantur propter arbitria, que conceduntur potestatibus civitatum, qui magis affectant severitatis gloriam quam clementie (7). Tu tamen, cum fueris sub potestate positus, habeas deum pre oculis, a quo optines potestatem, ita ut « peccata suos teneant auctores nec ultra progrediatur pena quam reperiatur delictum » (8), supradictam legem, ff. de penis (l.) respiciendum, cordicitus [5] retinens dicentem: « Nec enim aut severitatis [6] aut clementie gloria affectanda est, sed perpenso » etc. (9) Si enim tibi concessum fuerit arbitrium non debes eo abuti, cum iniqua arbitria aliorum ad te recurrant tamquam ad bonum virum ut moderentur et in melius reformentur; et in hiis in melius reformandis tuum arbitrium appellatur arbitrium boni viri (10). Merito in concessis tibi arbitriis a populo seu consilio tuum arbitrium debet iustitiam et mensuram in se continere. « Privilegium enim meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate » (11). In pecuniariis autem penis etsi modum propter enormitatem delicti excesseris, potes(t) levius tolerari quam in penis corporalibus, cum remittatur in casibus infamia ubi maior pena imponitur pecuniaria, quam reperiatur legibus diffinita, quasi transactum sit de ipso crimine, et pene super quolibet fere crimine sint specialiter legibus constitute, quas observare teneris (12).

LXXXIX. — Quando ferenda sit sententia condempnationis.

Sententia vero condempnationis ferenda est si plene constat de maleficiis commissis per confexionem libere factam non in tormentis, sed per testes, seu per instrumenta publica vel etiam per pugnam, secundum locorum consuetudinem, vel propter contumaciam. Aliquando sequenda est absolutio, actore non probante, vel ipso rectore suo officio, quando sine accusatore licet ei punire malefacta. « Sanctius est enim facinus nocentis impunitum dimittere quam innocentem condempnare » (13). Licet in civilibus causis sine litis contestatione sententia diffinitiva ferri non possit, quamvis possit dari tenuta seu possessio causa rei servande in contumaces, in maleficiis tamen, que pecunialiter puniuntur, condempuatio fieri potest sine litis contestatione propter contumaciam accusati. In hiis vero, que non pecunialiter sed corporaliter puniuntur, non est ferenda sententia in absentem etiam per contumaciam. « Neque enim inaudita causa quemquam condempnari equitatis ratio patitur » (14). Dampnatum autem accipere debemus, ubi dampnatio tenet, sicut condempnatum, qui rite condempnatus est; ceterum, si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est condempnationis verbum non tenere.

---

(1) (Dig, I, 16, 9), — (2) (Dig. XLVIII, 19, 11). — (3) (Dig. I, 18, 1 : « quicquid igitur intra urbem admittitur, ad praefectum urbi pertinere videtur »). — (4) (Dig. IX, 2, 52). — (5) (Dig. XLVIII, 19, 42). — (6) (Cod. IX, 27, 1). —

(7) (Dig. XLVIII, 19, 11, : « nec enim aut severitatis aut clementie gloria affectanda est »). — (8) (Cod. IX, 47, 22). — (9) (Dig. XLVIII, 19, 11). — (10) (Dig. XLVII, 10, 17: « arbitratu iudicis, utique quasi viri boni »). — (11) (Decretales Gregorii IX, V, 33, 11). — (12) (Cfr. Dig. III, 2, 13). — (13) (Dig. XLVIII, 19, 5). — (14) (Dig. XLVIII, 17, 1). —

---

1 L. debet. — 2 L. observare. — 3 L. num. — 4 *hic locus corruptissimus est.* — 5 cordetenus. — 6 veritatis. —

Source : BIU Cujas

XC. — De termino ponendo a potestate infra quem solvantur condempnationes.

Factis autem condempnationibus maleficiorum, tempus consuevit statui sive terminus a potestate x forsitan dierum vel plurium seu minorum, secundum consuetudinem civitatis, ut condempnationes seu pene condempnate solvantur; nec observatur sive datur
f. 27. B. hodie quadrimestre tempus quod datur con || dempnatis a iure, consuetudine in contrarium optinente. Plurima enim diffiniti iuris tacentur nec merentur memoriam, quum usus hoc peragens transtulit ea in aliam formam seu figuram. Et merito sunt solvende ex quo facte sunt condempnationes; quid enim prodesset sententia sive condempnatio si executioni non mandaretur? Penas enim ob malefacta solvi magna ratio persuadet.

XCI. — De audiendis questionibus extraordinariis per potestatem

« Ut autem omnium desideria audiantur » (1), et cum utilitas provincie exigat esse aliquem per quem negotia provincialia explicentur, convenit bono presidi ut quandoque audiat questiones extraordinarias et desideria civium et dirimat que per se dirimere potest; et in quibus aliquis est scropulus dubitationis advocet ad se iudicem suum et eo interveniente dirimat vel dirimere faciat questionem, vel mittat partes ad iudicem. Quamplures enim questiones consueverunt per presidem extraordinarie terminari et alia necessaria civitatis per ipsum expediri et iurgia sedari. Boni enim pretoris est lites dirimere; quos pretor sua iurisdictione compescere potest non debet pati ad rixam pervenire (2):

Et neglecta solent incendia sumere vires.

Si vero in aliquo sibi proposito et allegato dubitet et suum sit respondere, dicat se velle super eo deliberare et sic statuat diem quem potest proximiorem vel horam sui responsi; et habita deliberatione et consilio cum iudicibus suis, die statuto secure respondeat. Sed, ut supradictum est, cum potestas seu rector civitatis conscendit consistorium vel sederit in consistorio, patienter respondeat tam advocatis quam aliis et cum ingenio, ne contemptibilis videatur. Convenit enim potestati sapienter et consulte omnibus respondere et cum magna deliberatione precipere que duxerit precipienda, quoniam et precepta sunt tenenda potestatis et non de facili irritanda. Similiter et banna sua cum magna deliberatione et consulte imponat et imposita conservet, ut firmus et rectus videatur in opere et sermone. Alioquim deluxoria erunt edicta et precepta sua. Deridetur autem ipse quasi inconstans et agilis. Si autem inconsulte fuerit processum a rectore seu potestate in dictis et preceptis suis, non debet vereri corrigere errorem suum, exemplum Imperatoris sequendo dicentis: « Non enim erubescimus, siquid melius etiam eorum que ipsi prius diximus adinveniamus, hoc sancire et competentem prioribus imponere correptionem nec ab aliis expectare corrigi (legem) » (3). « Nostras emendare leges non nos piget ubique utilitatem subiectis invenire volentes » (4). Pena autem curialibus imponitur, qui exequi male iussa festinant. Et hec facienda sunt cum magno ingenio et cautela, nec sunt exequenda eorum exempla, qui affectantes tantum severitatis gloriam nolunt declinare a malo et facere quod bonum est. Tu autem noli perseverare in malis et iniquis preceptis vel mandatis. Nam quod iussit vetuit ne pretor (quidem) contrario imperio tollere potest. Sequenda vero sunt malorum vestigia si iuste tantum processerint.

(1) (Dig. I, 16, 8). — (2) (Dig. VII, 1, 16,: « cur enim ad arma et rixam procedere patiatur praetor, quos potest iurisdictione sua componere? ») — (3) (Nov. XXII, praef). — (4) (Nov. CXXVII, pr.). —

XCII. — De mandatis principum.

Licet autem prudentum virorum, responsa utilissima et necessaria ad potestatum presidum || et aliorum f. 28. A.
civitatum rectorum doctrinam et instructionem superius sint inducta et rationabiliter comprobata, tamen utilissimum duxi adhuc in hoc loco inserendum precepta et mandata Imperatorum, que ipsis fiunt; (ut) imperialibus constitutionibus et veteri et novo iure instructi possint et debeant leges et iura sine occultatione ignorantie firmiter observare.

XCIII. — Que conveniant administratoribus

« Conveniens est igitur administrationes accipientes eas gubernare, memorantes iusiurandum quod super hiis prestant. Necessarium tamen existimo etiam nunc percipienti tibi administrationem designare, quod a genitoribus reipublice adinventum est qui [1] (ad) administrationes directis certa precepta dabant, mandata principum ea vocantes, secundum que oportet gubernare administrationes. Oportet igitur (te) pure [2] sumentem administrationem et sine omni suffragio pre aliis omnibus mundas servare deo (nobisque) et legi manus, et nullum contingere lucrum neque maius neque minus, neque captiosum, neque captiosam quandam facere contra subiectos negotiationem [3], sed contentum esse solis [4] tibi a comunitate illius civitatis, cui prees, administratis seu constitutis [5], et tam per te quam per eos, qui circa te sunt, purum eis undique servare ius. Et festinare primum quidem illius reipublice tributa et iura exigi

[1] L quod. — [2] L. primo. — [3] *Dig.* neque cuptiosum quoddam facere c. s. negotiatione. — [4] L. soldis. — [5] *Dig.* solis a fisco tibi ministratis. —

Source : BIU Cujas

vigilanter, nichil diminuens circa publicam curam requirere, ne forte res publica illius loci imminuatur [1]; et salvare [2] ei undique que propria sunt. Sicut enim [3] privatos iniustitiam passos adiuvamus, sic etiam publicum illesum manere volumus. Deinde conveniens est te (pro)videre, ut nulli populi civitatum alterutri seditiones faciant; sed omnem pacem esse civitatibus, dum equitas etiam hinc subiectis servatur et neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur [4]. Sit tibi quoque tertium studium lites cum omni equitate audire, et omnes quidem breviores et quecumque maxime vilium sunt ex non scripto decidere et iudicare et liberare homines alterna contentione, et non permittere [nichil] ultra quam continetur civitatis costituto [5] occasione casualium expensarum, dampnificari [6], si tamen sufficientes [7] in datione consistant; alioquin et gratis lites audire, idest sine sportularum datione [8]. Sed etiam pro ubertate [9] necessariorum et operum civitatis diligentiam adhibebis procurans ex civilibus pecuniis que valde necessaria sunt operum facere et pontium similiter et viarum et portuum, in quibus omnino sunt locis provincie, cui presides, portuumque [10] et murorum curam habere; et quicquid omnimo est publicum [11] et civitati utile, cogitabis, facies et nuntiabis. Habebis autem obedientes tibi et qui in provincia sunt milites, in quibus eorum opus habueris ad ministerium iustum. Quos si delinquentes inveneris, sub omni castigatio decenten insuper ex [12] emolumentis eorum satisfieri lesis procurabis. Non permittas [13] privilegiis aliquibus uti nocentes, sed illud solum in auxilium eis servabis ut undique puri eorum que eris inferuntur, innoxii videantur. Homicidia autem et adulteria virginumque direptiones et invasiones (et oppressiones) ita cum vehementia [punies] corrige [14] puniens [15] delinquentes secundum leges vel constitutiones civitatis [16], ut paulatim suplicium eos [17] omnes faciat salvos. Precipue vero officiales tuos retinebis, non
f. 28 B. permittens eos sub || ditos [18] (nostros) impellere, neque ut videantur quod subditi tibi, pro veritate autem [19] tue presint [20] voluntati seu [se]veritati [21]. Festinabis etiam [22] consiliarium et quicumque fuerit circa te assumere virum optimum et purum undique et contentum hiis que a te vel a comunitate civitatis dantur [23]; et siquid [24] preter spem accesserit et non inveneris custodientem tibi fidem iustam, illum quidem expelles, alio vero uteris consiliario, legem et iustitiam cum puris servante manibus. Talem vero prebebis temetipsum omnibus publice et privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus et indevotis circa tue civitatis comune seu circa [25] fiscalia; mansuetissimus autem et mitis omnibus placidis et devotis (et) paternam eis exhibens [26] providentiam. Neque autem homicidis nec adulteris neque virginum raptoribus delinquentibus terminorum custodies cautelam, sed etiam inde extraes et supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere convenit sed hec patientibus [27], ut non talia a presumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed lesis datur a lege, et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum et ledentem et lesum. Oportet autem te et in hoc omnem ponere providentiam dum aliquis dignus [28] apparuerit pena, illum quidem punire, res autem eius non contingere sed sinere eas generi et legi et secundum illum ordinem; non enim res sunt que delinquunt sed qui res possident. At illi reciprocant ordinem; eos quidem qui digni sunt pena dimittunt, illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocavit [29] successionem » (1). Neque deinde pro supradictis « lucrum aliquod omnimo considerantes, devotis autem paterne se exibere; deinde (nostros) subiectos reservare undique sine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes » (2). « Nos enim reos quidem ex legibus penas substinere volumus; dampna vero subiectis nostris aut lucrum ex hoc iudicibus aut eorum hominibus [30] sive officialibus, fieri nullatenus concedimus ut propter rerum desiderium inveniantur iniuste aliquos castigantes aut peccantes vendere » (3). « Sed [et] equi sint in iudiciis, equi vero in publicis disciplinis, exequentes quoque delicta, [et] innoxios quidem undique custodientes eos qui puri sunt, reis autem imponentes secundum leges (penam), et ita presidentes collatoribus, tamquam patres filiis, diligentes quidem eos qui sunt innocentes; qui vero rei monstrantur, castigantes [31] et punientes, omnemque iustitiam (et) in [32] publicis et (in) privatis documentis eis servantes; et non ipsi soli hoc agentes, sed etiam consiliarium semper talem sumentes et qui circa eos sunt omnes: ut non videantur quidem illi velud innoxii esse, per alios autem (delinquat atque) furentur, hoc quod magis turpius est ut et [33] participes iniustitiarum sumant. Ideoque licebit tue celsitudini honestiorum [34] quosdam ad administrationes dirigere et scientium tributa fiscalia, quippe curialium et aliarum personarum, experimentum sui dantium bonum et ad magistratus oportunorum. Quis enim non diligat eum et

---

[1] *Dig.* ne forte fiscus imminuatur. — [2] L. subiacere. — [3] L. etiam. — [4] L. declinare. — [5] *Dig.* continetur sacra nostra constitutione. — [6] L dampnifica. — [7] L. insufficientes. — [8] idest s. op. datione *Dig. om.* — [9] L. pubertate. — [10] *corr.* portus; *cfr. edit. Dig.* — [11] *corr.* publico; *cfr. edit.* — [12] *corr.* inveneris, subponi castigationi decenti insuper et ex emolumentis; *cfr. edit.* — [13] L. *corr.* permittes; *cfr. edit.* — [14] *corr.* corriges; *cfr. edit.* — [15] L. punies. — [16] *Dig.* secundum nostras leges. — [17] *corr.* alios; *cfr. edit.* — [18] *Dig.* subiectos. — [19] L. aut. — [20] L. presidi. — [21] *Cfr. edit.* — [22] L. autem. — [23] *Dig.* his quae a fisco dantur. — [24] *corr.* si quis; *cfr. edit.* — [25] tue civitatis c. s. circa *om. edit.* — [26] L. providens. — [27] *corr.* obpatientibus; *cfr. edit.* — [28] L. digitus. — [29] L. vocat. — [30] L. omnibus. — [31] L. et instigantes. — [32] L. cum. — [33] L. et ut. — [34] L. honestorum. —

(1) (Nov. XVII, praef. 1-5, 7, 12). — (2) (Nov. VIII, 8). — (3) (Nov. CXXXIV, 4).

Source : BIU Cujas

honestate [1] compleri magna putet, si nostro decreto iudicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens quia [2] optimus sit, gratis vero eum suscipiens, non vacans omnino per provinciam privati [3]; nec quemadmodum congreget quod dedit
1. 29. A. nec unde colli || gat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, deo nobisque semetipsum commendare et gloria frui optima [4] et repensationem [5] sperare precipuam? » (1). « Sicut enim eos omni iniusto [6] lucro prohibemus, ita etiam [7] pure cingulis utentes omni honore seu labore et reverentia et honestate frui sancimus » (2). Qui autem auro vendit iustitiam penis furis merito est subdendus.

XCIV. — Quas virtutes decet habere potestatem.

Has autem virtutes potestates et rectores civitatum decet habere. In primis deum ante oculos in iudiciis habere, « scituri pro certo quod non magis alios iudicant quam ipsi iudicabuntur » (3). « Qua enim mensura mensi fueritis eadem remetietur vobis » (4). Sint amatores veritatis falsitatem omnino hodio habentes: « ubique enim falsitatis peccatum hodio habentes » (5). Sint veracium amatores: « veracium enim amatores sumus » (6). Sint amatores « castitatis que etiam sola deo cum fiducia possibilis est hominum animas [deo] representare » (7). Sint amatores pudicitie: « pudice enim nobis per omnia pertinet vivere » (8). « Sequantur eos [8] qui bene vivunt » (9). Sint equalitatis et iustitie amatores: « sint equitatis et iustitie amatores ». Sint iniquitatis et iniustitie per omnia expellentes: « quatenus cotidie inter se homines compescunt auferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem ».

XCV. — De quatuor virtutum speciebus et primo de prudentia.

« Quatuor virtutum species multorum sapientum sententiis diffinite sunt, quibus animus humanus componi ad honestatem vite possit [9]: harum prima est prudentia, secunda magnanimitas, tertia continentia, quarta iustitia. Quisquis ergo hanc [10] sequi desideras [11] tunc per rationem recte vives, si omnia prius existimes et perpenses et dignitatem rebus [12] non ex oppinione multorum sed ex harum natura constituas. Nam scire [13] debes quod sunt que non videntur [14] bona et sunt, et sunt que videntur et non sunt. Quecumque autem ex rebus transitoriis possides, non [hic] magni [15] extimes, non mireris [16] quod caducum est; nec apud te que habes, tamquam aliena servabis, sed pro te tamquam tua et dispenses et utaris. Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris, et prout rerum et temporum [17] varietas exigit, ita [18] (te) accomodes ipsi [19], nec te in aliquibus mutes sed potius aptes, sicut manus, que eadem [20] est et cum in palmo [21] extenditur et cum in pugno [22] astringitur. Prudentis est proprium examinare consilia et non cito facili credulitate [23] ad falsa [crebra siquidem faciem mendacii veritas retines] prolabi [24]. De dubiis non diffinias sed suspensam tene sententiam. Nichil inexpertum [25] affirmes; quia non omne [26], (quod) verisimile (est), statim verum est, sicut et sepius quod primum incredibile videtur, non continuo falsum est. (Crebro siquidem faciem mendacii veritas retinet), crebro [27] mendacium speciem veritatis occultat vel occurrit [28]. Nam sicut aliquando tristem frontem amicus et blandam [29] adulator ostendit, sic verisimile coloratur [30], et ut fallat vel subripiat conatur [31]. Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende et que possunt contingere animo tuo [32] propone. Nichil tibi subitum sit sed totum ante prospicias [33]; nam qui prudens est, non dicit: non putavi quidem [34] hoc fieri; quia non dubitat sed expectat, non suspicatur sed cavet. Cuiuscumque facti causam require: cum initia inveneris exitus cogitabis [35]. Scito te in quibusdam debere perseverare quia cepisti: || quedam vero nec suscipere, in quibus perse- . 29. B.
verare sit noxium. Prudens fallere non vult, falli non poterit. Cogitatio tua stabilis et certa sit: sive deliberet, sive querat, sive contempletur, non recedat a vero » (10).

XCVI. — De dispensatione prudentis cum tribus temporibus.

« Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur: presentia ordina, futura previde [36], preterita recordare. Nam, qui nil de preterito cogitat, perdit vitam; preteritorum enim exibitio futurorum est certitudo [37]; qui vero [38] nil de futuro premeditatur, in omnia incautus incidit [39]. Propone autem [in] animo tuo et mala futura et bona, ut illa substinere possis et [40] ista moderari. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem [41] dato, et requies ipsa plena sit sapientie studiis et cogitationibus bonis; nam prudens nunquam

---

(1) (Nov. VIII, 8). — (2) (Nov. VIII, 6). — (3) (Cod. III, 1, 14). — (4) Evangelium (Mat. VII, 2). — (5) (Nov. XLIX, 2) — (6) (Nov. LVIII, pr.). — (7) (Nov. XiV, 1). — (8) (Nov. VI, 5, 5). — (9) (Nov. LXXVII, 1). — (10) Seneca (De form. hon. vitae, I, II). Quod hic deest invenitur supra de vitiis. —

---

1 L. honeste. — 2 L. que. — 3 *corr.* ulli pravitati; *cfr. edit.* — 4 L. oportuna. — 5 L. representationem. — 6 L. iusto. — 7 L. et. — 8 L. hiis. — 9 *ed.* quibus a. h. comptus ad h. v. p. accidere. — 10 *ed.* igitur prudentiam. — 11 L. desiderans. — 12 *ed.* earum. — 13 L. scribere. — 14 *ed.* videantur. — 15 L. magis. — 16 *ed.* non mireris nec magni aestimes [praecii]. — 17 *ed.* pr. rerum [temporis]. — 18 L. ea. — 19 *ed.* tempori. — 20 *ed* que [semper]. — 21. *ed* palmam. — 22 *ed.* pugnum. — 23 L. crudelitate. — 24 L. labis. — 25 *ed.* [inexpertum]. — 26 L. esse. — 27 *ed.* [et] crebro. — 28 *ed.* specie veritatis occultatur; *om.* vel occurrit. — 29 L. blandus. — 30 *ed.* verisimil[itudin]e coloratur [veritas]. — 31 *ed.* componitur. — 32 *ed.* tuo cuncta propone. — 33 L. prospicies. — 34 *ed. om.* quidem. — 35 L. cogitaveris. — 36 L. provide. — 37 preteritorum... certitudo *om. ed.* — 38 vero *om. ed.* — 39 L. cecidit. — 40 *ed. om.* et. — 41 *ed. add.* sed. —

Source : BIU Cujas

otio marcet, aliquando autem [1] remissum habet animum, numquam solutum; accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit vel exequat [2]. Scit enim, quid qua via aggredi debeat et distincte cuncta videt consilia imperitorum [3]; ex apertis obscura extimat, ex parvulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Id quere quod possis invenire; id disce quod potes scire; id opta quod [4] optare possis coram bonis. Tunc consilia salutaria tibi advoca, cum tibi alludit vite prosperitas, tunc te velut in lubrico detinebis [5] ac sistes. Nec [enim] tibi dabis impetus liberos, sed circumspicies quo eundum sit vel quousque » (1).

XCVII. — De magnanimitate, que dicitur fortitudo

« Magnanimitas vero, que (et) fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia vives liber, intrepidus et [6] alacer. Magnanimi hominis bonum [7] est non vaccillare [8] sed constare sibi et finem vite intrepidum [9] expectare. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit. Et cum illum in potestate tua videris [10], vindictam putabis vindicari [11] potuisse. Scito enim honestum et maius [12] genus vindicte esse [13] ignoscere. Neminem susurro appetas, neminem suffodias. Palam aggredere; non geres conflictum nisi indixeris, nam fraudes et dolos imbecillum decet habere [14]. Eris magnanimus si pericula emerserint [15]; nec appetas ut temerarius, nec formides ut timidus; nam nil [16] timidum facit animum nisi reprehensibilis vite conscientia » (2).

XCVIII. — De continentia.

« Continentiam vero si diligis, circumcide superflua et in artum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat non [17] quantum cupiditas expetat. Si continens fueris [18] usque eo pervenies [19] ut te ipso contentus sis; nam qui sibi ipsi satis est, cum divitiis natus (est) (3). Desideria tua parvo redime, quia hoc tantum curare debes (ut) desinant; atque [20] quasi ad exemplar divinum compositus a corpore ad spiritum quantum potes festina (te) adducere [21]. Si continentie studes, habita non amene [22] sed salubriter, nec dominum velis notum esse a domo, sed domum a domino. Hoc magis [23] observa (ut neç) paupertas tibi immunda sit, nec [24] parsimonia sordida, nec simplicitas [25] neglecta, nec lenidas [26] languida; et si res tibi exigue sunt [27], non tamen sint [28] anguste. Turpia || fugito, antequam ac- f. 30. A.
cedant [29], nec quemquam alium vereberis plusquam te. Omnia tollerabilia [30] preter turpitudinem crede. Admoneberis libenter; reprehenderis patienter. Si merito obiurgabit [31] aliquis, scito quia (profuit tibi; si immerito, scito quia) prodesse voluit. Non acerba sed blanda timebis verba. Esto vitiorum fugax ipse, alienorum [32] (vero) neque curiosus scrutator neque acerbus repehensor, sed sine exprobratione corrector, ita ut admonitionem ylaritate prevenias. Et errori facile veniam dato. Nec [33] extollas quemquam neque deicias [34]. Dicentium esto tacitus auditor [35]. Requirenti facile responde, contendenti facile cede, ne [36] iurgia excitationesque commoveas — vel aliter, nec in iurgia disceptationis descendas [37] —. Mobilis esto, non levis; constans non pertinax. Alicuius rei scientiam habere te nec ingratum sit nec molestum. Omnes tibi pares facias. Inferiores superbiendo non contempdas; superiores recte vivendo ne timeas. In redenda officiositate neque negligens neque exactor appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus. Paucis familiaris, omnibus equus. Rumoribus, criminibus, suspitionibus minime credulus vel malignus [38]; sed potius malignis, qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subreptunt [39], oppositissimus. Ad iram tardus, ad misericordiam pronus. In adversis firmus, in prosperis cautus et humilis. Occultator virtutum, sicut alii vitiorum. Vane glorie contemptor et bonorum, quibus preditus es, non acerbus [40] exactor. Nullius imprudentiam despicias. Severus et serius [41], sed ylares non aspernans [42]. Sapientie cupidus et docilis. Que nosti, sine arrogantia postulanti imparties [43]; que nescis, sine occultatione ignorantie tibi postula impartiri » (4).

XCIX. — De iustitia.

« Iustitia post hec virtus est. Quid est autem iustitia, nisi nature tacita conventio in adiutorium multorum inventa [44]? Et quidem iustitia non nostri animi

---

(1) Salomon (*corr.* Seneca, De form. hon. vitae, II). Mitte quod esse nequid, quere quod esse potest. Quod hic deest, supra scriptum est inter vitia. —

(2) Salmon (*corr.* Seneca, De form. hon. vitae, III). — (3) Quod hic deest invenitur supra de vitiis. — (4) De formula hon. vitae, IV).

---

1 autem *ed. om.* — 2 *ed.* dura mollit, [aspera] tentat, ardua exaequat. — 3 L. consilium peritorum; *ed.* debeat et cito singula ac distincte videt [consilia imperitorum]. — 4 L. optari; *ed.* id sequere q. potest inveniri; i. d. q. potest sciri; i. o. q. potest optari. — 5 *ed.* retinebis. — 6 et *om. ed.* — 7 *ed.* magnum bonum humani animi. — 8 *ed.* tremere. — 9 L. intrepidus. — 10 *ed.* habueris. — 11 *ed.* vindicare. — 12 *ed.* magnum. — 13 *ed.* [esse]. — 14 *ed.* doli imbecillum decent. — 15 *ed. om.* emerserint. — 16 *ed.* non. — 17 L. et. — 18 L. eris. — 19 L. perveneris. — 20 *ed. add.* ita. — 21 L. reducere. — 22 L. amene. — 23 L. maius. — 24 *ed.* sit [vitae] nec. — 25 *ed.* simpl. [tibi] neglecta — 26 *ed.* lenitas [iam] languida. — 27 *ed.* sint. — 28 *ed.* sint [animo tuo] angustae. — 29 L. accidant. — 30 *ed.* tol. [esse] praeter. — 31 *ed.* obiurgaverit. — 32 L. aliorum. — 33 L. neque. — 34 L. deicias. — 35 L. adiutor. — 36 L. nec. — 37 *ed.* cede ne in iurgia execrationesque [al. nec ad iniuriarum excitationes] descendas. — 38 *ed. om.* vel malignus. — 39 L. subripuerit. — 40 L. acerbum. — 41 L. ferus. — 42 L. aspernas. — 43 L. impartiens. — 44 *ed. add.* [Iustitia est etiam habitus animi communi utilitate servata suam cuique tribuens dignitatem].

Source : BIU Cujas

constitutio sed est divina [1] lex et [2] vinculum societatis humane. In hac non est quod extimemus quid [3] expediat: expediet quicquid illa dictaverit. Quisquis igitur hanc sectari [4] desideras [5], time (deum) prius et ama, et ameris ab eo [6]. Amabis enim deum si illum in hoc immitaberis, ut velis omnibus prodesse et [7] nulli nocere: et tunc te iustum virum appellabunt omnes, sequentur [8] et venerabuntur te [9] et diligent. Iustus enim ut sis, non solum non nocebis sed etiam nocentes prohibes. Nam nil nocere non [10] iustitia [11] sed abstinentia alieni est. Ab his ergo incipe, ut non auferas; et ad maiora provehere, ut etiam ab aliis [12] ablata restituas; raptores quoque [13] ipsos, ne aliis timendi [14] sint, castiga et cohibe. Ex nulla vocis ambiguitate controversiam nectes sed animi qualitatem speculare. Nichil tibi intersit adfirmes an iures [15]. De religione et fide scias agi ubicumque de veritate tractatur: nam etsi [16] iureiurando deus (non) invocetur, etiam non invocantis [17] testis est. Non transies [18] veritatem, ne [19] iustitie transeas legem.
f. 30 B. Quod si aliquando || coarceris [20] uti mendacio, utere non ad falsi [21] sed ad veri custodiam, et si contigerit fidelitatem mendacio redimi [22], non mentieris sed potius excusaberis; quia ubi honesta causa est, iustus secreta non prodit. Tacenda enim tacet, loquenda [enim] loquitur; atque ita [23] illi apta [24] pax est (et) secura [25] tranquillitas, ut dum alii vincantur a malo vincantur ab illo mala [26]. Hec ergo si studere curaveris, letus et intrepidus cursus tui [27] finem expectans [28], prospiciens [29] hec [30] tristia [31] huius mundi [32] ylaris, et tumultuosa quietus [33], strenuus [34] et securus permanebis [35] » (1).

C. — De mensura retinenda in dictis quattuor virtutibus.

« Hiis ergo institutionibus hee iiijor virtutum species perfectum te facient virum, si mensuram rectitudinis [36] earum usque ad vivendi finem servaveris. Nam si prudentia terminos suos excedat, callidi et pavidi acuminis eris [37]; investigator latentium et scrutator qualiumcumque noxarum ostenderis: notaberis timidus [38], suspiciosus, pavidus [39], semper aliquid timens, semper aliquid dubitans [40]. Et si [41] subtilissimas suspitiones suas ad reprehensionem [42] (alicuius) impingas [43], [cum ita] monstraberis [44] digito astu plenus, versipellis et simplicitatis inimicus, contemplatoreque [45] culparum, et postremo uno nomine vocaberis a cunctis malus homo. In has ergo maculas prudentia immensurata perducit. Quicunque [46] mediocri lance persistit, nec obtusum in se aliquid habet [47], nec versutum » (2).

CI. — Qualiter sit magnanimitas temperanda.

« Magnanimatas autem, si se extra modum suum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum, inquietum et in quascumque extollentias [48] dictorum (et) actorum, neglecta honestate, festinum; qui momentis omnibus supercilia [49] subripiens ut bestia [50], etiam [51] quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed quamvis audax sit impugnator, tamen multa extra se valentia ferre [52] non poterit, sed aut miserum appetit finem, aut erumnosam sui memoriam dereliquid. Mensura ergo magnanimitatis est nec timidum esse hominem nec audacem » (3).

CII. — Qualiter sit continentia temperanda.

« Continentia deinde hiis terminis se astringat: cave ne parcussis, ne [53] suspiciose [54] et timide manum contrahas, ne in [55] minimis speculum [56] ponas; nam talis et tam circuncisa, vilis putabitur [57] integritas. Hac ergo mediocritatis linea continentiam observabis, ut ne voluptati [58] deditus, prodigus aut [59] luxuriosus appareas; nec [60] avara tenacitate sordidus aut obscurus existas » (4).

CIII. — Qualiter iustitia sit moderanda.

« Iustitia postremo (eo) mediocritatis tibi tenore [61] regenda est, ne ductu vigiliter [62] levi immotam semper animi rationem negligentia subsequatur, (dum nec de magnis neque de minimis errantium vitiis) corrigendi curam geras [63], sed [neque] licentiam peccandi aut alludentibus tibi blande aut illudentibus proterve permittas; neque rursum nimia rigiditate et [64] asperitate nil venie aut benignitati [65] reservans, humane societati

---

(1) (De formula honestae vitae, V). — (2) (De form. hon. vitae, VI). — (3) De form. hon. vitae, VII). — (4) (De form. hon vitae, VIII).

— [1] *ed.* Et quid est iustitia nisi nostra constitutio seu divina. — [2] *ed.* aut. — [3] L. quod. — [4] L. desiderari. — [5] L. desiderans. — [6] L. a deo. — [7] *ed. om.* et. — [8] *ed. add.* [te]. — [9] te *om. ed.* — [10] *ed. add.* est. — [11] L. iustitie. — [12] L. auferas ut ad maiora promovearis et aliis. — [13] *ed.* raptoresque. — [14] L. timidi. — [15] L. intersit firmes an vites. — [16] L. si; *ed. add.* in. — [17] L. et nonne invocati. — [18] *ed.* tamen non transies; L. transiens. — [19] L. nec. — [20] *ed.* coarteris. — [21] *ed. add.* fructum. — [22] L. redime. — [23] L. via. — [24] *ed.* aperta. — [25] L. secutor. — [26] ut dum... malo *om. ed.* — [27] L. cur ti. — [28] L. expectasset; *ed* expectare. — [29] *ed.* prospicies. — [30] *ed.* [haec]. — [31] L. tristitia. — [32] L. huiusmodi. — [33] L. questus. — [34] *ed.* extrema. — [35] *ed. om.* et permanebis. — [36] L. certitudinis. — [37] L. collidi et pavida commiseris; *ed.* callidus *etc.* — [38] *ed.* minutus. — [39] *ed.* suspiciosus [et contemptus], attentus. — [40] *ed.* [semper aliquid dubitans], semper aliquid querens, semper aliquid convincens. — [41] et *ed.* qui. — [42] L. prehensionem. — [43] *ed. add.* admissi [al' ad animi tui apprehensionem impingas]. — [44] L. prostraberis. — [45] *ed.* contemplatorque; *ed. add.* [te]. — [46] *ed. add.* in illa. — [47] L. habeat. — [48] L. excellentias. — [49] L. superciliis. — [50] *ed.* bestiarius. — [51] L. nam. — [52] L. forte. — [53] *ed.* nec. — [54] L. suspitione. — [55] *ed.* nec. — [56] *ed.* spe (cal)culum. — [57] *ed.* circumcisa putrebit. — [58] L. voluntati. — [59] L. et. — [60] L. ne. — [61] L. itinere. — [62] *ed.* iugiter. — [63] *ed.* geris. — [64] *ed.* nimiae rigiditatis; *om.* et. — [65] *ed.* begninitatis. —

Source : BIU Cujas

durus appareas. Ita ergo iustitie regula tenenda est, ut reverentia [1] [et] discipline eius [2] neque nimie negligentie comunitate despecta vilescat, neque severiori atrocitate durata gratiam humane amabilitatis ammictat » (1).

CIV. — De forma dictarum quattor virtutum.

« Siquis ergo vitam suam ad utilitatem non tantum propriam sed (et) multorum inculpabiliter adipisci [3]
f. 31. A. deside || rat, hanc predictarum virtutum formulam pro qualitatibus temporum, locorum, personarum atque causarum eo mediocritatis (tramite teneat ut in quodam velut meditullio summitatis) assistens [4] quasi [5] per abrupta [6] alterinsecus precipitia aut ruentem compos sui [7] devitet insaniam, aut deficientem puniat [8] ignaviam » (2). « Vis honorem habere? dabo tibi magnum imperium: impera tibi » (3).

Legum frena tenens te fortiter arce
Cunctorum metus sis tu et ipse tibi.

CV. — De administratione rerum ad civitatem pertinentium.

Dictum est supra qualiter potestates et rectores civitatum debeant se habere circa subiectos et de mandatis principum eis factis. Nunc specialiter dicendum est de administratione rerum ad civitatem pertinentium.

CVI. — De cura rerum civitatis administrandarum a potestate habenda.

Super rebus autem qualiter bene administrentur, custodiantur et disponantur, sollicite curet civitatis rector, nec de hiis seu super eisdem aliquem contractum inire presumat sine consilio civitatis; et pecuniam condempnationum, salariorum et undecumque ad comune pertinentem diligenter in scriptis redactam faciat a camerario comunis diligenter custodiri; et caute sibi precaveat in expensis inutilibus et superfluis; et parcus potius haberi desideret in pecunia comunis quam largus. Non enim comendatur qui est largus in alterius, parcus in ede sua. Verumtamen si causa exigit et tempus postulet, pro honoribus comunis aumentandis et manutenendis faciende sunt impense largiflue: bonus enim denarius est defendens solidum, et bonus solidus defendens libram, libra autem nichilominus commendatur marchiam defendens argenti. Sic enim tempus est expendendi et tempus retinendi; in utroque tamen cum magna discretione incedendum est a rectoribus civitatis. Propria enim inconsulte dispertiens [9] mutuo cogitur sumere aliena. Consuererunt enim nummi deficere cui [10] plus quam lucretur indebite et incaute expendit. « Magistratus autem reipublice non dolum solummodo, sed etiam latam negligentiam et hoc amplius diligentiam etiam debent » (4). « Omnes autem, qui rempublicam gubernabunt [11], consulere debebunt, ut [12] earum rerum copia sit, que sunt necessarie; quarum qualis comparatio fieri soleat et debeat, non est necesse disputare; est enim in promptu; tamen locus attingendus fuit. Capud autem est in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritie pellatur etiam [13] minima suspitio. Utinam, inquid Caius [14] Ponticus Samnis, ad illa tempora me fortuna reservasset et tunc essem natus, quando Romani accipere dona cepissent; non essem passus diutius eos imperare. Ne illi multa secula seu tempora [15] expectanda fuerunt; modo enim hoc malum (in) hanc rempublicam [16] invasit. Laudat Africanum Panetius quod fuerit abstinens a munere [17]. Nullum enim vitium deterius — paremptesis [18]: ut eo unde egressa est referat se oratio — quam avaritia » (5). « Quam ob rem ne sit es alienum quod reipublice noceat providendum est, quod multis rationibus caveri solet [19] non, si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum [20]. Nec enim [21] ulla res vehementius rempublicam [22] continet quam fides, que esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Ab [23] hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis aferatur, aberunt [24] hii qui rempublicam tuebuntur, in primis(que) operam dabunt [25] ut iuris
et [26] || iudiciorum equitate suum quisque teneat et neque f. 31. B.
tenuiores propter humilitatem circumveniantur neque locupletibus ad sua (vel) tenenda vel recuperanda obsit invidia; preterea quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt, [27] rempublicam augeant imperio, agris, vectigalibus. Hec magnorum hominum sunt, hec apud maiores nostros fatigata, hec genera officiorum qui persecuntur, cum summa utilitate reipublice, ipsi magnam adipiscentur [28] et gratiam et gloriam » (6).

CVII. — De collecta sive datia civitati imponenda.

Item in quantum possunt, sibi precaveant potestates et civitatum rectores ne aliquod datium sive collectam civitatibus, quibus presunt, imponant sive

---

(1) De form. hon. vitae, IX). — (2) (De form. hon. vitae, X). — (3) Seneca (Prov.). — (4) (Dig. L, 8, 8.) — (5) Tullius (De off. II, 74 - 77). — (6) Tullius (De off. II, 84 85). —

---

1 L. reverentie. — 2 *ed.* nimia. — 3 *ed.* ascisci. — 4 L. insistens. — 5 L. quas. — 6 L. abruta. — 7 *ed.* ipse. — 8 *ed.* contemnat. — 9 L. disperiens. — 10 L. qui — 11 L. gubernant. — 12 L. et. — 13 L. enim. — 14 L. Gaius. — 15 seu tempora *om. Cic.* — 16 L. hac republica. — 17 a munere *om. Cic.* — 18 paremptesis *om. Cic.* — — 19 *ed.* potest. — 20 L. aliena. — 21 L. est. — 22 L. rei publice. — 23 L. ad. — 24 L. abierunt. — 25 L. dabant. — 26 L. in. — 27 L. potuerit — 28 L. adipiscantur. —

Source : BIU Cujas

tributum conferant. « Danda etiam opera est ne, quod apud maiores nostros sepe fiebat propter erarii tenuitatem assiduitatemque bellorum, tributum sit conferendum; idque ne eveniat, multo erit ante previdendum. Sin que necessitas huius muneris alicui reipublice obvenerit — malo enim (alii) quam nostre ominari [1], neque tamen de nostra sed de omni republica disputo —, danda erit opera ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse [2] parendum. Atque etiam omnes, qui rempublicam gubernabunt [3], consulere debebunt ut earum rerum copia sit, que sunt necessarie » (1). « Preses autem provincie provideat munera et honores in civitate equaliter per vices secundum etates et dignitates, ut [4] gradus munerum honerumque qui antiquitus statuti sunt, iniungi, ne sine discrimine et frequenter hiis oppressis simul viris et viribus res publice destituantur [5] » (2). « Sed ne cui eorum id quod super vires sit inducatur, ad presidis religionem pertinet. Quem ita senio [6] et corporis [7] imbecillitate vexari [8] pretor animadvertit, ut muneri preferende pecunie non sufficiat, dimittat et alium constituat » (3). « Inopes honera patrimonii ipsa non habendi necessitate non substinent; corpora autem indicta obsequia solvunt » (4). « Ultra modum sumptuum te muneribus civilibus gravari levatis aliis preses provincie non patietur, sed equalitatem [9] tam iuris quam censure memor circa ordinem custodiet » (5). « Civilia munera per ordinem pro modo fortunarum substinenda sunt. Munera, que patrimoniis publice utilitatis gratia inducutur, ab omnibus subeunda sunt. Qui immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, honera patrimoniorum substinere debent; in quibus causis et hospites recipiendi sunt. Etiam minores etate patrimoniorum muneribus subiugari solent; unde intelligis [in] te frustra plenam immunitatem desiderare, cum munera, que impensas exigunt, subire te necesse sit. Patrimonialia [10] munera ab omnibus agnosci debent, quo facilius obsequiis publicis pareatur » (6).

CVIII. — De viis publicis actandis et reficiendis.

Quoquiam « publice utile est sine metu et periculo per itinera commeari; (parvi autem interesse debet, utrum publicus locus sit an vero privatus, dummodo per) eum [11] vulgo iter fiat, quia iter facientibus prospicitur, non [12] publicis viis studetur: semper [13] enim ea loca, per que vulgo iter solet fieri, eamdem securitatem debent habere » (7); quam ob rem decet potestatem seu rectorem civitatis magnam curam de hiis
f. 32. A. habere qualiter reficiantur et ap || entur. Laudabitur enim in longo tempore et a transeuntibus multotiens benedicetur. Curam etiam et sollicitudinem habeat, ne quid in loco publico, ne quid in viis publicis fiat, et ut quod factum immissumve (sit) extollatur; secundum quod in iure cavetur specialiter de predictis (8).

CIX. — De modo et mensura habendis a potestate in expensis.

Inter cetera alia, que conveniunt potestati, hoc enim arbitror plurimum expedire, si modum et mensuram suis expensis imponat et sibi et sue familie provideat condecenter.

Vivere cum meta lex precipit atque propheta;
Transiliens modum dexerit omne bonum.
« Semper [14] ad omne quod est mensuram ponere prodest » (9).
Sic sine mensura vix stabit regia cura.
« Est modus in rebus sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum » (10).
Parce dispensa quo possit crescere mensa [15];
Durat namque parum nimius usus divitiarum.
Gaudia sepe tuis debes adiungere tuis!

CX. — De iudicibus honorandis a potestate.

Iudices autem suos, notarios et militem multum honoret et ylarescat eisdem. Insolentiam vero scutiferorum et servientium compescat moderate, et servos contempnat bilingues.

Verbere quam verbis melius dominabere servis.
Consultor procerum servos contempde bilingues.

CXI. — De scutiferis adulatoribus loquacibus non tenendis.

Adulatores autem et adsentatores consueverunt scutiferi potestatibus complacere, quod a sapientibus improbatur, ut supra dictum est et notatum.

Laudat adulator sed non est verus amator.

Tu tamen eos devita.

Plus laudatori quam tu tibi credere noli.

Multum vero loquaces familiares vitare debet potestas et rector civitatis.

Raro loquaci [16] credatur quamquam permulta [17] loquatur.
Res occultande tacitis sunt participande.

CXII. — De iudicibus dicetur infra

Verum quia iudices totius regiminis potestatis sunt participes et ad ius reddendum et iustitiam diligendam

---

(1) Tullius (De off. II, 74). — (2) (Dig. L, 4, 3). — (3) (Dig. L, 5, 2). — (4) (Dig. L, 4, 4). — (5) (Cod. X, 43, 4). — (6) (Cod. X, 42, 1, 2, 3, 7, 10). — (7) (Dig. IX, 3, 1). — (8) (Dig. XLIII, 7, seqq). — (9) (Proverbia metrica que extra ordinem librorum vagantur; Hieremias de Montagnone, IV, I, 1). — (10) (Horat. Sat. I, 1, 106). —

---

1 L. nominari. — 2 L. est. — 3 L. gubernant. — 4 L. aut. — 5 L. destruantur. — 6 L. senio. — 7 L. corporum. — 8 L. vexati. — 9 L. equabilitatem. — 10 L. munere — 11 L. unde. — 12 L. ne. — 13 L. sed. — 14 L. sicut — 15 L. mensam. — 16 L. loquace. — 17 L. credatur cuiquam si multa. —

Source : BIU Cujas

precipue sunt ordinati et constituti, merito de eorum vita et honestate specialiter tractatus est faciendus; licet in superioribus tractatibus de vitiis fugiendis et de virtutibus amplexandis habitis de potestatibus, presidibus et rectoribus civitatum, qui et « iudices iudicum » (1) dicuntur, satis plenarie (dictum sit, et) in personis iudicum [legum] possint supradicta veridice adaptari.

CXIII. — De vita et honestate iudicum in officio cum potestate residentium et eorum interpretatione.

Iudicis autem nomen magnum; ponitur enim loco dei in causis pro hominibus, ut ibi: « Quid enim aliud nisi deum pro hominibus in omnibus causis iudicem esse credendum est? » (2); quasi dicat nil aliud. Item nil aliud maius promisit Iesus discipulis et apostolis suis cum fuit interrogatus: « Nos qui reliquimus omnia et
f. 32. B. secuti sumus te, quid ergo || erit nobis? Quibus ait: Vos qui secuti estis me, sedibitis super sedes XII iudicantes [X]XII tribus Israel » (3). Item in hoc mundo iudicat terram, id est terrenos, ut ibi: « Diligite iustitiam qui iudicatis terram » (4). Dicitur autem iudex ius dans, appellatur enim iudex iustus. Item dicitur bonus iudex. Item vocatur bone fidei iudex. Item dicitur religiosus iudex. Item dicitur « dei presentia consecratus » (5). Item appellatur sacre cognitor; vel dicuntur iudices, id est, ius dicentes, ut ibi: « Si quis iusdicenti non obtemperaverit » (6). Dicitur autem iudex, id est ius tuens, vel iustitiam tuens: « quid enim predesset ius in civitate esse, nisi esset qui ius regere possit? » (7). Magnum ergo vere est nomen iudicis, nichilominus et magna potestas et magna iurisdictio. Sic enim ait Imperator: « Volumus autem (omnibus) iudicibus nostrarum provinciarum omnes subdi; privatos quidem, secundum [hoc] quod ciguli proprium [primum] est, in omnibus causis pecuniariis [iniuriis] (et) criminalibus occasionibus [1]. Qui vero in militiis constituti sunt, etiam istos occasione fiscalium et criminum eis subdi omnibus modis » (8). Item et ipsa rubrica cavetur, ut omnes obediant iudicibus provinciarum in pecuniariis et criminalibus causis. Item potestatem habet iudex administrationem habens [seu] comunitatis illius civitatis, punire illos penali iudicio, qui in ius vocati iusdicenti non obtemperaverint [2] (9). Item punire potest contumaciam litigatoris in dampno litis. Item possessionem dat contra contumacem causa rei servande. Item potest iudex ordinarius secundum Decretum interponere vel iubere possidere in causa dampni infecti et aliis quibusdam in iure specificatis. Item potest tutores et curatores dare; potest etiam in integrum restituere; adrogatio, adoptio, emancipatio, manumissio apud eum fieri possunt et donationum insinuatio et testamentorum apertio. Item latissime patet iudicis officium in rei vendicatione et in omnibus arbitrariis actionibus. Item in delatione et in taxatione iurisiurandi et in extimationibus faciendis, ubi iurari non potest, et in multis aliis quod longum esset enarrare in corpore iuris, que nec etiam in suo speciali titulo de officio iudicis in Institutionibus (10), sunt comprehensa. Quid plura? condempnare et absolvere potest, et totum fere ius et iustitia ab ipso regitur et redditur et « unaqueque civitas cura fruitur iudiciali » (11). Deus [3] enim in terris in omnibus causis pro hominibus habendus est. Sine ipis enim iudicibus et iuris peritis nec papalis nec imperialis nec regalis nec alterius cuiuslibet curia recte consistere potest. Quanta ergo cura, quanta sollicitudine custodire et servare se integrum et mundum a vitiis superius denotatis et a corruptionibus debet, et quomodo debet amplexari virtutes prefatas et « servare puras manus deo et legi » (12) sive nobis, ait Imperator, ipse iudex ignorare non debet. « Equitatem enim debet habere ante oculos » (13) et ipsum deum, sciens « quod etiam ipsi magis quam partibus terribile iudicium est, et non magis alios iudicat quam ipse iudicabitur, si litigatores quidem sub hominibus, ipse autem deo inspectore adhibito causas perfert [4] trutinandas » (14). « Qua mensura messus fuerit eadem remetietur (ei) » (15). Timeat igitur deum, qui est « initium sapientie » (16). Diligat iustitiam et iura et leges, propter que et quas permissione divina honores recipit, ditatur, timetur, diligitur et optinet dignitates. Sint ergo iudices, || f. 33. A.
ut dictum est supra in potestatibus, presidibus et rectoribus civitatum, amatores veritatis, « falsitatem omnino hodio habentes et falsitatis peccatum » (17). Sint veracium amatores: « veracium enim amatores sumus » (18), dicit Imperator. Ad quid enim aliud magis cottidie laborant iudices quam ad veritatem inveniendam in omnibus causis? Ad eruendam enim veritatem minor XXV annorum iurat; et servus et quandoque liber, ut supra dictum est, cogi (potest) per tormenta; et testis [vel] ad testimonium [quis cogi] iurandum et veritati testimonium perhibendum [5] (cogitur) et ubi crimen falsi incidit acerrima est facienda indagatio. « Plurimum quoque [6] in exequenda veritate in testibus vox etiam ipsa et cognitoris [8] subtilis diligentia affert. Nam et ex sermone et ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel extimationis quisque in civitate sua est, quedam ad illuminandam veritatem in lucem

(1) (Nov. XV, pr.). — (2) (Cod. II, 59, 2, 8). — (3) (Matt. XIX, 27,28). — (4) (Sapient. I, 1). — (5) (Cod. III, 1, 14). — (6) (Dig. II, 3). — (7) (Dig. I, 2, 2). — (8) (Nov. VIII, 6). — (9) (Dig. II, 3, 1). — (10) (Inst. IV, 17). — (11) (Nov. XV, 6). — (12) (Nov. XVII, 1). — (13) (Dig. XIII, 4, 4). — (14) (Cod. III, 1, 14). — (15) (Luc. VI, 38). — (16) (Eccl. I, 16). — (17) (Nov. XLIX, 2). — (18) (Nov. LVIII, pr).

[1] L. accusationibus. — [2] L. obtemperaverit. — [3] L. deum. — [4] L. profert. — [5] L. perhibere. — [6] L. plerumque. — [7] L. cogitationis. —

Source : BIU Cujas

emergunt » (1). Item Imperator sic iubet: « Omnes iudices nostros veritatem et legum et iustitie sequi vestigia sancimus ». Sint « amatores castitatis » (2) ,« que etiam sola cum fiducia possibilis est deo hominum animas representare » (3). Luxuriam mulierum penitus aborrentes; per eam enim debilitatur sensus et iudex nequid stabilis permanere:

Nec vir erit stabilis cum muliere frequens.

« Nil tam mortiferum ingeniis quam luxuria est » (4). Sint amatores pudicitie (5): « Pudice enim nobis per omnia pertinet vivere » (6). Sint equalitatis, equitatis et iusticie amatores (7). Sint iniquitatis et iniustitie per omnia expellentes et homines inter se cottidie contendentes compescant, auferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem. Iudex autem provincie, secundum imperiales leges, examinet ea que proponuntur, et unicuique iustitiam servet. Forma autem dicitur iustitie cum legibus conveniens: « propterea enim, dicit Imperator, et iudices gratis facimus et insiurandum iubemus eos subire, ut [2] unicuique interpellanti iustitiam servent secundum nostras leges » (8). « Firmamentum enim perpetue comendationis et fame iustitia, sine qua nichil potest esse laudabile » (9). « Qui igitur adipisci veram iustitie gratiam volent iustitie fungantur [3] officiis » (10). « Hoc quidem perspicuum [4] est, (eos) ad imperandum diligi solitos, quorum de iustitia magna esset oppinio multitudinis, adiuncto [5] vero, (ut) idem etiam prudentes haberentur [6] » (11). « Iustitia sine prudentia multum potest [7], sine iustitia nil valet [8] prudentia; prudentia sine iustitia nil valebit [9] ad (faciendam) fidem » (12). Qui vero auro vendit iustitiam penis est furis subdendus. Non ergo inveniatur opprimere aliquem ; ne ei dicatur « quoniam qui debebat vindicare oppressum, ipse opprimere invenitur » (13). Immo « si iudex senserit aliquam malignitatem fieri ab aliquo ministrantium, expellat quidem eum ab auditorio suo, eo quod non cum utili oppinione causis utitur, alios autem » et cet. (14) [ut]. Item et consiliarius eius simile substineat supplicium, si factis a iudice contrariis [10] legibus in scriptis consentiat. Assessoris vero inprudentiam non debet magnitudini officere et (?) immo iudice prudentia commendatur; studere enim debent iudices ne ex turpi colludio queratur ex miseris premium gaudiorum [11].

Non est dignus equo, cui carior est equus equo.

(1) (Dig. XLVIII, 18, 10). — (2) ut in Aut. quibus modis naturales efficiantur legitimi, coll. vj, v columpna, § volumus (Nov. LXXIV, 4). — (3) ut in Aut. de lenonibus, § sancimus (Nov. XIV, 1). — (4) Seneca (Prov.). — (5) Tullius (?). — (6) (Nov. VI, 5, 5). — (7) ut in At. (?) de dote adscripta, in principio. — (8) (Nov. LXXXVI, 3). — (9) Tullius (De off. II, 71). — (10) Tullius (De off. II, 43), — (11) Tullius (De off. II, 41). — (12) Tullius (De off. II, 34). — (13) (Nov. LXXXVI, 4). — (14) (Nov. LXXXII, 7). — (15) Tullius (De off. I, 147). — (16) Tullius (De off. I, 30). — (17) Tullius (De off. I, 60). — (18) Seneca

1 L. contendere. — 2 L. et. — 3 L. funguntur. — 4 L. prospicuum. — 5 L. adinvento. — 6 *Cic.* multitudinis. Adiuncto v. u. i. e. p. h., nihil erat, quod homines iis auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. — 7 *ed. Cic.* poterit. — 8 *ed. Cic.* valebit. — 9 *ed. Cic.* valet. — 10 L. contraria. — 11 *hic locus corruptissimus est.* — 12 L. elienda. — 13 L. datos. — 14 L. honores. — 15 Nec vero.... exquirere *in margine.* — 16 L. vel. — 17 L. cognitionem. — 18 *Cicero*: Sed ut nec. — 19 et *non habet Cic.* —

Laudabile quidem est aliquem || iudicum esse virum optimum et purum, undique et contentum hiis, que a potestate civitatis seu comunitate civitatis sibi constituuntur et dantur, quoniam libentissime adsumitur et talis queritur et queri debet a rectoribus civitatum. E contrario quam detestabile et verecundum est, si non inveniatur fidelis nec servans fidem presidi vel civitati cui preest, vel reperiatur in aliqua malignitate! Removebitur enim ab honore et expelletur a dignitate et officio, et assumatur alius legem et iustitiam cum puris servans manibus, ut supra dictum est et notatum. Studeat ergo iudex, dum est in honore et dignitate, ea facere, que iura precipuunt; sit in causis utrique parti equus, sit benignus auditor et patienter audiat advocatos sine superbia, sine ira, sine arrogantia, sine immodica severitate, benignus, patiens et iustus in solio pro tribunali sedens; et secundum generales leges causam examinet et sententiam proferat legitimam, veritate subtilius perquisita, et legibus consonantem. Vel sic: Examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictavit sequetur; vel auditis defensionibus tuis, id quod ratio exigit iudicare. Vel sic: Iudex congruentem iuri ac debite religionis sententiam proferat; in dubiis autem suspensam teneat sententiam iudex, donec certificetur. Sic enim dictum est supra: veritate subtilius perquisita etc. « Nec vero alienum ad ea eligenda [12], que dubitationem afferunt adhibere doctos [13] homines [14] vel etiam usuperitos, et quid hiis de quoque (officii) genere placeat, exquirere [15] » (15). « Unde bene precipiunt qui vetant quicquam agere, quod dubites, equum sit an [16] iniquum. Equitas enim lucet ipsa per se, dubitatio autem cogitationem [17] significat iniurie » (16). Ergo legibus insuda, civiliter argue somptes. « Nec enim [18] medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis (artis) precepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine usu, sine exercitatione consequi possunt; et [19] sic officii conservandi precepta traduntur illa quidem, ut facimus ipsi, sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat » (17). « Mollit enim virumotium ferum si tu *(sic)* rubiginem ducit; honoris autem augmentum non ambitione sed labore ad unumquemque convenit devenire » (18).

f. 33. B.

Qui scit laudatur, qui nescit victuperatur.
Absque labore gravi vix possunt magna parari.
Absque labore gravi vix munera magna dabuntur.

Source : BIU Cujas

« Nichil autem est quod tam deceat quam (in) omni re [1] gerenda servare constantiam » (1). Iudicis autem officium hominem querit rectum et constantem, ut non moveatur facie potentis a iustitia nec precibus calamitosorum inflectatur vel derivetur a iure. Sic enim scriptum est: « Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate » (2). Alioquin si haec vestigia non es imitaturus, non debuisses affectare id in quo intelligis vel intelligere debes infirmitatem tuam aliis periculosam futuram. Sic enim scriptum est per Prophetam: « Non queras fieri iudex nisi virtute [2] valeas irrumpere iniquitates, ne forte pertimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate tua » (3), ut supra dictum est. Unde qualiter agendum sit a iudice supra dictum est; set et iterum potest dici sic (4):

f. 34. A.

Si lix inciderit, te iudice, dirige libram; ||
Iudices nec flectat amor, nec munera palpent;
Nec moveat stabilem persone acceptio mentem;
Muneris arguitur accepti cempsor iniquus;
Munus enim a norma recti detorquet acumen;
Iudicis et rectam involvit caligione mentem.

CXIV. — Quod potestas sectetur [3] intrascriptas virtutes.

Tu ergo, remota negligentia et desidia procul expulsa, curam habeas de bono nomine, quia hoc magis permanebit tibi quam mille magni thesauri pretiosi. « Premia enim victoriis comparata ceteris numeribus pulchrius elucescunt. Munera enim empta laboribus incundius omnibus clarescunt gratuitis. Maioris laudis meretur preconia qui laborando munus recipit, quam qui recipit otiando; labor enim antecedens, quamdam consequenti premio infundens dulcedinem, maiore favore premiat laborantem [4] » (5). Sis amabilis cum sociis et in familia benivolus, curialis sine arrogantia, patiens sine ira, sine invidia, sufferens familiariter insipientiam aliorum, iuxta verbum Apostoli dicentis: « Fratres, libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes » (6). Sic etenim faciens gratus eris deo et hominum laudes merito consequeris. Scriptum est etenim: « Qui autem perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit » (7).

Finis opus laudat quia finis omnia laudat.

CXV. — De officio notariorum potestatis et iudicum.

Notariorum autem seu tabellionum vel scriniariorum officium magnum est; de hiis autem loquor, qui in officio sunt cum potestate et iudice in regimine civitatis; magnum dico in honere et honore. Dicitur autem notarius a notis, id est breviaturis, vel a notis quia notas faciunt seu iudicibus ea [que] scribunt. Tabellio autem dicitur a tabellis, in quibus antiquitus scribebant propter inopiam forsitan cartarum. Scriniarius vero dicitur a scrineo, in quo recondebant scripturas, vel a scrineo id est secreto; sicut enim res in scrineo recondite in secreto sunt, sic ea que secreto scribit, sicuti attestationes, consilia et quedam alia secreta, apud eum remanere debent quasi apud secretarium. Pertinet autem ad eius officium scribere interrogationes, confexiones, negationes et alias responsiones, sicut audit a partibus in causis, et attestationes testium fideliter et legaliter, et sententias scribere dictante iudice, cum quo est in officio; item publicare attestationes mandato iudicis et dare eas partibus publicatas; similiter et confexiones et sententias etiam postquam fuerint a iudice recitate. Eodem modo, si fuerit a potestate vel comuni positus notarius super maleficia, debet recipere accusationes in scriptis vol sine scriptis secundum consuetudinem civitatis cum iuramento accusatoris de veritate dicenda tam in accusando quam in defendendo, ut dictum est supra: Quis ordo sit servandus in maleficiis. Item pertinet ad eorum officium scribere propositiones consiliorum et dicta consiliariorum secundum propositiones, sicut potestas preceperit vel iudex dectaverit. Pertinet etiam ad eos scribere exbanditos et rebanditos et banda et epistolas, que aliis a potestate et consilio destinantur; in quibus maxima cautela est habenda, scilicet ut planum sit dictamen et breve, non superbum, non abrogans, non obscurum, sed sapientia et discretione fulgens, (ut) de benivolentia et dulcedine atque gravitate possit merito commendari. Multorum enim ire et discrimina metigantur et sedantur propter epistolarum dulcedinem cum discretione et modo in eisdem inserto; || et multa negotia extricantur et expediuntur per eas, que sine ipsis inducerent honera graviora cum laboribus et impensis. Item pertinent ad dictum officium omnia scripta curie. Et dicitur in iure talis notarius servus publicus, non quod sit servus a servitute, sed a servitio, quia publice servit; et licet olim servi vere essent notarii, hodie tamen liberi esse debent. Dicitur enim librarius a libra, quoniam omnes suas scripturas ad libram rationis ducebat sive librabat; vel notarii olim appellabantur librarii, quod apud eos conficiebantur testamenta per es et libram. Sint ergo tales notarii fideles secretarii, cum diligentia, sine aliqua corruptela et sine aliqua falsitate, ut de eorum officio reportent commodum et honorem (et) inde deo placeant et ab hominibus merito comendentur.

f. 34. B.

(1) (De off. I, 125); — (2) (Ioh. VII, 24). — (3) Propheta (Eccli. VII, 6). — (4) Nota bonos versus. — (5) Alanus (De Planctu naturae, Patrologia latina, CCX, 291. — (6) Apostolus (II Corinth. XI, 19). — (7) (Matth. XXIV, 13). —

[1] L. dominare. — [2] L. veritate. — [3] L. sectatur. — [4] Premia enim..... laborantem *in margine super.* —

Source : BIU Cujas

CXVI. — Que conveniunt militi potestatis.

Miles autem potestatis, quia adsumptus [1] a potestate causa sociandi ipsum, sequatur illum quocumque erit. Pertinet autem ad curam et sollecitudinem eius castigare scutiferos, et super aliam familiam et circa res familiares curam habere quandoque, et, cum necesse est arma sumere contra inimicos illius civitatis, prout in mandato habuerit a potestate; item quandoque (ire) ad capiendos fures et latrones, et etiam ire quandoque ad aliquam magnam vindictam faciendam cum illis, qui positi sunt ad hoc, et etiam cum scutiferis potestatis; et compescere ribelles prout fuerit conveniens, quia non decet potestati ire ad talia exequenda. Verumtamen conveniens est et ipsum militem se abstinere a nimia familiaritate civium illius civitatis et ab aliis, que dicta sunt supra in admonitione potestatis, custodiendo se a vitiis et prohibitis; et faciendo honesta et convenientia ipse milex bonum nomen studeat promereri.

CXVII. — De officio camerarii.

De officio camerarii non multum expedit hic tractare, cum satis habundeque caveatur de eorum officio in constituto cuiuslibet civitatis; sed in summa sub brevitate pertinet ad officium eorum recipere omnes introitus curie et etiam civitatis, nisi aliud sit in contistuto statutum, et habere librum, ubi contineantur accepta et illata per notarium comunis scripta. Item eorum officium est facere omnes expensas curie, que pertinent ad comune, et alias expensas comunis, de mandato tamen potestatis, et eas scribere distincte et aperte et causas in quibus facte sunt, et de hiis omnibus reddere rationem potestati et consilio vel aliis personis ad hoc destinatis singulis mensibus, vel aliter, sicut in constituto cavetur; et fidem diligentiam et curam de hiis omnibus adhibere, ut super hiis valeat commendari.

CXVIII. — De vigiliis potestatis post cenam.

Sero autem post cenam et maxime tempore yemali et etiam wernali consueverunt vigilare qui presunt aliis, scilicet, potestates et rectores civitatum, et habere tractatum cum iudicibus et notariis et militibus suis et consiliariis, quemadmodum sit sibi et cuilibet eorum faciendum in mane sequenti, et que facta sunt ea die perquirere, ut sciant quid desit sibi: quod laudandum est et merito tenendum. Nam cum ad eos cura pertineat civitatum, vigilare debent et previdere que sibi sint necessaria et que utilia et a quibus precavendum sit; et non solum haec sero et nocte facienda sunt sed etiam mane et ceteris horis diei. Nam, ut supra dictum est, sapientis est preterita recolere, presentia inspicere et disponere et premeditari futura. ||

(1) « Nam levius ledit quicquid previdimus ante » (2).
Est gravis eventus veniendo prospiciendus [2];
Nam fero iacturam levius quam cerno futuram.
Rem precedentem videas et cerne sequentem
Ne timeas vane de sompno surgere mane (3).

CXIX. — De deliberatione potestatis cum consilio super dubiis.

Super hiis vero, que dubia vel gravia sunt civitati seu necessaria sive utilia, convocato consilio civitatis, deliberet cum eodem et iterum atque iterum, si qualitas negotii hoc exegerit. « Salus ubi multa consilia » (4). Etenim secure procedere potest potestas cum scientia et deliberatione consilii civitatis. « Dubium non est omnia, (que cum) consilio [omnino que] (recte) geruntur iure meritoque effectu firmitateque nitescere [3] » (5). « Omnia cum consilio fac et postea non penitebis » (6). Quod si magnitudo negotii requirat maius consilium, convocentur ad idem de aliis sapientioribus civitatis comuniter per civitatem electis, scilicet, de iudicibus et iuri peritis, de consulibus mercatorum, campsorum et de prioribus artium et aliis ad id convenientibus, ut gravitas cognoscatur in preside et de levitate non possit in aliquo reprehendi; sed quod omnes tangit, ab omnibus comprobetur, [et] ut id consensu omnium fiat, quod est omnibus profuturum.

CXX. — De consiliis et qualiter in hiis potestas se debeat habere.

In omni autem consilio, quod facit vel facturus est, potestas et rector civitatis sub breviloquio faciat impositam et in scriptis, et pauca capitula in ea proponat, super quibus petat consilium sibi et comuni dari quam melius et subtilius atque utilius pro comuni sibi dari possit, remoto odio, gratia, invidia vel amore. Nam multis propositis capitulis tedium generatur, subtilitas debilitatur et sensus melior deprimitur. Corpus, quod corrumpitur, adgravat animam et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitatione.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Precipiatque potestas sub banno et pena ut tantummodo super imposita et super impositis capitulis consiliarii debeant consulere, et laudi seu comendationi sue persone non insistant. Et si fuerit consilium se-

(1) Nota bonos versus. — (2) (Cato. vers. 138). — (3) subaudi ad predicta. — (4) Salomon (Prov. XI, 14). — (5) (Cod. V, VII, 3). — (6) Salomon (Eccli. XXXII, 24). —

1 L. absumptus prospiciendum. — 2 L. — 3 L. eniti. —

Source : BIU Cujas

crete tenendum, precipiat potestas credentiam, et imponat per sacramentum eam teneri ; et si compererit aliquem vel aliquos ex consiliariis ipsam patefacere, graviter eum puniat, et animadvertat in ipsum tanquam in proditorem sui comunis et turpiter periurum, secundum qualitatem et pondus ipsius facti. « Gravior enim pena statuenda est in hos, qui nostri (iuris) sunt et nostra tenentur servare mandata. » Sane in propositione consilii caute debet potestas procedere, ut non videatur in alterutram partem inclinare. Sic enim loquela seu vultus eius detexerit motum animi sui, quod « non est fortis et recti iudicis » (1), dabitur consiliariis materia suspicandi aliquid sinistri de ipso, et sic ex invidia consilium quandoque dabitur contra velle potestatis, licet forte obmittatur quod melius est, et quod peius est approbetur. Non tamen dico quod quandoque potestas non possit [et] in ipsa propositione consilii etiam consulere, ubi expediat [1] civitati et in quibus suspitio sinistra non possit locum sibi vendicare. Precipiat insuper potestas silentium in consilio, donec qui surrexerit ad loquendum loquatur, et quod nullus respondeat ad rumorem, et quod nullus surgat ad lo-
f. 35 B. quendum, donec ille qui loquitur suis dictis finem || imponens, reversus fuerit ad sedendum in suo loco; et etiam penam imponat, si contra factum fuerit. Item precipiat scribi et scribi faciat dicta illorum, qui surgunt ad loquendum in consilio ; nec multos ad loquendum surgere patiatur ; ne tedium ex multitudine sermonum loquentium aliis generetur. Sed diviso consilio ex dictis (eorum), qui surrexerunt in consilio ad loquendum, faciat surgere notarios et querere a singulis: cum quo velint concordare; lectis primitus et intellectis dictis illorum, qui surrexerunt coram eis ad loquendum. Et sic ubi maior pars consilii concordaverit, illud teneat et exequatur potestas, nisi maius consilium et deliberationem [2] res exigat. Verumtamen consiliarii quandoque [sint] sunt unanimes, quod non est necesse quod scribantur singulariter dicta cuiusque: sed surgat notarius et querat [3] dicens: « Placet vobis ita? » et ipsi consiliarii respondebunt: « Sic »; et notarius dicat: « Vultis ut ita scribam? »; et ipsi respondebunt ad rumorem una voce: « Sic sic ». Et notarius potestatis tunc ita scribere (poterit): « Placuit consilio universo »; seu « statuit consilium », vel « consuluit », sive « iudicavit universum consilium generale Florentie coadunatum in palatio comunis ad sonum campane more solito, comunicato consilio quod talis res sic fieret », vel « non fieret »; vel « maior pars consilii ita statuit » etc. Ad hoc potestas faciat (scribere) in quaternis sive libris comunis consilia sibi data, ut tempore oportuno cum ipsis publicatis valeat

(7) (Dig. I, 18, 19). —

[1] L. expedit. — [2] L. maiori consilio et deliberatione. — [3] L. queret. —

se inde excusare et tueri. Specialiter vero, cum absolvi vult ab aliquo capitulo constituti, eo tamen quod non potest eo tempore forsitan adimpleri, quod cautum est in ipso constituto, caute et sapienter denotet impedimenta quare fieri non possit; ut sic consiliarii ratione moti, approbatis seu admissis excusationibus et impedimentis predictis, potestatem absolvant vel prorogent ei terminum, quo commode fieri possit quod erat faciendum; et sic scribatur seu publicetur absolutio seu termini prorogatio, ne postmodum possit de periurio reprehendi ab aliis. Inter alia vero, que ad bonum regimen pertinent potestatis seu civitatis rectoris hoc precipuum duxi eidem specialiter consulendum, ut consilium suum et comunis debeat modis omnibus honorare tam verbis quam factis, cum sit consilium pars corporis sui: quoniam potestas caput, illi vero membra sunt eius; et quod consilium decrevit, potestas observare tenetur; nec oportet id rescindi quod semel ordo decurionum, id est consiliariorum, decrevit, nisi ex causa, id est si ad publicam utilitatem, respiciat rescissio prioris decreti. Olim enim vocabantur consiliarii civitatis decuriones, hodie vero vocantur consiliarii. Verumtamen pro omni causa seu negotio non coadunandum est consilium civitatis, sed tunc tantum cum expedit vel est necesse.

CXXI. = De ambaxiatoribus honorifice recipiendis.

Convenit autem potestati et rectori alicuius civitatis, advenientes ambaxiatores cuiuslibet civitatis facie ylari recipere; et auditis petitionibus eorum, primitus, si fieri poterit, deliberare utrum ei sit inde faciendum generale consilium an non, cum ipsi postulant consilium civitatis ; et si causa exigit consilium, faciat consilium convocari; et auditis propositionibus eorundem ambaxiatorum in consilio, deliberet cum consiliariis quod eis sit faciendum sive respondendum, ipsis ambaxiatoribus interim dum deliberent existen || - f. 36. A
tibus extra consilium in aliquo convenienti loco. Et sic, habito consilio, securius eis respondere poterit potestas sive rector. Sane legatis domini Imperatoris sive domini Pape non debet denegari consilium, etiam causa non premissa quare velint consilium. Immo etiam contio sive parlamentum vel arengum, eis postulantibus, non est conveniens eis denegare, si modo magnates sint, silicet cardinales vel magni comites seu magna potestate prediti. Et semper honorifice recipiendi sunt huiusmodi magnates legati, et exeundum est eis obviam extra civitatem cum militibus civitatis, et in omnibus sunt honorandi ita ut devotio potestatis et civium in conspectu tantorum principum possit merito commendari, iusta illud Evangelii: « Qui vos recipit me recipit » etc. (2).

(2) Evangelium (Matt X, 40). —

Source : BIU Cujas

CXXII. — **De licteris domino Pape seu Imperatori destinandis.**

Cum contigerit potestatem aliquas licteras destinare domino Pape vel domino Imperatori sive alicui magnatum sive potestati seu communitati alicuius civitatis, per bonum dictatorem faciat eas dictari cum verbis benevolis, sine obscuritate, non yronice, non superbis verbis, sine arrogantia et cum blando sermone. Blandus enim sermo mitigat iram, cum humilem esse conveniat quem maior cumulus probitatis exaltat.

Quo maior fueris tu minor esse velis.

Et postquam scripte fuerint lictere, faciat eas sibi legi, et etiam, si expedit, iudici suo, ut si aliquid sit addendum, minuendum, seu corrigendum, addatur, minuatur seu corrigatur, ut de errore seu negligentia nullatenus potestas valeat reprehendi. Et consueverunt in quibusdam locis exemplari huiusmodi lictere ante quam sigillentur, sicut fit Florentie, et exemplum inde retineri; quod multotiens profuit sic observare, pluribus de causis accidentibus vel que possunt accidere.

CXXIII. — **De ambaxiatoribus eligendis.**

Si vero contigerit ipsum rectorem dirigere ambaxiatores ad partes aliquas, si vult ut eorum electio sine sua invidia seu sine suspitione procedat, faciat eos eligi in consilio sicut fiunt alie electiones. Verumtamen in ambaxiatoribus destinandis ad Imperatorem vel ad dominum Papam seu ad alia loca nobiliora, non ita servandum est propter amicitiam et parentelam, quas potius considerant electores quam insiurandum vel utilitatem comunis. Eligunt enim consanguineos vel amicos ignorantes forsitan huiusmodi ambaxariam honorifice portare, vel non convenientes ad id quod intenditur vel optatur; quod grave posset esse comuni illius civitatis et valde reprehensibile. Ergo quia tunc interest reipublice tales dirigere, per quos ipsa civitas de sapientia et discretione possit merito commendari, ipse rector per se, habito consilio cum suis, eligere debet de maioribus et sapientioribus illius civitatis, non ex una parte tantum, sed comuniter, quorum eloquentia et sapientia et moribus ambaxiaria eis iniuncta honorifice portetur, et potestas et civitas cum consilio de sapientia et prudentia possit merito commendari

(1) Seneca (De clem. I, 22). — (2) (Seneca, De ira, III, 41). — (3) Tullius (De off. II, 23, 24). — (4) Tullius (De off. III, 46). —

1 *Seneca* corrigit. — 2 *Seneca* multitudo peccantium et minus gravis nota est, quam turba damnationum levat, et severitas, quod maximum remedium *etc.* — 3 *Seneca* et vitia eius facilius reprimit, si patiens *etc.* — 4 L. improbum. — 5 *Seneca non habet* quae ab elato quam. — 6 L. proficiant. — 7 L. conditque. — 8 L. apertius. — 9 L. abiectius. — 10 L. ut. — 11 L. evitius. — 12 L. odiunt. — 13 L. perisse. — 14 L. contra quod. — 15 L. sint. — 16 L. servitia. — 17 L. tenere. —

CXXIV. — **De questione que habetur et tractari solet inter diversas potestates seu rectores civitatum.**

Inter potestates et rectores civitatum et alios, qui quacumque prediti sunt potestate, talis || posset esse f. 36. B.
differentia: quia sunt quidam, qui magis affectant timeri quam diligi; sunt et alii qui magis cupiunt diligi, quam timeri. Qui igitur magis affectant timeri quam diligi gloriam severitatis affectant; volunt enim severi et crudeles videri et ideo sevissimas et crudelissimas penas imponunt, ut alii timeant talia vel similia perpetrare; et ex tali severitate et crudelitate penarum credunt magis timeri et civitatem, quam regunt, magis in pace et tranquillitate posse retinere. Et ad hoc probandum has rationes inducunt. « Civitatis autem mores magis corrumpit [1] parcitas animadversionis; facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium; qui autem [2] maximum remedium habet, assiduitate perdit autoritatem. Constituit bonos mores civitati princeps et vitia eius [3] si patiens eorum est, non tamquam probe [4] sed tamquam invitus; et cum magno tormento ad castigandum (veniat). Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Gravior multo pena videtur que ab elato, quam [5] que a miti viro constituitur » (1). Animadversiones, quo notiores sunt, plus in exemplum emendationemque proficiunt [6]: « At vulgus animosa miratur et audaces in honore sunt; placidi pro inertibus habentur: primo forsitan aspectu, sed simul ac qualitas vite fidem fecit non segnitiem illam animi esse sed pacem, veneratur illos populus idem colitque [7] » (2).

CXXV. — **Contra predicta**

Qui vero magis diligi cupiunt quam timeri, subscriptas rationes et exempla inducunt, quod melius sit diligi a civibus, quibus presunt, quam timeri. In primis quod dilectio vera vix aut numquam esse potest sine timore, timeri autem quis potest sine dilectione: « Omnium autem rerum nec aptius [8] est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligi, nec alienius [9] quam timeri. Preclare enim [10] Ennius [11]: " Quem metuunt oderunt [12], quem quisque odit periisse [13] expedit „. Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere, si antea fuit ignotum, nuper vero est cognitum. Malus custos enim est diuturnitatis metus contraque [14] benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem. Sed hiis, qui (vi) oppressos imperio coercent sit [15] adhibenda sevitia [16], ut eris in famulos, si aliter teneri [17] non possunt » (3). « Est enim hominum nature, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas » (4). Etenim qui se metui

Source : BIU Cujas

volent, a quibus metuentur [1], eosdem metuant ipsi necesse est. Nec vero ulla vix imperii tanta est, que premente metu possit esse diuturna » ([1]). « Nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios equitate et fide defendissent ; itaque illud patrocinium orbis terre verius quam imperium [2] poterat nominari » ([2]). « Necesse est multos timeat quem multi timent. Ita natura constituit, uti quicquid alieno metu magnum est, a suo non vacet. Vanis enim vana terrori sunt » ([3]). « Omnis autem (et) animadversio et castigatio contumelia vacare debet neque ad eius, qui punitur [3] aliquem aut verbis castigat, sed (ad) reipublice utilitatem referri. Cavendum est etiam, ne maior pena quam culpa sit, et ne eisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem » ([4]). « Peccata sua teneant auctores ne ultra progrediatur metus
f. 37 A. quam reperiatur || delictum » ([5]). « Omnis autem actio vacare debet temeritate et negligentia nec vero agere quicquam, cuius non possit causam probabilem reddere » ([6]). « Nichil est autem quod tam deceat quam in omni re gerenda servare constantiam » ([7]). « Male agit qui fame non conscientie gratus est » ([8]) « Quemadmodum domini crudeles tota civitate monstrantur invisique et detestabiles [4] sunt, ita legum et iniuria latius patet et infamia atque odium seculis [5] traditur. Excogitare [6] quicquam nemo poterit, quod magis decori [7] regenti sit quam clementia, quocumque modo (is et quocumque iure) prepositus sit ceteris. Eo scilicet formosius esse id magnificentiusque fatebitur, quo in maiore prestabitur [8] honore [9] » ([9]). « Quid ergo opponitur clementie? crudelitas, que nil aliud est quam animi atrocitas in penis exigendis. Crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent » ([10]). « Nec ulla videtur dura curatio, cuius effectus salutaris est ([11]). Ita legum presidem civitatisque rectorem quamdiu potest, (verbis) et mollioribus hiis ingenia curare, ut facienda suadeat [10] cupiditatemque honesti et equi conciliet animis faciatque vitiorum odium, pretium virtutum ; transeat deinde ad tristiorem orationem, que moneat adhuc et exprobret [11] ; novissime ad penas et has adhuc leves (et) revocabiles decurrat. Ultima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis intersit » ([12]). « Nam, ut Plato ait, nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur ; revocari enim preterita non possunt, futura prohibentur. Et quos volet nequitie male cedentis [12] exempla fieri, palam occidet, non tantum ut pereant ipsi, sed ut alios pereundo deterreant. Hec cui expendenda [13] extimandaque sunt, vides quam debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam, summam potestatem necis viteque. Male irato ferrum committitur » ([13]). « Ego non voco clementiam lassam [14] crudelitatem; clementia non tantum honestiores sed tuitiores prestat, ornamentum-(que) [enim] imperatorum [15] est et certissima lux [16]. Quid enim interest inter tirannum et regem? Species ipsa fortune ac licentia par est, nisi quod tiranni, (in) voluptatem [17] seviunt, reges non nisi ex causa ac necessitate. Clementia efficit, ut magnum inter regem et tirannum discrimen sit, uterque licet non minus armis [18] valletur ; sed alter arma habet, quibus in munimentum pacis utatur, alter ut magno timore magna odia compescat. Non potest quisquam habere bone ac fide [19] voluntatis ministros, quibus in tormentis et eculeo [20] et ferramentis ad mortem paratis utitur [21], quibus non aliter quam bestiis homines obiectat, eo perductus ut non liceat [22] illi mutare mores ; hoc enim inter cetera vel pessimum habet crudelitas : perseverandum est nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui iam malum esse necesse est? O miserabilem [23] illun, qui cedibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit [et] tam [quam] externa quam domestica ; qui ubi circumspexit queque fecit queque facturus est, sepe mortem timet, sepius optat. E contrario is [est], cui cure [24] sunt universa, in cuius animo nil hostile nil efferum [25] est, qui potentiam suam placide ac salutariter [26] exercet, felix sibi habunde visus [est], si fortunam suam publicaverit, qui [27] a tota civitate amatur || et colitur ac f. 37. B.
defenditur, de quo [28] homines eadem secreto locuntur que palam ; hic princeps suo beneficio tutus nil presidiis [29] eget, arma ornamenti causa [30] habet » ([14]). « Hoc quidem perspicuum [31] est, eos ad imperandum diligi solitos, quorum de iustitia magna esset oppinio multitudinis, adiuncto vero, ut idem etiam prudentes haberentur » ([15]). « Quod ergo officium eius (est)? quod bonorum parentum, qui obiurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent, aliquando ammonere

([1]) Boetius (*corr.* Tullius, De off. II, 24, 25). — ([2]) Tullius (De off. II, 27). — ([3]) Seneca (De ira, II, 11). — ([4]) Tullius (De off. I, 88, 89). — ([5]) (Cod. IX, 47, 22) — ([6]) Tullius (De off. I, 101). — ([7]) Seneca (*corr.* Tullius, De off. I, 125). — ([8]) Seneca (De benef. VI, 42). — ([9]) Seneca (De clem. I, 18, 19). — ([10]) Seneca (De clem. II, 4). — ([11]) Quod dixerat prius (De ira, I, 6), quomodo medicus curat infirmum, set prius mollibus medellis; que si non curant infirmitatem vel morbum, adhibet postea duriora medicamenta. Idem de cibariis supra dixerat, quibus primo et quibus postea uti debet infirmus. Unde hic facit similitudinem dicens etc. — ([12]) Seneca (De ira, I, 6). — ([13]) Seneca (De ira, I, 19). — ([14]) Seneca (De clementia, I, 11, 12, 13). — ([15]) (Tullius, De off. II, 41). —

1 L. metuuntur. — 2 L. imperii. — 3 L. depuniet. — 4 L. indelectabiles. — 5 L. ad vim sceleris — 6 L. ex quo cogitare. — 7 L. decrevit. — 8 L. prestabit. — 9 *ed. Senecae* potestate. — 10 L. studeat. — 11 L. exprobet. — 12 L. maledicentis. — 13 L. exponenda. — 14 L. lapsam. — 15 *ed. Senecae* imperiorum. — 16 *ed. Sen.* salus. — 17 L. volunta. — 18 L. annis. — 19 L. bene ac fides. — 20 L. eruleo. — 21 L. utatur. — 22 L. noceat. — 23 L. mirabilem. — 24 L. scire. — 25 L. efferreum. — 26 L. salubriter. — 27 *Seneca om.* qui. — 28 *Seneca om.* de illo. — 29 L. presidi. — 30 L. causam. — 31 L. prospicuum. —

Source : BIU Cujas

etiam verberibus. Numquid aliquis [1] (sanus) filium a prima offensa exheredat? nisi multe et magne iniurie patientiam evicerint [2], nisi plus est quod timet quam quod dampnat? [3] Nemo ad supplicia sumenda [4] pervenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc quod parenti, et principi est faciendum, quem appellavimus [5] patrem patrie non adulatione vana adducti. Cetera vero cognomina [6] honori data sunt: Magnos et Felices et Augustos diximus et ambitiose maiestatis quicquid potuimus titulorum congessimus. Patrem quidem patrie appellavimus, ut sciret sibi datam potestatem patriam [que], ut cum membra sua abscinderet [et] in scindendo gemeret [et] cunctatus multum diuque [7]. Prope enim est, ut libenter dampnet, qui cito; prope est ut inique puniat, qui nimis [8] » (1). « Nonne pessimus pater videbitur, qui assiduis plagis liberos etiam ex levissimis causis compescit? » (2). « Nullum animal morbosius [9], nullum maiori arte tractandum quam homo » (3). « Salvum regem clementia in aperto prestabit; unum est inexpugnabile munimentum [10]: amor civium. Quid pulchrius quam vivere cunctis optantibus? Quis huic audeat struere periculum aliquod, sub (quo) pax, iustitia, pudicitia, securitas, dignitas florent; sub quo opulenta civitas copia bonorum (omnium) habundat? Nec alio animo rectorem [11] suum intuetur, quam si dii immortales potestatem (visendi) sui faciant » (4). Prodesset forsitan rectoribus civitatum, si scirent quid de eis sentiatur et dicant cives, quibus presunt, quoniam comunis et generalis extimatio non est vilipendenda.: « Nam negligere quid de se quisque sentiat non solum arrogantis set etiam omnino dissoluti» (5).

CXXVI. — Solutio supradicte questionis.

Huius autem differentie solutio satis aperte potest colligi ex premissis; sed ut apertius percipi possit, solvo. Sciendum est quid sit clementia. « Clementia est temperantia [12] animi in potestate ulciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem (in constituendis penis); et ne una diffinitio parum comprehendat, dici etiam potest [13] inclinatio animi ad lenitatem in pena exigenda. Atqui hoc omnes intelligunt esse clementiam, que se flectit circa id, quod merito constitui posset. Huic contrariam imperiti [14] severitatem putant; sed nulla virtus virtuti contraria est. Quid ergo opponitur clementie? Crudelitas, que nil aliud est quam animi atrocitas in penis exigendis » (6). Itaque qui in magistratu vel potestaria diligi cupiunt a civibus, quibus presunt, clementiam habeant cum severitate, sine qua administrari civitas non potest. Sic enim ait Tullius: « Nichil enim laudabilius, nichil magno et preclaro viro dignius placabilitate atque clementia. In liberis vero populis et in iuris [15] equabilitate exercenda est etiam facilitas, || et altitudo animi, que dicitur, ne, si f. 38. A. irascimur aut intempestive accedentibus aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et hodiosam incidamus. Et tamen ita probanda mansuetudo atque clementia est, ut adhibeatur rei publice causa severitas, sine qua administrari civitas non potest » (7). Item Seneca: « Varia in tot animis vitia video et civitati curande [16] adhibitus sum: pro cuiusque [17] morbo medicina queratur; hunc sanet verecundia [18], hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaque etsi perversa [19] induenda [20] magistratui vestis et convocanda [21] classica contio est [22], procedam ad tribunal non furens non infestus, sed vultu legis et illa [23] sollempnia verba leni magis gravique quam rabida [24] voce incipiam et agi iubebo, non iratus sed severus; et cum noxio cervicem [25] imperabo precidi et cum mictam (in) supplicium militare et cum Tarpeio proditorem hostemve publicum imponam, sine ira eo vultu animoque ero, quo serpentes et animalia [26] venenata percutio. Bonus iudex dampnat, improbanda non odit » (8). Sic ergo faciendo, non « affectabit gloriam nimie severitatis seu clementie, sed perpenso iudicio prout queque (res) postulet statuet » (9). « Adhibenda est enim moderatio, que sanabilia (ingenia) distinguere a deploratis sciat, nec promiscuam aut vulgarem oportet [27] habere clementiam nec abscissam [28]; nam tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli » (10). « Res magne clementie est indulgendo corrumpere peccata » (11). « Modum tenere debemus; sed quia difficile (est) temperamentum, quicquid equo [29] plus futurum est, in partem humaniorem preponderet » (12). « Iudex dampnatur cum nocens absolvitur. Ignoscere humanum [30] est ubi pudet [31] cui ignoscitur » (13). Aliquando parcit Imperator subditis, ut in Aut. ut iudices sine quoquo suffragio fiant, § itaque: « Ita enim

(1) Seneca (De clem. I, 14). — (2) Seneca (De clem. I, 16). — (3) Seneca (De clem. I, 17). — (4) Seneca (De clem. I, 19). — (5) Tullius (De off. I, 99). — (6) (De clem. II, 3, 4). — (7) Tullius (De off. I, 88). — (8) Seneca (De ira, I, 16). — (9) (Dig. XLVIII, 19, 11). — (10) Seneca (De clem. I, 2). — (11) Seneca (Prov.). — (12) Seneca (De clem. I, 2). — (13) Seneca (Prov.). —

1 L. alius. — 2 L. patientia evincantur. — 3 *Seneca:* nisi plus est.... damnat, non accedit ad decretorium stilum. — 4 *Seneca* exigenda. — 5 L. appellamus. — 6 L. cognominia. — 7 *Seneca:* ut sciret datam sibi potestatem patriam, quae est temperatissima, liberis consulens suaque post illos reponens. Tarde sibi pater membra sua abscidat; etiam cum absciderit, reponere cupiat et in abscindendo gemat cunctatus multum diuque. — 8 L. quam mitius. — 9 *ed. Sen.* morosius. — 10 L. molumentum. — 11 L. terrorem. — 12 L. temperatio. — 13 *Sen.* constituendis poenis. Plura proponere tutius est, ne una f. parum rem comprehendat, et, ut ita dicam formula excidat; itaque dici potest et inclinatio *etc.* — 14 L. contrarium et periti. — 15 L. iniuriis. — 16 L. curandum. — 17 L. cuius. — 18 L. iracundia. — 19 L. et super versa. — 20 L. inducenda. — 21 L. vocanda. — 22 L. contione. — 23 L. alia. — 24 L. rapida. — 25 L. cervice. — 26 L. alia. — 27 L. oporteat. — 28 L. abscissam. — 29 L. de quo — 30 L. hominum. — 31 L. preedet. —

Source : BIU Cujas

magis viris clementia glorie decorique est, si illis salutaris potentia est nam pestifera vis est valere ad nocendum » (1). Supradicta considerando et perpenso iudicio, prout queque res expostulat, statuendo, ut dictum est, diligenter, timebitur et honorabitur et finem consequetur sui regiminis gloriosum. Qui vero ex nimia crudelitate timeri cupiunt, vehementer errant, quoniam crudelitas vitium est, quia contraria est virtuti, idest opposita clementie et severitati, que opposite virtutes sunt, ut supra dictum est. Si ergo est vitium, est peccatum : ex tali enim peccato (potestas) efficitur homicida, imponendo delinquentibus et quandoque innocentibus supplicium ultimum, qui non sunt digni mori set aliter castigari scilicet nocentes. Sic offenditur lex que dicit: « Peccata suos teneant actores nec ultra progrediatur metus, id est pena, quam reperiatur delictum » (2). Ergo « privilegium meretur ammittere qui concessa sibi abutitur potestate » (3). Dignus est mori talis rector. « Loco ignominie est apud indignum dignitas. Male imperando sumptum imperium ammittitur » (4). Peccatum etenim consumatum generat mortem ; nam non solum homicida efficitur sed periurus ; iuravit enim observare ius et constitutum. Sic ergo malus rector est ille et merito improbandus; quia quamvis timeatur potestas ut perfidus et crudelis, habetur tamen hodio a sapientibus, prudentibus et discretis viris; et forsitan quantum possit istorum hodium in
f. 38. B. ipso regimine vel in || fine experietur. Grave preiudicium est quod iudicium non habet. [C. de penis scimus (?) (5)]. « Cito ignominia fit superba gloria. Multis minatur qui uni facit iniuriam. Malus est vocandus qui sui causa est bonus » (6). Nam, ut ait Seneca, « odia multorum [sub vultu multorum] sub oculis latent; omnia tamen pandentur cum non dico si cecideris sed si titubaveris. Peiora enim sepe sunt tecta (odia) quam aperta; propterea loquax inimicus minus quam taciturnus offendit. In malis sperare bene nisi innocens nemo solet » (7). « Rex autem iustus et sapiens ex iustitia et sapientia laudabitur » (8); stulto autem rectori et insipienti respondetur in fine secundum stultitiam suam. « Qua enim mensura messi fueritis, eadem remetietur vobis » (9). In penis autem pecuniariis, etsi modum excedat potestas seu civitatis rector, facilius tollerari potest, quoniam in fine, deposito officio, sindicabitur et rationem reddet et inde poterit condempnari oppresso ipso seu comuni [1] civitatis, ad quod pervenit pecunia ; sed in penis corporalibus seu ultimis suppliciis ultra modum vel iniuste impositis, non sic ; quoniam in homine libero nulla corporis extimatio fieri potest, nec aliqua compensatio admittetur, nisi ille corporaliter puniatur. Paria enim delicta mutua compensatione tulluntur.

(1) (Nov. (Nov. VIII [?]). — (2) (Cod. IX, 47, 22). — (3) (Decretales Greg. IX, V, 33, 11). — (4) Seneca (Prov.). — (5) (Cod. IX, 47). — (6) Seneca (Prov.). —

1 L. comune. —

CXXVII. — De duabus potestatibus, scilicet domino Papa et Imperatore, et de duobus iuribus, scilicet divino et humano.

Non est mirandum si humanum genus duobus iuribus et duabus potestatibus regitur et gubernatur, scilicet divino et civili et communi iure, et maxime genus christianorum ; quoniam hoc constat ex spiritu et carnali corpore. Expediebat enim facta carnis compescere virtute legum et spiritus gubernari doctrina et virtute divina ; spiritus enim et caro sibi ad invicem adversantur, attestante Apostolo: « Spiritus enim concupiscit adversus carnem et caro adversus spiritum » (10) ; ut sic utroque iure homines compescantur a malo et sectentur bona.

Oderunt peccare boni virtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine pene.

In bonis autem et malis deus potestatem sibi reservavit dicens: « Michi vindictam et ego retribuam » (11), dicit dominus. Retribuit enim deus et vindicat non solum tunc cum Christus dicturus est: Venite benedicti patris mei etc., et cum dicet: Ite maledicti etc., et cum faciet eos iudices, ut supra dictum est ; sed etiam per ministros suos se vindicat in hac vita, idest per ambas potestates, scilicet spiritualem et temporalem, per quas utrumque ius regitur et redditur humano generi. Sed et ipse deus in hac vita ponit et deponit, pauperem facit et ditat, humiliat et sublimat, percutit et sanat, occidit et vivere facit, et « non est qui de manibus eius possit eruere » (12), et etiam cum principibus solium glorie tenere facit. Si ergo obiciatur quo ergo iure potestas et rector civitatis censebit civitatem, cui preest: divino non, quoniam omnia sunt principis et servare iuravit ius, scilicet commune; comuni iure, id est civili, non, quia « domini est terra et plenitudo eius » (13). Quo ergo iure? Respondeo: in divinis et spiritualibus divino iure, quoniam sacre nostre leges non dedignantur sacros canones sive regulas immitari. Sed hoc videtur stare non posse, quoniam spiritualia non pertinent ad potestates seculares. Quid ergo erit? Respondeo: Quedam etiam pertinent ad diffinitionem iudicis secularis, scilicet in reconveniendo presbiterum qui conquestus || est iudici seculari de aliquo laico; f. 39. A.
item in quibusdam aliis, scilicet in usuris et matrimoniis et in hiis que in quattuor conciliis statuta fuerunt a sanctis patribus, in quibus servantur iura canonica, et leges nostre non dedignantur ea immitari. In aliis vero causis secularibus iura servantur civilia et hiis iuribus censebit civitatem eius rector et iudex.

(7) Seneca (Prov.). — (8) Salomon. — (9) Evangelium (Luc. VI, 38). — (10) Apostolus (Galat. V, 17). — (11) Salmus (*corr.* Paulus, X, 30). — (12) Propheta (Isa. XLIII, 13). — (13) (Psalm. XXIII, 1). —

Source : BIU Cujas

Utraque tamen potestas, scilicet, spiritualis et temporalis a domino deo est, quod in sequentibus apertius demonstrabo.

CXXVIII. — Quod omnis potestas sit a deo.

« Maxima in omnibus hominibus sunt dona [1] dei a superna collata clementia, id est sacerdotium et imperium, illud quidem divinis ministrans [2] hoc autem humanis presidens ac diligentiam exibens; ex uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam » (1). Nec multo differunt ab alterutro sacerdotium et imperium; per hoc autem datur intelligi duos gladios [3], scilicet spiritualem et temporalem, fuisse sufficientes humano generi, iuxta verbum domini. Nam cum in cena domini duo gladii fuissent appositi, unus ex discipulis ait Christo dicenti: « Qui non habet gladium vendat tunicam et emat gladium »: « Ecce duo gladii sunt hic ». Et ipse dominus respondens dixit: « Satis est » (2). Unde colligitur ex hoc, quod duo gladii in mensa domini fuissent appositi, quod, cum sint ad invicem diversi propter diversa officia, diversos meruerunt habere ministros; ut alter esset qui dignos verbis (*sic*) percuteret gladio, alter qui meritos ferri puniret instrumento (3). Imperium enim deus de celo constituit; imperium autem semper est. Imperatores vero proferendi leges a deo licentiam acceperunt; deus subiecit leges Imperatori et legem animatam eum misit hominibus. Deus sanciendi potestatem Imperatoribus donavit. Deus principatum ingentibus dedit Imperatoribus. Deus Romanorum Imperio Imperatores proposuit. Imperialem autem fortunam rebus homanis deus preposuit. Quid plura? Imperatoribus vero propter loci dignitatem rerum summa commissa est. Sanctissimum autem [senioris] Rome Papam primum esse omnium sacerdotum imperialis constitutio sancivit. Patet igitur supradictis rationibus et constitutionibus utramque potestatem et utrumque gladium a deo esse. Probatur etiam per Vetus Testamentum in libro Sapientie sic: « Omnis potestas a domino deo est » (4). Probatur etiam per Apostolum dicentem: « Servi, subditi estote omni (humane) creature propter deum, non solum regi tamquam precellenti, sed etiam ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malorum laudem vero bonorum » (5). Et iterum: « Servi, subditi estote dominis non solum bonis et modestis, sed etiam discolis » (6). Qui autem resistit potestati, testante Apostolo, « ordinationi dei resistit » (7). Patet igitur manifeste quod potestas ordinatur a deo et ordinatores sive electores potestatis a deo sunt, quoniam ordinatio, ut dictum est ab Apostolo, a deo est. Ab ipso enim Christo dictum est: « Quod est Cesaris reddatur Cesari, et quod est dei reddatur deo » (8). Licet autem abusio potestatis non sit a deo, ipsa tamen potestas a deo est. Unde scriptum est in iure civili et canonico: « Priviligium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate » (9). Item ab ipso domino nostro Jhesu Christo dictum fuit Pilato dicenti: « " Potestatem habeo crucifigendi et dimittendi te „; cui ipse dominus ait: " Potestatem in me non haberes ullam, nisi datum esset tibi desuper „ » (10). Per hanc enim auctoritatem dicitur potestas bona et potestas mala [4] esse a deo tam christianis quam paganis et iudeis (11). Sed quod in mala potestate dicitur, non || f. 39 B. debet ita indistincte intelligi; quoniam omnis potestas bona est, cum a deo sit, qui est ipsa bonitas summa; sed [5] exercitium potestatis potest esse malum, quod non est a deo iuxta illud propheticum: « Ipsi regnaverunt sed non ex me; principes extiterunt sed non cognovi eos » (12). Dicitur ergo bona cum bene et iuste utitur, videtur autem mala cum abutitur; sed et tunc potestas non est mala, sed abusio mala est. Sicut in corpore Christi dicitur ab Apostolo: « Qui indigne corpus domini sumit, iudicium sibi manducat et bibit » (13). Corpus tamen domini bonum est, sed indigna assumptio et acceptio mala dicitur, quod iudicium prestat indigne accipienti. Sic etiam potest dici in hiis, qui per simoniam accipiunt potestatem aliquam, unde acceptio dicitur mala, potestas tamen bona est, sed simoniaci abutuntur ea. Sicut etiam manifeste probatur in sacerdotali officio, quod bonum est, sed abusio est mala; quod est propter mali sacerdotis pollutionem. Unde etsi pollutus est sacerdos, sibi pollutus est; officium autem pollui non potest, quia a deo est. Supradicte autem due principales potestas, scilicet Papa et Imperator, tenentur se ad invicem diligere et iuvare et in omnibus honorare et revereri, cum sint, ut dictum est, ab uno eodemque principio et factore, id est domino deo; et contenti esse debet quilibet terminis suis: ille scilicet, in divinis et spiritualibus et hiis in quibus utramque habet iurisdictionem; iste in temporalibus; nec alter in alterius messem falcem suam mittere debet sine permissu alterius, ut utramque viam digne et iuste incedentes, humanum genus et eius iura ornentur et gubernentur iudicio, iustitia et equitate.

---

(1) (Nov. VI, 1). — (2) (Luca, XXII, 86, 38). — (3) Nota quod Papa habet plenitudinem potestatis etiam in temporalibus, ut Extra. qui filii sint, c. per venerabilem, §. insuper (Decretal. Greg, IX, IV, 17, 13); et Extra. de appellationibus, c. si duobus (Decret. Greg. IX, II, 28, 7). — (4) (Sap. VI, 4). Apostolus ad Romanos (XIII, I, 4): « Non est potestas nisi a deo; que autem sunt, a deo ordinata sunt; non enim sine causa gladium portat; dei enim minister est iudex (*corr.* vindex) in iram ei qui malum agit ». — (5) (I Petr. II, 13-14). — (6) (I Petr. II, 18). — (7) (Rom. XIII, 2) — (8) (Marc. XII, 17). — (9) (Decret. Greg. IX, V, 33, 11). — (10) (Ioh. XIX, 11). — (11) De potestate autem tenebrarum, de qua Christus dicit in passione et de qua Apostolus ait in Epistola ad Colonicenses (*corr.* Colosenses) (I, 13) dicant theologi, quoniam non est meum ultra de hoc prosequi. — (12) (Osea VIII, 4). — (13) Apostolus (I Corinth. XI, 29). —

---

[1] L. dicta. — [2] L. misteriis. — [3] L. glaudios. — [4] L. potestatem bonam et potestatem malam. — [5] L. vol. —

Source : BIU Cujas

CXXIX. — De cognitione a potestatibus et aliis rectoribus habenda de se ipsis

Cognoscant igitur et manifeste sciant ex predictis potestates civitatum et aliorum locorum rectores, se a deo esse, et nulla inde excitatio de cetero moveatur in cordibus eorum, et (cognoscant) gladium habere ab ipso domino deo. Nec sine causa datus est eis gladius temporalis (1); quia ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum. Ergo precipue deum et equitatem habeant ante oculos suos (2), ut supra dictum est. « Scituri pro certo quod non magis alios iudicant quam ipsi iudicabuntur » (3). « Qua enim mensura messi fuerint eadem remetietur eis » (4).

CXXX. — De beneficiis et largitionibus potestatum.

Sane quia qui potestatem habent super gentes benefici vocantur iuxta illud evangelicum: « Reges gentium dominantur eorum (et) qui potestatem habent super eos benefici vocantur » (5); videndum est de beneficiis et donis eorum, que quidam largiri consueverunt ioculatoribus et aliis, qui per curias vadunt, inconsulte, non inspecta qualitate personarum, quibus largiuntur, nec modo adhibito seu mensura, nec inspectis facultatibus largientium. Quidam vero consulte faciunt, moderamine adhibito, et hii inde merito laudari merentur. Sed super premissis ad doctrinam potestatum, presidum et aliorum civitatum rectorum, sapientum exempla in hoc opusculo sunt inducenda. « Videndum est enim, primum ne obsit benignitas et hiis ipsis, quibus benigne videtur fieri, et ceteris; deinde [3] ne benignitas sit maior quam facultates [2]; tum ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est iustitie fundamentum, ad quam referenda sunt haec omnia. Nam et (qui) gratificantur [1] cuipiam, quod obsit (illi), cui prodesse velle videantur,
f. 40. A. non [4] benefici neque liberales, sed pernitiosi [et] || assentatores iudicandi sunt; et qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut (si) in suam rem alienam convertant. Sunt autem (multi et) quidem [5] cupidi splendoris et glorie, qui eripiunt aliis quod [6] aliis largiantur, hiique [7] arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacumque ratione. Id autem abest [8] tantum (ab) officio, ut nichil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, que prosit amicis, noceat nemini. Quare L. Sille, C. Cesaris pecuniarum translatio a iustis dominis non debet ad alienos liberalis videri; nichil autem liberale, quod non sit iustum [id est]. Alter locus erat cautionis [9], ne benignitas maior esset quam facultates [10]; quod qui benigniores volunt esse quam res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos; quas enim copias hiis et suppeditari equius est et relinqui, eas transferunt [11] ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copie. Videre (etiam) licet [12] plerosque non tam natura liberales quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa que proficisci ab obstentatione magis quam a voluntate videantur. Talis autem simulatio vanitati est coniunctior quam liberalitati aut honestati » (6). « Si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii [13], alterum reddendi, demus necne, in nostra potestate est, non reddere viro bono non licet, modo id facere possit sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi, nec dubium quin maximo [habito delectu ad dignitatem] cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quisque animo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio vel modo in omnes vel repentino quodam quasi vento impetu animi incitati; que beneficia eque magna non sunt habenda atque ea, que iudicio, considerate constanterque delata sunt » (7). « Multi enim patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Quid autem est stultius quam, quod [14] facias [15] libenter, [vel] curare [extare] ut id diutius facere non possis? Atque (etiam) secuntur largitionem rapine; cum enim [16] dando egere ceperint, alienis [17] bonis manus afferre coguntur [ad aliena]. Ita, cum benivolentie comparande [18] causa benefici esse velint, non tanta studia assecuntur eorum, quibus dederunt, quanta hodia eorum, quibus ademerunt. Quam ob rem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Modus adhibeatur, isque referatur ad facultates. Omnimo meminisse debemus id, quod a nostris hominibus sepissime usurpatum (8) [est] iam in proverbii [19] consuetudinem venit: largitionem fundum non habere. Etenim quis modus potest esse, cum et hiidem [quod] qui consuerunt [20] (et) illud idem alii desiderent [21]. Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis et viscerationibus et gladiatorum

---

(1) Nota quod non sine causa gladium portat; dei enim minister est [et] iudex (*corr.* vindex) in iram ei qui malum agit » (Rom. XIII, 4). — (2) ff. de eo quod certo loco, l. quod si, c. fin. (Dig. XIII, 4, 4: « aequitatem quoque ante oculos habere debet iudex). — (3) (Cod. III, 1, 14). — (4) (Marc. IV, 24). — (5) (Luc. XXII, 25). — (6) Tullius (De off. I, 42-45). — (7) Tullius (De off. I, 48, 49). — (8) idest in usu habitum. —

---

1 L. demum. — 2 L. facultas. — 3 L. gratificant, — 4 L. nam. — 5 L. quidam. — 6 L. prout. — 7 L. hii quoque. — 8 L. obest. — 9 L. cautioni. — 10 L. facultas. — 11 L. transferre. — 12 L. scilicet. — 13 L. danmi benefici. — 14 L. qui. — 15 L. facinus. — 16 L. igitur. — 17 L. ab eis. — 18 L. comparande. — 19 L. proverbiis. — 20 L. quid consument. — 21 L. desiderant.

Source : BIU Cujas

numeribus, ludorum venationumque apparatu pecunias
f. 40. B. profundunt || in eas res, quarum memoriam aut brevem aut nullam omnino [nulli] sint [1] relicturi; liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a predonibus redimunt, aut es alienum suscipiunt [causa] amicorum, aut in filiarum collocatione adiuvant, aut opitulantur vel in re querenda vel augenda » (1). « Causa igitur largitionis est, si aut necesse est aut utile; in hiis autem ipsis mediocritatis regula optima est » (2). « Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte digni erunt calamitate. In hiis tamen qui se adiuvari volent, non ne affligantur, sed ut altiorem gradum ascendant, restricti omnino esse non debemus, sed in diligendis idoneis iudicium et diligentiam adhibere » (3). « Habenda autem ratio est rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est, sed ita, ut illiberalitatis [2] avarietique absit suspitio. Posse enim liberalitate uti non spoliantem [3] se patrimonio nimirum est pecunie fructus maximus. Recte etiam a Theofrasto est laudata [4] hospitalitas. Est enim, ut mihi videtur, valde decorum patere domus hominum illustrium hospitibus illustribus, idque etiam reipublice est ornamento homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem vehementer utile hiis, qui honeste posse multum volunt, per hospites apud extraneos populos valere opibus et gratia [5] » (4). « Extremum autem in beneficiis preceptum operaque danda, ne quid contra equitatem contendas, ne quid pro iniuria » (5). « Sic demus quomodo vellemus accipere: ante omnia libenter, (cito) sine ulla dubitatione. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis [6] hesit » (6). « Plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum et [7] supercilio in odium adducunt [et] eo sermone usi, ea superbia, ut impetrasse peniteat » (7). Non interest quid datur sed quomodo datur interest. « Qui dedit beneficium taceat, et narret qui accepit » (8). Res secuntur nobis tacentibus. « Dabo egenti sed non ut ipse egeam; succurram perituro sed ut ipse non peream; extimande sunt cuique facultates sue viresque, ne aut plus prestemus quam possumus, aut minus; extimanda est persona eius cui damus » (9). Refert quid, cui, quando, quare et ubi. « Ingratus est qui dissimulat, ingratus est qui non reddit, ingratissimus omnium qui oblitus est » (10). « Qui dat beneficia deos imitatur, qui accipit feneratores [8] » (11). In beneficio videbo cui dem, quando dem, quomodo dem, quare. Nichil enim sine ratione faciendum est. Omnibus (his) vehementius et importunius malum est invidia, que nos inquietat dum comparat: hoc mihi prestitit, illi plus, illi maturius » (12). « Sunt autem quidem qui nolunt esse boni, sed volunt videri boni » (13); et ad hoc ut videantur boni erogant et largiuntur bona et pecunias suas ioculatoribus et quibusdam aliis, ut publicent per civitates, curias et alia loca eorum falsum honoris nomen, ut boni et largi videantur et dicantur; contra quos Seneca ait: « Male agit qui fame non conscientie gratus est » (14). Quid sis interest, non quis habearis. Pro eis Oratius sic:

« Falsus honor iuvat et mendax infamia terret » (15).

Magnificentie officia sunt partim pacata partim bellica. In pacatis « duo precepta || Platonis tenenda sunt f. 41. A. [prelatis], unum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quecumque agunt ad eam referant, obliti commodorum suorum; alterum est ut totum corpus civitatis curent, ne dum partem aliquam tueantur reliquas [9] deserant. Qui enim parti consulunt, partem deserunt, pernitiosam seditionem in civitatem ducunt [10] » (16). Caveant ergo contemptionem. Dicit enim Plato « similiter eos facere, qui inter se contendunt, uter [11] potius civitatem administret (17), ut si naute certarent quis eorum potissimum gubernaret » (18). « Est igitur proprium munus magistratus intelligere se gerere curam civitatis, debere(que) eius dignitatem et decus substinere, servare leges, iura describere, ea fidei sue comissa meminisse » (19).

CXXXI. — Quid agendum sit potestati tempore bellico.

Supra autem dictum est et tractatum de hiis, que pacis tempore agenda sunt; sed quia utrumque tempus bellorum et pacis ad gubernationem potestatis seu presidis pertinet civitatis, videndum est quid sit faciendum potestati seu rectori civitatis tempore, quo bellum speratur. In bellicis autem officiis queritur « quare quidem suscipienda sunt bella? ob eam causam, ut sine iniuria in pace vivatur, parta [12] autem victoria conservandi hii, [sunt] qui non crudeles in bello non immanes [13] fuerunt » (20). « Nullum bellum esse iustum nisi quod aut rebus repetitis [14] geratur aut denuntiatum sit ante et indictum [15] » (21). Ergo « prius quam adgrediamur, diligens et longa preparatio est facienda » (22). « Longa enim preparatio belli celerem facit victoriam. Diu apparandum est bellum ut vincas celerius » (23). « Bellum autem ita suscipiatur ut nichil aliud nisi

(1) Tullius (De off. II, 54-56). — (2) Tullius (De off., II, 58-59). — (3) Tullius (De off. II, 62). — (4) Tullius)De off. II, 64), — (5) Tullius (De off. II, 71). — (6) Seneca (De benef. II, 1). — (7) Seneca (De benef. II, 4). — (8) (De benef. II, 11). — (9) (De benef. II, 15). — (10) (De benef. III, 1). — (11) (De benef. III, 15). — (12) (De benef. II, 28). — (13) Tullius. — (14) Seneca (De benef. VI, 42). — (15) Oratius (Epist. I, 16, 39). — (16) (De off. I, 85). — (17) ut cun sunt plures consules in officio. — (18) (De off. I, 87). — (19) Tullius (De off. I, 124). — (20) Tullius (De off. I, 35). — (21) Tullius (De off. I, 36). — (22) (De off. II, 73). — (23) Seneca (Prov.).

[1] L. sunt. — [2] L. liberalitatis. — [3] L. spoliare. — [4] L. laudanda. — [5] L. gratiam. — [6] L. hesitantis. — [7] L. a. — [8] L. fenerator est. — [9] L. reliquam. — [10] *Cic.* parte neglegunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam. — [11] L. ut. — [12] L. parata. — [13] L. nec inanes. — [14] L. petitis. — [15] L. inductum. —

Source : BIU Cujas

pax quesita videatur. Fortis vero animi et costantis est non perturbari in rebus asperis nec tumultuantem [1] de gradu deici, ut dicitur, sed presenti animo uti et consilio, nec a ratione discedere. Quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, precipere [2] cogitatione futura et aliquanto [3] ante constituere quid accidere possit in utramque partem et quid agendum sit, cum quid evenerit, nec comittere ut aliquando dicendum sit: non putavi. Hec sunt opera magni animi [4] (et) excelsi et prudentia consilioque fidentis. Temere autem in acie versari et manu cum hoste confligere immane quiddam [5] et beluarum simile est. Sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est et mors servituti turpitudinique anteponenda. Nunquam omnino periculi fuga commictendum est ut imbelles timidique videamur [6], sed fugiendum est etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa, quo esse nichil potest stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo immitanda medicorum est, qui leviter egrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Qua re in tranquillo tempestatem optare adversam dementis est; subvenire autem tempestatibus quavis ratione sapientis est, eoque magis si plus adipiscare re explicata boni quam addubitata mali » (1). « Non geres conflictum nisi indixeris; nam fraudes et dolos imbecillum decet habere. Eris magnanimus sed pericula
f. 41. B || non appetas ut temerarius, nec formides ut timidus » (2). « Ad rem autem gerendam qui accedit caveat ne id modo consideret quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem; in quo ipso considerandum est ne aut temere desperet [7] propter ignaviam aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis priusquam adgrediare adhibenda est preparatio diligens (3). Sed cum plerique arbitrentur [8] res bellicas maiores esse quam urbanas, minuenda est haec opinio. Multi enim sepe bella quesiverunt propter glorie cupiditatem, atque id in magnis animis ingeniisque [9] plerumque contingit, eoque magis si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus iudicare, multe res extiterunt urbane maiores et clariores quam bellice. Non minus preclarum hoc quod illud iudicandum est: illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati. Hoc consilio leges Athenensium, hoc maiorum [10] instituta servantur. Parvi [11] enim sunt fortis arma nisi sit consilium domi. Sunt igitur domestice fortitudines non inferiores militaribus, in quibus plus etiam quam in hiis opere studiique [12] ponendum est (4). Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnifico(que) querimus, animi efficitur et non corporis viribus. Exercendum tamen corpus et ita adficiendum [13] est, ut obedire consilio rationique possit in exequendis negotiis et (in) labore tollerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione; in quo non minorem utilitatem (adferunt) qui togati reipublice presunt [14] quam qui bellum gerunt (5). Itaque eorum consilio sepe aut (non) suscepta aut confecta bella sunt, nonnumquam etiam illata, ut Marci Catonis bellum tertium punicum, in quo etiam mortui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio quam decertandi fortitudo, sed cavendum est ne id bellandi magis fuga quam utilitatis ratione faciamus. Bellum autem, ut supra dictum est [15], ita suscipiatur, ut nichil aliud nisi pax quesita videatur. (De) evertendis [16] autem diripiendisque [17] urbibus valde [18] [que] considerandum est ne quid temere, ne quid crudeliter. Idque est viri magni, rebus agitatis punire somptes, multitudinem conservare, in omni fortuna recta atque honesta retinere. Ut enim sunt, quemadmodum supra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponunt, sic reperies multos quibus periculosa [19] et calida [20] consilia [et] quietis et cogitatis [21] (et) splendidiora et maiora videantur » (6).

CXXXII. — De preparatione ad exercitum si exercitus evitari non potest.

Cum autem ob honorem civitatis conservandum vel augendum, seu ob recuperanda vel retinenda iura civitatis, que ab aliis occupata detinentur iniuste vel indebite molestantur, de quibus forte cautum est in constituto civitatis vel potestas tenetur de iureiurando seu de civitatis consilio generali, procedit; vel populus clamitat universus, ut iura eorum ab aliis detempta iniuste recuperentur vel iniuriata tueantur; seu forte ob gravem iniuriam illatam comunitati vel alicui de comunitate vindicandam populus vult facere exercitum et ire super aliquam || terram adversariorum; videndum est qualiter agendum sit et quid sit faciendum potestati seu civitatis rectori. In primis consilium faciat generale ad sonum campane more solito coadunari potestas, ibique proposito capitulo, super quo vult habere consilium, imploret consilium super eo sibi dari
f. 42. A.

---

(1) Tullius (De off. I, 80, 81, 83). — (2) (De form. hon. vitae, III). — (3) Hic queritur quis melior habeatur, utrum ille qui sapiens est et prudens ad consulendum civitati omni tempore, aut ille qui prudens est in bello, scilicet milex; et hic et infra solvitur ista questio. — (4) Salustius: « Animi magis quam corporis viribus uti debemus, ut de Ulixe et Aiace. — (5) Nota quod in bello non minus statur consilio sapientis quam prudentis militis. — (6) Tullius (De off. I, 73-82). —

---

[1] L. tumultu ante. — [2] L. percipere cogitationem futuram. — [3] L. aliquando. — [4] L. magnanimi. — [5] L. quoddam. — [6] L. videantur. — [7] L. disperget. — [8] L. arbitrantur. — [9] L. ingenuisque. — [10] L. maior. — [11] L. parva. — [12] L. studiumque. — [13] L. faciendum. — [14] L. possunt. — [15] ut s. d. est *om. Cic.* — [16] L. avertendum. — [17] L. diripiendumque. — [18] L. valide. [19] L. pericula. — [20] L. callida. — [21] L. cogitationis. —

Source : BIU Cujas

pro comuni more solito, ut dictum est supra; ut sic recepto consilio et in scriptis redacto, si res desiderat, plenius consilium iterum et iterum faciat, et postmodum faciat generale consilium de militibus et peditibus civitatis et de sapientibus, capitaneis, consulibus militum, iudicum, campsorum, mercatorum et priorum artium ad id vocatorum; ut sic, perquisita et concordata comuni voluntate omnium, securius possit procedere vel incedere potestas. Et in huiusmodi gravitas presidi comprobatur et merito commendatur; nam potestas sive rector civitatis, in quantum potest, vitare debet guerram et civitatem, quam regit, mittere in guerram; cum ad officium eius pertineat curare modis omnibus, quibus potest ut pacatam, pacificam et tranquillam retineat civitatem, quam regit, ut supra dictum est et notatum. Et non tamen ipse preses seu potestas evitare et fugere debet guerram; sed [etiam] compescere debet alios volentes et vociferantes guerram et bella, tamquam vir providus et discretus [1] ne de levitate et agilitate possit redargui. Equus enim prave agilitatis et levitatis tenetur freno maturitatis et gravitatis.

Cautus eques pravum sepe refrenat equum.
Et solet in preceps currere liber equus.
Perdit enim cursum immoderatus equus (1).

Quod si cum honore sue persone et civitatis, cui preest, evitari non potest quin fiat exercitus, habitis consiliis super predictis, curet ordinare civitatem in vexillariis, in costringitoribus militum et peditum, in equis et armis, in balistariis et arcatoribus, in tentoriis, in ligonibus et ferramentis aliis et in omnibus aliis necessariis ad exercitum, assumptis sibi ceteris probis viris, vel a consilio ordinatis et receptis, cum quibus haec commode disponantur. Hiis vero ita dispositis et ordinatis, expedit ut parlamentum seu arrengum fiat, in quo vexilla dentur vexillariis inde electis et vocatis; et predicta omnia publicentur et banna mittantur et ammoneantur tam milites quam pedites et alii superius designati. Quod qualiter procedendum sit, hoc in loco breviter annectamus. In primis tamen notandum est et sciendum quod aut pugnandum est contra pares, aut eundem super minores, aut resistendum est maioribus seu potentioribus. Cum autem resistendum est maioribus, sic posse contionari arbitror, premisso tamen exordio superioris contionis, vel aliquo alio simili.

CXXXIII. — De contione seu arenga pro exercitu faciendo ad resistendum [2] maioribus.

« Quia de consilio speciali et generali et de volun-
f. 42. B. tate totius nostri comunis proces || sit, ut a Romanis nos tueri debeamus, qui nos et iura et possessiones nostras indebite contra deum et ius et iustitiam perturbare, molestare et auferre nituntur; cum conventionem aliquam nobis bonam, sive pactum cum ipsis habere minime valeamus, deum patrem omnipotentem suppliciter invocemus, ut per suam sanctissimam misericordiam nobis gratiam, potentiam et virtutem prestare dignetur, quatenus nos et nostra ab iniuriis et molestiis eorumdem illesa conservare possimus, et vim ipsorum a nobis repellere valeamus viriliter et potenter. Quare vos monemus, ortamur firmiter et vobis precipimus, ut omnem amaritudinem omneque hodium repellentes a vobis, unanimes, sapientes, robusti et prudentes contra inimicos nostros efficiamini et firmiter existatis. Nam sicut scitis, patres, parentes et antecessores vestri pariter et vos ipsi castrum tale, terram talem, a centum annis retro hucusque pacifice possedistis sine aliqua questione. Nunc enim prefati Romani in superbia elati, non recolentes magnifica servitia et honores, que et quos actenus receperunt a nobis, et dampna gravia, que substinuimus et passi sumus pro eisdem, non solum dictam terram et castrum eorum superbia et potentia nobis per vim auferre minantur, suo iure contempti minime esse nolentes; verum alias terras nostras, quas in tuitioribus locis pacifice optinemus, publice protestantur et dicunt nos ipsis invitis posse nullatenus detinere, oppinantes nos iuribus destitutos et ad eorum retentionem penitus impotentes. Sed cum de iure ad defensionem nostri iuris deum patrem omnipotentem in nostrum auxilium omnimode habere debeamus, qui superbis resistit, humilibus autem dat gloriam et favorem, adversarios nostros minime nos timere oportet. Sed potius debemus ferventius animari in ipsos ad possessiones nostraque iura viriliter defendenda, cum omnes leges omniaque iura permittant vim vi expellere et iniuriam propulsare. Recordamini siquidem vestrorum antecessorum victorias, famam et laudes quas adepti sunt nunquam oblivioni mandetis, sed utamini viribus et prudentia eorumdem, qui numquam terga tradiderunt nec facies timuerunt ostendere inimicis; sed potius curate viva voce et factis magnificis eisdem omni tempore pro meritis respondere. Sitis itaque vestrorum parentum veri filii et heredes, nec patiamini vos hereditate paterna nullo modo denudari; sed estote prudentes sicut serpentes et cor vestrum in prelio dilatetur et virtus et potentia vestra in omnibus augmentetur. Sitis autem sapientes et sufferentes in bello, pariter et sagaces, hereditatem, personas et possessiones vestras tuentes magnifice et prudenter.

Nec minor est virtus, quam querere, parta tueri.

Estote sane vigiles, omni ora omnique tempore parati ad prelium, nullum laborem nullumque sudorem subire pro vestra republica recusantes, nullam inimi-

(1) licet autem alibi hii versus scripti sint supra, hic tamen adaptantur. —

[1] L. viri providi et discreti. — [2] L. restendum. —

Source : BIU Cujas

corum predam vel res aliquas affectantes; sed quilibet pugnare desideret, optinere credat et fugare peroptet; nec etiam, si fratrem suum vel socium, patrem sive filium viderit mortuum vel vulneratum, cum ipso se figat vel revertatur cum ipso, sed socium impeditum succurrere iuvare et de manibus inimicorum liberare festinet, nec ullam rem aliam reputet cariorem quam
f. 43. A. honorem || sui comunis tueri, et conservare suam et suorum integram libertatem. Et si, quod absit, immineret suspitio personarum et honor esset in pendenti, iter aperire ferro estote omnes unanimiter recordati, scientes pro certo quod si hac vice inimicorum propositis resistere potueritis et eorum superbiam refrenare, vobis et successoribus perpetuas quietem laudes et gloriam cum honore magnifico acquiretis et iura vestra optinebitis [1] pacifica et quieta. Prohibemus igitur et firmiter precipimus omnibus et singulis, sub banno et pena nostro arbitrio inferenda, quod nullus presumat nostri comunis preire vexillum, nec de sclera nostrorum militum seu peditum exire audeat; vel inceptionem facere aliquam attentet absque precepto nostro vel nostrorum vicariorum seu capitaneorum, quibus committimus vices nostras et quibus vos parere volumus tamquam nobis; nam eisdem in transgressores nostrorum preceptorum animadvertendi puniendi ac feriendi plenissimam concedimus potestatem; et quod ab eisdem factum fuerit de premissis, volumus esse penitus impunitum, quoniam de ipsis plene confidimus, tamquam de viris prudentibus, providis et discretis, qui in omnibus et per omnia nostra tenentur servare mandata et honores comunis in omnibus augmentare. Volumus insuper et a vobis petimus ut hoc tempore super transgressores nostrorum preceptorum nobis arbitrium concedatis, non obstante vestri capitulo constituti, quo vel quibus transgressores et malefactores punire tenemur (1); cum nostri sit firmi propositi vos regere, salvare, conducere et manutere viriliter et potenter et vestrum bonum statum commoda et honores magnifice augmentare. Deus autem, a quo omnis potestas, sapientia, fortitudo, prudentia et victoria cum triumpho procedunt, per suam sanctissimam misericordiam et pietatem nobis gratiam, prudentiam et fortitudinem tribuere dignetur, ut nos et nostra ab impetu et superbia Romanorum tueri possimus, ipsosque taliter opprimere et refrenare, quod domino deo nostro sit laus et nobis sit gloria, honor et pax et tranquillitas in futurum ».

Si vero super parem vel parum minorem trahendus sit exercitus, hoc modo potest potestas in contione procedere, premisso exordio aliquo superiorum.

(1) Qui si concesserint arbitrium, precipiat potestas illud in publicam formam redigi per suum notarium. —

1 L. optinetibus. —

CXXXIV. – De parlamento seu contione potestatis faciendo contra parem vel parum minorem.

« Quanta audacia quantaque stultitia Pistorienses in superbia sint elati versus populum et comune Florentie, vos credimus non latere, cum sit per totam Italiam publice manifestum; nam terram nostram detinent sine causa in nostram faciem occupatam, et quosdam cives nostros non minimos sed honorabiliores et potentiores suis terris indebite spoliantes, ipsas detinent vobis invitis in vestram iniuriam et non modicam lesionem, nec veriti sunt vobis venire obviam armata manu cum exercitu pisano. Et in hiis omnibus furor non est contentus [2] eorumdem, sed, quod deterius est, dilacerant famam vestram turpibus verbis utentes, et per loca diversa contra vos clamitant et per vicos, plateas et exitus viarum vos vilipendere (non) erubescunt. Unde cum deum non timeant nec hominem [3] vereantur, dignum est ut de tantis excessibus a vobis debeant castigari et eorum superbie et pravis linguis freni temperies [4] adhiberi. Quare vos monemus, ortamur et firmiter vobis precipimus, quatenus in || ter vos f. 43. B.
et a vobis omnem amaritudinem omneque hodium et invidiam repellentes, unanimes efficiamini contra ipsos, preparati in equis et armis et in aliis necessariis, que ad exercitum pertinent ad adornandum, ita quod die iovis proximo venturo, dante domino, in eorum districtum ad devastandas terras ipsorum et eorumdem superbiam et malitiam edomandam intremus viriliter et potenter, de ipsis et eorum sequacibus et fautoribus nullatenus exitantes. Experti enim estis et per diversas mundi partes iam resonuit, qualiter ipsos et alios vestros nimicos et emulos magnifice expugnastis et captivos duxistis pro velle vestro, vix tunc ex vobis pars dimidia in campo existens; nunc autem, cum sitis melius preparati in equis et armis quam numquam actenus fuissetis, et pre aliis de Italia melius adornati, et quia preteritorum exibitio futurorum est certitudo, de vestra victoria debetis nullatenus dubitare. Recordamini siquidem novissime nationis vestre quomodo sub ferro floruit, Fexulanorum superbiam edomantes, qui fere totius optinebant Tuscie principatum. Mementote sane vestrorum antecessorum et eorum et vestra facta magnifica et victorias, famam et laudes multimodas recolentes, quas fuerint et estis adepti; nec eas ullo modo oblivioni tradatis, sed utamini [5] viribus et moribus eorumdem, qui numquam vultus suos timuerunt ostendere inimicis et dare eisdem experimento intelligere [6] que et quanta posset eorum dextera operari. Estote insuper vestrorum antecessorum veri heredes re et nomine, nec patiamini vos paternitate

2 L. adversus. — 3 L. honorem. — 4 L. tperies. — 5 L. utimini. — 6 L. intelli. —

Source : BIU Cujas

tam turpiter defraudari. Animemini quidem super inimicos vestros ad vestram iniuriam ulciscendam, et ostendite in eos vires vestras, ut experimento iterum recognoscant quid vestra possit dextera operari. Eos enim actenus nutrivistis et exaltastis ut fratres et filios; et ipsi, vestrorum beneficiorum et vestri favoris memores nullatenus existentes, vos spreverunt, adversus vos calcaneum erigentes; et contra naturam adversus vos superbire nullo modo dubitantes [1], a vobis tamquam a paribus vel minoribus volunt [2] timeri. Unde maiori pena digni sunt castigari, qui quodam modo vestri fuerunt et vestra debent iura tueri et servare mandata. Precipimus itaque et sub banno averis et persone firmiter prohibemus, ut nullus nostra audeat preire vexilla vel aliquam facere inceptionem; sed ea ad mandatum nostrum sequentes, capitaneos, conistabiles et distringatores exercitus, quibus super transgressores nostri mandati committimus vices nostras, honoretis et pareatis eisdem tamquam nobis, quoniam de ipsis plene confidimus, sicut de viris prudentibus, providis et discretis. Et quod in transgressores nostri mandati ab ipsis actum fuerit, esse volumus penitus impunitum, cum nostra sint iurati servare precepta et honores comunis teneantur in omnibus et per omnia conservare. Volumus insuper ut [3] super transgressores nostri
f. 41. A. man || dati et malefactores, dum fuerimus in exercitu, nobis arbitrium concedatis, non ostante aliqua vestra constitutione, qua tenemur maleficia sub certa forma punire, cum nostri propositi sit vos utroque tempore et bellorum et pacis recte regere et gubernare in iudicio, iustitia et equitate. Verum quia deum nostrum Jhesum Christum esse nobis (propitium) credimus firmiter et speramus, eo quod cum iustitia contra superbos prosequimur iura nostra, precipimus et firmiter prohibemus ut ecclesias, hospitalia et alia loca religiosa et venerabilia nullo modo offendantur sed salventur pro posse in rebus omnibus et personis. Curam preterea habeatis de bono nomine, quod antecessores vestri et vos in sudore et labore adepti estis et magnifice optinetis, quia magis permanebit vobis quam mille thesauri pretiosi. Scientes pro certo quod civitas Florentie, super montes honoris posita, abscondi non potest, cum per diversas mundi provincias magnifice nominetur et a longinquis partibus florere et splendere laudabiliter videatur. Et licet non sit necesse vos docere ad pugnam, cum sitis pre ceteris in prelio eruditi et precipue fugare docti et capere inimicos, expedit tamen ad vestram reduci audientiam vos esse vigiles omni ora et omni tempore paratos ad pugnam, nullum laborem, nullum sudorem suscipere vel subire pro vestra republica aliquatenus recusantes; sed quilibet vestrum pugnare desideret, optinere credat (et), sicut soliti estis, fugare peroptet, nullam predam vel res aliquas inimicorum affectans seu cupiens; semper victoriam cum triumpho pro suo comuni rebus aliis ceteris anteponant; nec etiam si patrem, filium vel fratrem interfectum viderit vel feritum, cum ipso se figat vel cum ipso revertatur; sed socium ab inimicis detentum vel impeditum iuvare et de manibus inimicorum eripere et liberare et eidem succurrere totis viribus prudenter festinet. Sic enim facientes vos conservabitis integros et illesos et adversarios vestros vobis conculcabitis pro velle vestro. Ipse autem omnipotens deus, qui manus David regis et prophete docuit ad prelium et digitos suos ad bellum, per suam sanctissimam misericordiam vires et potentiam vestram augere et vobis suam gratiam et de inimicis victoriam taliter tribuere dignetur, quod sibi fit laus, et vobis et vestris amicis, honor et augmentum maximum, et ipsis inimicis vestris tribulatio et angustia sit et non modicum detrimentum ».

Si autem super minorem seu super aliquod magnum castrum, ut est Podium Bonizi, trahendus sit exercitus florentinus, facto primitus exordio, ut supra, sic in contione vel arrengo procedi potest.

CXXXV. — De contione seu parlamento potestatis faciendo contra minores.

« Ex quo placuit altissimo domino deo nostro, a quo potestates et dignitates procedunt omnes et honores, ut eligeremur et essemus vobis potestas et rector, immo si vere loqui volumus serviens et minister, magna affectione magnaque discretione vestros honores vestraque iura procurare, manutenere et augmentare tenemur; et iniurias et offensas vobis illatas iniuste et maxime ab illis, qui deberent esse vobis subiecti et in omnibus obbedientes, taliter disponimus et optamus ulci-
sci, || quod de cetero talia vel similia non attemptent et f. 44. B
magnitudo vindicte alios deterreat a proposito delinquendi. Sane cum Podibonizenses in superbia elati et magnitudine cordis audacissime sint et stultissime exaltati versus populum florentinum, iura et possessiones vestras per violentias detinentes et, quod deterius est, coniurationes et societates cum vestris inimicis contrahentes, comitatum Florentie sibi forsitan subponere minus provide arbitrantes; cum igitur deum non timeant nec hominem vereantur, sed tamquam nequissimi servi contra dominos suos superbire nitantur, dignum [4] est ut verberibus durissimis castigentur, qui dominorum debitum deserentes obsequium, in ipsos calcitrant et calcaneum erigere aliquatenus non verentur, relinquentes vos fontem aque vive, et fodientes sibi cisternas non valentem continere aquam. Animenimi ergo contra ipsos in equis, armis, tentoriis et aliis que pertinent ad vestrum honorabilem exercitum adornandum,

---

[1] L. dubitare. — [2] L. velle. — [3] L. et. — [4] L. dirum. —

Source : BIU Cujas

vos magnifice preparantes ita quod die jovis proximo venturo, dante domino, in eorum districtum [1] ad devastandas terras ipsorum, et eorumdem superbiam et malitiam edomandam, et obsidendum castrum illorum et expugnandum, intremus viriliter et potenter, de ipsorum coniuratoribus et sequacibus nullatenus exitantes. Experti enim sunt emuli vestri que et quanta possit et valeat in ipsos vestra dextera operari. Precipimus itaque et sub banno averis et persone firmiter prohibemus, ut nullus vestrum audeat nostra preire vexilla vel aliquam facere inceptionem absque mandato nostro; sed ea sequentes capitaneos, conistabiles et distringitores exercitus, quibus super transgressores mandati nostri committimus vices nostras, honoretis et pareatis eisdem tamquam nobis: de ipsis enim confidimus sicut de viris prudentibus, providis et discretis; et quod in transgressores nostri mandati ab ipsis fuerit iudicatum, esse volumus penitus impunitum, cum nostra iurati sint servare precepta, et honores comunis manutenere teneantur et in omnibus et per omnia augmentare. Abicientes itaque a vobis omnem amaritudinem omneque hodium atque invidiam, unanimes, sapientes, robusti et prudentes efficiamini contra ipsos; paterna hereditate et rebus aliis, quas antecessores vestri pacifice possiderunt, et vos et filios vestros non patiamini nullatenus defraudari; sed utamini viribus, prudentia et potentia patrum vestrorum, qui nunquam sua terga noverunt tradere inimicis, sed potius facies, et vultus suos ostendentes eisdem, potiti sunt victoriis magnificis cum triumphis.

Non minor est virtus, quam querere, parta tueri.

Estote insuper omni ora vigiles et omni tempore parati ad prelium pro nostra republica, nullum recusantes subire laborem; sed semper pugnare cupientes, fugare peroptantes, optinere credatis et habere solitam victoriam cum triumpho, non affectantes predam rerum inimicorum. Nec si quis in bello patrem, filium vel fratrem viderit mortuum vel vulneratum, cum ipso se figat vel reverti audeat cum eodem; sed socium impeditum succurrere et iuvare et de inimicorum manibus eripere festinet viriliter et potenter; nec ullam rem aliam reputet cariorem quam honorem sui comunis manutenere et conservare illesum. Prohibemus preterea et firmiter precipimus ne ecclesie hospitalia et alia venerabilia loca ullatenus offendantur, sed salventur pro posse in rebus omnibus et personis, sub pena et banno transgressoribus nostro arbitrio auferendo ». Si potestas || vult petere arbitrium a populo, f. 45. A. hoc modo potest, ut dictum est supra in alia contione (1): « Vos autem, sicut viri prudentes, providi et discreti, dicta monita et precepta nostra mandantes memorie, vos et iura vestra dante domino illesa servabitis et vestros inimicos vobis concultabitis pro velle vestro. Ipse autem omnipotens deus » etc. ut supra.

(1) Hic potestas potest, si vult, petere arbitrium, quod per suum notarium faciat publicari. —

1 L. districtu. —

CXXXVI. — Quid faciendum sit potestati tempore extrahendi exercitum.

Cum autem potestas exercitum de civitate traxerit, facta primitus preparatione in omnibus que pertinent ad exercitum, et viis electis et statutis, et vocatis suis comitatinis et aliis, qui fuerint evocandi, ordinatim precipiat et faciat preire vexilla militum et peditum et milites et pedites similiter. Et si locus est dubitabilis, ante quam perveniat ad locum in quo debent figi tentoria et castra metari, armentur milites et ordinentur in scleris suis ordinatim, ut caute vadant. Arcatores vero et balistari semper debent preire ante, et cum fuerint ad locum previsum seu preordinatum, expectent ibi donec venerint salmarie et tentoria. Et pedites non inermes sequantur ordinatim similiter; et sic erigantur tentoria ordinatim in loco comprehenso in quantum comode fieri potest. Et amicos venientes precipiat potestas recipi inter suos, ne propter distantiam [2] seu separationem possint in aliquo dampnificari seu iniuriari ab inimicis. Ordinatis vero temptoriis et exercitu hospitato, milites, arcatores et balistarii possint reverti et hospitari in temptoriis suis; sed potestas statim mittat preconem cum cornibus seu tubis, preconiçando per exercitum de custodia et preparatione et de faciendis hiis que viderit facienda. Oportet autem tunc potestatem seu presidem pervigilem esse in cogitando et previdendo et faciendo que necessaria sunt vel expediunt. Item oportet esse presentem in omni loco, licet non corpore, previdentia tamen et potentia. Item animosum et animantem et confortantem milites et pedites et arcatores et balistarios. Item severissimum et timorem immitentem inobedientibus et prevaricatoribus seu delinquere volentibus. Item punientem et castigantem durissime delinquentes. Et cum inclinatur dies et nox et specialiter mane diliculo seu aurora, precipiat custodiri albergarias sive campum caute et prudenter, et maxime dividendo custodias per loca et horas, ne furum vel latronum seu aggressorum incursu aliquod possit incurrere detrimentum. Et cum voluerit preliari cum inimicis vel ire ad expugnandum locum, facta ordinatione militum et peditum, et relictis custodibus in temptoriis, sicut prudens, quandoque preire quandoque sequi (quandoque) a lateribus ire festinet potestas sive rector, monendo animando confortando, et cum expedierit terrendo, minando, percutiendo inobedientes et inordinate ire volentes et delinquentes, prout viderit expedire. Nec

2 L. distinctiam. —

Source : BIU Cujas

tamen in propria pugna pugnare presumat, sed alios pugnare precipiat; nam qui alios regit ab alio regi non debet, cum preesse debeat et non subesse. Previdere enim debet rector sive potestas futura, quoniam « ipse est vinculum, per quod res pubblica civitatis [1] coheret, ipse [2] spiritus vitalis, [per] quem (haec) tot milia trahunt, nichil ipsa per se futura nisi honus et preda, si mens illa imperii subtrahatur [3]. Rege incolumi [4] mens omnibus una: ammisso rupere [5] fidem. Olim ita se induit [6] reipublice Cesar, ut seduci alterum
f. 45. B. sine utriusque pernitie non possit; nam || ut illi viribus opus est, (ita) et huic capite » (1). « Decet enim magnanimitas quemlibet mortalem, etiam illum, infra [7] quem nil est positum. Quid maius aut fortius quam malam fortunam retundere [8]? Nec tamen in fortuna non bona magnanimitas locum laxiorem habet [9], meliusque in tribunali quam in plano conspicitur. Magnam fortunam magnus animus decet, qui nisi se ad illam extulit et altior stetit, illam quoque infra terram deducit » (2). Verumtamen potestatis seu rectoris civitatis temptorium in medio exercitus debet esse fixum propter commoditatem et securitatem civium et totius exercitus, quoniam « natura [10] comenta est regem, quod (et) ex aliis animalibus licet cognoscere (et) ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo [est] loco; preterea onere [11] vacat exactor alienorum operum, et ammisso rege totum delabitur, nec unquam plus unum [12] patiuntur, meliorem(que) pugna [13] querunt; preterea insignis forma regi [14] (est) dissimilisque ceteris cum magnitudine, cum nitore [15] et hoc maxime distingitur. Iracundissime ac pro corporis captu pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est. Noluit [16] illum naturam nec sevum [17] esse nec ultionem magno constaturam [18] petere, telumque detraxit et iram eius inermem reliquid. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tantum hominum animus moderatior [19] esse debeat, quanto vehementius nocet. Utimam quidem [20] eadem lex hominum esset, ut [21] ira cum telo suo frangeretur nec sepius liceret nocere quam semel, nec alienis viribus exercere hodia! facile enim laxaretur furor, si per se sibi satisfaceret. Errat si quis existimat [22] tutum esse ibi regem, ubi nil a rege [23] tutum, sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est in altum struere editas arces nec in adscensum [24] arduos adinvenire [25] colles, nec latera montium ascindere, multiplicibus (se) turribus murisque sepire: salvum regem clementia in aperto prestabit. Unum est inexpugnabile munimentum [26] amor civium. Quid pulchrius quam vivere cunctis optantibus? Quis huic audeat struere periculum aliquod, sub quo pax, iustitia, pudicitia, caritas, dignitas florent, sub quo opulenta civitas copia honorum omnium [27] abundat? Nec alio animo rectorem [28] suum intuentur, quam si dii immortales potestatem (visendi) sui faciant » (3). Item et alia ratione pugnare non decet civitatis et exercitus rectorem, quoniam percusso rectore seu pastore possent oves dispergi, iuxta propheticum verbum et evangelicum in passione Christi: « Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis » (4). Et sicut nostris temporibus accidit in rege Raone, quia eo interfecto dispersus fuit a paucis exercitus eius copiosus; et sic evenit postea in comite Monfortis et alio tunc comite Gualterio Brende, fratre regis Iohannis, et in pluribus aliis. Et sic posset ei imputari de malo regimine, quoniam non consideravit hoc posse evenire et ob hoc fuit in culpa. Verumtamen in magna necessitate seu magno periculo imminente, ut supra dictum est, « decertandum manu est et mors servituti turpitudinique anteponenda est » (5).
Cum autem oportuerit vel expedierit exercitum mu || - f. 46. A.
tari, et in hoc similiter oportet esse rectorem cautissimum, precipiendo milites et pedites armari et preparari, premittendo vexilla militum et postea milites quosdam, et quosdam subsequi exercitum faciat. Idem de arcatoribus et balistariis, qui [29] et eorum vexilla et rectores [qui et que] semper preire debent, et quidam debent sequi exercitum cum militibus, qui subsecuntur, qui dicuntur retroguardia. Et post milites preeuntes subsequantur [et] vexilla peditum et pedites et postea salmariam; et quidam de peditibus prudentiores subsequantur cum retroguardia, ut undique circumspecti in nullo possint offendi. Decet autem rectorem quandoque esse ante, quandoque retro, quandoque ex latere, in eundo et recessu, sicut vir prudens sapiens et discretus, sui semper habendo custodiam et aliorum, sicut superius dictum est. Exercitus sapienter et discrete et caute in loco proposito castra metetur.

Si vero eum victoriam habere contigerit vel etiam inimicos ad mandatum eius redire, deum pre oculis habeat ipse rector seu potestas, et misericordiam peten-

---

(1) Seneca (De clem. I, 4). — (2) Seneca (De clem. I, 5). — (3) Seneca (De clem. I, 19). — (4) (Marc. XIV, 27). — (5) Tullius (De off. I, 84). —

---

1 civitatis *non habet Seneca.* — 2 L. ipsos. — 3 L. subtrahetur. — 4 L. incolume. — 5 L. rumpere. — 6 L. induat. — 7 L. in. — 8 L. recondere. — 9 *Ed. Sen.* haec tamen [magnanimitas] in bona fortuna laxiorem locum habet. — 10 L. nata. — 11 L. honore. — 12 L. plerumque. — 13 L. pugnam. — 14 L. regie. — 15 L. victore. — 16 L. non vult. — 17 L. servum. — 18 L. constanter. — 19 L. moderatio. — 20 L. quod. — 21 L. et. — 22 L. extimat. — 23 L. gere. — 24 L. ascensu. — 25 *Seneca* emunire. — 26 L. molumentum. — 27 L. hominum. — 28 L. terrorem. — 29 L. quibusdam. —

Source : BIU Cujas

tibus, quandoque habito consilio, habere [misericordiam] non dedignetur.

Mitior esse solet prostratis ira leonis;
Tu quoque fac simile, quisque dominaris in urbe.
Parcere prostratis scit nobilis ira leonis;
Nec sibi prostratis scit ferus esse leo (1).

Ubi maxime gaudebis maxime metues, ubi omnia tranquilla tibi videntur, ibi nocitura non desunt set quiescunt. Semper futurum aliquid, quod te offendat, extima. Gubernator nunquam ita totos sinus securus explicuit ut non expedite ad contrahendum armamenta disponeret. « Officium autem regentis exercitum non tantum in danda, sed (etiam) in observanda disciplina consistit. Officium tribunorum est vel eorum, qui exercitui presunt, milites in castris continere, ad exercitationem producere, vigilias interdum circumire [1], delicta [2] secundum sue auctoritatis modum [3] castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valitudinarios [4] inspicere » (2). « Miles turbator pacis capite punitur » (3). « Proditores vero et transfuge plerumque capite puniuntur et exauctorati [5] torquentur; nam pro hoste et non pro milite habentur » (4). « Qui propositum [6] suum protegere noluerunt et deseruerunt, occiso eo capite puniuntur » (5). « Qui propositum [7] suum non protexerit, cum posset [8], in pari causa factori habendus est; et si resistere non potuit, parcendum est ei. Sed et in eos, qui prefectum centurie a latronibus circumventum deseruerunt, animadverti placuit. Qui manus intulit proposito [9] capite puniendus est: augetur autem petulantie crimen dignitate prepositi. Contumacia omnis [10] adversus ducem vel presidem militis [11] capite punienda est. Qui in acie [12] (prior) fugam fecerit, spectantibus militibus propter exemplum capite puniendus est. Exploratores, qui secreta numptiant hostibus, proditores sunt et capitis penas luunt; sed et caligatus, qui metu hostium languorem simulavit, in pari causa (eis) est. Si quis commilitonem vulneraverit, si quidem lapide, militia reicitur; si gladio, capite punitur [13] » (6).
f. 46. B. « Inreverens miles non tantum || a tribuno vel a centurione sed etiam a principali [14] cohercendus est; nam eum, qui centurioni castigare se volenti restiterit, veteres notaverunt: si vitem tenuit, militiam mutat; si ex industria fregit et manum centurioni intulit, capite punitur [15] » (7). Supradictas autem penas et leges in hoc loco annexi, ut hiis auditis potestas sive rector et alii, qui presunt exercitui, magis hac magis timeantur et exercitus melius valeat gubernari. Ipse tamen rector civitatis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi debet: nam supradicte pene ascripte sunt illis, qui sunt in exercitu imperiali et in armata militia; sed civitates hodie vivunt ad constituta, que sibi faciunt, nisi cum conceditur arbitrium potestati vel rectori civitatis.

Facta seu parta vero victoria, potestas cum exercitu sapienter, ut dictum est, ad propriam (civitatem) revertatur. Et ita cum suis iudicibus pro tribunali sedens calumpiantium iniquitates viriliter expellat, et fiat tam iuris religiosissimus quam victis hostibus triumphator; quorum utramque viam cum summis vigiliis summaque providentia, annuente deo, perficiat. Nec tamen propter victoriam exaltatus insolescat seu deviet a iustitia et ordine supradicto, cum humile esse conveniant quem maior cumulus probitatis exaltat.

Quo maior fueris mitior esse velis.

CXXXVII. — De coniuratione vel societate non facienda cum aliqua civitate.

Ad hoc provideant et sibi caveant potestates et presides seu civitatis rectores [16] ne aliquam coniurationem ineant [17] cum aliqua civitate vel castro, vel aliquam certam promissionem faciant [18] de iuvando seu exercitum faciendo pro aliqua civitate vel loco, sine evidenti hutilitate civitatis, cui presunt, et deliberato et iterum et iterum circumspecto comuni et generali consilio civitatis, ne [19] aliquando peniteant et cogantur fidem fallere, quod grave est, seu fide servata pericula immineant insperata vel improvisa. Iacula enim, que previdentur, minus feriunt.

Expertus metue quod tua navis in alto est;
Hoc cave, ne mutata retrossum te ferat in auras [20].
« Nam levius ledit quicquid previdimus ante » (8).
Nam levius ledit visa sagitta prius.
Rem precedentem videas et cerne sequentem.
Nam fero iacturam levius, quam cerno futuram.

CXXXVIII. — De invidia evitanda [21].

Licet autem invidie vitium magnum sit (9) et a primis parentibus contractum, cum angelis invidere ceperunt suadente serpente et dicente: « Quacumque hora comederitis de ligno scientie boni et mali non moriemini, sed eritis sicut angeli dei in coelis » (10); et Cain invidebat Abel fratri suo; et versum sit iam in naturam ac naturale sit cives civibus invidere et sepius victuperium inferre; vos tamen potestates et iudices,

---

— (1) nota bonos versus. — (2) (Dig. XLIX, 16, 12). — (3) (Dig. XLIX, 16, 16). — (4) (Dig. XLIX, 16, 7). — (5) (Dig. XLIX, 16, 3). — (6) (Dig. XLIX, 16, 6). —

(7) (Dig. XLIX, 16, 13). — (8) (Cato, vers. 138). — (9) Avianus: « Semper ab invidia cuncta fluunt vitia ». — (10) (Gen. III, 4). —

---

1 L. curare. — 2 L. delictum. — 3 L. suam auctoritatem hiis modis. — 4 L. valetudines. — 5 L. exactorati. — 6 *Dig.* prepositum. — 7 prepositum. — 8 L. possit. — 9 *Dig.* preposito. — 10 L. omnino. — 11 L. militum. — 12 L. aciem. — 13 *Dig.* capital admittit. — 14 principali. — 15 L. punietur. — 16 L. preses s. c. rector. — 17 L. ineat. — 18 L. faciat. — 19 L. nec. — 20 L. aura. — 21 L. evitate. —

Source : BIU Cujas

dilectionis virtutem amplexantes, invidie vitium penitus devitetis et non solum vos ipsos sed etiam civitatem, quam regitis, seu cives, in quantum possibile est, ab invidia convicine seu proxime civitatis compescatis. Et ad hoc vitium evitandum sapientum exempla et doctrinam non [1] dedignemini immitari; quoniam ex hiis dabitur vobis intelligi quam pernitiosum sit invidie vitium immitari, et quam dulce sit et hutile dilectionis virtutes amplecti. Sed ut legentis et audientis animus ad hoc magis delectetur, ommissis prosaicis dictis, sa-
f. 47. A. pientum versus ad hoc inducantur ||.

Invidie stimulos studeas vitare feroces;
Gallus ob invidiam sepe cruentus abit.

Si ferit ante suo, si quem petit invidus ictu,
Vipera prole sua se perimente perit.

Prosperitas aliena pios plus reddit alacres;
Celi letitiam [2] florida terra favet.

Invida [3] pestifero latitant in corde venena;
Ex quo plus latitat, plus basiliscus obest.

Magis Cayn tormenta tulit livore notatus;
Nil livore deo durius esse potest.

Sola sub invidia non est fortuna dolentis (1);
Sola carent stimulis ossa sepulta suis.

Omnibus innocui sunt simplicitatis amici;
Simplex ne noceat, felle columba caret.

Livor [4] obest aliis, sibi sic prodesse putando;
Set reprimens vitem spina cremanda uret.

Ampla nocet nullis, sed multis dilectio prodest;
Aier vivificans amplus (sic) obesse nequid.

Vel

Amplius vivificans ledere nescit aier.

Munificus vere quasi fratres diligit omnes;
Munificus toto sol dat in orbe diem.

Innocui nullo poterunt ledente noceri;
Fornax argentum purius ingne facit.

Sepe nocivus obest sibi, non cui credit obesse;
Sepe sagittantem falsa sagitta ferit.

Perditur invidia socius non usus amore;
Armaque rubigo rodit ut usus abest.

Invida per subitam movetur femina linguam;
Tractaque per rapidam prora peribit aquam.

Femineus superat quecumque nocentia livor;
Nilque potest medium morbus habere necans.

Dilectum plus pastor habet pecus ubere plenum;
f. 47. B. Plusque placet proprio femina grata viro. ||

Vir sapiens prodesse cupit nec ledere quemquam;
Parsque volens corpus non permit ulla suum.

(1) Sapientia: « Miseria est que caret invidia ». — (2) Oratius (Epist. I, 2, 57). — (3) (I Petr. II, 13). —

[1] L. et. — [2] L. letitia. — [3] L. invidia. — [4] L. livior. — [5] L. indictio. — [6] L. aperto. — [7] L. ocellos — [8] L. insidias. —

Omnibus appositus sapidus fons affluit undis;
Omnibus acceptus vir relevatur (?) adest.

Non nocet iudicio [5] livor [livor] previsus aperte [6]?
Ad visus hominis mox basiliscus obit.

Previsos latitans perimit basiliscus ocellis [7];
Invidus anticipat quos nociturus odit.

Obstupet innocuus, sibi cum prior invidet hostis;
Vox fugit illius, quem videt ante lupus.

Perdere cuncta solet rigidus letissima livor;
Siccaque perfodiens durius ense premit.

Gratus ab interno studeas livore carere;
Que nitet interius potio grata placet.

Invidus innocuum letatur ledere notum;
Et lupus insidiis [8] perdere gaudet ovem.

Invidus occulta nocitura voce susurrat;
Pungit et in cavea sepius ursus edax.

Sepe repentinus placidum [9] mare ventus adinflat;
Invidus unaninem non sinit esse domum.

Feda cruore fero trucidum sunt ora luporum;
Sepe suo diro [10] lividus ore necat.

Sepe ferit lingua gladio crudelius anguis;
Invidus in verbis est homicida suis [11].

Vacca pio vitulo nonnunquam linguit amore;
Gratus vir lingua cuique placere solet.

Fulgida plus oculis placet ut plus gemma videtur;
Cum grato cupiunt degere quique viro.

Pulchra sub infestis requiescunt lilia spinis;
Mitibus et gratis nemo nocere potest.

Nobilis invidia nil nisi nobile mordet;
Et licet sit vitium virtuti semper inheret. || f. 48. A.

Quosque studens igitur sincera dilige mente;
Et sic perficies omnia iussa dei.

Contulit invidia David superasse Saulum [12];
Cum meruit regimen mitis habere suum.

Ad tua sic veniet divinum pectora [13] regnum;
Si livore carens quosque libenter ames.

« Invidus alterius marcescit rebus opimis » (5).
Invidus invidia consumitur intus et extra.

[9] L. repentinum placide. — [10] L. dirum. — [11] L. sui. — [12] L. Saulus. — [13] L. pectore. —

CXXXIX. — De imperatoris gratia promerenda et conservanda.

Inter alia vero ad bonum regimen pertinentia potestatis, hoc arbitror esse precipuum, ut civitati cui preest totis viribus procuret potestas imperialem gratiam promereri, et si quam imperii gratiam et benivolentiam ipsam civitatem comperit optinere, eamdem nitatur et studeat modis omnibus retinere. Subditi enim esse debemus Imperatori « sive Regi tamquam precellenti » (3), iuxta verbum Apostoli; et iuxta

Source : BIU Cujas

verbum domini, que sua sunt eidem reddere debemus: tenemur etenim que sunt Cesaris reddere Cesari (1). Cuncti enim populi, quos imperialis clementie regit imperium, supradictis rationibus et auctoritatibus nostro domino sanctissimo Imperatori subdite esse tenentur et merito esse debent; quoniam romanus populus concessit omnem vim et potestatem principi et imperium in eum transtulit, ut C. de veteri iure enucleando, l. j. (2) Item inter ius et equitatem nobis solis interpositam interpretationem oportet et licet inspicere, ait Imperator Constantinus. Item soli Imperatori leges condere et interpretari permittitur: « nisi enim multorum impunita scelera tulissemus seu tulissent Romani, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia ». Nec mireris quod supra appellavi eum sanctissimum: Dicitur enim sanctissimus Imperator; in iure etiam veteri sic appellatur. Dicitur autem sanctissimus et nobilissimus. Dicitur enim serenissimus Imperator princeps. Dicitur autem et nominatur gloriosissimus princeps a summo apostolico Pontifice. Dicitur vero sanctissimus legislator. Item dicitur sacratissimus princeps. Item dicuntur Imperatores purissimi. Item dicitur piorum Imperatorum [1] potestas. Item divus Severus dictus est maximus optimusque Imperator. Item Imperator Marcus dictus est princeps providentissimus et vir religiosissimus. Item dicti sunt optimi maximique principes nostri. Item dictus est optimus divus Severus Augustus. Item dictus est maximus princeps Severus Antoninus. Item dictus est serenissimus et invictissimus princeps. Item dicitur imperatoria magestas. Item dicitur Imperatrix augusta piissima. Item dicitur augusta serenissima. Item dicitur augusta, divina augusta. Item dicitur augusta piissima diva. Item dicitur venerabilis augusta. Patet ergo quod re et nomine honoratus est Imperator. Unde merito eius gratia est modis omnibus peroptanda, et optenta diligenda, et per omnia conservanda, et sicut
f. 48. B. dicta gratia, ut dictum est, omnibus potestatibus ci- || vitatum sub eius maxime imperio consistentium est promerenda et optinenda, sic eius indignatio est ab omnibus evitanda et penitus fugienda ne forte aiiquando irascatur vobis imperialis magestas et pereatls vos et civitates quibus preestis.

Nolens ergo mori magnis obsistere noli.
Quis nisi tu cedis sit tibi causa necis? (3).

CXL. — De cautela et discretione regiminis [2] a potestate habenda.

Ex supradictis autem auctoritatibus et exemplis plenissima tradita est doctrina qualiter civitates utroque tempore et bellorum et pacis recte possint gubernari; ex quibus etiam tu doctus effectus et eruditus, si aliquam prudentis et discreti viri adeptus es discretionem et aliquod ingenium, poteris mirabiliter regere civitatem, cui prees. Quoniam inter utrumque manet ius ac potestas totius regiminis civitatum. Nam, ut dictum est supra, leviter egrotantibus levis et suavis medicina adhibenda est, graviter autem egrotantibus durior medicina adhibenda est et medela quandoque durissima. Nec mireris si medela medicorum trahitur in exemplum in maleficiis puniendis, quoniam et in negotiis ducitur in exemplum ab Imperatore sic: « Quod medicamentum morbis hoc exibent iura negotiis » (4). Item licet ab animalibus trahere exemplum. Nam equis prave agilitatis et immoderatis duriori freno utimur et maxime hiis, qui duri bocca sunt et dicuntur; planis vero equis et morigeratis planis frenis utimur, scilicet pisanis; et quandoque valde duris ab ore facimus scanos [3] dentes divelli, et quosdam equos propter nimiam superbiam castrari facimus, et quibusdam propter diversos morbos ferrum calidum prout expedit apponi. Sic insolentiam malorum hominum in maleficiis diversis penis castigamus et corrigimus. Nam ut Plato ait: « Nemo prudens punit, quia peccatum est sed ne peccetur [et ut supra dictum est]; revocari preterita non possunt futura prohibentur » (etc., ut supra dictum est) (5). « Ergo nemini quidem nocebimus quia peccavit, sed ne peccet; nec unquam ad preteritum sed ad futurum pena refertur » (6). Et ideo cum fueritis [4] Rome, romano vivite more. Discrete tamen, quia non semper quod fit inspicendum est, sed quod fieri debet; et licet [per quam] durum sit severitatem legum servare, quia tamen lex ita scripta est, debet servari. Tu tamen memorie teneas quod supra tibi dixi, quod ubi tu videris expedire, habito respectu ad civitatem et homines, idest cives, cuius condictionis sint, et ad qualitatem delicti seu maleficii, et ad personas facientis et recipientis, et ad tempus quo factum est, et ad locum ubi factum est, et ad quantitatem et eventum, « severitatem legis cum aliquo temperamento benignitatis subsequi » (7) debes [5]. Nec hoc contrarium videri potest solutioni, quam supra feci de dilectione civium; nam quem dominus in filium recipit, arguit; et quos dominus diligit, corrigit et castigat. « Bonus autem iudex dampnat, improbanda, non odit » (8).

---

(1) (Matt. XXII, 12). — (2) (Cod. I, 17, 1). — (3) Versus Aviani. — (4) (Nov. CXI, pr.). — (5) Plato (Seneca, De ira, I, 19). — (6) Seneca. — (7) (Dig. XLVIII, 19, 11). — (8) (Seneca, De ira I, 16). —

---

[1] L. Imperator. — [2] L. gegiminis. — [3] *Cfr.* Petri De Crescentiis *Agricultura* (IX, 6): « extirpentur dentes, duo videlicet ex una parte et totidem ex altera, qui scaliones et plani nuncupantur a pluribus, freni morsum continue adversantes »; Laurentii Rusii, *Hippiatria* (rub. XL): « difficile, immo quodammodo impossibile est, equum aliquem perfecte habere bonum os, nisi extrahantur sibi dentes, qui dicuntur scalliones ». — [4] L. fueris. — [5] L. debetis. —

Source : BIU Cujas

CXLI. — De consilio faciendo pro reformatione civitatis seu pro statuto faciendo.

Adveniente autem tempore quo civitas reformanda sit et novitates sint faciende, quod tempus optare debet precipue potestas et civitatis rector, qui bene hucusque rexit, faciendum est consilium more solito ad sonum campane; et congregatis in loco statuto consiliariis civitatis, moneat eos potestas, ut remotis hodio fraude et invidia et amore, discrete et sapienter provideant [1] qualiter et a quibus constitutiones de novo fieri et veteribus addi et minui, corrigi et in melius
f. 49. A. reformari possint; et sic more solito faciat || illos eligi per quos commodius et utilius fieri valeant supradicta; sed hoc notum fieri debet civibus per preconem, ut hiis electis et in loco consueto positis, liceat cuilibet facere breves et mittere continentes utilitatem comunis; ut hiis visis et intellectis, si quid utilitatis invenerint in eisdem, id sapienter precipiant et inserant in statuto. Hiis vero sic peractis et expleto constituto, signato et deposito, curandum est qualiter renovetur in rectore, ut sic tempora considerentur, quibus queque [que] necessaria sunt civita'i, suo et loco et tempore operentur.

« Poma dat autumpnus, formosa est messibus estas;
Ver prebet flores, ingne levatur yemps » (1).

CXLII. — Qualiter nova potestas eligatur.

Tempore autem appropinquante, quo civitas reformari debet et nova potestate et novis officialibus, in nomine domini potestas seu rector civitatis, servata consuetudine civitatis, ut in constituto cavetur, fieri faciat consilium more solito; et vocatis ad id qui fuerint evocandi, moneat consiliarios et eisdem firmiter precipiat, ut remoto hodio et amore providere debeant comuni ipsius civitatis taliter in rectore, quod ipsa civitas recte possit gubernari iustitia et equitate et in bono statu detineri et in melius augmentari. Et quia modus et forma eligendi in constitutis civitatum solet contineri, ut supra dictum est, non est necesse ut huic articulo insistamus, nec etiam super persona et qualitate potestatis, cum satis habendeque in principio huius opusculi inde mentio habeatur. Unde facta electione solempniter potestatis, sapienter scribatur electo vel servetur forma, ut in ambaxatoribus et aliis ad hunc articulum pertinentibus superius adnotatur.

CXLIII. — De ammonitionibus et preceptis a potestate faciendis iudicibus et aliis officialibus curie prope finem sui regiminis.

Hiis ita per ordinem observatis pariter et peractis, potestas convocatis et suo conspectui presentatis iudicibus, notariis et officialibus aliis suis, diligenter ammoneat et inducat atque eisdem precipiat, ut causas et questiones coram eis tractatas servato ordine et iustitia finiant et adimpleant et eorum defectum suppleant, si in aliquo sit supplendus, nec expectent ab aliquo corrigi, sed ipsi per se sibi correptionem imponant, si fuerit in aliquo imponenda. Similiter et ipse rector et potestas habito consilio et deliberatione cum predictis, ad memoriam suam reducat si aliquos iniuste gravavit, vel si aliqua alia minus probe fecit, vel si in aliquo negligens fuit vel aliquibus, vel restat aliquid faciendum de hiis, que per statutum facere tenebatur; in quibus omnibus sapientia, discretio et sollicitudo adhibeatur. Et que per se ipse rector emendare, corrigere, satisfacere ac implere potest, faciat, adimpleat, corrigat et emendet, et ab alio corrigi non expectet. Et in hiis in quibus per se facere non valet sed valet cum consilio civitatis, faciat consilium et meliorem partem inde eligat. In hiis vero, in quibus nec per se neque per consilium potest satisfieri, consueverunt discreti et sagaces presides sibi facere provideri a constituariis in futurum, ut inde non debeant sindicari, vel facere se inde absolvi [a sindicatione seu redditione rationis de omnibus hiis que pervenerunt] || a f. 49 B.
consiliariis, si inde absolvi possunt. Item consueverunt facere apponi specialiter in statuto, vel in consilio, si fieri potest, a consiliariis facere se absolvi a sindicatione seu redditione rationis de omnibus hiis, que pervenerunt ad manus camerarii comunis, quoniam « melius est ante tempus occurrere vel in tempore quam post causam vulneratam remedium querere » (2).

CXLIV. — De consilio requirendo pro hospitio.

Ad hoc consueverunt [3] sapientes presides, potestates et rectores civitatum sibi providere in futurum in hospitio, in quo morari secure possint tempore reddende rationis sue administrationis, quod caute et discrete fieri potest hoc modo: faciat potestas civitatis cohadunari consilium civitatis more solito, in quo gratias referens consiliariis de bonis et sapientibus consiliis sibi ab eisdem datis pro communi, proponat coram eis qualiter ex tenore constituti tenetur reddere rationem tam de hiis, que consilio eorum fecit pro communi, tam de hiis (que) suo fecit officio et administravit. Unde confisus de bonitate et legalitate consiliariorum et de bono et utili regimine quod fecit, et cum omnis fere civitas sit divisa non vult in domo alicuius civis ab eo seu a se specialiter electi (morari), ne propter invidiam sui hospitis ab eo electi ipsius hospitis emuli debeant sibi invidere. Sed petat sibi dari hospitium a communi tempore, quo sindacatur, ut

(1) Ovidius. — (2) (Cod. II. 41). —

1 L. prevideant. — 2 inter in vacat. — L. consuerunt. —

Source : BIU Cujas

sine invidia et emulatione et sine ulla suspitione ibidem securius valeat commorari. Dicendo consiliariis: « Vos ipsi inspicite ubi pro meo et vestro honore et pro honore comunis mihi sit commorandum ». Quodcumque vero hospitium sibi a consilio comunis fuerit adsignatum, honorabile sibi erit et tutum; quoniam comune civitatis erit hospes eius; igitur ibi non poterit recipere aliquid honoris vel, quod absit, contrarii quin comune totius civitatis respiciat et tangat universos et singulos civitatis. Quo [1] hospitio concesso et assignato, potestas precipiat camerario comunis, ut illud sibi faciat assignari a domino ipsius et illud faciat preparari, ut cum tempus advenerit digne se ibi recipiat et moretur. Sane sunt quidam ita sagaces et iniquitate prudentes, qui sibi inveniunt et acquirunt amicos tempore sue administrationis speciales, a quibus accipiantur cum amoti fuerint ab administratione sua; assumentes sibi exemplum villici iniquitatis, qui cum esset diffamatus a domino suo de mala administratione et oporteret eum reddere rationem villicationis sue, cum non posset ulterius villicare, acquisivit sibi amicos dimittendo debita debitoribus domini sui pro parte, quam [2] debebant domino suo; dicens inter se: « Fodere non valeo, mendicare erubesco, nescio quid faciam; ut cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in eterna tabernacula ». Et laudavit dominus villicum iniquitatis eo quod prudenter egisset (1). Unde Christus ad similitudinem eius dixit: « Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula » (2). Tu autem non sic, sed iustitia et equitas et bona vita et bona administratio sint amici tui, quoniam ipsi te recipient in domum suam, haec est dilectio civium, consiliariorum tuorum et comunis [3] civitatis
f. 50. A. quos || rexisti in iustitia et equitate atque equabilitate. Recipient te et tuebuntur a timore nocturno et ab impetu omnium malorum.

CXLV. — De magistratibus seu potestariis non continuandis.

Preterea hoc unum preceptum oblivioni non tradas, ut si te voluerint iterum continuare, refirmare seu eligere in potestatem sibi cives, quos pro hoc anno tuo regimine gubernasti, hoc nullatenus patiaris seu nullatenus recipias ipsam continuatam potestariam; sed potius da gloriam deo, qui tibi permisit eos taliter regere, quod sub tuo regimine exire nolunt sed cupiunt potius sub tuo iterum regimine gubernari. Pauci enim sunt qui de continuato regimine valeant gloriari; sed qui recepissent, postea in medio vel in fine magnum dedecus etiam tempore nostro quam plures habuisse inveniuntur [4]. Ius vero ita dicit: « Gerendorum honorum non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est; nam neque prius maiorem magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest [5] neque ab omni etate, neque continuare quisque honores potest (3). Si alii non sint qui honorem gerant, eosdem compellendos qui gesserunt conpluribus [6] constitutionibus cavetur. Divus [7] [etiam Antonini et] Adrianus [8] in hec verba de iterandis muneribus rescripsit [9]: " Illud consentio, ut si alii non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex hiis qui iam functi sunt creentur „ » (4). Item oblivioni non tradas quin facias extrai consilia et condempnationes cum earum accusationibus, confexionibus et attestationibus et aliis scripturis tibi necessariis, ut cum hiis tempore examinationis valeas te tueri.

CXLVI. — De petendis ambaxiatoribus a consilio in recessu potestatis.

Item prudentes, qui sibi provident in futurum, consueverunt petere a consiliariis suis sibi dari ambaxiatores pro comuni, qui eos debeant associare usque ad terram suam et referre gratias comuni suo et potestati sue civitatis, ipsos de bono regimine commendantes; quibus ambaxatoribus sibi concessis et datis, faciant eis satisfieri in veniendo et redeundo a camerariis suis; quod tutius est quam finito offitio petere a successore suo:

Non eodem cursu respondent ultima primis.

Hoc autem laudo, nisi coustitutum civitatis contradicat.

CXLVII. — De precone mittendo per civitatem pro solvendis debitis potestatis.

Preterea memorie tenendum est nec unquam oblivioni tradendum, ut potestas seu rector civitatis saltim octo diebus ante exitum suum mittat preconem per civitatem publice preconiçando, ut si quis habet aliquid recipere a potestate vel ab aliquo de sua familia, veniat recepturus infra tertium diem vel alium convenientem terminum; et hic satisfaciat omnibus creditoribus suis et sue familie, ut inde nullum valeat postmodum habere rumorem.

CXLVIII. — De parlamento faciendo in fine regiminis potestatis.

Ad hoc, quia in quibusdam civitatibus consuevit fieri contio in vigilia exitus potestatis, in qua contione

---

(1) Subaudi, si bene administrasti: quoniam non est timendum tibi cum omnes cives sint amici tui et totum comune civitatis — (2) (Luc. XVI, 9). — (3) Minor enim XXV annis ad rempublicam gerendam seu magistratum admitti non oportet; ff. de muneribus et honoribus, l. ad rempublicam (L, 4, 8). — (4) (Dig. L, 4, 14). Compellitur electus per presidem munere magistratus fungi, subaudi si ydoneus est. —

---

[1] L. quod. — [2] L. que. — [3] L. comune. — [4] sed qui..... inveniuntur *in marg.* — [5] L. poterit. — [6] L. cum pluribus. — [7] L. divi. — [8] L. Adriani. — [9] L. rescripserunt. —

Source : BIU Cujas

solent referri que honorabiliter acta sunt a potestate et de bona administratione, et solet captari benivolentia in sermone a civibus, et solent potestates se laudare de honore sibi collato a civibus et referre gratias inde et alia verba benivola et ponere optimum finem sue contioni; te super predictis duxi precipue admonendum, ut te sapienter et discrete in tali contione seu arengo habeas, ubi consuetudo est faciendi
f. 50. B. arengum. Et insuper || ad captandam benivolentiam dicas in ipso tuo sermone: « Et si aliquis vestrum ob ignorantiam vel negligentiam vel quocumque alio modo offendit usque ad hanc oram, vel credit se offendisse in iuramento sequimenti mei, quod mihi prestitit, exceptis furibus, latronibus, malefactoribus seu condempnatis, eum inde absolvo sicut unquam inde absolvere melius possum ». Si vero non est consuetudo civitatis illius, cui prees, facias consilium generale, in quo supradicta dicuntur provide et discrete, referendo gratias consiliariis et eos commendando, et aliis sicut decuerit, et assignando ibi que fuerint assignanda camerario comunis futuro sive novo, seu faciendo assignari et imponendo nove potestati que fuerint assignanda et imponenda. Et sic faciendo et complendo omnia et singula, que facienda et complenda fuerint, reservata tibi integra potestate usque ad mediam noctem, vel vice tua commissa nove potestati, debitum tue contioni finem imponens, tui regiminis consequeris, dante domino, exitum gloriosum. Amen.

Versus finales

Finis opus laudat, quia finis omnia laudat.
Exitus acta probat; careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Redditurus rationem sub sindico vel potestate, petas tibi libellos conquerentium offerri; ut, super hiis deliberatione habita cum iudicibus tuis, instructus te defendere possis legitime. Et reddita diligenter ratione administrationis tue, finito tempore tue sindicationis, si impetrasti tibi ambaxiatores et constitutum [1] civitatis non contradicat, petas a potestate et consilio duos [vel] suos ambaxiatores tibi dari; et hiis optentis vel non optentis, accepto combiato a potestate, consilio et comuni, ad propriam (patriam) revertaris cum gloria et honore.

Explicit liber de regimine civitatum a Vegetio conpositus, qui librum de re militari conposuit.

Qui dedit expleri, laudetur mente fideli.

Deo gratias amen.

---

[1] L. constitutio.

Source : BIU Cujas

SUMMA NOTARIAE

ANNIS MCCXL-MCCXLIII

ARETII COMPOSITA

PRODIT CURANTE

CAROLO CICOGNARIO NOTARIO

Source : BIU Cujas

Hanc summam, sive formularium, unus codex ms. Riccardianus, n.° 918 signatus, nobis servavit: qui codex satis corruptus est. Errores manifesti correcti sunt: quae addenda videbantur parenthesibus curvis, quae delenda parenthesibus uncis inclusa sunt.

Source : BIU Cujas

c. 13. A. **I. Imbreviatura venditionis terre.** — In nomine Dei eterni amen. Anno Domini a navitate millesimo ducentesimo quadragesimo, domino papa Gregorio residente et Federigo imperatore serenissimo imperante, indictione xiij, tertio idus februarii, actum in civitate Aretina, ante domum Iohannis fabri, coram Petro Ildebrandini, Martino Iohannis, Corrado Guilielmi et aliis testibus ad hec vocatis. Ubertinus olim Petri per se suosque heredes et successores vendidit iure proprio in perpetuo Petro quondan Iohannis unam petiam terre aratorie et vineate sui iuris et proprietatis positam in loco qui dicitur Casale: cui a primo latere possidet Bernardus Petri, a secundo Iohannes Pauli, a tertio et quarto est via publica, et si qui alii sunt confines; ad habendum, tenendum, possidendum. Et insuper ex causa dicte venditionis dedit, cessit et concessit et mandavit eidem omne ius et actiones et cet.; et constituit ipsum procuratorem in rem suam, ut possit agere, causari et cet.; pro pretio XL lib. bonorum denariorum pisanorum, quos ab ipso Petro recepisse confessus est. Et quicquid predicta terra maioris pretii esset sibi donavit inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem ab eo recepto, renuntians et cet. Et constituit dictam terram suo nomine possidere, dans ei licentiam et cet. Et promisit dictam terram non tollere, sed legitime defendere, et contra datum vel factum non habere sub pena dupli predicti pretii, si contra predicta veniret, eidem promisse; (et) damna et expensas reficere promisit, et obligavit ei omnia sua bona presentia et futura; et pena soluta et etc. Et quia minor erat, iuravit corporaliter more minorum et cet.

II. De consensu uxoris. — Et insuper Maria, uxor predicti venditoris, de licentia predicti Ubertini viri sui sponte predicte venditioni consensit, et omni iuri hypothecarum vel alii, si quod in ipsa re habebat, renuntiavit, de ipso iure prius a me notario infrascripto qui(d) sit plenarie certiorata. Et promisit non contravenire sub pena predicta. Et hec omnia iuravit corporaliter firma tenere.

III. De consensu patris uxoris. — Item Rainerius, pater ipsius domine Marie, predicte venditioni consensit, et omni iuri hypothecarum quod in ipsa re habebat occasione dotis pro filia sua M. renuntiavit, et promisit non contravenire sub pena predicta.

IV. De consensu matris venditoris cui legatus erat usus-fructus predicte rei vendite. — Ad hoc Imelda, predicti venditoris mater, cui legatus erat usufructus predicte terre vendite (a) Iohanne viro suo, predicte venditioni consensit, et usufructui predicte terre renuntiavit, et promisit non contravenire sub pena predicta, et dictam rem in falcidiam sibi elegit. c. 13. B.

V. De securitate data pro fratre absente. — Preterea Ubertinus predictus promisit se facturum et curaturum sic et taliter, quod postquam Iohannes frater suus fuerit reversus inde ad XV. dies predictam venditionem firmam et ratam habebit, et faciet inde cartam venditionis ad proprium ad sensum sapientis dicti emptoris, et dictus Ubertinus vel aliquis suorum heredum ipsius inde fuerit requisitus, sub pena predicta.

VI. De fideiussore dato in venditione qui non vult teneri ad omnia sed tantum ad legitimam defensionem, penam damnorum et expensarum. — Ad hoc Ubertinus olim Iohannis de precibus et mandato predicti Ubertini principalis ipsi Petro fideiussit soluturum modo (*cod.* solutnō) circa defensionem penam predictam et damna et expensas, renuntians beneficio nove constitutionis et cet.

VII. Quid sit venditio. — *Venditio est rei alicuius pro pretio diffinito et pecunia numerata tradende conventio. Vendere est rem vel res utilis vel directi dominii pro iusto pretio ita tradere accipienti, quod de facili revocari non possit.*

VIII. Hoc est instrumentum predicte abbreviature venditionis. — In nomine Dei eterni amen. Anno Ihesu Christi a nativitate millesimo CCXL, domino papa Gregorio residente et domino Federigo imperante serenissimo imperatore indictione xiij,

Source : BIU Cujas

tertio idus februarii. Ego quidem Ubertinus olim Iohannis hoc publico instrumento venditionis in presenti die per me meosque heredes et successores vendo, do, trado, et ad proprium in eternum concedo tibi Petro quondam Ubertini stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis sive concesseris in infinitum, unam petiam terre aratorie et vineate pro indiviso mei iuris et proprietatis positam in plebatu plebis de Coppo in loco qui dicitur *Casole;* cui a primo latere possidet Ranierus Iohannis, a secundo Iohannes Saraceni, a tertio et a quarto adest via pubblica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, pertinentiis et adiacentiis, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus supra, infra et sub se contentis, et cum omni iure, actione, usu seu requisitione mihi ex ea vel pro ea competente vel competituro; ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit tuo nomine faciendum. Et insuper ex causa dicte venditionis do, cedo, concedo et mando tibi omne ius et actio-
c. 14. A. nem utilem et directam, realem et personalem, persecutoriam, mediam sive mixtam et omnem aliam quod et quas habui, habeo vel deinceps habere possum in ipsa terra adversus omnem personam et locum constituens te procuratorem in rem tuam ut possis agere, causari, excipere, replicare et in iudicio et extra tueri et experiri et quicquid tibi tuisque heredibus placuerit facere utiliter et directe; pro pretio L librarum bonorum denariorum pisanorum, quod a te in veritate et non spe future enumerationis confiteor recepisse et recepi, certioratus quidem ipsam terram multo pluris et maioris pretii esse; et quicquid pluris vel maioris pretii esset tibi dono inrevocabiliter inter vivos, confitens iustum meritum a te secundum legem me recepisse, et renuntians non numerati, non soluti, non recepti pretii et meriti non iusti exceptioni, doli mali, condictioni indebiti, sine causa, cause ingratitudinis, in factum subsidiarie, et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere, donec ipsius rei corporaliter fueris adeptus possessionem, quam nanciscendi et retinendi licentiam quandocumque volueris tua auctoritate concedo; et promitto per me meosque heredes et successores tibi stipulanti pro te tuisque heredibus predicte rei tradere ac dare vacuam et expeditam predictam (possessionem et) rem, ac possessionem ipsam non tollere, non molestare, non minuere, non inquietare, sed legitime omni tempore ab omni persona et loco defendere, auctorizare et disbrigare statim lite nota et post in agendo et defendendo meis pignoribus advocatis iudicibus et expensis, et contra datum vel factum non habere. Si autem ego et heredes mei predicta omnia et singula non fecerimus vel non observavarimus vel in aliquo contravenire presumpserimus vel si datum aut factum, nocitum vel nociturum aliquid huic contractui apparuerit, tunc per me meosque heredes tibi stipulanti pro te tuisque heredibus nomine pene duplum dicti pretii stipulatione solemni solvere ac dare promitto, te habente rationem meliorationis dicte rei prout tunc valuerit, et omnia damna et expensas ac interesse que et quas propter hoc dixeris te fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra, tuo tantum iuramento vel tui heredis vel qui ius habuerit ab aliquo vestrum (*cod.* vestro) dixerint suo, sine testibus, iudicis taxatione et alia qualibet probatione promitto in integrum resarcire. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligo tibi omnia mea bona presentia et futura, et ea me tuo nomine constituo possidere. Et pena soluta vel non, nihilominus hic contractus venditionis et omnia c. 14. B.
et singula supradicta perpetuo optineant firmitatem.

IX. **De iuramento minoris.** — Et insuper ego Ubertinus tacto libro sanctorum Dei evangeliorum (1) predictam venditionem, pretii solutionem, confessionem et singula supradicta corporaliter iuro firma et rata habere et non contravenire minoris etatis pretextu vel minoris pretii vel non soluti, vel non legitime soluti, vel non conversi in meam utilitatem vel non durati, nec alia qualibet occasione vel exceptione contravenire, nec restitutionem aliquam adversus predicta petere nec iudicis officium implorare.

X. **De securitate uxoris.** — Et insuper Berta, predicti venditoris uxor, prius de omni iure hypothecarum et de omni alio iure sibi competente plenarie et aperte quid sit et quid dicat a me notario infrascripto certiorata expresse (omni)a bona predicti viri sui sibi tacite pro suis (dotibu)s obbligata, de licentia et auctoritate predicti viri sui predicte venditioni et omnibus et singulis supradictis consensit. Et siquod ius habeat vel deinceps habere poterit in ipsa re nomine sive occasione dotis vel donationis propter nuptias, morgimcaph, vel quocumque alio modo renuntiavit et precipue ipsi iuri hypothecarum tacito et expresso, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam venditionem et omnia et singula supradicta perpetuo firma et rata habere atque tenere et non contravenire promisit sub pena X. lib bonorum denariorum pi. quam dare promisit ipsi emptori stipulanti, si omnia et singula supradicta non observaret, vel in aliquo contraveniret, et pena soluta vel non rato manente contractu. Et hec omnia et singula corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit perpetuo firma tenere et non contravenire.

XI. **De renuntiatione patris uxoris predicti venditoris.** — Ad hoc Iohannes Bartoli, pater dicte domine Berte, predicte venditioni consensit; et renuntiavit omni iuri hypothecarum quod in ipsa re habebat vel deinceps habere poterat suo nomine sive occasione dotis donationis predicte domine Berte filie (*cod.* domine) sue, vel quacumque alia ratione vel occasione, et promisit dictam venditionem, renuntiationem et omnia et singula rata et firma habere atque tenere, et non contravenire sub pena X. librarum bonorum denariorum pisanorum; quam dicto emptori et suis heredibus dare et solvere promisit si contra faceret vel veniret, et pena soluta vel non rato manente contractu (2).

XII. **De matre venditoris cui legatus erat usufructus predicte terre.** — Preterea domina Maria, predicti venditoris mater, prefate venditioni consensit et parabolam dedit, et sponte renuntiavit omni iuri quod in predicta re habeat vel deinceps habere posset ratione usufructus sibi legati in vita sua a Martino olim viro suo, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone competenti, et promisit per se suosque heredes ipsi emptori stipulanti per se suosque heredes non contra pre- c. 15. A.
dicta vel aliquod predictorum venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena X lib. den. pi., quam dicto emptori dare promisit si contra faceret vel veniret, et obligavit dicto emptori omnia sua bona presentia et futura, et ea suo nomine constituit possidere. Et pure libere ac simpliciter predicta omnia Maria ipsi Petro emptori inter vivos donavit, (scilicet) omne ius et actionem quod et quam in predicta re habebat vel deinceps

(1) In marg: *Puberes donec sunt (mi)nori etate constituti....us contractibus in quibus obligantur debent (iurar)e vel idoneum fide(iussor)em dare ut contrac(tus) (p)lenum sortiantur effectum. Dicitur idoneus fideius(sor) (du)obus modis, scilicet qui (fa)cilis ad conveniendum (est sive) ad solvendum.* (2) In marg.: « *(No)ta quod tres sunt persone que debent (certio)rari de iure suo, (scilicet mi)nor, mulier et . . . . . Item nota quod si uxor venditoris habet patrem, tantummodo faciat ipsum consentire venditioni et renuntiare ut filia(m) suam. Sed non debet certiorari, (cum) patri et filie ad dotem petendam eadem actio competat.*

Source : BIU Cujas

habere poterat nomine usufructus sibi legati vel quocumque alio modo; et constituit ipsum procuratorem in rem suam ut possit agere, causari, excipere, replicare et experiri et quicquid de predicta re facere voluerit utiliter et directe.

XIII. **De falcidia.** — Ad hoc predictus Ubertinus venditor ipsam rem in falcidiam sibi elegit, et si non valeret tota(m) eius falcidiam, in singulis aliis suis bonis sibi loco falcidie elegit tantum quantum sibi potest falcidie convenire et in debitum bonorum subsidium quod sibi debetur de bonis paternis iure nature. Quam falcidiam totam ipsi et omnia alia sua bona presentia et futura emptori iure pignoris obligavit, et ea constituit suo nomine possidere; ut si conditio fideicommissi extiterit et res ipsa tota vel pro parte alicui debebit restitui, liceat ipsi emptori et suis heredibus ipsorum auctoritate sine nuntio potestatis et vinculo legis ipsorum bonorum possessionem ingredi, et ipsis bonis uti et frui et ea alteri vendere et pignerare et apud se pro iusto pretio retinere, donec sibi et suis heredibus de sorte et pena, damnis et expensis fuerit plenarie satisfactum. Et renuntiavit dictus venditor beneficio legis Codicis communia de legatis si duobus § emptor (VI, 43 § 4) et de emptionibus si fundum (de evict. VIII, 44, 27?), et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem.

XIV. **De fideiussore dato qui non vult teneri nisi ad refectionem damnorum et expensarum.** — Ad hoc Iohannes olim Petri de precibus et mandato predicti Ubertini principalis et fideiussorio nomine pro eodem ipsi Petro fideiussit volens obbligari, adstringi optime atque teneri tantum circa defensionem (ad) penam, si committeretur, et damnorum et expensarum refectionem, et (*cod.* ea) omnia et singula ut dictus principalis circa predicta promisit, obligavit et renuntiavit, et eadem simplici et nuda probatione ut dictus principalis promisit stare tacitum et quietum, et nullam aliam probationem petere vel exigere sub pena predicta, quam ipsi Petro stipulanti pro se suisque heredibus dare promisit si contra faceret vel veniret. Et renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus (Auth. Coll. I, 4) et omni alii legum auxilio,
c. 15. B. exceptioni fideiussorie, sibi in hoc facto patrocinanti.

XV. **De fideussore dato pro minore.** — Ad hoc Iohannes Martini de precibus et mandato dicti Ubertini et fideiussorio nomine pro eodem circa omnia et singula supradicta fideiussit et promisit, omni occasione et exceptione iuris vel facti remota, predicto Petro pro se suisque heredibus stipulanti se ita facturum et curaturum, quod quando predictus Ubertinus erit maior XXV annorum venditio(nem) predicta(m) et omnia et singula supradicta promittet, faciet et confirmabit (*cod.* infirmabit) non tantum iuramento et fideiussione, et faciet inde cartam venditionis ad sensum sapientis predicti Petri emptoris vel eius heredum. Quod omnia et singula supradicta si predictus Ubertinus non fecerit vel contra venerit, promisit dictus Iohannes fideiussor dicto Petro pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene XX lib. den. pi. et pena soluta vel non predicta omnia et singula supradicta nihilominus facere curare observare adimplere promisit, et renuntiavit omnibus beneficiis quibus predictus principalis, et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus, et quod nullam opponet exceptionem quod intercesserit pro minore et omni alii legum auxilio sibi competenti personaliter vel in rem.

XVI. **Instrumentum venditionis domus sub compendio compilatum.** — Ego quidem Ildebrandinus olim Petri hoc publico instrumento venditionis in presentia per me meosque heredes vendo, do trado et a(d) proprium in eternum concedo tibi Uguicioni olim Iohannis stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in infinitum unam domum mei iuris et proprietatis, cum curte sive platea que est post ipsam, positam in civitate Aretina in porta Burgi iuxta domum Rainerii et Girardi et domum Christofori quondam Petri, domum Martini Iohannis, et iuxta viam publicam; cum omni iure, actione, usu seu requisitione mihi ex dicta domo competente vel (com)petituro, et cum omnibus finibus, pertinentiis et adiacentiis suis usque in viam publicam. Et insuper ex causa dicte venditionis do, cedo, concedo et mando tibi et tuis heredibus omne ius et actionem utilem et directam, persecutoriam, realem, personalem sive mixtam, et omnem aliam quod et quam habeo vel deinceps habere possem in dicta re, constituens te procuratorem in rem tuam, ut possis agere, causari, excipere, replicare, experiri utiliter et directe; pro pretio X lib. den. pi., quod a te confessus sum recepisse, certioratus predictam domum et plateam pluris vel maioris pretii (esse; et quod pluris est) tibi dono inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem a te recepto, renuntians non numerati, non soluti, non recepti pretii exceptioni c. 16. A.
et doli mali, cause ingratitudinis et in factum subsidiarie, et omni alii legum auxilio mihi patrocinanti personaliter vel in rem. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec ipsius rem corporaliter fueris adeptus possessionem; quam adipiscendi et retinendi licentiam tibi tua auctoritate concedo, et promitto per me meosque heredes predictam non tollere, sed legitime defendere et contra datum vel factum non habere sub pena dupli dicti pretii, quam tibi stipulanti pro te tuisque heredibus dare promitto. Et pro his omnibus et singulis supradictis observandis obligo tibi omnia mea bona presentia et futura, et ea me tuo nomine constituo possidere, et pena soluta rato manente contractu. Facta fuit hec venditio in civitate Aretina ante domum Iohannis fabri, coram Petro Iohannis, Rainaldo Tedaldi et Iohanne Martini testibus ad hec adhibitis et vocatis. Ego Martinus olim Petri imperiali auctoritate notarius supradicte vendictioni interfui, et ut supra legitur rogatus subscripsi et publicavi.

XVII. **Protocollum venditionis castri.** — Septimo idus februarii actum in civitate Aretina in Pescaria ante domum Orlandini Florentini, coram Martino Guilielmini, Iohanne Martini, Uguizone Bartoli et aliis testibus ad hoc vocatis. Marianus et Grifolinus fratres, filii olim Iohannis, quilibet eorum in solidum per se suosque heredes vendiderunt iure proprio in perpetuum Martino quondam Rudulfi stipulanti pro se suisque heredibus et cui ius suum dederit in perpetuum, omnes et singulas res infrascriptas dominii eorum et proprietatis, scilicet omne id et totum sive omnia et singula que ipsi habent vel aliquis eorum nomine vel pro eis habet vel possidet in castro de Gargonsa eiusque curia et districtu, et nominatim res et homines infrascriptos eorum dominii et proprietatis, scilicet: tertiam partem turris posite in dicto castro; item unam domum positam in dicto castro que ipsi turri coheret et iuxta viam publicam a duobus lateribus; item Ubertinum Guilielmi eorum hominem cum toto podere et tenimento quod habet et tenet ab eis, et annuam pensionem duorum caponum quam ipsis Mariano et Grifolino et heredibus eorum annuatim in festo Sancti Stefani deferre et dare tenetur, de quo podere est una (petia) terre aratorie posita in dicta curia *a le Lame* iuxta terram Guilielmini fabri (et) Pregudei et viam; item unam petiam terre vineate positam *al spato* (?) iuxta terram Rainaldi Girardi et terram ecclesie Sancti Petri a duobus lateribus, et terram Petri Iohannis; item aliam petiam terre aratorie et vineate pro indiviso posite in dicta curia *a Ripa* c. 16. B.

Source : BIU Cujas

mayio, cui a primo latere possidet Iohannes Petri, a sero Petrus Alfani, a tertio et quarto adest via publica: item una(m) domum posita(m) in ipso castro iuxta domum Ricaldi fabri et domum Guilielmini Tiezi et viam; item Ugolinum Palationis cum suo podere et tenimento, de quo podere est una petia terre prative posita in tali loco iuxta tales, et cet.; item dominium et proprietatem totius poderis et tenimenti et annuum fructum vel fictum, scilicet C sextarios boni frumenti et panici pro medietate ad legitimum sextarium Aretinum venalem qui pro tempore fuerit, quod frumentum et panicum Petrus olim Pagani et eius heredes annuatim per totum mensem agusti ipsis et eorum heredibus ad domum ipsorum nomine ficti deferre et dare tenentur, de quo podere et tenimento est una petia terre aratorie posita in tali loco iuxta tales; item una(m) petia(m) terre vineate et aratorie pro indiviso posita(m) in tali loco iuxta (tales) vel si qui alii sunt confines et cet. Et generaliter vendiderunt predicti Ubertinus et Grifolinus per se suosque heredes ipsi Guidoni et suis heredibus quicquid ipsi vel alii pro eis vel eorum nomine habebant, tenebant et possidebant in dicto castro et eius curia et districtu, scilicet in turribus, domibus, terris vineatis aratoriis, pascuis, fructetis, nemorosis, hominibus, feminis, pratis, silicetis, censibus, fictis, donamentis, pedagiis, aquibolis, aqueductibus, pescariis, iuribus patronatus et ecclesiarum iuribus et cet. cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas ad habendum, tenendum et cet. Et insuper ex causa dicte venditionis dederunt, cesserunt et concesserunt eidem G. omne ius et actionem quod et quam habebant vel habere poterant in predictis, et constituerunt ipsum procuratorem in rem suam, ut possit agere, causari et cet.; pro pretio C lib. bonorum den. pi., quod totum et integre predicti M. et G. ab ipso Guidone in presenti confessi sunt recepisse, scientes res ipsas multo pluris et maioris pretii esse; et quicquid pluris et maioris pretii esset, (etiam) si excederet medietatem pretii supradicti, sit donatum inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem, quod ab ipso Guidone confessi sunt recepisse; renuntiantes pretii non numerati (et) meriti non iusti exceptioni, beneficio nove constitutionis de pluribus reis debendi, et beneficio nove constitutionis de fideiussoribus (Auth. Coll. VII, 9; I, 4), epistole divi Adriani, cause ingratitudinis, exceptioni doli mali et cet. Et constituerunt se predicta omnia suo no nine possidere donec ipsarum rerum corporaliter fuerit adeptus possessionem
c. 17. A. quam adipiscendi et retinendi licentia(m) sua auctoritate concesserunt, et promiserunt sibi dare ac tradere vacuam et expeditam possessionem, et ipsas res et bona non tollere nec molestare nec minuere, sed legitime defendere eorum omnibus expensis et advocatis statim lite mota et post, et contra datum vel factum non habere de toto vel de parte sub pena dupli dicti pretii, et damna et expensas suo tantum iuramento vel eius heredum extimanda reficere. Et obligaverunt ei omnia eorum bona presentia et futura et ea pro eo possidere constituerunt; et pena soluta et cet. Et insuper promiserunt predicti, omni occasione remota se ita facturos et curaturos, quod Ubertinus eorum frater predictam venditionem et omnia et singula supradicta firma et rata habebit, et faciet de predictis omnibus cartam venditionis ipsi emptori ad sensum ipsius sapientis emptoris infra VIII dies postquam fuerit reversus et inde requisitus a predicto emptore vel eius heredibus, sub pena predicta.

XVIII. **Instrumentum predicti protocolli venditionis castri.** — In nomine Dei eterni amen, anno Ihesu Christi a nativitate MCCXL (*cod.* XI) domino papa Gregorio residente et domino Federico imperatore cum ecclesia in discordia permanente, indictione xiij, VII id. febr. Nos quidem Martianus et Grifolinus fratres, filii olim Iohannis, ambo simul et quilibet nostrum in solidum, per nos nostrosques heredes et successores hoc publico instrumento venditionis in presenti vendimus, damus, tradimus et ad proprium in perpetuum concedimus tibi Guidoni quondam Rodulfi stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in infinitum omne id et totum sive omnia et singula que habemus tenemus et possidemus vel aliquis nostrum tenet vel alius pro aliquo nostrum tenet vel possidet seu de iure tenere debet in toto castro de Gargonsa et eius curia et districtu, (idest) res omnes et singulas infrascriptas iuris nostri et proprietatis, scilicet: tres partes turris posite in castro de Gargonsa; item unam domum positam in ipso castro que ipsi turri coheret et iuxta viam publicam a duobus lateribus; item Ubertum Rainerii cum toto podere et tenimento quod habet et tenet a nobis et annuam pensionem ij caponum, quam nobis Mariano et Grifolino et nostris heredibus annuatim in festo Sancti Stefani deferre et dare tenetur, de quo podere est una petia terre posita in dicta curia *a le Lame* iuxta terram G. fabri, terram Pregadei olim Petri, et viam publicam; item unam petiam terre vineate posite *a le skato*(?) iuxta terram Rainaldi Girardi, terram ecclesie Sancti Andree a duobus lateribus et iuxta terram Petri Iohannis; item unam petiam terre aratorie et vineate pro indiviso posita(m) in dicta curia *a Ripa magio*, cui a primo latere possidet G. Petri, a sero Petrus Alfani, a tertio et a quarto adest via publica; item unam domum positam in dicto castro iuxta domum Ricialdi fabri et domum Guilielmini Tiezi; item c. 17 B.
Ugolinum Pandolfi cum suo podere et tenimento, de quo podere est una petia terre prative posite in loco qui dicitur *incartale* (in Casale?) cui a primo latere possidet Iohannes Peccioli, a sero Petrus Iohannis, a tertio et a quarto latere currit quedam aqua que vocatur Lanbrona; item unam petiam terre aratorie et vineate posite in eodem loco, cui ab uno latere possidet talis, a sero Rainerius Rainerii, a terzo et a quarto adest via publica, et si qui alii sunt confines. Et generaliter nos predicti Martinus et Grifolinus fratres, quilibet in solidum, per nos nostrosque heredes damus, vendimus et ad proprium in perpetuum concedimus tibi prefato Guidoni stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in perpetuum omne id et totum seu quicquid habemus, tenemus et possidemus vel aliquis nostrum vel aliquis alius pro nobis vel aliquo nostrum tenet vel possidet seu de iure tenere debet in toto castro de Gargonsa eiusque curia et districtu, scilicet turres, domos, terras vineatas aratorias silvatas nemorosas prativas, pascua, salcita, frutecta, salicta, p[a]rata, saxa rupinas, pedagia, iura patronatus ecclesiarum, homines, mulieres, ficta, census, donamenta, pensiones, albergarias, servitia, debita, prestationes operarum et alias quascumque, libertinos, usucapta, prescripta, consueta, dissueta, onera omnigena, angarias, parangarias, aquas, piscinas, piscationes, captiones piscium, palludes, valles et montes, aquibolos, aqueductus, goros, aquarum decursus, capcias, venationes, captiones volucrum et ferarum, propria, conditicia, feudata omnia et singula, et alia corporalia et incorporalia, culta et inculta, mobilia et immobilia seseque moventia, iura et actiones, petitiones, persecutiones et omnia et singula alia; cum superioribus et inferioribus finibus, pertinentiis, adiacentiis et accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus supra et infra (vel) sub se contentis (*cod.* continentis), et cum omni iure, actione, usu seu requisitione [nobis] ex ipsis seu pro ipsis rebus nobis vel alicui nostrum aliquo modo competente vel competituro, ad habendum tenendum possidendum et quicquid tibi et tuis heredibus deinceps placuerit tuo nomine faciendum. Et insuper causa dicte venditionis damus cedimus concedimus ac mundamus

Source : BIU Cujas

per nos nostrosque heredes tibi predicto Guidoni pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius et actiones reales et personales utiles directas persecutorias medias sive mixtas et omnes alias, quod et quas habuimus habemus vel deinceps habere speramus vel possumus in dictis rebus vel pro eis adversus omnem personam et locum, constituentes te et heredes tuos procuratores in rem vestram, ut possitis agere causari excipere replicare
c. 18. A. experiri vos defendere ac tueri, et quicquid vobis et heredibus vestris placuerit facere utiliter ac directe; pro pretio CCCC. librarum den. pi., quod totum in presenti pro hac venditione cessione ac concessione confitemur nobis fore solutum ac numeratum esse, scientes predictas res pluris et maioris pretii esse, et quanticumque pluris vel maioris pretii essent, si etiam excedere[n]t multo dimidium iusti pretii, tibi donamus inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem a te recepto; et sive recepimus sive non nihilominus volumus quod predicta donatio et omnia superius memorata valeant et teneant de iure ac plenum sortiantur effectum, ita quod nullo ingenio bono vel malo nec aliqua causa ingratitudinis vel aliqua alia ledi valea(n)t vel revocari aliquo modo. Quas res nos tuo nomine precario costituimus possidere, donec ipsarum rerum corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam quandocumque volueris tua auctoritate concedimus. Et insuper damus tibi Iohannem Bernardini manu investitorem qui te inducat in vacuam possessionem ipsarum rerum, et promittimus per nos nostrosque heredes tibi stipulanti pro te tuisque heredibus dare et tradere vacuam et expeditam possessionem omnium et singularum rerum supradictarum absque omni damno, placito vel dispendio, lite aliqua vel questione. Et promittimus per nos nostrosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti vel pro aliquo qui ius suum (vel) causam a vobis vel ab aliquo vestrum habuerit res omnes et singulas supradictas et possessionem ipsarum vel earum non tollere non molestare non minuere (non) inquietare non contendere nec litigare, sed legitime omni tempore ab omni persona universitate ac loco defendere auctorizare ac disbrigare nostris pigneribus advocatis iudicibus et expensis in iudicio et extra statim lite mota et post, quicquid de ipsa lite contingat sive res ipse evicte (*cod.* et victe) fuerint sive non, habite vel non, recuperate vel non in totum vel in parte, et quod (contra) non dedimus nec fecimus nec dabimus nec faciemus nec fieri permittemus per aliquam interpositam personams, nec nocitum predictis vel alicui predictorum seu dicendorum. Quod si ut dictum est non fecerimus et non observaverimus et ita vera non fuerint, et heredes nostri ita non fecerint et non observaverint aut contra datum vel factum apparuerit vel aliqua occasione vel exceptione [predicti vel ex eo post] de iure vel de facto presumpserimus contravenire vel heredes nostri contravenire presumpserint, tunc per nos nostrosque heredes promittimus tibi predicto G. pro te tuisque heredibus stipulanti solvere nomine pene duplum dicti pretii, te habente meliorationem ipsarum rerum secundum quod pro tempore res ipse fuerint in (*cod.* me) pena in singulis semper capitullis supradictis in
c. 18. B. solidum committenda, componenda et exigenda quotienscumque fuerit contra ventum vel venire presumptum, et omnia damna et expensas que et quas propter hoc te fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra tuo tantum iuramento vel tui heredis vel qui ius habuerit ab aliquo vestrum dixerit suo, sine testimonio nulla iudicis taxatione interveniente et alicuius alterius et sine qualibet probatione stipulatione solemni promittimus in integrum reficere. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis, et pena si commissa fuerit, obligamus nos et omnia nostra bona presentia et futura et nos tuo nomine precario constituimus possidere, et pena soluta vel damnis et expensis in integrum restitutis vel non nihilominus predictam venditionem et omnia et singula supradicta promisit firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum, renuntians in hoc contractu non numerati et non soluti et non legittime soluti pretii, et meriti (*cod.* non numerati) non iusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa et ex iniusta causa, cause ingratitudinis, in factum subsidiarie, beneficio nove costitutionis [et] de fideiussoribus et mandatoribus, dividendo actionis, epistole divi Adriani, privilegio fori et omnibus aliis exceptionibus condictionibus et defensionibus nobis patrocinantibus personaliter vel in rem et iuri, si quod est, quod nos nostrosque heredes liberaret vel absolveret a pena predicta in totum vel in parte sive ipso iure vel per aliquam exceptionem. Et insuper nos predicti M. et G. promittentes per nos nostrosque heredes ita facturos et curaturos quod Ubertinus noster frater predictam venditionem et omnia et singula supradicta firma et rata habebit et tenebit et contra non veniet, et faciet de predictis cartam venditionis tibi emptori ad sensum tui sapientis infra viij dies postquam fuerit reversus et inde fuerit requisitus a dicto emptori vel aliquo eius heredum. Quod si, ut dictum est, predictus Ubertinus non fecerit vel contravenerit', promittimus tibi B. dare et solvere nomine pene C. lib. bon. den. pi. et insuper per te tuisque heredibus extrahere (*sic*) et conservare indemnem de ipsa re, et pena soluta rato manente contractu. Facta hec venditio incivitate Aretina in domo Guilielmini Iohannis. Interfuerunt autem huic venditioni Petrus M., G. B., Iohannes Pandolfi Aretinus P., qui ad hec adhibiti et vocati fuerunt testes. Ego Ildebrandinus supredicte venditioni interfui et, ut supra, legi, subscripsi et publicavi.

XIX. **Instrumentum venditionis directi dominii et proprietatis unius petie terre.** — Ego quidem Guilielminus olim Petri hoc publico instrumento venditionis in presenti per me meosque heredes vendo do trado transfero et a(d) proprium in eternum concedo tibi Leonardo Grimaldi stipulanti pro te tuisque heredibus et cui dederis ius tuum in perpetuum domi- c. 19. A.
nium et proprietatem unius petie terre vineate mei dominii et proprietatis et annuam pensionem V sol. et ij caponum quam P. G. et eius heredes annuatim in festo Sancti Stefani mihi et heredibus meis nomine pensionis ipsius terre deferre ac solvere tenetur, ut instrumento manu Iohannis notarii confecto evidenter apparet, que terra posita est in plebanatu de Toppo in loco qui dicitur *Valle longa:* cui a primo latere possidet Iohannes Petri, a secundo Rainerius Pandolfi, a tertio et quarto adest via publica et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus supra et infra et sub se contentis, cum omni iure actione seu requisitione mihi ex ea vel pro ea re competente vel competituro, ad habendum tenendum et possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus, salvo tamen iure libellario, deinceps placuerit faciendum. Item ex causa dicte venditionis do cedo et concedo et mando tibi tuisque heredibus omne ius et actionem utilem et directa(m) realem et personalem persecutoriam sive mixtam et omnem aliam quod et quam habeo vel deinceps habere possem in dicta re a(d)versus quascumque personas et locum, constituens te procuratorem in rem tuam ut possis agere causari excipere replicare experiri et quicquid tibi et tuis heredibus deinceps placuerit facere utiliter et directe ; pro pretio C lib. den. pi., quod a te confessus sum recepisse et mihi numeratum ac solutum esse, sciens dominium et proprietatem ipsius rei pluris et maioris pretii esse ; et quicquid pluris et maioris pretii esset tibi dono inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem a

Source : BIU Cujas

te recepto, renuntians non numerati et non soluti pretii et meriti non iusti exceptioni, doli mali, condictioni sine causa et ex iniusta cansa, cause ingratitudinis et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec ipsius rei corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam, salvo tamen iure predicti Martini conductoris atque libell(ari)i tibi tua auctoritate concedo, et promitto per me meos(que) heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti rem predictam non tollere nullo modo, sed legitime defendere auctorizare ac disbrigare in iudicio et extra meis pigneribus advocatis iudicibus et expensis, et contra datum vel factum non habere. Quod si ut dictum est non fecerit et non observaverit vel mei heredes non fecerint et observaverint, tunc per me meosque heredes promitto tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene duplum dicti pretii et omnia damna et expensas ac interesse litis que et quas propter hoc dixeris te fecisse vel sustinuisse tuo tantum iuramento vel tui heredum vel qui ius habuerit ab aliquo vestrum (*cod.* nostrum)
c. 19. B. dixerint suo, sine testimonio et alia qualibet probatione promitto in integrum resarcire. Pro quibus omnibus supradictis inviolabiliter observandis obligo me tibi et tuis heredibus omnia mea bona presentia et futura, et ea precario me tuo nomine constituo (*Cod.* constitutus) possidere, et pena soluta vel non et damnis et expensis restitutis vel non, predictam venditionem et omnia et singula supradicta promitto perpetuo firma et rata habere atque tenere, cum pena et obligatione omnium predictorum. Factum fuit hoc instrumentum in castro Civitelle ante domum Petri. Pa. coram talibus testibus et cet., anno Ihesu Christi a nativitate et cet. Ego talis notarius et cet.

XX. **Abbreviatura predicti instrumenti.** — Septimo idus februarii. Actum in Cortona in porta Sancte Marie ante domum domini R. Gra. coram Martino Petri, Iohanne Rainaldi, Petro Zazoli et aliis testibus ad hoc adhibitis et vocatis. Girardinus olim Petri per se suosque heredes vendidit Rainaldo Grimaldo pro se suisque heredibus stipulanti in perpetuum dominium et proprietatem unius petre terre vineate sui dominii et proprietatis et annuam pensionem V sol. et ij caponum, quam Martinus Petri et eius heredes ipsi Ugo et eius heredibus nomine pensionis ipsius terre [dare] deferre ac dare tenetur: que terra posita est in plebatu sancti Eusebii in loco qui dicitur *Valle longa*: cui a primo latere possidet Petrus et R., a secundo Guidus Petrus, a tertio et a quarto adest via publica et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam. Item ex causa dicte venditionis dedit cessit et concessit omne ius et actionem et cet. et constituit eum procuratorem in rem suam ut possit agere causari et cet., pro pretio C lib. den. pis., quod confessus est recepisse renuntians et cet.; et constituit se suo nomine possidere, dans ei licentiam et cet. salvo tantum iure condictionis. Et promisit dictam rem non tollere, sed legitime defendere sub pena dupli dicti pretii, qua(m) eidem dare promisit si contraveniret, et omnia damna et expensas propter hoc, suo tamen iuramento vel eius (heredum ei vel eius) heredibus reficere promisit, et obligavit ei omnia sua bona presentia et futura, et ea pro eo possidere constituit, et pena soluta et cet. *Et nota quod si dominium et proprietas rei conductori vendatur ubi dicitur* « quam rem me tuo nomine constituo possidere » *debet dici* « et postquam (ex) ipsa re (possessionem) habes, (*cod.* habet) tibi constituo ut deinceps nomine tuo possideas » *pro eo quod habenti possessionem, possessio dari non potest.*

XXI. **Instrumentum venditionis libellarii iuris.** — Nos quidem Iohannes olim Martini et Berta eius uxor de licentia et consensu et auctoritate predicti Martini viri mei libere ac sponte, vi vel metu (non) interveniente, unusquisque nostrum principaliter per nos nostrosque heredes hoc presenti venditionis instrumentio vendimus damus tradimus et a(d) proprium in c. 20. A. perpetuum concedimus tibi Iohanni olim Martini stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in perpetuum omne ius libellarium, utile dominium, et totum integrum edificium superficiem seu casamentum unius domus situm super solum seu terreno domini Ugolini Petrucii posito in civitate Aretina in porta Burgi iuxta domum G. fabri, domum Redulfi Angelerii, domum Guiduccii Pandulfini et iuxta viam publicam et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omni iure actione usu seu requisitione nobis ex ipsa competentibus vel competituris ad habendum tenendum possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit tuo nomine faciendum, salvo semper dominio et proprietate ipsius terreni et annua pensione III soldorum denariorum pisanorum que de ipso terreno debetur, ut instrumento manu Iohannis notarii apparet confecto, pro pretio X librarum bonorum denariorum pisanorum, quod a te integre recepisse fatemur et in presenti nobis numeratum ac solutum esse: scientes ius nostrum pluris et maioris pretii (esse; et quicquid pluris) est tibi do(na)mus inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem, quod a te confitemur integre recepisse; renuntiantes non numerati et non soluti pretii, et meriti iniusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa et ex iniusta causa, cause ingratitudinis, beneficio nove constitutionis de pluribus reis debendi et de fideiussoribus et mandatoribus, dividende actionis, epistole divi Adriani, beneficio authentice ut nulli iudicum (IX, 9) senatusconsulto Velleiano; de ipsis iuribus ego Berta prius quid sint et qui(d) dicant plene et aperte ab Ubertino notario infrascripto certiorata; et omni alii legum auxilio nobis in hoc patrocinanti personaliter vel in rem. Quam rem nos tuo nomine constituimus possidere, donec ipsius rei corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi licentiam et retinendi tibi tua auctoritate concedimus, salvo iure dominii et proprietatis ipsius (*cod.* ipsa) soli et salva annua pensione predicta, Et promittimus per nos nostrosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti rem ipsam non tollere, non molestare, non minuere, non inquietare, sed legittime omni tempore ab omni persona et loco defendere et cet. *ut supra proximo instrumento dominii et proprietatis.*

XXII. **Instrumentum permutationis et cambii.** *Permutatio est alicuius rei altera quam pecunia numerata vel pecunie pro alteri* (sic) *alii datio* — In nomine Dei eterni amen. Anno Ihesu Christi a nativitate et cet. Ego quidem Iohannes olim c. 20. B Martini hoc presenti permutationis et cambii instrumento per me meosque heredes permuto, cambio, do et ad proprium in perpetuum concedo tibi Orlandino quondam Uberti stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in infinitum unam petiam terre aratorie mei dominii et proprietatis positam in loco qui dicitur Carraria iuxta Martinum Gerardi, Iohannem Petri (et) viam publicam a duobus lateribus, cum superioribus et inferioribus finibus pertinentiis et adiacentiis suis usque in viam publicam, cum omnibus supra et infra et sub se contentis omnique iure actione usu seu requisitione mihi ex ipsa re competente vel competituro, ad habendum tenendum possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus iure permutationis et cambii deinceps placuerit tuo nomine faciendum. Et insuper ex causa ipsius permutationis do cedo concedo et mando tibi predicto Orlandino omne ius et actionem utilem directam realem personalem persecutoriam mediam sive mixtam et omnem aliam quod et quas habeo vel deinceps habere possem in ipsa re

Source : BIU Cujas

a(d)versus quoscumque, constituens te procuratorem in rem tuam ut possis agere causari excipere replicare experiri et quicquid tibi tuisque heredibus placuerit utiliter et directe facere pro iusto cambio; scilicet qua(n)dam petiam terre aratorie posite in plebatu plebis Galognani iuxta terram Berardi olim Petri, terram Guilielmini fabri et terram Boniiohannis Bruni; quam simili iure permutationis et cambii a te in presenti pro XL soldis den. pis., quos pro compensatione et melioratione ipsius terre a me tibi promissa (*cod.* promitto) confiteor recepisse et habuisse; et quicquid terra pluris vel maioris valoris est tibi dono inrevocabiliter inter vivos pro iuxto merito secundum legem a te recepto, renuntians ipsius terre non permutate non ca(m)biate, pecunie non habite non recepte non numerate et meriti non iusti exceptioni, et doli mali, conditioni sine causa vel ex iniusta causa, cause ingratitudinis, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Quam terram me tuo nomine constituo possidere donec eiusdem corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam tibi tua auctoritate concedo, et promitto ipsius rei tibi tradere ac dare vacuam et expeditam possessionem, et ipsam rem non tollere non molestare non minuere, sed legittime omni tempore per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti defendere auctorizare et disbrigare in iudicio et extra ab initio mote litis et post, quicquid de ipsa lite contingat, in agendo
c. 21. A. et defendendo meis pigneribus advocatis iudicibus et expensis, et contra datum vel factum non habere. Quod si ut dictum est non fecero vel mei heredes non fecerint non observaverint vel contravenirent, aut si apparuerit datum aut factum noci(t)um vel nociturum predictis vel alicui predictorum seu dicendorum, vel si ego et heredes mei omnia et singula supradicta non observaverimus, tunc per me meosque heredes promitto tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene duplum predicte terre, te habente meliorationem ipsius prout tunc valuerit et omnia damna et expensas et cet. *ut supra in instrumento venditionis,*

XXIII. **Abbreviatura permutationis et cambii.** — Quarto idus aprilis actum in burgo Sancti Sepulcri in domo Michaelis Farolfi, presentibus Ildebrandino Petri, Iohanne Farolfi (et) aliis testibus ad hec vocatis. Iohannes olim Martini per se suosque heredes permutavit campsit dedit concessit iure proprio in perpetuum Orlandino quondam Uberti stipulanti pro se suisque heredibus in perpetuum unam petiam terre sui iuris et proprietatis positam in loco qui dicitur Carraria iuxta Martinum Gerardi, Iohannem Petri et viam publicam a duobus lateribus vel si qui alii fines sunt, ad habendum tenendum et cet. Et insuper dedit et cessit eidem Orlandino omne ius et actionem quod et quam in ipsa re habebat, et constituit ipsum procuratorem in rem suam ut possit agere causari et cet., pro iusto cambio, scilicet quadam petia (*cod.* petie) terre aratorie posita in plebatu Sancti Stefani iuxta terram Iohannis olim Martini, terram Ubertini f. et terram Boniiohannis Bruni ab eo iure permutationis et cambii et pro XL sol. den. pis., quos pro compensatione et melioratione ipsius terre ab ipso Iohanne ipsi Orlandino permutate confessus est recepisse et habuisse. Et si ipsa terra pluris esset, donavit ei inrevocabiliter inter vivos, renuntians et cet. Quam rem constit(u)it se eius nomine possidere, dans ei licentiam et cet., et promisit ipsam terram non tollere non molestare, sed legitime defendere et contra datum vel factum non habere sub pena dupli dicte rei eidem Orlandino ab ipso Iohanne promissa si contraveniret, et damna et expensas reficere promisit, et obligavit omnia bona sua presentia et futura, et pena soluta et cet.

XXIV. **Abbreviatura instrumenti dationis in solutum.** — *In solutum datio est creditori de alia re quam sibi tenebatur satisfactio.* — Quinto decimo kalendas aprelis. Actum in civitate Aretina in domo Iohannis Ingii coram Farulfo Iohannis, Ildebrandino Alfani et Ildebrandino Guilielmi testibus. Farolfus Iohannis pro se suisque heredibus dedit in solutum et tradidit iure proprio in perpetuo Ragnaldo Leonardi stipulanti pro se suisque heredibus unam domum sui iuris et proprietatis cum c. 21. B.
horto seu platea et classaria que sunt post ipsam in civitate Aretina in porta Burgi iuxta domum Tiezi olim Grifolini, domum Iohannis Martini, domum Guilielmini fabri et viam publicam; cum omni iure et cet., ad habendum tenendum et cet. Et dedit et cessit eidem omne ius et actionem que habet vel habere posset in dicta re, et constituit ipsum procuratorem in rem suam ut possit agere causari et cet.; pro decem lib. denariorum pisanorum quos (*Cod.* quod) sibi reddere et solvere tenebatur ex causa mutui habitos ab eodem, ut in instrumento manu Ugolini notarii confecto apparet, sciens ipsam rem maioris pretii esse; et quanticumque pluris est donavit inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem ab eo recepto, renuntians et cet. Et promisit predictam rem non tollere, sed legitime defendere et contra datum vel factum non habere sub pena dicte rei eidem promissa si contraveniret, et damna et expensas reficere promisit, et obligavit bona sua presentia et futura renuntians et cet.

XXV. **Instrumentum predicte rogationis.** — In nomine Dei eterni amen. Ego quidem Farolfus Iohannis hoc presenti instrumento in solutum dationis per me meosque heredes in solutum do trado et a(d) proprium in perpetuum concedo tibi Rainaldo olim Martini pro te tuisque heredibus stipulanti et cui ius tuum in perpetuum (dederis) unam domum mei iuris et proprietatis cum platea sive horto et classaria, que sunt post ipsam; que domus est posita in civitate Aretina in porta Burgi iuxta domum Tiezi olim Grifolini, domum Iohannis Martini, domum Guilielmini fabri et viam publicam, cum superioribus et inferioribus finibus accessibus egressibus adiacentiis pertinentiis suis usque in viam publicam; cum omni iure actione usu seu requisitione mihi ex ea vel pro ea re competente vel competituro, ad habendum tenendum possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit faciendum. Et insuper ex causa ipsius in solutum dationis do cedo concedo et mando tibi predicto Rainaldo tuisque heredibus omne ius et actionem utilem directam realem personalem persecutoriam mediam sive mixtam et omem aliam quod et quam habui, habeo vel deinceps habere possem in ipsa vel pro ipsa re, constituens te procuratorem in rem tuam, ut possis agere causari et cet. te heredesque tuos tueri utiliter et directe; pro X. lib. den. pi. quos tibi reddere debere confiteor, et ipsos ex causa mutui a te recepisse, ut in instrumento Ugolini notarii manu confecto evidenter apparet; et si res pluris vel maioris pretii fuerit, tibi dono inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem quod a te confiteor recepisse, renuntians non numerate non recepte et meriti non iusti exceptioni, doli et cet. mihi in hoc facto patro- c. 22. A.
cinanti personaliter vel in rem. Quam rem me tuo nomine constituo possidere et cet., *ut supra in carta venditionis terre.*

XXVI. **Instrumentum noxe deditionis.** — *Noxe deditio est servi vel animalis pro damno dato datio.* — In nomine Dei eterni amen. Martinus quondam Gilii hoc presenti noxe deditionis instrumento dedit et tradidit Iohanni olim Ranutii unum bovem pili rubei sui iuris et proprietatis habentem cornua decliva, cum omni iure actione usu seu requisitione sibi ex dicto bove competente vel competituro, ad habendum tenendum

Source : BIU Cujas

possidendum et quicquid sibi suisque heredibus deinceps placuerit faciendum, pro emendatione damni dati, quod Petrus filius ipsius Martini ipsi Iohanni dedit comburendo tugurium vel palearium ipsius et guasti (*cod.* quasti) quod boves et pecora ipsius Martini fecerant et dederant in agro prefati Iohannis positi in tali loco iuxta tales pascendo corrodendo et destruendo siliginem et frumentum existentia tunc in ipso agro, sicut ipse M. expresse dicebat. Et renuntiavit predictus M. damni non dati guasti non facti a Iohanne filio suo (et) bubus et pecoribus supradictis ipsi(us) Martini et eius bovis non dati ac traditi ex dicta causa eidem Iohanni exceptioni, doli, condictioni in factum et omni alli legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Possessionem cuius bovis predictus Martinus ipsi tradidit Iohanni ut deinceps suo nomine possideat: quem bovem predictus Martinus per se suosque heredes promisit ipsi Iohanni pro se suisque heredibus stipulanti non tollere non molestare sed legitime defendere ac disbrigare et contra datum vel factum noon habere. Quod si ut dictum est predictus M. non fecerit vel contra venerit, tunc promisit per se suosque heredes dare et solvere ipsi Iohanni recipienti pro se suisque heredibus nomine pene XL sol. den. pis. et omnia damna et expensas reficere.

XXVII. **De tutela quid sit.** — *Viso de iis qui suo nomine res alienant, videndum est de iis qui alieno nomine alienant: quia quamquam quedam res non sint eorum, habent tamen plenitudinem potestatis et ius dandi eas, sicut sunt prelatus, iconomus sive minister, rector, syndicus, procurator, tutor, et curator; qualiter constituantur et que sit differentia inter tutorem, curatorem, procuratorem, actorem, syndicum, iconomum et negotiorum gestorem. Tutela est quoddam ius ac potestas in capite libero scripta ad tuendum eum qui propter etatem se defendere nequit*, vel *tutela est onus alicui attributum de gubernanda persona pupilli et rebus et negotiis ipsius administrandis atque gerendis. Dicitur autem tutor onus illud reci-*
c. 22. B. *piens a* tueor tueris. *Tutor(es) alii testamentarii, alii legitimi et alii sunt dativi. Testamentarii dicuntur illi qui dantur in testamentis, quibus remitti possunt in testamento ab ipso testatore iuramentum tutele, inventarii confectio et quod non teneantur reddere administrationis rationem; et tales tutores non debent fideiussoribus onerari eo quod ab ipso testatore ipsorum tutor(um) fides est (et) diligentia comprobata. Et fiet sic in testamento* « Talem *vel* tales tutorem *vel* tutores filiorum meorum esse volo, remittendo ei *vel* eis quod non tenea(n)tur iurare nec inventarium facere, et quod non teneantur rationem administrationis reddere, legando ei *vel* eis quicquid mihi, vel heredibus meis debere poterunt et de iure vel de facto in aliquo tenerentur ratione vel occasione administrationis predicte » *Et hoc dicas, si de ipsius testatoris processerit voluntate. — Dativa est illa quando pretor vel iudex dat aliquem tutorem alicui pupillo qui non habet aliquem tutorem testamentarium vel legitimum aliquem de predictis, vel quia sit illegitimus pupillus vel alicui quando* (cod. *gn*) *sit pater vel filius non habens propinquos. Et dicitur dativus* (*quasi*) *a iudice datus, et fit hoc modo:*

XXVIII. **De instrumento tutele.** — Dominus B. potestas Aretii, citatis agnatis et cognatis talis, idoneum, *vel* idoneos ad ipsius *vel* ipsorum pupillorum, talium pupillorum quia invenit talem *vel* tales magis idoneum vel idoneos ad ipsorum *vel* ipsius tutele administrationi (*sic*) suscipiendam atque gerendam, auctoritate communis Aretini et iudiciaria cognitione domini I. *vel* sui iudicis eumdem *vel* eosdem ipsi pupillo *vel* pupillis tutores constituit atque dedit, dicens « Esto tutor *vel* estote tutores ipsius pupilli *vel* pupillorum ». Qui tutor corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit quod omnia que crediderit vel (extimaverit) ipsi pupillo *vel* pupillis fore utilia faciet, et inutilia pretermittet eiusque *vel* eorum personam et res bona fide sine fraude custodiet (et) salvabit, et quod inventarium faciet secundum iuris ordinem, et rationem administrationis redde[re]t salvo ipsius iuramento de veritate dicenda, salvando animam et corpus et proprium non expendendo. Et hec omnia promiserunt *vel* promisit dictus tutor *vel* dicti tutores attendere et observare mihi R. notario infrascripto stipulanti pro dictis pupillis sub pena dupli, et quod res eorum salvabit *vel* salvabunt sub obligatione suorum bonorum. Ad hoc Ubertinus olim Iohannis de precibus et mandato ipsius B. *vel* ipsorum A. et B. et fideiussorio nomine pro eisdem promisit mihi memorato notario infrascripto stipulanti pro dictis pupillis, quod faciet ipsum *vel* ipsos tutores predicta et singula attendere et observare. Quod si non fecerint, promisit ipsos pupillos conservare (indemnes) deinceps sub obligatione suorum bonorum facta super hoc in civitate Aretina in palatio communitatis coram talibus anno (Domini) nostri c. 23. A.
Ihesu Christi a nativitate et cet. Ego talis notarius et cet.

Legitimus est ille qui vocatur a lege, ut sunt proximiores adgnati et cognati. Proximi tantum a patre dicuntur cognati (corr. *agnati*), *agnati* (corr. *cognati*) *a matre vero dicuntur. Et refert utrum agnati et cognati proximiores petant tutelam sibi dari et in eadem confirmari, an ipsam tulelam inviti suscipere cogantur. Quando enim volebant et petebant ipsam, tunc sic fiet instrumentum.* « Cum Iohannes, Petrus et Berta filii olim Iohannis tutorem non haberent, domina Lamandina eorum mater veniens coram G. tunc potestate Aretii et domino B. iudice ipsius communis tutelam ipsorum pupillorum sibi dari petiit. Qui potestas, indiciaria cognitione domini B. sui iudicis interveniente, ipsam dominam Lamandinam tutricem legitimam ipsorum impuberum constituit atque dedit, et confirmavit eamdem. Que tutrix tactis corporaliter sacrosanctis evangelii(s) iuravit, *ut dictum est in dativis. Et in fine dices sic:* Et renuntiavit secundis nuptiis, (et) senatusconsulto Velleiano, de ipsis iuribus quid sint et quid dicant ipsa domina L. a me notario infrascripto plene et aperte certiorata, et omni alii legum auxilio sibi coherenti. *Si vero ipsam invitus recipere cogatur, tunc erit ita dicendum.*

XXIX. **De excusatione recipiente tutele.** — (Cum) P. proximior tali pupillo *vel* talibus pupillis propter numerum liberorum [et] de non recipienda tutele ipsius pupilli *vel* pupillorum vel propter etatem esse maiorem LX annis vel minorem XXV *vel* cum talis mulier mater talium pupillorum assereret se velle ad secunda vota transire *vel* ex alia tali causa se penitus excusaret, ideo dominus talis tunc potestas Aretii, iudiciaria cognitione domini Philippi sui iudicis interveniente, citatis agnatis et cognatis ipsius pupilli *vel* ipsorum pupillorum. et reperto tali ipsius pupilli fratre *vel* avunculo magis idoneo, ipsum B. sua et communis Aretii auctoritate ipsi pupillo tutorem constituit atque dedit dicens « Esto tutor ipsius G. pupilli ». Qui tutor corporaliter iuravit et cet., *ut supra. Et sic quando aliquis excusat(ur), omnes agnati et cognati postea vocantur, et potestas vel iudex dabit illum vel illos qui sibi magis idonei videbuntur. Et tunc debet dici* citatis agnatis. *Sed quando mater vel ava vel alius petit tutelam, tunc non oportet dici* citatis agnatis et cognatis. *Finitur autem quelibet tutela pubertate, arrogatione, deportatione, revocatione in servitutem in hoste* (cod. *orte*), *capitis diminutione, existente conditione, tempore captivitate,* (*captivitatis ?*), *excusatione et remotione.*

XXX. **De tutela legitima.** — *Abbreviatura tutele sic fit:* Pridie idus martii actum in civitate Aretina in palatio communitatis coram talibus. Dominus B. tunc potestas Aretii Iohan- c. 23. B.

Source : BIU Cujas

nem Petri tali pupillo (tutorem) constituit atque dedit. Qui tutor iuravit more tutorum, et Petrus Leonardi extitit fideiussor pro ipso tutore.

XXXI. — **(De differentia tutele et cure).** — *Cura est onus a potestate vel iudice alicui datum de gerendis illius negotiis et perficiendis, que per se explicari non possunt, sic dicta quasi curam et sollicitudinem habens ipsius negotii (vel) negotiorum. Curator autem in multis differt a tutore; quoniam tutor persone gubernande pupilli et universo patrimonio gubernando et administrando et eius negotiis omnibus gerendis datur, sed curator et persone datur velut tutor et rei [vel cause] sive negotio singulari vel cause datur [curator ut]. Istis enim personis datur curator, scilicet: mutis, surdis, furiosis, mentecaptis, prodigis, morbo perpetuo laborantibus et contractis et simili(bu)s, et ventri idest alicui generato in corpore matris. Item negotio singulari vel cause datur curator, ut pupillis habentibus aliquid facere cum patre vel cum tutore suo, et adultis in causis eorum quando agunt vel se ab aliis defendunt, et ad recipiendam rationem administrationis vel aliquid ab aliquo pro eo sive dandum vel faciendum, et bonis alicuius absentis. Item tutor datur tantum pupillis, curator vero datur in casibus et adultis in causis et negotiis specialibus, et maioribus XXV annis personis predictis. Pupillo enim datur curator quando habet facere cum tutore vel patre suo et quando tutor non est sufficiens seu diligens ad agenda eius negotia; quando tutor abest causa reipublice donec redeat, (et) datur ventri. Item tutor non potest esse aliquis filii sui vel illius quem habet in potestate, sed curator sic. Item tutor in testamento datur, curator non, sed datus confirmatur. Item curator non potest dari a(d) diem vel ex die vel sub conditione, quia legitimi actus non recipiunt conditionem. Restat videre quod tres sunt maneries* (sic) *curatorum: scilicet una quando datur predictis sex personis, et in hoc casu fit carta huius cure, sicut carta tutele, mutato nomine tutoris in nomen* (cod. *uno) tantum curatoris et nomine pupilli in nomen muti vel surdi vel in personam aliam de predictis. Secunda est quando da(n)tur pupillo habenti tutorem. Tertia est quando da[n]tur ad causas vel ad aliqua specialia negotia peragenda. Quando enim curator datur ad causas sic fit.*

XXXII. **Carta cure ad causas:** — Dominus B. de Monte Aguto, Dei gratia tunc potestas Aretii, Iohanni olim Leonardi puberi petenti et volenti Ugolinum olim Martini curatorem constituit atque dedit in causa quam idem puber habet *vel* habere sperat cum Rainaldo olim Menci et in omnibus et singulis causis quas habet vel habere sperat cum quibuscumque personis coram quibuscumque iudicibus uno vel pluribus delegatis subdelegatis et extraordinariis hinc ad xxv annum (*cod.*
c. 21 A. annorum) completum et ad omnia et singula ipsius puberis negotia exercenda et libere pertractanda in iudiciis et extra per totum tempus minoris etatis ipsius adulti. Qui curator promisit ipsi puberi stipulanti, et ad sancta Dei evangelia corporaliter iuravit omnia et singula facere et exercere que ipsi adulto in ipsa causa vel causis et in omnibus et singulis negotiis ipsius gerendis et faciendis cognoscet et extimabit esse utilia, et inutilia pretermitet et res (et) bona ipsius puberis custodiet ac salvabit ad ipsius puberis commodum et profectum usque ad perfectam etatem (*cod.* eternam) xxv annorum, salvo quod non teneatur deierare, fenerari, neque de suis bonis expendere, sub pena C. libra(rum) den. pis. quam eidem adulto dare promisit si contraveniret, et obligavit eidem omnia sua bona presentia et futura et ea suo nomine constituit possidere. Et insuper Guilielminus olim Petri de precibus et mandato ipsius Ugolini fideiussit et promisit se ita facturum et curaturum, quod dictus Ugolinus predictus omnia et singula faciet et observabit: alioquin promisit ipsum puberem conservare indemnem sub obligatione suorum bonorum. Actum in civitate Aretina in palatio communitatis coram talibus testibus, annis Domini et cet. Ego talis notarius et cet.

Nota quod de iure fideiussor (qui) datur in tutore et curatore non debet constitui principaliter nec debet beneficio nove constitutionis renuntiare, et obligatio etiam bonorum superflua est, licet de facto plurimum frequentet(ur). Quando vero constituetur curator ad unam causam tantum invito adulto, quia potest dari curator volenti et invito, fiet sic: Dominus R. iudex communis Aretii Iohanni olim Martini puberi (curatorem) P. olim talis constituit atque dedit in causa quam idem pubes habet vel habere sperat cum tali: qui curator corporaliter iuravit et promisit ipsi adulto stipulanti, quod omnia et singula faciet et exercebit que in ipsa causa cognoverit et extimaverit ipsi puberi esse utilia, et inutilia pretermittet, usque ad complementum ipsius cause, salvando animam et corpus et proprium n n expendendo; et quicquid ad manus ipsius curatoris perveniet integre predicto puberi readsignabit; et pro his observandis obligavit omnia sua bona presentia et futura. Et insuper Iohannes olim Bernardi de precibus et mandato ipsius Iohannis curatoris promisit ipsi adulto stipulanti, quod faciet ipsum [pro]curatorem attendere ac servare omnia et singula supradicta. Quod si dictus curator non faceret vel contraveniret, promisit ipsum adultum conservare indemnem sub obligatione suorum bonorum presentium et futurorum.

XXXIII. **Carta curatoris qui datur pupillis habentibus aliquod negotium facere cum tutore sic fit:** — Cum Iohannes et Ubertinus pupilli fil i olim Petri nomine vel occasione c. 21. B.
cuiusdam pecunie summe causam haberent *vel* habere sperarent cum Leonardo Martini tutore ipsorum, et ipse tutor in re sua esse actor non possit, idcirco dominus B. tunc potestas Aretii sua et communis auctoritate usque ad finem temporum ipsius cause ipsis pupillis Petrum Iohannis curatorem constituit atque dedit. Qui curator iuravit et promisit mihi notario infrascripto stipulanti pro dictis pupillis [quod] omnia et singula que videri[n]t et cognoveri[n]t et extimaveri[n]t ipsis pupillis utilia facere et inutilia pretermittere et cet., *ut supra in carta tutoris.*

XXXIV. **De curatore dato absentia tutoris.** — *Quando autem datur curator pupillis habentibus tutorem causa rei publice absentem, fiet sic:* Cum Iohannes olim Petri tutor B. et C. pupillorum causa (*cod.* cause) rei publice (sit) absens, et habenti tutorem tutor dari non possit, idcirco dominus.... tunc potestas Aretii ipsis pupillis usque ad ipsius tutoris regressum talem curatorem constituit atque dedit. Qui curator corporaliter iuravit et promisit mihi Iohanni notario infrascripto stipulanti pro predictio pupillo [quod] omnia et singula que viderit et cognoverit et extimaverit, usque ad regressum ipsius tutoris, utilia facere et inutilia pretermittere et cet., *ut supra*

XXXV. **Carta curatoris (qui) datur ventri.** — *Ventri autem sic datur curator:* Cum domina B. uxor olim Ranuci veniret coram domino B. tunc potestate Aretii et ex eo se assereret concepisse et esse pregnantem, predictus dominus B. potestas Petrum olim Titii sua et communis Aretii auctoritate ventri eiusdem domine B. curatorem constituit atque dedit. Qui curator corporaliter iuravit et promisit mihi notario infrascripto stipulanti pro ipso ventre [quod] omnia que viderit et cognoverit seu crediterit ipsi ventri utilia facere et inutilia pretermittere quousque predictus venter fuerit exortus et a(d) lucem

Source : BIU Cujas

pervenerit sub pena xxv librarum den. pis, quam mihi notario stipulanti pro ipso ventre dare promisit si contra faceret vel veniret.

XXXVI. **Sequitur de actore.** — *Actor tantum sonat hic dici quantum tutoris adiutor, qui datur ipsi tutori periculo ipsius tutoris, quando ipse tutor infirmatur vel alias impeditur quod negotia pupilli exercere non potest, et talis carta (fit) in hunc modum:*

XXXVII. **Qualiter curator datur pupillis tutorum habentibus valetudinarium.** — Cum B. tutor veniret coram domino C. tunc potestate Aretii et assereret se ita valida egritudine laborare, quod negotiis ipsius pupilli superintendere non poterat ut debebat, *vel* assereret se tot curis et laboribus propriis occupatum quod negotiis ipsius pupilli superintendere non poterat ut oportet, idcirco prefatus C. potestas Aretii sua et communis Aretii auctoritate Gerardinum olim Iohannis actorem omni periculo eiusdem tutoris ipsi B. tutori [actorem] constituit atque dedit. Qui actor promisit et corporaliter iuravit ipsi
c. 25. A. tutori stipulanti omnia et singula facere et exercere que ipsi pupillo viderit et cognoverit utilia esse et inutilia pretermittere et ipsius pupilli personam et res bona fide sine fraude custodire atque salvare ad ipsius commodum et profectum, et rationem reddere administrationis gerende salvando animam et corpus ipsius actoris et proprium non expendendo. *Sed non dicetur hic quod actor teneatur inventarium facere, cum tutor fecerit illud; neque dabit fideiussorem, cum datus fuerit a tutore.*

XXXVIII. **Sequitur de mundualdo.** — *Unde sciendum est quod mulier non habens patrem vel filium vel unum (prop)inquorum (in cuius) sit potestate, recipit* (cod. *recepit*) *mundualdum. Iure namque longobardo non potest aliquid dare vel facere vel alicui obligari siao consensu (patris; sed cum eius) consensu recte obligatur; vel filii si pater non vivit, et filius pro eo quod pater de(sit) naturalis mundualdi(us) (fit) eiusdem. Si vero habet patrem et sit uxorata, (cum consensu eius) [de] cuius mundio idest potestati est subiecta bene obligatur; et si habet utrumque, de amborum consensu vel saltem viri, si pro(bare) poterit mundium, obligatur. Quod si neutrum eorum habet, de consensu ascendentium vel descendentium per rectam lineam ascendentem vel descendentem recte obligatur. Alioquin constituatur et detur (ei) mundualdus, quia nec agere nec respondere potest nisi mundualdus agat vel respondeat pro ea, vel de ipsius consensu ipsa mulier faciat.*

XXXIX. **Carta dationis mundualdi sic fit:** — Cum domina Berta olim Iohannis foret mundualdo proprio destituta, veniens coram domino G. iudice ordinario sibi ab eo dari petiit mundualdum. Qui dominus G. iudex ad instantiam et petitionem ipsius domine B., Iohannem Petri eius patruum, *vel* avunculum eiusdem domine B., mundualdum constituit atque dedit, ut prefatus mundualdus pro ipsa domina B. deinceps possit agere, causari, excipere, replicare, experiri, tueri et omnia et singula facere et libere exercere in iudicio et extra que ipsi domine B. noverit utilia vel aliquatenus opportuna, et omnia et singula facere que aliquis legitimus mundualdus facere et exercere potest ad ipsius domine commodum et profectum, *vel* ut ipsius domine B. iurium et actionum executio extinguatur. Actum in tali loco, coram talibus testibus, annis etc. Ego talis notarius et cetera.

XL. **Quid sit inventarium.** — *Inventarium est libellus quidam in quo omnia que (per) aliquem sunt (relicta ?) conscribuntur, ut sciatur quid et quantum ea die sit; et scribitur inventarium [contineatur], et dicitur ab* invenio invenis; vel *inventarium est scriptura facta de rebus et iuribus omnibus alicuius, et est dictum inventarium a rebus inventis. Inventarium interdum fit a tutore de bonis pupilli, interdum a curatore de bonis* c. 25. B. *adulti, interdum fit ab herede defuncti. A tutore et curatore sic fit:*

XLI. **De inventario tutoris.** — In nomine Dei eterni amen. Hoc est inventarinm inceptum super rebus et possessionibus B. et C. pupillorum, *vel* R. et L. adultorum filiorum olim Martini (ab) [A. et] I. olim Titii, patruo *vel* avunculo, tutore *vel* curatore ipsorum annis Ihesu Christi a nativitate millesimo ducentesimo quadragesimo, domino papa Gregorio et domino Federico imperatore serenissimo imperante, indictione xi(i)j, tertio idus martii. In primis quidem predictus tutor *vel* curator in hereditate pupillorum *vel* adultorum ipsorum hiusmodi res invenit, scilicet: unam domum cum platea posita post ipsam domum, que domus et platea sunt posite in civitate Aretina in porta Sancti Andree iuxta domum Guilielmini Iohannis, domum Ubertini fabri et viam pnblicam a duobus lateribus; item unam petiam terre vineate positam in tali loco iuxta tales. Item invenit Iohannem Petri debere predictis pupillis *vel* adultis XL libras denariorum pisanorum pro quadam petia terre aratorie posita in tali loco, [iuxta] quam predictus Iohannes a Martino olim predicto, patre predictorum pupillorum, *vel* pupillarum emit Item invenit predictos pupillos *vel* adultos debere Farulfo quondam Iohannis X libras denariorum pisanorum ex contractu paterno, nomine sive occasione cuiusdam equi pili bruni quem ab eo emit, ut constat in instrumento manu Guilielmini notarii confecto. Item invenit Petrum Guidonis habere in soccida duos boves et duas vaccas, una quarum habet vitulam, et decem pecudes. Item invenit unum scrineum, unam arcam, unum fulcrum et duo pulvinaria, unam samidam sive imbutum, XX perabsides etc. *Et ita debent scribere notarii omnia debita et omnia credita, mobilia et immobilia ipsorum pupillorum vel adultorum, et primum cariora et postea viliora et minima; et postea debent dicere notarii:* Inceptum *seu* initiatum fuit hoc inventarium in tali loco coram talibus testibus ad hoc vocatis. Item eadem die expletum fuit dictum inventarium. *Et hoc dicas si completum fuit ipsum inventarium ipsa die, vel aliter:* Item eodem anno et eadem indictione tertio kalendas iunii completum fuit hoc inventarium in civitate Aretina in tali loco coram talibus testibus, qui debent huic [contractui] inventario adhiberi. *Si fit inventarium magne hereditatis, debent interesse tres tabularii et quilibet eorum subscribere debet se:* Ego talis notarius predictis omnibus interfui, et hoc inventarium de mandato predicti tutoris *vel* curatoris scripsi et publicavi. *Vel aliter, quando notarius non interfuit omnibus rebus (in) inventario positis,* c. 26. A. *tunc dicet ita:* Ego talis notarius, cum talis tutor assereret coram me hec omnia et singula invenisse in hereditate predictorum pupillorum *vel* adultorum, idem de ipsius tutoris mandato scripsi et publicavi.

XLII. **De inventario instituti heredis.** — *Si autem fiat ab herede, tunc incipie[n]s:* In nomine Dei eterni amen. Hoc est inventarium inceptum super rebus et possessionibus olim Iohannis ab Ugolino quondam ipsius Iohannis anno Ihesu Christi a nativitate millesimo etc. Ego Ugolinus heres institutus a Iohanne quondam patre meo *vel* avunculo *vel* patruo meo *vel* tali, ut in suo testamento manu Rainaldi notarii confecto evidenter apparet, hoc inventarium facere procuravi. In qua quidem hereditate huiusmodi res inveni (*cod.* inventarii): in primis unam domum et cet. *Si vero non sit factum testamentum, sed succedat vel credat se ab intestato succedere, tunc dicet sic:* Ego talis succedens ab intestato *vel* credens *vel* sciens me ab

Source : BIU Cujas

intestato succedere, dubius tamen utrum (hereditas) ipsius lucrosa sit vel damnosa, citatis talibus coheredibus meis et talibus legatariis meis, talibus fideicommissariis et talibus creditoribus presentibus, *vel* citatis non presentibus, hoc inventarium per tabellionem super rebus et possessionibus et iuribus ipsius hereditatis fieri et scribere procuravi, ne inconsulte adeam hereditatem damnosam gravandus ob debita improvisa infra tempus deliberandi mihi a iure permissum. In qua quidem hereditate in primis huiusmodi res inveni: unam domum positam in tali loco iuxta tales etc. *Et nota quod debet perfici inventarium infra XL dies, sed si heredes* (cod. *res*) *non sunt omnes presentes in provincia eadem, datur heredi spatium unius anni ad inventarium perficiendum. Et tenentur tutores et curatores predicti facere inventarium, ne persone sub eorum tutela vel cura constitute suis rebus valeant defraudari. Et nisi faciant inventarium, removeri debent,* (*et*) *ut suspecti in vinculis detineri. Notarius autem qui se subscribet ita dicet:* Ego talis notarius huic inventario complendo, legendo, auscultando et publicando interfui, et cum illud ex originali abreviatura seu rogatione per Ubertum notarium invenerim ac videri(m) fideliter de verbo ad verbum transumptum atque transcriptum, et cum plus nec minus viderim in uno quam in alio contineri, ideo[que] me testem rogatum subscripsi, meumque signum apposui.

XLIII. Carta venditionis tutoris de rebus pupillorum auctoritate potestatis sic fit: — Ego Iohannes olim Petri tutor Leonardi et Ugolini pupillorum, filiorum olim Ildebrandini, auctoritate domini Pandolfi tunc potestatis Aretii et iudiciaria
c. 26. B. cognitione domini Bernardi sui iudicis interveniente, tutorio nomine pro ipsis pupillis vendo do trado et in perpetuum concedo tibi Arnolfo Iohannis stipulanti pro te tuisque heredibus et cui ius tuum dederis in infinitum unam domum et plateam positam post ipsam domum iuris et proprietatis dictorum pupillorum, que domus et platea sunt posite in civitate Aretina in porta Burgi iuxta domum Orlandini fabri, domum Iohannis Petri et via(m) publicam a duobus lateribus, cum superioribus et inferioribus finibus pertinentiis et adiacentiis, acccessibus et egressibus suis usque in viam publicam, cum omnibus supra infra et sub se contentis omnique iure actione usu seu requisitione mihi tutorio nomine [concedo] ex ipsa re competente vel competituro. Et insuper ex causa predicte venditionis tutorio nomine cedo do concedo et mando tibi prefato Arnolfo pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius et actionem utilem directam realem personalem persecutoriam et omnem aliam quod et quam habeo vel predicti pupilli habent vel habuerint vel deinceps habere possunt in ipsa domo et platea a(d)versus omnem personam et locum, constituens te procuratorem in rem tuam ad agendum causandum excipiendum replicandum utiliter et directe; ad habendum tenendum possidendum et quidquid tibi tuisque heredibus deinceps tuo nomine placuerit faciendum; pro pretio L librarum bonorum denariorum pisanorum, quod a te integre recepisse confiteor et non in modicam utilitatem ipsorum pupillorum utiliter expendisse et conversum esse, scilicet Bernardi olim Marini cui predicti pupilli pro debito commisso ab Henrigo olim patre ipsorum pro quadam petia terre vineate, quam predictus Henrigus ab ipso B. emerat, ipsi pupilli dare et solvere tenebantur, ut instrumento manu Gratia notarii confecto evidenter apparet. Et renuntio non numerati non soluti non recepti pretii et in ipsorum pupillorum utilitatem non conversi exceptioni et doli mali, sine causa, et omnibus constitutionibus et exceptionibus et legum auxilio mihi et eis in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam rem me tuo nomine tutorio nomine constituo possidere donec ipsius rei corporalem fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam tua auctoritate concedo. Et promitto huius rei tibi tradere atque dare tutorio nomine vacuam et expeditam possessionem, et possessionem et rem ipsam non tollere non molestare non inquietare sed legitime tutorio nomine omni tempore ab omni persona et loco defendere auctorizare atque disbrigare in iudicio et extra ab initio mote litis et post, sive res ipsa evicta fuerit sive non in totum vel pro parte quicquid de ipsa lite contingat omnibus predictorum pupillorum pigneribus advocatis iudicibus et expensis. Si vero omnia et singula supradicta non observavero vel de iure vel de facto contravenire presumpsero vel si datum c. 27. A. aut factum huic contractui nocens vel nociturum apparuerit, tunc promitto tutorio nomine dictorum pupillorum dare et solvere nomine pene duplum predicti pretii et omnia (damna) et expensas [ac intendere] propter hoc tuo tantum iuramentum vel tuorum heredum vel ius tuum habentis extimanda sine aliqua alia probatione solemni stipulatione tibi spondeo resarcire. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligo tibi tutorio nomine omnia predictorum pupillorum bona presentia et futura et ea me tuo nomine constituo possidere, et pena soluta vel non et dammis et expensis restitutis vel non rato manente contractu. Et insuper principaliter et proprio nomine ex certa scientia et non per aliquem errorem promitto per me meosque heredes et successores tibi predicto Arnolfo ad sensum tui sapientis vel tuorum heredum, prestandis super hoc ab eisdem tunc puberibus corporaliter iuramentis inde ad quindecim dies postquam ego vel aliquis meorum heredum inde fuerimus requisiti, sub pena predicta quam per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere promitto et si contra facerem vel venirem, et pena soluta rato manente contractu.....

XLIV. Carta repudiande vel abstinende hereditatis. — In nomine Dei eterni amen. P. olim Guilielmini confecto legitime inventario super bonis et possessionibus hereditatis Iohannis olim patris sui delate sibi ex testamento suo manu Gulielmini notarii confecto ab eadem abstinuit, cum eam cognoverit sibi esse damnosam, et omne commodum et damnum ipsius penitus repudiavit, coram domino G. potestate Aretii et domino R. eius iudice, ne a creditoribus hereditariis aliquatenus impulsetur vel inquietetur. Actum in tali loco coram talibus testibus, anno Domini etc.

XLV. Carta repudiande hereditatis nullo inventario confecto. — Melliorellus olim Iohannis, credens firmiter hereditatem ipsius esse damnosam, nullo inde inventario confecto infra tempus deliberandi de hoc sibi a iure concessum, ipsam coram domino D. tunc potestate Aretii et domino R. eius iudice renuntians, omnino abstinuit se ab ea et omne damnum et commodum ipsius repudiavit ne a creditoribus hereditariis nullatenus impulsetur vel aliquatenus molestetur. Actum in tali loco, coram talibus testibus, anno Domini etc. Ego talis notarius etc. *Et nota, quod immiscere et abstinere proprie est suorum heredum, adire et repudiare extraneorum. Heredum enim quidem dicuntur necessari* (*ut*) *servi instituti heredes, quidam dicuntur sui et necessaria ut liberi descendentes, et quidam extranei ut qui non sunt in potestate defuncti tempore mortis.*

XLVI. Carta reddite administrationis a tutore vel curatore sic fit: — In nomine Dei eterni amen. Cum tutela *vel* cura talis pupilli vel talis adulti sit pubertate *vel* cura finita, Iohannes olim tutor talis pupilli *vel* curator talium puberum *vel* olim talis furiosi nunc sane mentis existat, coram domino B. tunc potestate Aretii et R. eius iudice predicto adulto *vel* puberi c. 27. B.

Source : BIU Cujas

tali nunc sane mentis *sive* tutele *vel* cure administrationis geste reddid(er)it rationem ut tenebatur, assignans eidem unam petiam terre ab ipso tutore vel curatore emptam nomine ipsius pupilli *vel* adulti et XXV libras den. luc. de melioramento super rebus in inventario scriptis *vel* XX libras den. pis. de peioramento rerum que continentur; et quia predictus pupillus *vel* pubes, *vel* talis olim in inventario furiosus nunc sane mentis, vidit et cognovit sua bona et negotia fore utiliter petractata a tali quondam tutore *vel* curatore suo, asserendo et confitendo rationem administrationis bene ac pure et fideliter plenarie redditam (*cod.* hereditatem) esse de omnibus et singulis rebus ipsius quas administravit et negotiis eiusdem pupilli que gessit nomine vel occasione tutele vel cure predicte; [et] predictus R. ex certa scientia et non per aliquem errorem omni occasione vel exceptione iuris vel facti sive infectionis remota per se suosque heredes refutavit renuntiavit dedit cessit concessit et mandavit et pactum de non ulterius petendo fecit predicto B. olim tutori *vel* curatori suo et G. fideiussori ipsius tutoris pro se et eorum heredibus stipulantibus omne ius et actionem, item petitionem persecutionem, utilia directa realia personalia et aliam quamlibet probationem quam habuit seu deinceps habere posset vel speraret adversus eumdem B. olim tutorem *vel* curatorem suum et ipsum B. fideiussorem ipsius et eorum heredes et eorum bona nomine sive occasione ipsius administrationis tutele *vel* cure *vel* singularum rerum quas administravit et negotiorum ipsius pupilli *vel* adulti *vel* furiosi, et si qua administrare vel gerere debuit et omisit nomine vel occasione ipsius tutele *vel* cure pro aliquibus negotiis gestis seu alio quocumque modo, iure vel causa. Et promisit predictus R. per se suosque heredes ipsis B. et C. pro se suisque heredibus stipulantibus predictam refutationem pactum et omnia et singula supradicta perpetuo firma et rata habere atque tenere, et ipsos B. et C. et eorum heredes et bona deinceps nullatenus molestare inquietare vel perturbare in iudicio et extra de iure vel de facto nomine vel occasione predictorum vel alicuius eorum
c. 28. A. nec contravenire ullo modo vel ingenio bono vel malo et quod non dedit nec fecit aliquod huic contractui nocivum vel nociturum. Quod si non fuerit verum, vel supradictus C. et eius heredes omnia et singula supradicta in omnibus et per omnia et singula non fecerit tenuerit et observaverit vel contra modo aliquo venerit, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere predicto C. olim curatori *vel* tutori suo et B. eius fideiussori pro se et eorum heredibus stipulantibus nomine pene X lib. den. luc. et omnia damna et expensas que et quas prefati B. et C. et eorum heredes vel eorum ius habens dixerit se fecisse vel sustinuisse propter hoc in iudicio et extra, [et] eorum tantum iuramento sine aliqua alia probatione stipulatione solemni spopondit in integrum resarcire. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit eis omnia sua bona presentia et futura, et ea suo (*cod.* sua) nomine precario costituit possidere, et pena soluta rato manente contractu cum pene obligatione et omnium predictorum. Et absolvit predictus R. ipsum B. principalem et C. eius fideiussorem et eorum heredes et bona per stipulationem aquilianam intervenientem, et prorsus eos liberavit per acceptilationem sequentem a predicte administrationis tutele *vel* cure obligatione. *Et si fuerint puberes, iurabunt more minorum. Sed nota quod non videtur quod per refutationis instrumentum superius nominatum tutor et eius fideiussor si(n)t a ratiocinis liberati. Primo quia de hoc minor non locupletatur, cum suum tantum sibi reddatur, et ipse non teneatur nisi de eo quo factus est locupletior; quare de hac refutatione restituetur. Secundo quia iuramentum quod ipse facit non videtur sibi preiudicare pro eo, quod quamquam puberes teneantur contractus super quibus iurant non retractare, hec tamen refutatio non videtur contractus sed distractus et dissolutio eiusdem contractus [super quibus]: unde ad hoc ut ipsa refutatio plenam obtineat firmitatem (et) in nullo pati valeat recidivam, dabitur curator ipsi puberi cui ratio reddite administrationis vel geste tutele tota redditur: et reddita ratione proventuum et expensarum, pubes auctoritate ipsius curatoris et ipse curator cum eo faciet ipsi B. olim tutori et C. eius fideiussori refutationis carta(m) sub hac forma.*

XLVII. Carta reddite administrationis et refutationis tutele vel cure geste. — Cum tutela Iohannis olim Petri sit pubertate finita, *vel* cum cura talis sit ipsa etate finita, B. olim eius tutor *vel* curator rationem administrationis tutele geste *vel* cure ipsi Iohanni *vel* eius tali curatori reddidit in hunc modum, ut ipse B. et eius fideiussor et eorum bona prorsus liberentur et absolva(n)tur. Ostendit ei primo de rebus in- c. 28. B.
ventario contentis superesse talem domum positam in tali loco; item tales terras positas in tali loco; item tales res et tales supellectiles, *a rebus caris incipiendo et descendendo ad minimas et residuas res*, et in expensis et debitis necessariis esse venditas et consumatas hoc modo. In primis dictus dominus B. quandam petiam terre vineate positam in tali loro iuxta tales Iohanni olim Rodulfi pro pretio XXV lib. den. luc. pro debito commisso a Gerardo olim Pandulfi pro quadam (*cod.* quodam) domo in tali loco iuxta tales quam ab eo emit, ut in instrumento manu talis notarii confecto apparet, et residuam pecuniam, scilicet C sol., dedit tali pro indumentis ipsius. *Et sic dicas de aliis rebus consumptis et inventis in inventario quod inde factum sit.* Postea vero consequitur oste(ndere) in XIV annis vel in septem vel V annis quibus ipse tutor vel curator extitit de ceteris bonis et possessionibus ipsius pupilli vel adulti percepisse CC sextarios frumenti et C sextarios hordei vel L sextarios filiginis; item XL sextarios fabarum, item XIV congios boni et puri vini et L congii vini mixti seu aquaticii; item XL libras denariorum pisanorum in summa; quos denarios confitetur se recepisse de fructibus terrarum et possessionum ipsius pupilli vel adulti venditis et perceptis. Unde facta computatione introituum et expensarum, et deductis prius expensis de redditibus et introitibus ipsis, decem congii vini, X sextarii frumenti, unus sextarius salis, item X libre denariorum pisanorum; que quidem omnia et singula supradicta, que ab expensis supersunt ipsi L. et B. eius curatori reassignavit, integre restituit et dimisit eisdem coram me notario et testibus infrascriptis. Qua quidem ratione ab ipso T. olim tutore *vel* curatore ipsius L. sic diligenter facta reddita et recepta, et quia predictus L. pubes et B. curator ipsius viderit et cognoverit administrationem et omnia negotia rerum suarum ipsius L. puberis esse bene ac utiliter pertractata ab ipso G. olim tutore *vel* curatore suo, asserentes et confitentes rationem administrationis bene pure plenarie ac fideliter redditam esse de omnibus et singulis rebus quas administravit et negotiis ipsius que gessit nomine vel occasione tutele vel cure predicte; ideo predictus B. cura- c. 29. A.
tor curatorio nomine et B. pubes ipsius curatoris auctoritate ex certa scientia et non per aliquem errorem, omni occasione et exceptione iuris vel facti sive intentionis remota, per se suosque heredes refutaverunt renuntiaverunt dederunt cesserunt concesserunt mandaverunt et pactum de non ulterius petendo fecerunt ipsi B. olim curatori ipsius L. et R. eius fideiussori et eorum heredibus omnia iura et actiones, item petitionem et persecutionem, utilia et directa realia et personalia (et *sic*) *per omnia usque ad finem ut continetur supra proximo instrumento refutationis. Et si fuerint minores, L. minor* (*et N.*) *iurabunt more minorum.*

Source : BIU Cujas

XLVIII. **Sequitur de mandato.** — *Mandatum nihil aliud est quam officium susceptum gratis consumandum. Mandatum est suscipere cuilibet liberum, est susceptum autem consumandum. Et ille cui fit mandatum dicitur mandatarius et procurator: est enim procurator is qui aliena negotia mandato domini gratuito administrat. Et si negotium alicuius geratur sine mandato domini, dicitur gestio seu administratio; et est gestor negotiorum qui absentis ignorantis et non mandantis negotia gerit; et iste quotienscumque contrahit vel quasi in rebus alterius quas administrat totiens de rato cavebit. Procuratorum alius simplex vel gerens negotium alienum, et procurator de calumnia iurare non potest; alius in rem suam, et iste iuramentum calumnie potest facere. Item procurator alius specialis, alius generalis et alius universalis. Specialis procurator dicitur qui fit ad aliquod vel aliqua negotia gerenda. Generalis quidem dicitur qui fit ad omnia; et iste dicitur procurator totorum bonorum. Universalis est ille qui constituitur ad gerenda negotia universa hereditaria, et ille dicitur procurator universorum negotiorum. Constituitur in absentia et in presentia, pure, in diem, et ad unum negotium et ad plura; et constituens et constitutus debent esse maiores XXV annis; et unus et plures procuratores et qui(li)bet eorum in solidum ad aliquam causam constitui possunt.*

XLIX. **Abbreviatura instrumenti procurationis sic fit, vel carta generalis procurationis:** — Bernardus olim Petri fecit constituit ordinavit atque creavit G. olim Iohannis absentem suum procuratorem et sufficientem responsalem in causa quam habet *vel* habere sperat *seu* habere credit cum Iohanne olim U. coram domino G. Aretine plebis canonico et iudice a sede apostolica delegato. Item fecit constituit ordinavit atque creavit
c. 29. B. ipsum G. suum procuratorem et sufficientem responsalem in causa quam idem B. habet *vel* habere sperat cum quibuscumque aliis hominibus clericis et laicis, coram quibuscumque iudicibus uno vel pluribus delegatis, subdelegatis et extraordinariis, ut predictus procurator possit (pro)ponere exceptiones, terminum vel terminos postulare, recipere libellum, vel libellos exigere, recipere ac dare, litem contestari, confessiones facere et adverse partis confessionibus respondere, testes inducere et adverse partis testes et dicta testium reprobare, agere, causari, excipere, replicare et experiri, sententiam vel sententias audire et ipsas executioni mandare, appellare si opus fuerit, omnia et singula facere et libere exercere que natura ipsius cause sive ipsarum causarum desiderat. Et promisit predictus B firmum et ratum habere atque tenere quicquid predictus G. procuratur fecerit super predictis vel de aliquo predictorum et non contravenire aliqua occasione vel exceptione. Factum fuit hoc procurationis instrumentum in tali loco, coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis. Ego talis notarius huic instromento procurationis interfui et cet.

L. **Carta procurationis in curia domini pape.** — In nomine Dei eterni amen. Iohannes Leonardi fecit constituit ordinavit atque creavit Nerbottum olim Sergi presentem et B. Pandolfini presentem et recipientem et quemlibet eorum in solidum suos nuntios et procuratores in curia domini pape in causa quam habet idem Iohannes *vel* habere sperat cum G. Iohannis et cum quibuscumque aliis clericis vel laicis ad literas impetrandum et (contradicendum) adversariis ipsi(us) Iohannis, ad iudices (pro)ponendos eligendos recusandos et de ipsis concordandum, et ad alium procuratorem seu procuratores super hoc constituendos. Et promisit predictus Iohannes firmum et ratum habere atque tenere quicquid predicti procuratores vel alter eorum fecerit de predictis et non contravenire. Factum fuit hoc procurationis instrumentum in tali loco coram talibus testibus anno Domini et cet.

LI. **Breviatura instrumenti procurationis sic fit:** — Tali die et loco et talibus presentibus Bernardus olim Petri fecit constituit ordinavit atque creavit Iohannem olim Iacobi suum procuratorem et sufficientem responsalem in causa quam habet *vel* habere sperat cum Iohanne Grimaldi coram domino G. Aretine plebis canonico domini pape iudice delegato et generaliter fecit et constituit ipsum G. suum procuratorem in omnibus et singulis aliis causis quas habet *vel* habere sperat cum quibuscumque aliis hominibus clericis et laicis uno vel pluribus coram quibuscumque iudicibus delegatis extraordinariis, ut c. 30. A. dictus procurator possit agere causari excipere replicare et experiri et sententiam audire, appellare si opus fuerit et omnia et singula facere que aliquis legitimus procurator facere potest, (et) promisit firmum ac ratum habere quicquid predictus procurator fecerit de predictis.

LII. **Instrumentum syndicatus sic fit:** — In nomine Dei eterni D. tunc potestas Dei gratia Aretii in publicatione *vel* in arengo *vel* in consilio generali *vel* speciali congregato more solito ad sonitum campane et tube in palatio communitatis *vel* in tali loco de communi voluntate ac consensu omnium consiliariorum ipsius consilii, nulloque ibidem adstante contradicente, vice ac nomine ipsius communitatis ac universitatis hominum civitatis eiusdem; et ipsi consiliarii simul cum potestate prefata fecerunt constituerunt ordinaverunt ac creavernnt B. P. ibi presentem ecrum (et) dicte communitatis ac universitatis syndicum actorem procuratorem ac sufficientem responsalem in causa quam predictum commune et universitas ipsius communis et idem potestas nomine ipsius communitatis habent *vel* habere sperant cum communitate civitatis Perusinorum vel eorum syndico coram domino P. episcopo Castellano et domini pape iudice delegato et cet. *ut supra in instrumento procurationis usque ad finem.* Et promiserunt potestas et consiliarii supra dicti firmum et ratum habere et cet.

LIII. **Quid sit yconomus. Carta yconomatus.** — Dominus Ugo abbas monasterii Sancte Flore presentibus et consentientibus fratribus A. B. C. D. et verbum danubiis (et verbo dato super hiis?) expresse fecit constituit et ordinavit Iohannem ipsius monasterii conversum ad omnia et singula ipsius monnsterii gerenda, ut dictus yconomus possit res et possessiones ipsius monasterii locare et dislocare, decimas et primitias ad ipsum monasterium pertinentes exigere, ac colligere enxenia ficta prestationes, opera servitia datia et collectas imponere et recolligere, et omnia et singula facere et libere exercere que aliquis yconomus legitimus facere et exercere potest. Et promisit pro se suisque successoribus fratribus et conversis firmum et ratum habere atque tenere quicquid predictus yconomus super predictis seu de predictis vel de aliquo predictorum. (fecerit). Qui yconomus corporaliter tactis sacrosantis Dei evan- c. 30 B. geliis ibidem incontinenti iuravit, et promisit ipsi domino abbati pro se suisque fratribus et conversis ac successoribus stipulanti predictum officium yconomatus et omnia et singula supradicta gerere et facere et exercere bona fide sine fraude et sine aliquo subtractu custodire ac salvare (res ipsius monasterii). Factum fuit hoc instrumentum yconomatus in tali loco coram talibus testibus anno Ihesu Christi a nativitate millesimo et cet. — Item eodem die actum in tali loco coram talibus testibus. Dominus Marcellinus Dei gratia episcopus Aretinus predicto yconomatui sibi lecto ac intellecto suam et ecclesie Aretine auctoritatem interposuit atque decretum. Ego talis notarius supradictis interfui et ut supra legitur rogatus scripsi et publicavi.

Source : BIU Cujas

Et sub simili forma fit instrumentum castaldiatus a clericis, secularibus et nobilibus viris, excepto consensu episcopi. Differt autem yconomus a syndico in tribus: primo quia syndicus constituitur ad negotia cuiusque universitatis, yconomus ad ecclesiastica tantum et a pluribus clericis; secundo quia yconomus de rebus ecclesie et de aliis quibuscumque; tertio quia yconomus cum auctoritate episcopi, si ecclesia vel monasterium sit sub potestate episcopi, syndicus vero sine auctoritate episcopi. Et dicitur yconomus ab icona *quod est imago, et* noma *quod est regula: inde* yconomus *idest* imaginem regularem servans. *Episcopi vero, priores et abbates constituunt universi syndicum et actorem. Syndicus enim a pluribus tantum constituitur,* actor *vero ab uno et pluribus, et dicitur* syndicus (*quasi*) singulorum dicens causas.

LIV. Instrumentum venditionis ecclesie. — Cum ego donnus Iohannes abbas monasterii Campilionis nomine ipsius monasterii debitorum onere nimium aggravarer constitutorum sub usuris maximis commissis Leoni quondam Iohannis aliisque creditoribus, pro incumbenti necessitate et evidenti utilitate ipsius monasterii pro edificatione et constructione cuiusdam molendini eiusdem monasterii positi in Arno et pro emptione cuiusdam petie terre vineate que est XL stariorum ad tabulam posite in tali loco iuxta tales; nec ad presens sunt ipsi monasterio
c. 31. A. res mobiles vel immobiles viliores solutioni tanti debiti competentes, deliberatione habita diligenter in capitulo de vilioribus possessionibus pro solutione ipsius debiti distrahendis proviso etiam de viliori damno, et quod utilius erat res et fructus infrascriptos vendere quam retinere, ne usuris crescentibus ipsum monasterium et ecclesia in facultatibus amplius laberetur: rebus tamen et fructibus infrascriptis multis diebus secundum iuris ordinem expositis ad vendendum, nec invento aliquo alio qui plus offerret quam Leo emptor infrascriptus; ideo ego prefatus donnus Iohannes abbas ipsius monasterii de consensu et voluntate fratrum meorum, scilicet domni Iohannis camerarii, domni Uberti sacriste, domni Ugonis et domni Leonardi monachorum, B. et C. et D. conversorum, per me meosque successores vendo do et trado et ad proprium in perpetuum concedo tibi Bernardo condam Petri pro te tuisque heredibus stipulanti et ius tuum habenti usque ad decem annos proxime complendos seu completos totum usumfructum, seu ususfructus omnes qui erunt et quos poteris per te et heredes tuos et quocumque modo percipere et habere ad dictum tempus de petiis et terris infrascriptis et vineis, ad habendum tenendum in perpetuum ipsos fructus et ut possis infra dictum tempus et in dicto tempore easdem terras (et) possessiones colere laborare possidere tenere usufructare, et in ipsis terris in quacumque parte volueris domum constituere et edificare et ipsam domum colere inhabitare tenere ac possidere et superficiem seu edificium ipsius domus cuicumque tu et heredes tui volueris vendere, et de ipsis terris infra dictum tempus facere quicquid tibi placuerit sine omni molestia repetitione seu contradictione, et omne id existens in eisdem terris possis etiam usufructare. Que quidem terre posite sunt in curia et districtu talis loci: de quibus est una petia terre vineate que est posita *da Ripamagio* iuxta terram Iohannis Petri, terram Berardi et terram Guidonis et iuxta viam pubblicam; item in eodem loco est una petia terre aratorie posita in tali loco iuxta tales et cet. Item ex causa predicta nomine predicti monasterii cedo concedo et mando tibi omne ius actionemque utilem, directam realem
c. 31. B. personalem persecutoriam mediam sive mixtam et omnen aliam quod et quas predictum monasterium et ipsa ecclesia habet vel habere videtur in dictis et pro predictis terris vel earum occasione usque ad dictum tempus, constituens te procuratorem in rem tuam ut possis agere causari excipere replicare et experiri adversus omnem personam et locum, et omnia et singula facere et libere exercere utiliter vel directe que aliquis facere vel exercere posset nomine ipsius ecclesie seu monasterii, si hec venditio non fieret. Et do tibi licentiam tua auctoritate adipiscendi corporalem possessionem ipsarum terrarum deinceps quandocumque tibi placuerit, et laborandi, colendi tenendi possidendi terras ipsas et usufructandi easdem, recoligendi et habendi fructus ipsarum terrarum usque ad tempus predictum: et ea tuo nomine constituo possidere donec ipsarum rerum corporaliter fueris adeptus possessionem, et insuper promitto tibi ipsam possessionem et res ipsas dare et tradere liberas vacuas et expeditas [possessiones]; pro pretio C. lib. bonorum den. luc., quod pro hac venditione et concessione nomine dicti monasterii confiteor in integrum recepisse, quod dedi et solvi prefato Leonardo creditori ipsius ecclesie seu monasterii. Et promitto per me meosque successores auctoritate ac nomine monasterii supradicti stipulatione solemni tibi pro te tuisque heredibus stipulanti predictos fructus et terras et quicquid ex ipsis terris perceptum fuerit legittime meis et ipsius monasterii expensis pigneribus et advocatis semper defendere auctorizare ac disbrigare ab omni persona et loco statim lite mota et postea quicquid de ipsa lite contingat, sive res ipse et fructus ipsarum terrarum in totum vel pro parte fuerint evicti sive non recuperati[s] vel non in agendo et defendendo infra dictum tempus, nec minuere nec ullo modo inquietare nec aliquam litem iuris vel facti inde facere vel movere nec aliquam occasionem exceptionem opponere, et te et quamlibet personam pro te mittere sinvere pacifice et quiete uti et frui predictis terris et eas usufructare ad tuum beneplacitum et utilitatem. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, aut erit contra predicta vel aliquod predictorum ventum vel venire presumptum aut si apparuerit datum aut factum aliquid nocens vel nociturum huic contractui, tunc per me meosque successores nomine monasterii antefati (*cod.* aut facti) promitto tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene duplum supradicti pretii et ipsam penam totam in singulis capitulis supradictis in solidum commitendo et exigendo, quotiescumque fuerit contra ventum vel venire presumptum, et omnia damna et expensas ac interesse in integrum resarcire, sicut propter hoc dixeris te fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra tuo tantum iuramento vel tui heredes vel qui ius tuum habuerit dixerint suo, sine testibus iudicis taxatione et alia qualibet probatione, stipulatione solemni spondeo in integrum resarcire. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis et faciendis et pena, si commissa fuerit, obligo tibi et tuis heredibus dominium et proprietatem ipsarum terrarum, redditus et proventus ipsius monasterii et ea iure pignoris seu hypothece tibi et tuis heredibus concedo, constituens me ipsa omnia et singula tuo nomine precario possidere, et renuntio pretii non numerati non habiti et non recepti exceptioni et non conversi in utilitatem predicti monasterii et iuri, si quid est, quod me et successores meos seu predictum monasterium (*cod.* predictorum monasterii) liberaret vel absolveret vel in aliquo sublevaret a pena predicta in totum vel pro parte sive ipso iure vel per aliquam exceptionem iuris canonici vel civilis, iuris auxilio mihi et successoribus meis et ipsi monasterio patrocinanti specialiter aut in genere. Et pena soluta vel non, et damnis et expensis restitutis vel non nihilominus promitto predicta omnia et singula firma et rata habere atque tenere, observare et adimplere cum pene obbligatione et omnium predictorum et singulorum. Ad hec Iohannes Petri de precibus et mandato ipsius domini abbatis, ex certa scientia et non per aliquem errorem sciens se non teneri, constituit se
c. 32. A.

Source : BIU Cujas

principalem debitorem et pagatorem circa omnia et singula supradicta et promisit eadem omnia et singula et in omnem causam ut predictus dominus abbas; et pro predictis omnibus et singulis supradictis observandis inviolabiter obligavit se et sua bona presentia et futura, et ea constituit se ipsius B. nomine possidere. Eodem modo renuntiavit omnibus et singulis beneficiis supradictis et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus, condictioni sine causa, et omni alii legum auxilio et exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Factum fuit hoc venditionis instrumentum in civitate Aretina in tali loco coram talibus testibus anno Ihesu Christi a nativitate millesimo et cet. Ego talis notarius supradicte venditioni interfui, et ut supra legitur rogatus scripsi et publicavi.

c. 32. B. LV. **Abbreviatura venditionis frumenti** — Quarto nonas maii actum in civitate Aretina in platea communitatis coram talibus testibus. B. olim M. per se suosque heredes vendidit et deferre ac dare promisit Ugolino olim Petri pro se suisque heredibus stipulanti et ius suum sive causam habenti in civitate Aretina ad domum ipsius C sextarios boni et pulcri frumenti hinc ad quatuor estates proximas ad legittimum sextarium tunc de Aretio venalem ad rasum, solvendo annuatim quartam partem, scilicet XXV sextarios de ipso frumento, pro pretio X lib. bon. den. luc. quod confessus est recepisse. Et si dictum frumentum tunc pluris esset, ei donavit inrevocabiliter inter vivos, renuntians et cet. sub pena x. sextariorum frumenti in quolibet termino ab eisdem promissa si contraveniret, et damna et expensas in iudicio et extra reficere promisit, et obligavit ei omnia sua bona presentia et futura et ea pro eo constituit possidere: que bona promisit non tollere sed legitime defendere sub pena dupli dictorum bonorum renuntians etc. et pena soluta rato manente contractu.

LVI. **Instrumentum predicte abbreviature.** — In nomine Dei eterni amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quadragesimo (primo) domino papa Gregorio et domino Friderigo imperatore cum ecclesia in discordia permanente, indictione xiv[a] quarto decimo kalendas maii. Iohannes olim G. per se suosque heredes vendidit et dare et deferre promisit U. olim Petri pro se suisque heredibus stipulanti et ius sive causam eius habenti in civitate Aretina ante domum ipsius G. sextarios boni et pulcri frumenti ad legitimum sextarium Aretinum tunc venalem rasoria ducta per totum vel ad quemlibet cum duabus gemellis pro gionta: de quo frumento predictus I. promisit dare ac solvere per totum mensem augusti xxv sextarios, et residuum frumentum in tribus estatibus subsequentibus annuatim per totum mensem augusti quartam partem pro pretio X lib. bonorum den. r. (pi?), quod predictus B. ab ipso U. in veritate in presenti confessus est recepisse et penes ipsum numeratum ac solutum esse; et quicquid predictum frumentum pluris vel maioris pretii esset sibi donavit irrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem ab eo recepto, renuntians non numerati non soluti pretii et meriti non iusti exceptioni et doli mali, condictioni indebiti, sine causa, in factum subsidiarie et privilegio fori, (ita)
c. 33. A. quod eundem I. et eius heredes possit convenire ubicumque voluerit, nullo capitulo civitatum castrorum vel villarum obstante. Quod si ut dictum est predictus I. non fecerit et non observaverit vel contra venerit, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti in quolibet seu pro quolibet termino plus nomine pene v. sextarios frumenti; et omnia damna et expensas ac interesse litis que propter hoc predictus U. vel eius heredes vel qui ius habuerit ab aliquo eorum dixerit se fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra eorum tantum iuramento sine aliqua alia probatione reficere promisit. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis et adimplendis obligavit ei pigneri[s] vel hypothece omnia bona sua presentia et futura, et ea suo nomine precario constituit possidere, ut liceat eidem U. et suis heredibus a die conditionis existentis deinceps ipsorum bonorum possessionem ingredi et ipsis bonis uti et frui et ea alteri vendere, pignorare et apud se pro iusto pretio retinere et omnibus alienationibus et venditionibus consentire et ipsas firmas et ratas habere sub pena dupli dictorum bonorum, quam sibi dare et solvere promisit si contra faceret vel veniret, et pena soluta vel non rato manente contractu cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorom suorum. Ad hec U. olim Petri de precibus et mandato ipsius Iohannis et fideiussorio nomine pro eodem circa omnia et singula supradicta, scilicet sortem penam damna et expensas et omnem causam ipsi U. fideiussit, et eodem modo obligavit eidem U. omnia sua bona presentia et futura et renuntiavit omnibus quibus predictus principalis. Et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus et omni alii legum auxilio et exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Actum in tali loco coram talibus testibus et etc. Ego talis notarius, etc.

LVII. **Carta venditionis libri vel cuiuscumque rei mobilis.** — Iohannes Rodulfi per se suosque heredes vendidit domino Ildebrandino quondam Guidonis pro se suisque heredibus stipulanti unum Codicem sui iuris et proprietatis scriptum in cartis edinis de bona et publica scriptura et bene formata et mediocriter crossa, qui est XXVII quaternorum, et duo folia sunt in fine ipsius libri non scripta, cum litteris aureis in capite cuiuslibet libri, apparatu[m] per totum, atque closarum apparatu domini Accursi; cum omni iure usu seu requi- c. 33. B.
sitione in eo vel pro eo sibi competente vel competituro, ad habendum tenendum possidendum et quidquid sibi suisque heredibus deinceps placuerit faciendum, pro pretio XL lib. den luc. quod ab eo confessus est recepisse et sibi numeratum ac solutum esse, renuntians non numerati non soluti et non recepti pretii exceptioni, privilegio fori et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Possessionem cuius libri predictus Iohannes ipsi domino Ildebrandino pro se suisque heredibus stipulanti de vitio et evictione ipsius libri secundum usum et consuetudinem Aretine civitatis, et omnia damna et expensas ac interesse litis suo tantum iuramento, sine aliqua alia (prob)atione reficere promisit; et obligavit omnia sua bona ei presentia et futura et ea prefatus Iohannes nomine ipsius Ildebrandini constituit possidere et pena soluta vel non nihilominus predicta omnia et singula firma et rata habere atque tenere promisit, renuntians non numerati non soluti et non recepti pretii exceptioni, beneficio fori, scolastico privilegio, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone competenti. Ad hec Grimaldus olim Guidonis de ipsius Iohannis precibus et mandato ad cuncta omnia et singula supradicta constituit se principalem debitorem et pagatorem ipsi domino I. ut principalis debitor, et promisit (indemnem) ipsum dominum I. conservaturum et eius heredes de omnibus et singulis supradictis sub pena predicta, et ea soluta vel non nibilominus omnia et singula supradicta observare ac firma tenere promisit, et renuntiavit omnibus et singulis beneficiis supradictis et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone competenti. Actum in tali loco et cet.

Source : BIU Cujas

LVIII. **Carta venditionis equi et aliorum animalium.** — Iohannes olim Petri per se suosque heredes vendidit G. olim I. pro se suisque heredibus stipulanti unum equum destrarium balzanum in fronte sui iuris et proprietatis, cum freno habente habenas rubeas et sella sculpta seu depicta ad aurum et azurrum, cum omni iure actione usu seu requisitione sibi ex dicto dextrario competente vel competituro ad habendum, tenendum, possidendum et qui cuid sibi suisque heredibus deinceps placuerit faciendum, pro pretio L librarum den. pis. quod ab eo confessus est recepisse. Quem equum dictus venditor per frenum capiens eidem emptori tradidit coram me notario et testibus infrascriptis, et promisit dictus venditor per se suosque heredes ipsi I. emptori pro se suisque heredibus stipulanti predictum equm cum predicto suo ornamento, scilicet freno et sella predictis, non tollere non molestare sed legitime defendere ab omni persona et loco in iudicio et extra omnibus suis expensis pigneribus et advocatis. Quod si ut dictum est non fecerit predictus I et non observaverit vel contravenerit, tunc per se suosque heredes dare et solvere nomine pene duplum dicti pretii et omnia damna et expensas ac interesse litis eiusdem tantum iuramento extimanda reficere promisit, et obligavit ei omnia sua bona presentia et futura et ea suo nomine possidere constituit et pena soluta vel non rato manente contractu, renuntians non numerati, non soluti, non recepti pretii exceptioni, et doli mali, condictioni indebiti et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem.

c. 34. A

LIX. **Rubrica de servitutibus.** — *Servitus proprie dicitur ius vel commoditas quod vel quam quis habet in re aliena.*

LX. **Sequitur de servitutibus.** — *Servitutum alie sunt reales et alie personales. Reales sunt quas quis habet (ob pem) nemo enim servitutes istas reales potest debere non habens predium sive rem in qua ipsas det et nemo potest ipsas acquirere vel habere non habens predium sive rem in qua et pro qua ipsas recipiat. Harum itaque realium servitutum alie dicuntur rustice, alie urbane. Rustice dicuntur que habentur in terris et vineis et rebus immobilibus alienis sive edificiis, sive sint in civitate sive extra, ut sunt iter, actus, via, aqueductus, ius calcis coquende, arene fodiende, pecorum pascendorum, haustus aque, fornacis faciende in aliena re et similes. Urbane sunt que habentur in domibus et edificiis alienis, tam in civitate quam extra, ut ius retinendi ligna, vel edificandi in muro vel domo vel in pariete vicini, item pluere super domum alterius vel in androna seu curia, item non elevare ipsam ulterius et similes. Est autem iter ius eundi per campum vel vineam alterius ad suam et eques et pedes et solus et cum socio, scilicet non ducendi currum vel*
c. 34. B. *bestiam vel aliud ante se. Actus est ius eundi per campum ut dictum est et ducendi currum et bestiam et aliud quodcumque. Via est ius eundi et ducendi predicto modo. Unde via continet in se iter et actum, sicut actus in se continet iter, et non solum per illud spatium quod res possit duci, sed per octo pedes per amplum et XVI per longum. Aqueductus est ius ducendi aquam per fundum alterius et alienam per suum. Et de istis servitutibus tam rusticis quam urbanis fiunt quattuor diverse carte: una quando aliquis dat alii aliquam de istis et hec datio fit sex modis, scilicet vendendo permutando in solutum dando in dotem dando et donando; et alia est quando aliquis promittit alii non elevare domum suam de tali altitudine in qua nunc est vel non facere sedile a tali parte vel non plantare in tali loco aliquid vel tale quid non facere. Carta vero dationis servitutum sic fit.*

LXI. **Carta venditionis servitutum.** — In nomine Dei eterni amen. Tiberius olim Iohannis per se suosque heredes vendidit dedit cessit concessit ac mandavit Bernardo condam Petri pro se suisque heredibus stipulanti in perpetuum iter in campo *vel* in vinea ipsius T. posita in tali loco qui dicitur *Ripamagio*, cui a primo latere possidet talis, a sero talis, a tertio et a quarto adest via publica et si qui alii sunt confines; ita quod ipse B. et eius heredes et cui ipsius eorum dederint in perpetuum per ipsam vineam sive campum sine ipsius Tiberii contradictione undecumque quandocumque qualiterunque et quotiescumque per ipsum campum seu vineam libere solus et cum socio ire ac redire valeat et eques et pedes, et omnia et singula facere et libere exercere que ad ipsum iter pertine(n)t vel pertinere vide(n)tur; pro pretio L lib. bonorum den. pis., quod dictus T. in veritate et non spe future enumerationis in presenti sibi numeratum traditum ac solutum esse confessus (est). Quod iter et quam servitutem predictus T. constituit se quasi possidere nomine ipsius T. (*corr.* B) donec quasi possessionem ipsius servitutis fuerit adeptus; quam adipiscendi et retinendi licentiam perpetuo sua auctoritate omnimodam contulit atque dedit. Et promisit predictus T. per se suosque heredes ipsi Bernardo pro se suisque heredibus stipulanti ipsum iter seu ipsam servitutem non tollere non molestare non inquietare, sed legitime omni tempore ab omni persona et loco ac universitate defendere auctorizare ac disbrigare. Quod si ut dictum est non fecerit vel contravenerit, promisit predictus T. per se suosque heredes ipsi B. pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene duplum dicti pretii; et omnia damna et expensas ac interesse litis suo tantum iuramento existimanda reficere solemni stipulatione promisit. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis etc.

c. 35. A.

LXII. **Carta venditionis actus.** — Iohannes olim Petri per se suosque heredes vendidit P. G. pro se suisque heredibus stipulanti actum in agro seu campo ipsius Iohannis posito in tali loco iuxta tales, ut predictus P. et eius heredes in perpetuum per ipsum campum ipsius Iohannis sine eiusdem Iohannis et eius heredum contradictione sive molestia undecumque et qualitercumque ac quotiescumque voluerint per ipsum campum ire valeant et redire eques et pedes cum asinis et iumentis [et] sive oneratis (sive non) et ducere ac reducere vehiculum atque currum oneratum et exoneratum, et omnia et singula facere ac libere exercere que ad ipsum actum pertinent vel pertinere videntur; pro pretio X lib. et cet. *ut supra proximo instrumento itineris Et sic dices de via et de aqueductu et de aliis servitutibus; sed in via adde* per amplum per octo pedes et XVI per longum; *in aqueductu adde et dices* habere ducere aquam et reducere illius campi per suum, vel aquam sui campi seu agri totam vel pro parte per campum illius. *In aliis servitutibus predictis* vendidit, dedit, cessit, concessit atque mandavit tali servitute(m) et ius arene fodiende in campo, et de campo suo posito in tali loco iuxta tales, ita quod ipse et eius heredes et cui dederit ipsam arenam undecumque et qualitercumque et quandocumque et quotiescumque in dicto et de ipso campo fodere et exportare, et singula facere et exercere que ad ipsam arenam fodiendam et exportandam pertinent vel pertinere videntur et cet. *ut supra*; *et sic de aliis servitutibus secundum qualitatem negotii cuiuscumque. Et dantur iste servitutes sex modis, vendendo, permutando, in solutum dando, in dotem dando et d(on)ando; et refutantur, ceduntur et in ultimis voluntatibus relinquuntur. Et nota quod personales servitutes sunt tres, scilicet usufructus, usus, et habitatio, et dantur supradictis sex modis.*

LXIII. **Sequitur de matrimonio.** — *Nuptie et matrimonium est viri et mulieris coniunctio, individuam vite consuetudinem*

Source : BIU Cujas

c. 35. B. *continens, et divini et humani iuris communicatio*; vel *matrimonium est viri cum muliere legitima solemnitas ac individue coniungendi voluntas. De matrimonio quidem fiunt interdum plures solemnitates secundum varias ac diversas consuetudines terrarum, quia prius mulier providetur, postea fiunt sponsalia, et ista sponsalia quandoque scribuntur quandoque non. Constituta die congregantur propinqui et amici viri et mulieris, et tunc ibi erit notarius qui diligenter querat de dote, quanta et que sit ipsa dos, et si vir penes se habeat ipsam dotem et vocet se quietum de ipsa. Et si dixerit* (non), *faciat ipsi viro cartam promissionis dotis, et sibi dari faciat idoneum fideiussorem vel fideiussores. Postea notarius inquirat a presentibus qui sunt ibi si sciunt aliquod esse impedimentum consanguinitatis vel alterius modi, per quod de iure matrimonium inter contrahentes stare non possit, licet in pluribus terris hoc non oporteat fieri, quia dicitur publice intra missarum solemnia a rectoribus ecclesiarum. Et postea queratur a sponso qua lege vivat; et si dixerit longobarda, faciet sponse vel fratri vel patri vel mundualdo ipsius pro ea recipienti donationis instrumentum quarte partis bonorum eiusdem sponsi presentium et futurorum. Cum sit romana tantundem cum pacto et expromissioni, quo pacto equalitas observetur, quia dos et donatio secundum legem romanam equis passibus ambulant. Postea vero per verba de presenti matrimonium contrahatur in hunc modum. Queratur primo a sponso si vult dominam B. filiam talis ibi presentem in suam legitimam uxorem. Qui respondere debet* sic. *Deinde queratur a sponsa si vult talem ibi presentem in suum virum. Quo facto, genitor ipsius mulieris vel eius legitimus mundualdus extrahendo ipsam de suo mundio et potestate* [et] *mittat ipsam in mundium et potestatem viri sui, et tunc vir eius habeat annulum preparatum et mittat ipsum in manus dextere ipsius mulieris digitum annularem; et tunc pater vel eius legitimus mundualdus extrahat ipsam de suo mundio et potestate et mittat eam in mundium et potestatem viri sui, si ipse confessus fuerit se lege vivere longobarda. Alias vero non oportet, et per mundium mulier ipsa non intromittatur in potestatem viri sui, (et) nullum ius habet vir eius in dotibus sue uxoris, quia dicitur*

c. 36. A. *ipsius mulieris legitimus heres qui per mundium suam fecit.*

LXIV. **Carta sponsaliorum.** — Iohannes olim Petri ex certa scientia et non per aliquem errorem sciens se non teneri, et sive teneri sive non volens tamen ad omnia et singula infrascripta obligari componere adstringi atque teneri et quod de iure sortiantur effectum nulla occasione vel exceptione iuris vel facti obstante, solemni stipulatione interposita promisit usque ad kalendas iunii proximas Petro quondam Iohannis stipulanti [et] accipere Bertam filiam ipsius Petri in suam uxorem et facere ipsi B. coniugi future (instrumentum) sive cartam donationis quarte partis omnium bonorum suorum presentium et futurorum, et quod ipsam uxorem suam tenebit pro uxore sua legitima et maritali affectione pertractabit eamdem. Et ipse P. promisit ipsi Iohanni stipulanti se ita facturum et curaturum quod ipsa B. filia sua accipiet usque ad ipsum terminum ipsum Iohannem in suum maritum, et quod ipsum pro suo marito legitimo retinebit et maritali affectu pertractabit eumdem. (Et) promisit predictus P. in dicto termino se daturum et soluturum ipsi Iohanni nomine dotis et pro dote pro ipsa B. filia sua et futura coniuge ipsius Iohannis CL lib. bonorum de. r. rinte denarios et bonas numatas, scilicet C lib. in denariis et L in bonis deratis. Et hec omnia et singula supradicta predictus Iohannes et Petrus promiserunt invicem attendere et observare, facere et adimplere et non contravenire de iure vel de facto, et aliqua occasione vel exceptione. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel ita non fuerit verum, vel in aliquo fuerit contraventum vel venire presumptum, tunc promisit dare et solvere ille qui predicta non observaret alteri predictorum predicta servanti nomine arrarum XXV lib. den. r. *Vel aliter Pro* ipso matrimonio et (pro) his omnibus supradictis singulis observandis inviolabiliter ac complendis obligavit dedit et tradidit predictus P. ipsi Iohanni pro arris et nomine arrarum sponsalium unum coretum de mallia sutili et spissa cum manicis fere usque manus extimatam X lib. den. pi. Et predictus Iohannes obligavit et dedit simili modo pro arris et nomine arrarum ipsi Petro unum par pellium coniculorum cohopertarum de viride herba extimatarum (*cod.* extractarum) X lib. eo[run]dem pacto et conditione appositis, ut quicumque ipsorum non compleverit et observaverit supradicta arras supradictas amittat et alteri acquirantur omnino, et omnia damna et expensas ob (hoc) facta et facienda in iudicio et extra promisit ille qui predicta c. 96. B.
non observaverit alteri predicta servanti et in fide stanti in integrum reficere sic(ut) suo tantum iuramento dixerit sine alia probatione. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit alter alteri omnia eorum bona presentia et futura et ea unus pro altero constituit possidere. Et renuntiaverunt predicti non factarum promissionum et obligationum exceptioni, doli mali, condictioni indebiti, sine causa, in factum subsidiarie etc. Actum in tali loco et cet.

LXV. **Protocollum promissionis dotis.** — Decimo kalendas martii actum in castro Bertinori ante domum Iohannis Farolfi, coram Iohanne Bernardi, U. Petri et aliis testibus. P. olim Iohannis per se suosque heredes dare et solvere promisit U. quondam U. pro se suisque heredibus stipulanti nomine dotis et pro dote pro B. filia dicti P. et coniuge futura ipsius U. CL lib. bon. den. pis. inter denarios et bonas nummatas: de quibus C lib. predictus P. promisit dare et solvere ipsi U. L. lib. in bonis nummatis, (*et*) ariedo usque ad kal. proximas, C lib. in denariis usque ad kalendas septembris; sub pena L lib. den. pis. eidem U ab. ipso P. promissa, et solvenda ab ipso P. si contraveniret, et omnia damna et expensas litis suo tantum iuramento existimanda reficere promisit; et obligavit eidem Iohanni sua omnia bona presentia et futura et ea pro eo possidere constituit ut liceat eidem Iohanni sua auctoritate a termino deinceps et cet. Que bona promisit dictus B. non tollere sed legitime defendere et omni venditioni et alienationis contractus de ipsis rebus faciendis consentire expresse (*cod.* compresse) pro ipsis (et) firmos et ratos habere; que bona promisit non tollere sed legitime defendere sub pena dupli dictorum bonorum et pena soluta et cet.

LXVI. **Instrumentum predicti protocolli.** — Petrus olim Iohannis per se suosque heredes promisit dare et solvere U. quondam Uberti pro se suisque heredibus stipulanti et ius sive causam eius habenti nomine dotis et pro dote pro B. filia sua et futura coniuge ipsius Ugolini P. CL lib. den. r.; de quibus CL lib. prefatus predictus P. promisit ipsi Ugolino solvere in bonis nummatis et arredo usque ad kal. aprilis proximas..... et C lib. eiusdem summe in denariis inde ad kal. septembris proximas. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit (vel hoc non fuerit) verum vel si aliqua exceptio contra predicta vel aliquid predictorum fuerit opposita (vel) in aliquo contra ventum vel venire c. 37. A.
presumptum, tunc promisit predictus P. per se suosque heredes ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere in quolibet termino seu pro qualibet (vice) plus nomine pene XXV lib. den. r. et damna et expensas que et quas prefatus U. vel eius heredes vel eorum habens ius propter hoc dixerit se fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra eorum tantum iuramento sine testibus et alia qualibet probatione stipulatione solemni pro-

Source : BIU Cujas

misit in integrum resarcire. (Et) pro omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit predictus Petrus ipsi Ugolino omnia sua bona presentia et futura et ea nomine ipsius U. possidere constituit ut liceat eidem U. et eius heredibus et causam eius habenti a die conditionis existentis deinceps sua auctoritate sine nuntio potestatis et vinculo legis ipsorum bonorum possessionem ingredi, et ipsis bonis uti et frui et ea alteri vendere pignerare et apud se in solutum ac iusto pretio retinere et facere inde quidquid voluerit, donec ipsi U. et suis heredibus de predictis omnibus et singulis fuerit plenarie satisfactum. Que bona promisit prefatus P. ipsi U. non tollere sed legitime defendere ab omni persona et loco et omni contractui venditionis et alienationis de ipsis rebus faciendis expresse consentire et ementi seu accipienti eadem bona cartam alienationis facere ad sensum sapientis ipsius accipientis seu ementis quandocumque predictus P. vel aliquis eius heredum inde fuerit requisitus sub pena dupli predictorum bonorum eidem U. ab ipso Petro promissa et solvenda ab ipso si contravenerit; et pena soluta vel non et damnis et expensis restitutis vel non nihilominus predictus P. omnia et singula supradicta promisit firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et renuntiavit predictus P. omnibus exceptionibus et constitutionibus sibi competentibus in hoc facto specialiter et expresse, [et] exceptioni do'i mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et exceptioni quod non ipsi U. preiudicium aliquod pro eo quo ipsam dotem confessus est recepisse et habuisse (veniat et) quod ipsam dotem integre petere et exigere possit donec ipsi U. et suis heredibus de ipsa dote fuerit plenarie satisfactum, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto vel persone patrocinanti. Ad hec Iohannes olim Petri et M. Ioannis quilibet eorum in solidum de precibus et mandato ipsius principalis P. et fideiussorio nomine pro eodem circa omnia et singula supradicta (et) quidlibet superius contentorum, scilicet sortem penam damna et expensas per se suosque heredes ut predictus principalis promiserunt et confessi sunt, [et renuntiaverunt] et eodem modo obligaverunt se et omnia sua bona presentia et futura et ea
c. 37. B. pro ipso U. possidere constituerunt et renuntiaverunt omnibus beneficiis supradictis, insuper renuntiaverunt beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus, epistole divi Adriani et omni alii legum auxilio et exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Actum in tali loco et cet.

LXVII. **Instrumentum rerum immobilium datarum in dote.** — Nos quidem P. olim Iohannis et [B. iugales] eius uxor de licentia et auctoritate predicti P. viri mei, sponte, nulla vi vel metu interveniente quilibet nostrum in solidum, hoc dotali instrumento per nos nostrosque heredes damus et ad proprium in perpetuum concedimus tibi U. quondam Uberti pro te tuisque heredibus stipulanti et cui dederis sive concesseris ius tuum in infinitum nomine dotis et pro dote pro B. filia nostra et coniuge tua futura unam domum cum curte et platea et medietate classarie extimata X lib. den. r. que est post ipsam, et duas petias terre, una quarum est aratoria posita in tali loco iuxta tales extimata X lib., et alia vineata posita *a le Lame* iuxta tales; que est X tornatoriarum ad perticam extimatam X lib. ad rationem cuiuslibet tornatorie CL sol.; et si qui alii sunt confines; que domus et terre sunt mei dominii et proprietatis; cum omni iure actione usu seu requisitione nobis ex ipsis domo platea et terris competente vel competituro, cum omnibus finibus pertinentiis et adiacentiis suis accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus supra infra et sub se contentis, ad habendum tenendum et cet. *ut continetur supra in instrumento venditionis.*

LXVIII. **De donationibus.** — *Qualiter autem constituatur mundualdus superius liquido est expressum; unde restat videre de donationibus. Unde in hoc loco videndum est, primo quid sit donatio, secundo unde dicatur, tertio quot sint donationum diversitates, quarto quot modis retractatur donatio. Quare de qualibet earum per ordinem est agendum. Donatio est quedam mera liberalitas que fit nullo iure cogente,* vel *donatio est alicuius rei alii gratis facta datio: dicitur autem* donatio *quasi* gratis datio. *Donationum alie sunt inter vivos, et earum alie sunt simplices et non simplices, et alie fiunt causa mortis. Inter vivos dicuntur que fiunt sola animi liberalitate sine ulla cogitatione mortis, et hec donationes valent statim cum fiunt ut alii contractus qui fiunt secundum iura et alia negotia et pacta que inter vivos et sanos exercentur; ita quod non possunt retractari nisi quinque de causis, scilicet si donatarius in donantem iniurias atroces effundat, si impias manus inferat, si grave* c. 33. A. *damnum in bonis, si vite periculum intulerit et si legi idest conditioni dicte in donando non* [a]*paruerit: et hec sunt ingratitudinis cause, quibus donationibus ut dictum est retractatur. Est autem ingratitudo gravis offensa. Simplices enim donationes dicuntur que fiunt sine aliqua alia causa sola liberalitate et* [cà] *voluntate. Non simplices dicuntur que fiunt ob aliquam causam, ut sponsus sponse, viri mulieri quando ipsam recipit in uxorem; et hec talis donatio iure romano dicitur propter nuptias, et iure longobardo dicitur morgimcaph quasi post mortem viri quarte partis bonorum ipsius captio, et censetur vulgari eloquio multis modis* antefactum, concambium, morganatum, contradotem *et pluribus aliis vocabulis censetur donatio supradicta. Et fit donatio quarte partis omnium bonorum suorum iure longobardo a sponso, et a patre ipsius, si non est exemptus a patria potestate, coniugi sue future vel patri vel fratri vel mundualdo pro ipsa recipienti. Iure romano ratum dicitur (?) cum equalitate pactorum expressorum, et alteruter ipsorum scilicet natus et genitor ipsam dotem et donationem restituere promittat, et talis donatio facta sponse a sponso dicitur sponsali(ci)a largitas. Donationes causa mortis dicuntur quia non valent quando mortis donationis* (sic) *quin quattuor modis retractentur: primo si poeniteat donatorem, secundo si ipsam donationem postea non confirmaverit, tertio si primo moriatur donatarius quam donator, quarto si in donatione non contineatur conditio ista, scilicet:* et hanc donationem volo valere si moriar de hac egritudine, alioquin (non).

LXIX. **Abbreviatura instrumenti donationis et confessionis dotis secundum legem romanam.** — Tertio nonas aprilis actum in castro B. in domo Petri Iohannis presentibus talibus testibus ad hec vocatis. I olim Petri confitens vivere lege romana donavit M. Ugonis coniugi sue future propter nuptias XXV lib. den. pis. de bonis suis hoc modo et pacto, quod si contigerit ipsum Feralmum eidem Marie premori, quod habeat et teneat et lucretur ipsas XXV libras pro eo quod ipsa domina M. de verbo et licentia G. patris sui ibidem presentis expresse et ipse cum ea fecerunt simile pactum eidem F. circa dotem ipsius M. de aliis XXV lib. den. pis. lucrandis, si predictam M. ipsi Feralmo premori acciderit sine filio vel filia ex ipsis extante; si cum filio vel filia quod habeat tunc dictus F. et eius filii integre ipsam dotem, que dos est C lib.; quam dotem totam predictus F. ab ipso G. pro ipsa M. filia sua in presenti con- c. 38. B.
fessus est recepisse et habuisse inter denarios et bonas nummatas. Quam dotem et donationem predictus F. ex certa scientia et non per aliquem errorem per se suosque heredes ipsi G. pro ipsa filia sua M. eius filie pro se et eorum heredibus stipulanti reddere solvere et restituere promisit in eventu restituende dotis, scilicet inde ad sex menses postquam matrimonium inter

Source : BIU Cujas

eos fuerit dissolutum morte, compatragio, parentela etc. renuntians dotis non habite et non extimate et beneficio legis Codicis de rei uxorie actione (§) exactio autem dotis (V, 13, 7ª) etc. Pro qua dote et donatione obligavit omnia sua bona eius presentia et futura et pro eo possidere constituit ut liceat ei et suis heredibus et cet.; (et) promisit ipsam dotem donationem et ipsa bona non tollere sed legitime defendere sub pena dupli dicte dotis, et damna et expensas suo tantum iuramento vel eius heredum extimanda reficere et pena soluta et cet.

LXX. **Instrumentum donationis propter (nuptias) secundum legem romanam.** — Ego quidem Feralmus olim Petri, asserens me vivere lege romana et maiorem esse XXV annis, hoc instrumento donationis propter nuptias in presenti die dono concedo tibi M. Ranutii coniugi mee future XXV lib. den. pis. de meis bonis hoc modo: pro pacto et conditione appositis, quod habeas et teneas, lucrifacias ipsas XXV lib. si me tibi premori acciderit pro eo quod tu de licentia ex premissa auctoritate G. patris tui presentis et ipse tecum fecistis et facitis mihi simile de aliis XXV lib. de summa C lib. circa dotem tuam, quod habeam teneam ac lucrifaciam ipsas XXV. lib. si te mihi sine filio ex nobis extante premori acciderit; si vero cum filio vel filia quod habeam teneam integre ipsam dotem. Quam dotem totam a te predicto G. nomine dotis et pro dote pro ipsa domina M. filia tua coniuge mea futura inter denarios et bonas nummatas iuste appretiatas et extimatas in presenti confiteor recepisse et mihi solutas esse. Quam dotem et donationem ex certa scientia et non per aliquem errorem, omni occasione et exceptione iuris vel facti sive intentionis remota, per me meosque heredes et quemlibet meorum posterum successorum vobis G. et M. pro vobis vestrisque heredibus stipulantibus reddere solvere et restituere promitto in eventu restituende dotis, scilicet inde ad sex menses postquam matrimonium inter nos (*cod.* vos) fuerit dissolutum morte compatragio parentela vel
c. 39. A. quocumque alio casu si quis est vel esse potest quo matrimonium inter nos fuerit dissolutum et ipsa dos ad te reverti debeat vel possit. Pro qua quidem dote et donatione et pena si committetur obligo tibi omnia mea bona presentia et futura et ea tuo nomine constituo possidere, et promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti ipsam dotem donationem et bona non tollere, sed legitime defendere auctorizare atque disbrigare; et pena soluta vel non, damnis et expensis restitutis vel non nihilominus hanc donationem dotis confessionem promitto (et) omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et renuntio dotis non habite non recepte non extimate non numerate exceptioni, doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie, beneficio constituti Aretine civitatis presenti et futuri, beneficio legis Codicis, de rei uxorie actione § exactio autem dotis, et omnibus exceptionibus et constitutionibus et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel si fuerit in aliquo contraventum vel venire presumptum, tunc promittimus per nos nostrosque heredes [dare et solvere] tibi M. pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene L. lib. den. p. et omnia damna et expensas propter hoc tantum tuo juramento vel tuorum heredum vel ius sive causam tua(m) habentium sine testibus (et) aliqua alia probatione solemni stipulatione resarcire [promitto]. Actum in tali loco et cet.

LXXI. **Instrumentum donationis secundum legem longobardam.** — Ego quidem Bernardus olim Petri hoc presenti donationis et confessionis dotis instrumento solemniter confiteor in veritate, non spe fu'ure enumerationis, recepisse et habuisse a te U. quondam Petri nomine dotis et pro dote pro M. filia tua C lib. den. pis. inter denarios et bonas nummatas iuste appretiatas et extimatas et ex causa emptionis receptas: unde confitens me lege vivere longobarda et maiorem viginti quinque annis ex causa donationis mephy et morgincaph dono concedo tibi predicte domine B. coniugi mee venture vel tibi U. pro ipsa filia tua recipienti quartam partem omnium bonorum meorum presentium et futurorum cum omnibus et singulis eorum finibus pertinentiis et adiacentiis, accessibus et egressibus et cum omni eo (quod) supra infra et sub se continent res predicte omniqua iure actione mihi competente vel competituro hoc modo et pacto, quod si me tibi premori acciderit [quod] habeas tenees et lucrifacias totam ipsam donationem tam tu quam heredes pro eo quod tu de verbo (et) auctoritate predicti tui patris mundualdi et ipse (*cod.* ipsa) tecum circa dotem pre- c. 39. B.
dictam C lib. mihi fecistis et facitis simile pactum quod habeam et teneam et lucrifaciam integre ipsam dotem. Quam dotem et donationem ex certa scientia et non per aliquem errorem omni occasione et exceptione iuris vel facti remota sive intentionis per me meosque heredes et quemlibet meorum posterum successorum tibi predicto B. vel tali pro te recipienti reddere et restituere promitto in eventu restituende dotis idest inde ad sex menses postquam matrimonium inter nos fuerit dissolutum morte compatragio parentela vel quocumque alio casu si quis est vel esse potest quo matrimonium inter nos fuerit dissolutum et dicta dos et donatio ad te reverti debeat vel possit; et pro qua quidem dote et donatione obligo tibi pro te tuisque heredibus stipulanti omnia mea bona presentia et futura, et tuo nomine precario constituo possidere, et promitto per me meosque heredes tibi B. pro te tuisque heredibus stipulanti predictam dotem donationem et bona non tollere non molestare non minuere non inquietare sed legitime defendere ab omni persona, omni tempore auctorizare ac disbrigare meis omnibus pigneribus et expensis. Quod si ut dictum est per me meosque heredes factum et observatum non fuerit vel in aliquo contraventum vel venire presumptum, tunc promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene C. lib. den pi. etc. *usque ad finem, ut continetur supra proximo instrumento donationis secundum legem romanam.* Actum in tali loco etc.

LXXII. **Instrumentum dicti matrimonii.** — Cum B. olim Martini esset in mea presentia constitutus et interrogaretur a me R. notario intrascripto si vellet dominam B. filiam U. in suam uxorem [et] ipse respondit *sic.* Et ita predictus B. cum ipsa B. matrimonium contraxit immittendo sibi annulum in manus dextre digitum annularem. Actum in tali loco et cet.

LXXIII. **Instrumenti mundii.** — Guitto quondam Petri extraxit dominam B. filiam suam de suo mundio et potestate, et accipiens ipsam manu dextra [et] misit eam in mundium et potestatem B. viri sui cum omni iure et frennagriph ut de ipso et bonis eius faciat et dicat sicut vir de propria uxore, et omne ius quod habet in ipsam donavit ipsi B. viro suo inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem quod ab ipso B. confessus est recepisse; et promisit ipsum mundium ipsius mu- c. 40. A.
lieris non alii (dedisse) nec tradidisse, et contra, dictum mundium datum vel factum non habere. Quod si contra datum vel factum apparuerit et ita non fuerit verum, eidem B. dare et solvere (promisit) nomine pene X lib. den pis. et damna et expensas suo tantum iuramento vel eius heredum propter hoc extimanda reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis ei omnia sua bona presentia et futura (obligavit) et ea nomine ipsius B. precario constituit possidere,

Source : BIU Cujas

et pena soluta vel non rato manente contractu Actum in tali loco, p(resentibus etc.).

Nota quod dos constante matrimonio restitui non debet, licet uxor de bonis mariti vergentis ad inopiam male utendo substantia sua et ea(m) dilapidando vel alias delinquendo sibi possit facere assignari. Item nota quod mulieres lege longobarda degente(s) nullam venditionem vel alienationem de rebus suis facere valent de iure sine consensu mundualdi; quem si non habe(n)t constituatur; vel sine consensu consanguincorum proximorum, confitendo se ad hunc contractum accedere sponte nulla vi vel metu interveniente; vel sine consensu et licentia sui viri, si virum habet, cui eiusdem mulieris mundium legitime sit traditum, ut in Longobarda cavetur. Et hoc exaudiendum est in rebus parafrenalibus et dotalibus extimatis, pro eo quod res dotalis immobilis et inextimata prohibetur per legem Iuliam alienari et obligari alterutro eorum vendente et altero eorum consentiente ne mulie(b)ris sexus fragilitas in perniciem substantie eorum convertatur, nisi forte uxor venderet pro redimento viri vel filia pro patre vel soror pro fratre alendis inopia laborantibus. (Si) autem maritus extimata re dotali pro extimatione speciale pignus obligasset uxori, videtur ex tunc uxor ab hypotheca bonorumviri sui recepisse (recessisse?), *cum* (cod. *ca*) *pro dote sua pignus receperit speciale; alioquin dote suscepta omnia bona viri sunt tacite, hoc est ipso iure, hypothecata uxori, ita quod uxor et eius pater tam pro extimata dote quam inextimata, preter fiscum et eum qui credidit in refectione rei de qua dicitur, omnibus aliis creditoribus preferuntur. Obligationi tamen mariti consentire potest et omni suo iure tam hypothecarum quam alii renuntiare: de ipso tamen iure semper quid sit et quid dicat[ur] ante ipsam renuntiationem certiorari debent; et tam renuntiationes quam etiam consensus predicots in fine iurare debent corporaliter firmos et ratos habere (et) non contravenire aliqua occasione vel exceptione nec officium iudicis implorare. Quidam tamen notarii sunt qui res etiam dotales et*
c. 40. B. *inextimatas faciunt vendere a iugalibus, et in fine contractus faciunt uxorem iurare. Sed ipsi, nituntur in vetitum cupiunt semperque negata quia que contra iura fiunt pro infectis habenda sunt.*

LXXIV. **Instrumentum confessionis et restitutionis dotis nulla interveniente donatione.** — Ego quidem Iohannes olim Petri solemniter confiteor hoc publico instrumento recepisse et habuisse a te domina B. et ab Ubertino quondam patre tuo tempore matrimonii contracti inter nos nomine dotis et pro dote C lib. den. pis. inter denarios et bonas nummatas iuste appretiatas et extimatas et ex causa emptionis receptas, renuntians non numerate non extimate non appretiate et non recepte pecunie exceptioni, et doli mali, condictioni indebiti et sine causa, in factum subsidiarie, et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti, quam dotem ex certa scientia et non per aliquem errorem omni occasione remota et exceptione iuris vel facti sive intentionis per me meos(que) heredes reddere et restituere tibi pro te tuisque heredibus stipulanti promitto inde ad quatuor menses postquam matrimonium inter nos fuerit dissolutum morte compatragio parentela, vel quocumque alio casu si quis est vel esse potest quo matrimonium inter nos dissolveretur. Pro qua quidem dote tibi et tuis heredibus suo tempore et loco restituenda iure hypothecarum obligo tibi unam domum positam in civitate Aretina iuxta tales, et unam petiam terre positam in tali loco iuxta tales, que domus et terra sunt mei iuris et proprietatis, et omnia mea bona presentia et futura, et ea me tuo nomime constituo possidere. Et promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti ipsam dotem, domum, terram, bona non tollere etc., sed legitime defendere auctorizare ac disbrigare in iudicio et extra meis pigneribus, advocatis, iudicibus, et expensis. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, tunc promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene duplum predicte donationis et omnia damna et expensas etc.

LXXV. **Instrumentum donationis inter vivos.** — Ego Marianus olim Sitii hoc instrumento donationis inter vivos pure libere ac simpliciter donatione inrevocabiliter inter vivos do trado et ad proprium in perpetuum concedo tibi Iohanni quondam Petri bene merito huius donationis pro te tuisque heredibus stipulanti unam domum mei iuris et proprietatis positam in civitate Aretina in Porta Fori iuxta tales, *vel* totum podere seu tenimentum quod est, *vel* alius penes se habet, positum in curia et districtu de Talzano: de quo podere et tenimento est una petia terre vineate posita in tali loco iuxta tales; item una petia c. 1. A.
terre vineate posita in tali loco iuxta tales etc. cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus pertinentiis et adiacentiis suis usque in vias publicas et cum omnibus supra infra et sub te contentis omnique iure actione seu requisitione mihi ex dictis terris sive podere et tenimento [ex] dicto competente seu competituro, ad habendum tenendum possidendum et quidquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit faciendum. Et insuper ex causa dicte donationis do cedo concedo et mando tibi pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius et actionem utilem directam realem personalem persecutoriam mediam sive mixtam et omnem aliam quod et quas habeo vel deinceps habere possem in dictis rebus adversus omnem personam et locum, constituens te procuratorem in rem tuam ut possis agere causari excipere replicare et experiri et quicquid tibi tuisque heredibus placuerit facere utiliter et directe; pro iusto merito secundum legem, quod a te confiteor recepisse, renuntians meriti non recepti et non iusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, cause ingratitudinis, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quas res me tuo nomine constituo possidere donec ipsarum rerum fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam tibi tua auctoritate concedo; et promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti predictas res non tollere non molestare sed legitime defendere auctorizare et cet. sub tali pena et cet. *ut supra continetur in instrumento venditionis.* Et pena soluta vel non nihilominus huic contractui (*sic*) donationis et omnia et singula supra dicta promitto firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et hanc donationem volo ita habere atque tenere, quod nulla causa ingratitudinis vel aliqua alia valeat revocari. *Et nota quod hic possunt cause ingratitudinis specificari.* Actum in tali loco etc. *Et nota quod legitima defensio, pene damnorum et expensarum reficiendorum promissio non debent instrumento donationis apponi, nisi expresse donator dicat se velle ad ea prestanda teneri.*

LXXVI. **Instrumentum donationis causa mortis.** — Ego quidem I. potestati Martini patris mei suppositus, qui iure, prohibente non valeo condere testamentum etiam ipso mandante, hanc causa mortis donationem ipso patre meo iubente ac permittente facere procuravi. In primis quidem XXV lib. den. pro anima mea dono, quas iubeo sic expendi: scilicet XL denarios r. monasterio sororum de Plunta. Item C ecclesie Sancti Francisci fratrum minorum, totidem ecclesie Sancti Dominici fra- c. 41. B.
trum predicatorum. Item XX lib. hospitali Episcopatus et totidem hospitali de Burgo. De reliquis arbitrio sui patris ecclesiis,

Source : BIU Cujas

clericis, pauperibus, viduis, orfanis, et in die sui obitus ut melius et utilius pro anima ipsius eidem M. patri suo fuerit visum. Item donavit B. amite sue unam petiam terre aratorie posita(m) in tali loco iuxta tales cum omni suo iure finibus pertinentiis et adiacentiis suis usque in viam publicam hoc modo et pacto, quod si ipsa decesserit sine filiis quod ipsam restituat I. nepoti mee; et si ipsa I. decesserit ante quam alii nubat, eamdem petiam terre M. quondam Petri eodem iure restituat. Et hanc donationen expresse volo valere si contigerit me de hac egritudine mori, alioquin nullam habeat roboris firmitatem. Actum in tali loco *vel* factum hoc donationis instrumentum in tali loco coram talibus testibus ad hec rogatis et vocatis: *et debent esse quinque testes.* Ego talis notarius et cet.

LXXVII. **Protocollum locationis libellarii iuris.** — Tertio nonas maii actum in civitate Aretina ante domum Iohannis pelliparii, presentibus R. P., Ugolino M. et aliis testibus, Iohannes olim Petri per se suosque heredes locavit et concessit iure libellario in perpetuum Iohanni et Orlandino fratribus, filiis olim Leonardi, et cuilibet eorum in totum stipulantibus pro se ipsis et eorum heredibus utriusque sexus ex eis descendentibus in infinitum; ita tamen quod altero eorum moriente sine filio alter succedat in totum; unam petiam terre vineate sui iuris et proprietatis positam ad *Via Magio* iuxta tales, et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis et cet. ad habendum tenendum et cet. Et predicti Iohannes et Orlandinus promiserunt annuatim deferre et dare predicto I. pro se suisque heredibus stipulanti in civitate Aretina ad domum suam vel ad quemcumque locum in dicta civitate vellet per totum mensem agusti IIII sextarios boni frumenti sine malitia nomine ficti ad legitimum starium tunc venale Aretinum, nisi grandine vel guerra civitatis vel imperatoris dicte rei fructus devastarentur. Quod si acciderit, medietatem remanentium fructuum in eademt erra in eodem anno dare et solvere teneatur, si dictum fictum dare noluerit. Et ius suum nemini vendant quin primo ipsum I. requirant et eius heredes, et eis volentibus id emere II sol. minus quam alie persone sine asto
c. 42. A. dare debea(n)t. Quod si noluerit, alii cui voluerit vendant, salvo iure ipsius (I.) et eius heredibus, qui predicta et sibi et suis heredibus observet: non tamen ecclesie nec loco religioso etc. Et nihil ultra petatur nec imponatur. Quam rem constituit predictus I. ipsorum Iohannis et Orlandini (nomine) iure libellario possidere, dans eis licentiam etc. Quam terram promisit predictus I. non tollere sed legitime defendere, et dictum fictum sine malitia recipere et eiusdem tenoris libellarii instrumentum ementi ius suum facere, et contra datum vel factum non habere sub pena trium lib., et omnia damna et expensas eorum tantum iuramento extimanda reficere; et obligavit eis omnia sua bona presentia et futura et ea pro eis possidere constituit, et pena et cet. Etiam predicti I. et O. conductores per se suosque heredes hec omnia pacta et conventiones superius eisdem imposita de facti exhibitione et iuris alienatione attendere, observare et facere et non contravenire sub pena predicta trium lib. (ab) eisdem promissa si contravenirent, et damna et expensas eius tantum iuramento vel eius heredum extimanda reficere sub obligatione suorum bonorum (promiserunt) et cet.

LXXVIII. **Instrumentum predicte abreviature.** — Ego quidem R. olim Petri hoc presenti locationis et libellarie instrumento per me meosque heredes loco do et libellario iure concedo vobis Iohanni et Orlandino fratribus filiis olim Leonardi et cuilibet vestrum stipulantibus pro vobis et heredibus vestris utriusque sexus ex vobis descendentibus in perpetuum, ita tamen quod (alicui) vestrum (decedenti) sine filio vel filia alter succedat in totum; unam petiam terre vineate mei iuris et proprietatis positam *a Via Magio* iuxta tales et si qui alii sunt confines cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus supra et infra (seu) sub se contentis, ad habendum tenendum et ea(m) iure libellario possidendum atque fruendum. Et huius rei causa mihi et heredibus meis vos et vestri heredes per totum mensem agusti IIII sextarios boni frumenti ad legitimum sextarium tunc Aretii venalem qui pro tempore fuerit in civitate Aretina apud domum meam mihi et heredibus meis deferatis et integre persolvatis, nisi grandine vel guerra imperatoris vel civitatis ipsius rei fructus devastarentur; quod si acciderit tunc medietatem vel [dictum scilicet] tertiam vel quartam partem fructuum remanentium in ipsa terra mihi et heredibus meis eodem anno solvere debeatis. Et ius vestrumn nemini vendatis quin primo me et heredes meos infra XXX dies requiratis si emere id voluerimus, et nobis emere volentibus dare teneamini II sol. minus quam alteri sine astu. c. 42. B. Quod si noluerimus emere, licentiam habeatis vendendi et dandi cui volueritis salvo iure nostro, non tamen paribus vel fortioribus nobis vel servo alterius nec ecclesie vel loco religioso, sed tali persone que nobis serviat et observet (predicta) sicut vos servire tenenimi. Quam rem iure libellario constituo possidere donec ipsius rei corporaliter fueritis adepti possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam iure locationis vestra auctoritate concedo, promittens per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti rem ipsam non tollere non molestare non contendere non minuere non inquietare, sed legitime omni tempore ab omni persona vel loco meis pigneribus, advocatis, iudicibus et expensis statim lite mota et post defendere, guarentare, auctorizare, et desbrigare, dictum fictum sine malitia recipere et eiusdem tenoris libellarium instrumentum eme(n)tius vestrum facere et nihil ultra petere vel superimponere et contra datum vel factum non habere, sub pena trium lib. bonorum den. r. quam per me meosque heredes dare et solvere promitto si contra facere(m) vel venirem, et omnia damna et expensas propter hoc vestro tantum iuramento vel vestrorum heredum vel ius habentium ab aliquo vestrum sine alia probatione resarcire solemni stipulatione promitto. Et (pro) his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligo vobis me et omnia mea bona presentia et futura, et ea me vestro nomine constituo possidere, et pena soluta vel non nihilominus hunc contractum locationis et omnia et singula supradicta promitto firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et nos predicti Iohannes et Or. conductores omnia pacta et conventiones superius nobis imposita tam de ficti exibitione quam iuris alienatione et omnia et singula supradicta per nos nostrosque heredes promittimus attendere, supradicta pena trium lib. quam per nos nostrosque heredes vobis stipulantibus et heredibus vestris dare et solvere promittimus, si omnia et singula supradicta non observaverimus vel aliqua occasione vel exceptione presumpserimus contravenire, et omnia damna et expensas vestro tantum vel vestrorum heredum iuramento sine alia probatione reficere promittimus. Et obligamus vobis omnia nostra bona presentia et futura et ea vestro nomine constituimus possidere, et pena soluta rato manente hoc locationis contractu cum pene obligatione et omnium predictorum. Factum fuit hoc locationis instrumentum in tali loco coram talibus testibus et cet.

LXXIX. **Carta locationis in tertiam generationem in emphyteosim.** — Ego quidem dominus Orlandus abbas monasterii Urani presentibus et consentientibus et verbum expresse dantibus fratribus meis scilicet domno I. et Ugo sacrista monacis et Berardo et I. conversis, per me meosque successores loco do et concedo tibi Iohanni olim Petri recipienti pro te tuisque

Source : BIU Cujas

heredibus usque in tertiam generationem utriusque sexus expletam *vel* usque ad tot annos libellario vel emphyteotico iure unam petiam terre aratorie ipsius monasterii positam in tali
c. 43. A. loco iuxta tales cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, ad habendum tenendum possidendum et emphyteotico iure fruendum seu libellario pro XX solidis den. (pis.), quos pro introitu possessionis eiusdem rei a te confiteor recepisse (et) in utilitatem ipsius monasterii expendisse scilicet Petro Leonardi pro indumentis *vel* pro V sextariis frumenti pro victualibus ipsorum fratrum meorum, renuntians non numerate non solute pecunie et in utilitatem ipsius monasterii non converse exceptioni, doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio canonici et civilis iuris mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Et huius rei res causa solvas nomine pensionis sive census annuatim die sancti Stefani mihi et meis successoribus vel nostro certo nuntio nomine pensionis II sol. usque in tertiam generationem expletam: in quarta vero libellarii instrumentum hoc ordine renovetur datis II sol., (ut) per renovationem ipsius instrumenti nihil exigatur aut accipiatur. Quam rem constituo iure emphyteotico tuo nomine possidere donec ipsius rei corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi tibi licentiam tua auctoritate concedo; nec ullo modo tu vel tui heredes vel successores vestri ius vestrum vendendi licentiam habeatis nisi iuxta legem, scilicet in minoribus vel equalibus personis, non tamen ecclesie loco religioso, sed tali persone que predicta mihi et successoribus mei observeti; nec ultra petatur [et si qui] vel superimponatur. Et promitto per me meosque successores tibi pro te tuisque heredibus stipulanti rem ipsam non tollere non minuere sed legitime omni tempore ab omni persona et loco defendere, auctorizare ac disbrigare, et in quarta generatione novum libellarium instrumentum hoc ordine renovare, et ementi ius tuum eiusdem tenoris libellarii instrumenti facere, et ipsam pensionem sine malitia recipere, et contra datum vel factum non habere. Si autem ego et successores mei omnia et singula supradicta non observaverimus vel si aliqua occasione vel exceptione de iure vel de facto presumpserimus contravenire, tunc per me meosque successores promitto tibi pro te tuisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene C sol, et omnia damna et expensas ac interesse litis tuo tantum iuramento vel tuorum heredum sine qualibet alia probatione reficere. Et pro his omnibus observandis atque complendis obligo tibi fructus redditus et proventus ipsius monasterii et ipsos me tuo nomine constituo possidere, et pena soluta vel non hunc contractum locationis et omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere [promitto] cum pene obligatione et omnium predictorum; et renuntio pecunie non numerate non habite et non (in) ipsius monasterii utilitatem converse exceptioni, et doli mali, condictioni sine
c. 43. B. causa, in factum subsidiarie et omni alii legum canonici vel civilis iuris auxilio mihi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Ego I. conductor omnia pacta et conventiones per me meosque heredes tam de pensionis exhibitione quam de iuris alienatione promitto attendere et observare sub simili pena C sol., quam tibi domno Alberto pro te tuisque successoribus stipulanti dare et solvere promitto si contra facerem vel venirem, et omnia damna et expensas propter hoc tui simplici iuramento extimanda reficere et pena soluta rato manente contractu. Factum fuit hoc locationis instrumentum in tali loco et cet.

LXXX. **Instrumentum locationum operum ad scribendum.** — Iohannes P. locavit Ugolino F. unum codicem ad scribendum, quem codicem et quod opus predictus I. ipsi U. promisit non auferre nec auferri facere usque ad ipsius operis complementum seu donec dictus codex fuerit expletus. Et promisit dare prefatus I. ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti pro scriptura ipsius operis C sol. den. r., vel pro unoquoque quaterno ipsius libri V sol. ipso quaterno expleto. Et promisit eidem dare cartas bene rasas et preparatas et exemplare, quandocumque predictus U. ipsa[s] petierit, et si contigerit quod occasione cartarum vel exemplaris quod dictus U. non habuerit amittat aliquem vel aliquos dies laboratorios promisit eidem U. dare et solvere pro unoquoque die laboratorio XII den., vel totum damnum quod sustinuerit propter hoc promisit ei reficere et totaliter resarcire. Et predictus U. promisit ipsi I. stipulanti ipsum codicem continue scribere et explere, sine alicuius alterius operis interpositione excedentis quantitatem III soldorum, de ita bona et pulcra littera ut continetur in prima facie primi quaterni eiusdem codicis, nisi occasione cartarum vitiosarum contigerit, et promisit rubricas et minora remittere secundum consuetudinem Aretine civitatis. Que omnia et singula predicta I. et U. inter se ad invicem stipulante(s) promiserunt per se suosque heredes facere et observare et (non) contravenire aliqua occasione vel exceptione sub pena C sol.; quam penam promisit dare et solvere pars infidelis non observans, scilicet (*cod.* simile) qui predicta non observaverit parti fideli, scilicet ei quis predicta servaverit, et omnia damna et expensas ac interesse litis eius tantum vel eius heredis solummodo iuramento sine alia probatione reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt inter se (*cod.* interesse) omnia eorum bona presentia et futura, et ea una pars pro altera possidere constituit, et pena soluta vel non nihilominus hunc contractum (*sic*) locationis et omnia et singula supradicta firma permaneant. Actum in tali loco et cet.

Et nota quod de hoc instrumento possunt fieri duo contractus, videlicet unus de promissione [*de*] *hoc modo:* Tibertus olim c. 44. A.
Petri per se suosque heredes promisit dare et solvere Petro Iohanni X lib. bonorum den. pis. usque ad kal. iulii proximi pro quodam codice quem ei scripsit *vel* scripsisse confessus est renuntians et cet. Quod si ut dictum est non fecerit vel aliquam exceptionem opposuerit pro se suisque heredibus stipulanti promisit eidem Petro dare et solvere nomine pene X sol. den. pis. et damna et expensas etc. *Alius vere erit contractus locationis ut superius habetur*: Talis locavit unum codicem ad scribendum et cet. pro pretio X lib. den. r. quos ab eo pro scriptura ipsius libri habuisse et recepisse confessus est et cet. *Vel erit contractus innominatus hoc modo:* U. olim P. promisit scribere tali unum codicem et cet. pro X lib. den. r. et cet. *Et secundum hanc formam possunt scribi omnes contractus locationis.*

LXXXI. **Instrumentum locationis domus.** — Petrus I. locavit G. P. stipulanti pro se et suis sociis et cui dederit ius suum quamdam suam domum et plateam positam post ipsam domum usque ad festum Omnium Sanctorum proximum: que domus et platea posite sunt in civitate Aretina in porta sancti Andree iuxta tales. In qua quidem domo promisit predictus P. in parte inferiori duas cameras facere undique bene clausas et bonis serraminibus firmatas et in qualibet ipsarum camerarum facere fieri duas fenestras ad legendum: in parte superiore eiusdem domus promisit facere fieri unam coquinam de bonis assidibus clausam et in eadem coquina unum larem; et hec omnia promisit facere et explere usque ad unum mensem *vel ad alium terminum ab ipso G. eidem Petro prorogatum;* pro X lib. den. r. quos prefatus P. ab ipso G. confessus est recepisse, salvo instrumento promissionis de ipsis denariis eidem facto; renuntians non numerate, non solute, non recepte pecunie exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam domum et plateam predictus P. per se suosque heredes pro-

Source : BIU Cujas

misit non tollere sed legitime defendere usque ad terminum supradictum ipsi G. pro se suisque heredibus stipulanti, et contra datum vel factum non habere, sub pena C sol., et damna et expensas eidem G. vel eius heredibus iuramento tantum extimanda reficere; et obligavit eidem omnia sua bona presentia et futura et ea pro eo possidere constituit et pena soluta rato manente contractu.

LXXXII. **De locatione terrarum ad laborandum.** — Ubertinus olim P. conduxit et accepit ad laborandum [a Petro Saraceni] usque ad tres annos complendos ab Ugone olim Boni unam petiam terre positam in tali loco iuxta tales: quam terram predictus U. ipsi Ubertino locavit et promisit per se suosque heredes ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti [ipsam terram] non tollere non molestare sed legitime defendere usque ad terminum supradictum ab omni persona et loco. Et prefatus U. per se suosque heredes eidem U. pro se suisque heredibus stipulanti eamdem terram singulis annis hinc ad terminum supradictum bene ac congruo tempore rumpere remenare bene colere et aptare et quarta vice cum semine revolvere ac sulcare omnibus eiusdem laboratoris expensis ac dispendio [et] promisit, (et) omni anno congruo tempore in eadem terra facere deferri mittere ac portare XL salmas boni letaminis eiusdem laboratoris, non eradicare de ipsa terra aliquam arborem et fructiferam, sed decenter deramorare eam, et medietatem omnium et singulorum fructuum quos ex ipsa terra perceperit in civitate Aretina ante domum ipsius U. vel ad aliam domum in eadem civitate existentem ubi dictus locator voluerit annuatim per totum mensem agusti portare ac dare vel apud aream dicti U.; et hoc sit in optione ipsius locatoris. Et hec omnia et singula supradicta predicti locator ac conductor per se suosque heredes inter se stipulantes ad invicem promiserunt attendere ac servare facere et complere et non contra venire vel facere aliqua occasione vel exceptione. Et si aliquis predictorum dicta omnia et singula non observaverit, promisit dare et solvere alteri eorum predicta servanti nomine pene C sol. den.; et insuper omnia damna et expensas et litis interesse pars predicta non observans parti fideli predicta servanti solvere et dare solemni stipulatione promisitr et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt predicti inter se omnia eorum bona presentia et futura, et una pars pro altera possidere constituit, et pena soluta vel non rato manente contractu cum pene obligatione et omnium singulorum supradictorum.

c. 44. B

LXXXIII. **De locationibus vinearum.** — Gilius olim Petri locavit ad laborandum G. olim I. hinc ad IIII annos, *vel ad alium terminum quo fuerit in communi concordia*, unam petiam terre vineate sui iuris et proprietatis: quam terram predictus locator ipsi conductori non auferre nec auferri facere usque ad terminum supradictum sed legitime defendere ab omni persona [et] prefatus G. promisit ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti, (et) ipsam vineam singulis annis usque ad terminum supradictum congruo tempore bene potare, zappare, occare et remenare et bene actare omnibus palis perticis vincis et omni dispendio eiusdem laboratoris, et propalare ipsam et plantare omnia et singula eiusdem vinee vacuamenta, et ipsam vineam bene claudere et clausam tenere, fossata et sepes circa ipsam vineam facere, et easdem sepes anfractare, et omnia et singula facere que ad ipsam vineam in bono statu retinenda(m) fuerint utilia et necessaria facienda, et medietatem uvarum, ficuum, nucum, pirorum et omnium et singulorum aliorum fructuum in eadem vinea existendorum quos ipse vel alius pro eo ex dicta vel predicta vinea perceperit promisit in civitate Aretina ad domum ipsius vel ad alium locum in eadem civitate quem predictus locator voluerit annuatim deferre ac dare omnibus expensis et periculo ipsius laboratoris. Et hec omnia et singula supradicta prefati locator et conductor seu laborator per se suosque heredes promiserunt attendere *et cet. ut supra proximo instrumento locationis terrarum.*

c. 45. A.

LXXXIV. **De locationibus bovum ad laborandum.** — Iohannes Petri conduxit ad laborandum et accepit ab Ugolino Fatii (ad) quartam partem lucri et damni unum bovem pili nigri habentem unum cornu declive et alium rectum extimatum X lib. hinc ad duos annos proxime complendos *vel ad alium terminum inter se concorditer prorogatum*, promittens idem I. per se suosque heredes ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti ipsum bovem bene ac diligenter custodire ac salvare. (Et) si contigerit [quod] culpa vel mala custodia ipsius conductoris vel eius familiaris predictum bovem amitti devastari vel mori, promisit predictus I. dare et solvere ipsi U. extimationem predicti bovis vel tanto minus quanto suo dixerit iuramento (et) promisit stare tacitum et quietum et nullam aliam probationem petere vel exigere. Et promisit predictus I. ipsum bovem non vendere non oblligare nec aliquo modo vel ingenio alienare sine ipsius U. vel eius heredum verbo et voluntate, retinente ipso locatore semper sibi dominio dicti bovis, ita quod si predictus I. conductor omnia et singula supradicta non fecerit et non observaverit vel contra venerit, predictus locator et eius heredes ipsum bovem possint quan(do)cumque (et eius) possessionem vendicare. Et pro summa laborerii predicte quarte partis ipsius bovis promisit predictus I. deferre et dare ipsi U. ante domum suam vel ad aliam domum in eadem civitate existentem ad quam predictus U. voluerit..., et in fine termini supradicti predictum bovem vel eius extimationem ipsi U. reddere solvere atque dare cum quarta parte lucri ostensi legitime ac probati. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere nomine pene C lib. den. et omnia damna et expensas litis ac interesse ipsius U. vel eius heredum (iuramento) extimanda reficere solemmi stipulatione promisit, et pena soluta vel non nihilominus hunc contractum et omnia et singula supradicta promisit firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum, renuntians non habiti non recepti ex dicta causa exceptioni, doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Actum in tali loco et, cet.

c. 45. B

LXXXV. **Carta locationis ad soccidas ad capitale salvum.** — Arolfus olim Petri conduxit et accepit ad capitale salvum in soccida a Gualfredo I. duas vaccas, una quarum est pili nigri et altera rubei, extimatas X lib. den. p. usque ad duos annos proxime complendos; quas vaccas et omnes futuros earum fetus predictus G. per se suosque heredes ipsi F. pro se suisque heredibus stipulanti non auferre nec auferri facere (promisit) sed legitime defendere usque ad terminum supradictum, retinens semper in se ipsarum vaccarum et earum fetuum dominium, ut predictus locator ipsas vaccas et omnem futurum fetum possit ab emptore quolibet vendicare. Et prefatus F. conductor per se suosque heredes ipsi B. locatori pro se suisque heredibus stipulanti ipsas vaccas et omnes et singulos futuros earum fetus bona fide sine fraude diligenter custodire atque salvare et bene tenere ac pascere omnibus ipsius conductoris expensis usque ad terminum supradictum; et si contigerit quod mala custodia ipsius conductoris vel eius nu(n)tii seu familiaris predicte vacce vel earum fetus devastati fuerint vel amissi, totum damnum ipsarum vacccarum et earum fetuum extimationem promisit ipsi

Source : BIU Cujas

locatori pro se suisque heredibus stipulanti reficere et integre emendare. Et liceat ipsi conductori cum ipsis vaccis quolibet anno, scilicet XV diebus in estate et una mense tantum in hieme.. et non ultra. Et promisit predictus conductor annuatim pro collatica ipsarum vaccarum deferre ac dare Aretii ad domum suam ipsius locatoris per totum mensem agusti X staria boni et pulcri frumenti ad sextarium Aretinum venalem qui pro tempore fuerit. Et in fine termini deducto ipsius capitali et extimatione predicta medietatem fetuum percipiendorum de ipsis vaccis vel extimationem promisit ipsi locatori pro se suisque heredibus totaliter solvere atque dare sub pena C lib.; quam ipsi locatori dare et solvere promisit si contra faceret vel veniret, et omnia
c. 46. A. damna et expensas litis ac interesse, eiusdem locatoris vel eius heredum iuramento tantum, absque alia probatione reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit ei omnia bona sua presentia et futura et ea pro eo et eius nomine possidere constituit et pena soluta rato manente contractu, renuntians ipsarum vaccarum non habitarum non receptarum ex dicta causa exceptioni et doli mali, condictioni indebiti, sine causa et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter et in rem. Factum fuit hoc locationis ad soccidas instrumentum in tali loco.

LXXXVI. **Carta locationis ovium et caprarum ad soccidas.** — Tebaldus olim U. per se suosque heredes locavit ad soccidas T. et M. pro se suisque heredibus stipulantibus L pecudes extimatas X libr. et X capras extimatas C sol. usque ad quattuor annos proxime complendos; quas pecudes et capras predictus locator per se suosque heredes ipsi T. pro se suisque heredibus stipulanti non tollere nec auferre nec auferri facere, sed legitime ab omni persona et loco defendere usque ad terminum supradictum promisit, sub pena C sol. quos ipsi conductori promisit si contra faceret vel veniret; retinens semper in se predictus locator ipsarum pecudum et caprarum et earum fetuum dominium, ita quod si ipse locator et eius heredes eas pecudes atque capras et earum fetus ab emptore quolibet excepto quam a dicto conductore valeat vendicare. Et predictus T. promisit ipsas pecudes atque capras et earum fetus bene ac diligenter custodire tenere et pascere omnibus conductoris ipsius expensis; et si contigerit quod mala custodia vel culpa ipsius conductoris vel eius familiaris [ut] predicte oves et capre vel aliquis eorum fetus fuerint amisse devastate vel mortue vel ipsi fetus devastati mortui vel amissi, tunc promisit predictus conductor per se suosque heredes ipsi locatori pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere extimationem ipsarum pecudum et caprarum et fetuum earundem. Et medietatem casei de ipsis pecudibus atque capris et earum fetuum pariendis nec non et lane quam dictus conductor vel alius pro eo de ipsis pecudibus percipiet singulis annis tempore tonsionis ipsarum pecudum in civitate Aretina ad domum ipsius locatoris deferre ac dare solemni stipulatione promisit, (et) ipsas pecudes et capras non vendere non alienare vel aliquo modo alicui obligari sine ipsius locatoris licentia et voluntate. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, tunc promisit predictus conductor ipsi locatori pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene C sol. den. pis. et omnia damna et expensas in integrum resarcire etc.

c. 46. B. LXXXVII. **Carta locationis discipulorum.** — Iohannes olim P. locavit G. filium suum cum magistro Iacobo usque ad tres annos proxime complendos ad adipiscendum artem merciarie hoc modo et pacto, quod predictus Iohannes promisit predicto magistro Iacobo facere ipsum U. filium suum morari continue cum ipso magistro usque ad terminum supradictum et salvare ac custodire res et personam ipsius magistri et eius familie bona fide sine fraude et aliquo subtractu. Et si contigerit quod mala custodia vel culpa ipsius U. res et bona ipsius magistri amitte(re)ntur vel destruerentur, tunc promisit dictus Iohannes ipsarum rerum extimationem ipsi magistro integre solvere atque dare, prout idem magister Iacobus suo tantum monstraverit iuramento seu ostenderit sine aliqua alia probatione infra VIII dies post ipsius iuramenti prestationem. Et si prefatus U. pretermiserit aliquem vel aliquos dies laboratorios vel alios exceptis diebus dominicis, promisit in fine termini facere restaurari. Et predictus magister I. promisit ipsi Iohanni stipulanti ac recipienti pro predicto U. filio suo instruere ac docere ipsum U. filium suum artem merciarie, vendere emere et omnia et singula facere que ad ipsam artem expediunt facienda, prout ipse magister Iacobus noverit. Et hec omnia et singula supradicta predictus magister Iacobus et Iohannes per se suosque heredes promiserunt attendere observare et facere bona fide sine fraude et non contra venire aliqua occasione vel exceptione, et predictus Iohannes promisit se ita facturum et curaturum quod U. predictus eius filius faciet et observabit omnia et singula supradicta et contra non veniet. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel in aliquo contra ventum vel venire presumptum, tunc promisit ille qui predicta non observaverit predicta observanti et in fide stanti dare et solvere nomine pene XL sol. bonorum den. pis., et omnia damna et expensas ac interesse litis reficere iuramento tantum observantis predicta vel eius heredum extimanda [resarcire]. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt inter se omnia eorum bona presentia et futura, et ea unus pro altero possidere constituit, et pena soluta rato manente contractu. Actum etc.

LXXXVIII. **De venditione et locatione unius vacce ad soccidas pro medietate.** — Iohannes olim M. per se suosque heredes vendidit U. quondam P. pro se suisque heredibus stipulanti medietatem unius vacce pili nigri sui iuris et proprietatis pro pretio III lib. bonorum den. pis., quod ab eodem U. confessus est. recepisse et penes ipsum F. in presenti numeratum ac solutum esse; et aliam medietatem ipsius vacce extimatam III lib. c. 47. A
den. pis. locavit et concessit predictus Iohannes eidem U. ad soccidas usque ad tres annos proxime complendos. Quam vaccam pro medietate promisit prefatus Iohannes locator ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti non auferre nec auferri facere sed legitime defendere ab omni persona et loco usque ad terminum supradictum; et prefatus emptor atque conductor usque ad terminum supradictum promisit ipsam vaccam et omnem futurum eius fetum bene ac diligenter custodire atque salvare bona fide sine fraude omnibus ipsius conductoris expensis, et non vendere non alienare sine ipsius locatoris voluntate et verbo expresso. Et si contigerit [quod] mala custodia vel culpa conductoris vel eius familiaris ipsam vaccam et futuros eius fetus mori, devastari vel amitti, promisit predictus conductor eidem locatori dare et solvere ipsam extimationem, vel tanto minus quanto suo dixerit iuramento; si autem alio modo ipsam vaccam vel futuros eius fetus mori vel devastari vel amitti contigerit, medietas damni eiusdem vacce et futurorum eius fetuum sit ipsius conductoris, et alia medietas sit ipsius locatoris. Ec hec omnia et singula supradicta prefati Iohannes et Ugolinus per se suosque heredes promiserunt attendere observare et non contra venire vel facere aliqua occasione vel exceptione. Quod si ut dictum est aliquis predictorum vel aliquis eorum heredum non fecerit et non observaverit vel contravenerit, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere illo qui predicta non observaverit alteri eorum predicta servanti

Source : BIU Cujas

nomine pene XL sol. den. pis., et omnia damna et expensas ac interesse litis reficere iuramento tantum ipsius qui predicta observabit vel eius heredum sine alia qualibet probatione [reficere]. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt predicti vicissim inter se omnia eorum bona presentia et futura, et ea una pars pro altera possidere constituit et pena soluta rato manente contractu cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et renuntiavit predictus conductor pretii non numerati non habiti et non recepti et medietatis ipsius vacce non habite et non recepte ex dicta causa exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti.

LXXXIX. **Carta locationis equorum vel allorum animalium ad victuram.** — Idus maii. Actum in civitate Aretina in platea communitatis coram talibus testibus. Petrus Saraceni locavit quendam suum ronzinum pili ferrantis ad victuram Rainerio c. 47. B. Iohannis; quem ronzinum predictus R. ab ipso Petro in presenti confessus est conduxisse et recepisse, extimatum ab ipso Petro ad victuram X lib. den. pis. cum freno ac sella sanum et salvum ac solutum. De quo quidem ronzino promisit predictus Rainerius eidem P. dare et solvere nomine victure pro octo diebus X sol, et si plus steterit ad illam rationem, recipiens ipsum ronzinum ad omne suum periculum et fortunam, maiorem vim maioresve casus qui in dicto equo possint accidere vel evenire; et promisit in eodem ronzino adhibere exactam exactissimam diligentiam, et omnem dolum et fraudem abesse, et teneri de omni dolo et culpa tam levi quam levissima. Et si contigerit ipsum ronzinum devastari deteriorari mori vel amitti culpa vel sine culpa ipsius conductoris aliquo morbo naturali vel accidentali, scilicet morbo refusione et dolore vel alio quocumque morbo vel incendio ruina rapina naufragio aggressura latronum omnisque maioris vis vel vel cuiusvis alterius vel aliquo alio casu fortuito vel alio quocumque modo evenire, per quod predictus R. ipsi Petro eumdem ronzinum restituere non possit ita bonum et pulcrum, sanum et solutum ut ei dedit, promisit ei dare predictam extimationem vel tanto minus quanto suo tantum dixerit iuramento infra XV dies post ipsius iuramenti prestationem et factionem, presente vel absente, requisito vel inrequisito R. conductore prefato sub pena III lib. den. pis., quam predictus R. eidem Petro dare et solvere promisit si contra faceret vel veniret, non computando ipsam sortem in victura seu pro victura neque ipsam victuram pro sorte predicta. Et damna et expensas reficere promisit, et obligavit eidem Petro omnia bona sua presentia et futura et ea pro eo possidere constituit, ut liceat eidem P. sua auctoritate et cet.; que bona promisit non tollere sed legitime defendere sub pena dupli dictorum bonorum, et pena soluta et cet. Et Centius Bretoldi in omnibus et singulis supradictis de precibus et mandato eiusdem R. eidem P. extitit fideiussor, renuntians beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus et cet.

XC. **Carta predicte cautionis.** — Petrus Saraceni locavit quendam suum ronzinum pili ferrantis R. B. ad victuram; quem ronzinum predictus R. ab ipso P. in presenti confessus est recepisse et conduxisse ad victuram, extimatum ab ipso P. X lib. bonorum den. cum freno ac sella, sanum et salvum ac c. 48. A. solutum. De quo quidem ronzino promisit predictus R. eidem P. dare et solvere nomine victure pro octo diebus X sol. den. pis. et si plus steterit ad eamdem rationem, vel pro qualibet die quanto plus steterit promisit ei dare XII den. pis.; recipiens ipsum ronzinum ad omne suum periculum et fortunam et maiorem vim maioresque casus qui in dicto et pro dicto equo possint accidere vel aliquatenus evenire Et promisit in dicto ronzino custodiendo atque servando exactam ac exatissimam diligentiam adhibere et omne(m)dolum et fraudem abesse, et teneri de omni dolo et culpa tam levi quam levissima. Et promisit predictus R. per se suosque heredes et quosibet suos posteros successores ipsi P. pro se suisque heredibus stipulanti predictum equum cum predictis ornamentis, scilicet freno et sella non deterioratis, reddere et restituere sanum et salvum et solutum ita bonum et pulcrum ut ei dedit. Et si contigerit ipsum ronzinum deteriorari mori devastari vel amitti culpa vel sine culpa ipsius R., scilicet morbo refusione dolore vel quocumque morbo alio vel incendio, ruina, rapina, naufragio, aggressura latronum predonumve incursu omnisque maioris vis vel communis vel cuiusvis alterius vel alio quocumque modo evenire, per quod predictus R. ipsi Petro eumdem ronzinum restituere non possit ita bonum et pulcrum, sanum et solutum ut dedit eidem, tunc promisit per se suosque heredes dare et solvere ipsi P. pro se suisque heredibus stipulanti predictam extimationem vel minus quantum suo tantum dixerit iuramento infra XV dies post ipsius iuramenti prestationem et factionem presente vel absente, requisito vel inrequisito R. conductore prefato, non computando ipsam sortem in victura seu pro victura neque ipsa victura pro sorte predicta. Si vero predictus R. predicta omnia et singula in omnibus et singulis supradictis non fecerit et non observaverit vel contravenerit, vel si ita factum et observatum non fuerit vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, promisit per se suosque heredes dare et solvere ipsi P. pro se suisque heredibus stipulanti nomine pene X lib. den pis., et omnia damna et expensas propter hoc tantum inramento ipsius Petri et eius heredum extimanda reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit se et hypothecavit ei omnia sua bona presentia et futura, et ea pro eo possidere constituit, ut liceat eidem P. et cuilibet suorum heredum et successorum et causam eius habenti[s]sua auctoritate sine nuntio potestatis et vinculo legis ingredi tenutam ipsorum bonorum et ipsis bonis uti et frui et ea bona vendere et pigno- c. 48. B. rare sub usuris vel in solutum sibi retinere et facere inde quicquid voluerit, donec de predictis omnibus et singulis fuerit eidem ad suum velle plenarie satisfactum. Que bona promisit eidem non tollere non contendere non molestare sed legitime defendere ab omni persona et loco omnibus suis expensis, pigneribus et advocatis ipsius tantum, lite mota et post, (et) firmum et ratum habere perpetuo atque tenere omnem et singulum contractum de ipsis rebus et bonis factum et faciendum et eidem contractui expresse consentire, et cartam inde accipienti facere ad sensum sapientis ipsius accipientis infra VIII dies postquam inde fuerit requisitus, et non contra venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena dupli predictorum bonorum vel extimationis eorum; quam penam predictus R. per se suosque heredes et quoslibet suorum posterum successorum predicto P. pro se suisque heredibus stipulanti dare ac solvere promisit si contra faceret vel veniret (et post) pene solutionem omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere. Et renuntiavit ipsius equi cum predictis ornamentis non habiti et non recepti, fori prescriptioni (s) exceptioni, doli mali, condictioni indebiti, sine causa; in factum subsidiarie, redhibitorie, quanto minoris, in factum actionibus, privilegio scolastico, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Ad hec Centius Bertoldi de precibus et mandato ipsius P. et fideiussorio nomine [et] pro eodem circa omnia et singula supradicta et quo(d)libet eorum superius contentorum ipsi P. extitit fideiussor et promisit per se suosque heredes omnia

Source : BIU Cujas

et singula que dictus principalis confessus est, et eodem modo obligavit se et omnia sua bona presentia et futura et ea nomine ipsius P. possidere constituit, et renuntiavit omnibus et singulis beneficiis supradictis; et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus et omni alii legum auxilio et exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti vel in rem.

XCI. **Carta oblationis et offertionis.** — Ego quidem Iohannes ad honorem et laudem nominis Dei et gloriose virginis Marie et beati Leonardi confessoris et omnium aliorum sanctorum et sanctarum Dei offero me ac omnia et singula mea bona monasterio Sante Flore, et renuntio propriis, profiteor continentiam, et promitto regulam beati Benedicti. Et promitto tibi diomino abbati prenominati monasterii recipienti pro te tuisque catholicis successoribus obedientiam et reverentiam et loci stabilitatem more conversorum, et omnia et singula que habeo vel alius pro me confiteor precario nomine predicti monasterii possidere et retinere. Et tunc predictus abbas recepit ipsum Iohan-
c. 49. A. nem in suum et ipsius monasterii conversum, et investivit ipsum de omnibus et singulis bonis quibus ipsius monasterii conversi utuntur, assignando eidem locum in mensa et refectorio. Actum in tali loco etc.

XCII. **Carta pignoris.** — Centius olim Petri per se suosque heredes promisit reddere et solvere Bartolo Ugolini pro se suisque heredibus stipulanti X lib. bonorum den. pis. usque ad duos annos proxime complendos, quos predictus C. ab ipso B. nomine mutui confessus est recepisse et apud se numeratos in presenti ac solutos esse, renuntians non numerate et non solute sibi pecunie exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Pro quibus denariis in dicto termino restituendis obligavit predictus C. ipsi B. iure pigneris unam domum positam in tali loco iuxta tales sui iuris et proprietatis ad habendum tenendum possidendum et fruendum usque ad terminum supradictum; et omnes fructus quos ipse B. vel alius pro eo de dicta terra perceperit donavit predictus C. ipsi B. inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem ab eodem recepto, renuntians non numerate, non solute et non recepte et meriti non iusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie. Et constituit ipsam terram nomine ipsius B. iure pigneris possidere donec ipsius terre fuerit adeptus possessionem corporalem, quam adipiscendi et retinendi licentiam sua auctoritate concessit. Et promisit predictus C. per se suosque heredes ipsi B. predictam terram et omnes fructus qui fuerint in eadem terra usque ad terminum supradictum non tollere non inquietare, sed legitime omni tempore defendere et ipsum B. et suos heredes non inquietare et non molestare et occasione huius pigneris litteras non impetrare nec impetrari facere; et si impetrate fuerint promisit ipsis litteris non uti et ;psum B. non trahere nec trahi facere coram aliquo iudice vel iudicibus delegatis subdelegatis et extraordinariis, et facta solutione ipsius debiti hec carta pigneris penitus adsolvatur. Quod si ut dictum est prefatus C. non fecerit et non observaverit, promisit dare et solvere nomine pene ipsi B. pro se suisque heredibus stipulanti C. sol. bonorum den. pis. et omnia damna et expensas et cet.

XCIII. **Carta pignoris ad computandum.** — Albertus olim M. pro X lib. den. pis., quos a M. olim Iohannis confessus est recepisse et habuisse et sibi numeratos ac traditos fuisse, dedit et
c. 49. B. concessit iure pigneris ad scomputandum unam petiam terre aratorie sui iuris et et proprietatis usque ad III annos proxime complendos, que terra est posita in tali loco iuxta tales, hoc modo et pacto: quod promisit prefatus Martinus scomputare sibi de fructibus qui fuerint in ipsa terra pro quolibet sextario ipsius frumenti XXXII den., pro quolibet sextario siliginis II sol, den., pro quolibet sextario hordei XVIII den. et. pro quolibet sextario spelte X den. Et si de fructibus percipiendis de ipsa terra predicto M. in ipso termino non fuerit satisfactum secundum modum predictum, promisit predictus Albertus ipsi M. recompensationem facere et sibi supplere in tanta pecunie summa quanta sibi ad solvendum deceret. Et quandocumque infra dictum terminum ipsi Martino de ipsis eiusdem terre fructibus fuerit satisfactum, predictum pignus penitus absolvatur, et hec carta pigneris evanescat. Et hec omnia et singula supradicta A et M. per se suosque heredes promiserunt attendere ac observare et non contravenire de iure vel de facto aliqua occasione vel exceptione sub pena C. sol. den. pis, (quam) qui predicta non observaverit predicta servanti dare et solvere promisit, et omnia damna et expensas ac interesse litis reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis atque tenendis obligaverunt sibi ad invicem omnia eorum bona presentia (et) bona futura, et ea una pars pro altera possidere constituit et pena soluta et cet.

XCIV. **Carta refutationis mulieris.** — Berta ex certa scientia et non per aliquem errorem sciens se non teneri, sed sive teneretur sive non volens [tamen?] nihilominus ad omnia et singula infrascripta obligari atque teneri et optime adstringi et quod de iure sortiantur effectum nulla occasione vel exceptione iuris vel facti obstante, solemni stipulatione interposita per se suosque heredes refutavit renuntiavit et pactum (de) non ulterius petendo fecit A. et B. fratribus suis omnia iura et actiones utilia directa realia personalia et omnia alia que ipsa domina B. habebat vel deinceps habere poterat in omnibus bonis (et) rebus que fuerunt Iohannis olim patris eorum, que ipsi domine B. contigerint vel deinceps contingere possent nomine vel occasione partis contingentis eamdem occasione falcidie vel alio quocumque modo. Pro qua quidem refutatione confessa estab ipsis A et B. iustum meritum secundum legem, scilicet C sol den. pis. pro legitima parte sua (recepisse), et ipsos denarios fore solutos ac traditos nomine dotis pro eodem U. Iohannis viro c. 50. A. suo; sciens ius suum quod in ipsis bonis paternis habebat multo maioris pretii ac valoris esse, et quanticumque pluris esset eis donavit inrevocabiliter inter vivos pro iusto merito secundum legem ab eisdem recepto, renuntians partis non habite non recepte et meriti non iusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quod si ut dictum est predicta domina B. non fecerit et non observaverit vel contravenerit aut si ita factum et observatum non fuerit vel fuerit in aliquo contraventum vel contravenire presumptum aut si contra datum vel factum apparuerit, tunc per se suosque heredes promisit ipsis A. et B. dare et solvere nomine pene XXV lib. den. pis. et omnia damna et expensas etc. et obligavit eisdem omnia bona sua presentia et futura etc. et hec omnia et singula corporaliter ad sancta Dei evangelia firma et rata habere iuravit.

XCV **De adscriptione.** — Iohannes olim B. adscripsit se et suam sobolem seu prolem totam ac suos heredes resedio et tenimento domini Petri olim Iohannis: de quo tenimento est una petia terre posita in tali loco iuxta tales et cet.; quod podere fuit olim detentum per G. olim Petri; in quo quidem podere et tenimento predictus Iohannes promisit per se suosque heredes facere continuam residentiam et continue residere ibidem

Source : BIU Cujas

neque separare se aliquo modo vel ingenio quod dic ivel excogitari possit, et promisit per se suosque heredes residere in ipso tenimento et illud pro ipso domino Petro colere et retinere, et ipsum tenimentum non dimittere sine licentia et verbo ipsius domini P. Et pro retentione tam dicti poderis quam aliorum bonorum promisit predictus Iohannes per se suosque heredes dicto domino P. pro se suisque heredibus stipulanti annuatim per totum mensem augusti deferre ac dare in civitate Aretina ad domum ipsius domini P. spallam carnis porcine et X sextarios boni et pulcri frumenti sine malitia, et in festo sancti Angeli unum par caponum et duas operas quolibet mense facere, subiicens se et suos heredes et omnia que habet vel habiturus est deinceps dominio ipsius domini P. et suorum heredum; et ea constituit se nomine ipsius possidere. Et hec omnia et singula supradicta promisit predictus Iohannes attendere observare et facere et non contraveniret de iure vel de facto aliqua occa-occasione vel exceptione, sub tali pena. Quod si ut dictum est non fecerit et non observaverit et cet., omnia damna et expensas etc. Anno Domini et cet. — Item eodem anno tali die et loco coram domino B. iudici adscripsit se et suam sobolem totam tenimento et poderi domini Petri

c. 50. B. CXVI. **Instrumentum compromissi.** — Bertoldus olim Bonelli per se suosque heredes ex parte una et Brachius Sodelli per se suosque heredes ex altera super lite et discordia que vertebatur inter eos vel de cetero verti posset nomine sive occasione XL lib. den. pis. sortis et XL sol. pene et X sol. pro damnis et expensis; quos dominus prefatus B. ab ipso Brachio petebat ex causa mutui ab ipso habitos, quos dominus idem Brachius eidem Bertoldo dare debere negabat; et super omnibus et de omnibus litibus discordiis et controversiis que vertebantur inter eos vel aliquos eorum de cetero verti possent vel facere vellent quocumque modo occasione vel nomine predictorum, de communi voluntate et pari consensu elegerunt, vocaverunt, fecerunt, constituerunt Iohannem Ildebrandini et Bartuctium Ugolini eorum laudatores arbitros arbitratores et communes amicos, et consenserunt ac compromiserunt in ipsos, et promiserunt predicti per se suosque heredes attendere observare facere et adimplere [et] omnia et singula que ipsi laudatores arbitri et arbitratores laudaverint preceperint et fuerint arbitrati die feriato et non feriato in scriptis vel sine scriptis sedendo vel stando ambo simul vel alter eorum de verbo et licentia vel commissione alterius semel pluries et quotiens [et] voluerint partibus absentibus vel presentibus, contradicentibus vel consentientibus, sive una parte presente et altera absente una contradicente et altera consentiente, partibus requisitis vel inrequisitis loco honesto vel inhonesto iuris ordine servato vel pretermisso, per sententiam per laudum per arbitrium et qualitercumque dixerint vel dici fecerint: et venire parere ac laudo stare et arbitrio ac preceptis ipsorum laudatorum et arbitratorum, quod et que et qualia sive quanta ipsi arbitri arbitratores laudaverint preceperint et fuerint arbitrati et quomodocumque vel qualitercumque dixerint vel dici fecerint. Et si predicti arbitri et arbitratores inter se nequeunt concordare, elegerunt ipse partes incontinenti dominum U. Accarisci tertium eorum arbitrum et arbitratorem et cuius consilio ipsi arbitri et arbitratores stare et quiescere teneantur et de ipsius consilio laudare et arbitrare super predictis. Et promiserunt partes predicte non petere et non allegare vel dicere ipsum laudum vel arbitrium in totum vel pro parte esse iniquum vel corrigendum vel in aliquo reducendum arbitrio boni viri nec aliquo modo contravenire nec officium iudicis implorare. Quod si aliqua dictarum partium omnia et singula supradicta non observaret vel non com-
c. 51. A. pleret, vel in aliquo de iure vel de facto contraveniret, tunc omni occasione et exceptione iuris vel facti remota promisit pars infidelis non observans parti fideli predicta servanti et in fide stanti dare et solvere nomine pene XX lib. bon. den. pis. et tantumdem predictis arbitris, et insuper omnia damna et expensas reficere non observans et quilibet qui predicta non observaret servanti et in fide stanti iuramento tantum ipsius partis fidelis propter hoc extimanda sine testibus, iudicis taxatione et alia qualibet probatione. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt sibi invicem partes predicte omnia eorum bona presentia et futura, et una pars pro altera possidere constituit; et pena soluta vel non nihilominus partes predicte omnia et singula supradicta promiserunt firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum; renuntiantes in hoc facto exceptioni doli mali, condictioni sine causa, ex iniusta causa, in factum subsidiarie, beneficio legum loquentium quod arbitrium vel laudum possit corrigi vel reduci ad arbitrium boni viri et beneficio legis Digestorum diem proferre § primo loquentis (*cod.* loquentes) quod heredes non succedant in compromisso nam ipsos heredes in ipso compromisso succedere voluerunt (IV, 8,37) et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. *Et nota quod si causa esset ventilata coram aliquo iudice vel iudicibus, tunc adderetur istud in renuntiatione:* Et renuntiaverunt omnibus litteris impetratis et impetrandis et omnibus processibus actitatis coram talibus iudicibus [habitis], et ipsis litteris impetratis et impetrandis et processibus promiserunt non uti sub pena predicta, quam ille qui predicta non observaret alteri dictorum predicta observanti solvere ac dare promisit. Factum fuit hoc compromissum in civitate Aretina in domo Iohannis fabri coram talibus testibus, anno Ihesus Christi a nativitate et cet.

XCVII. **Protocollum compromissi.** — Tertio kalendas octubris. Actum in civitate Aretina in Piscaria ante domum Petri coram Rodulpho Iohannis, Candello Martini et Bencevenne Grimaldi et aliis testibus ad hec vocatis. Bertoldus olim Bonelli per se suosque heredes ex una parte et U. Sabelli per se suosque heredes ex altera, super lite et discordia que vertebatur inter eos vel de cetero verti posset nomine sive occasione XXV lib. den. pis. sortis et XL sol pene et X sol. pro damnis et expensis, quos denarios prefatus B. ab ipso Brachio petebat ex causa mutui ab ipso habitos et insuper omnibus et de omnibus litibus, discordiis et controversiis (que) inter ipsas partes vertuntur vel de cetero verti possent, concordi voluntate elegerunt fecerunt constituerunt Iohannem Ildebrandini et Bartuccium Ugolini eorum laudatores, arbitros et arbitratores et (com)promiserunt in c. 51. B. ipsos promittentes inter se vicissim attendere, observare et facere omnia et singula que ipsi laudatores, arbitri et arbitratores laudaverint diffiniverint et arbitrati fuerint die feriato vel non, in scriptis vel sine scriptis etc. Et elegerunt predicte partes incontinenti dominum U. Accarisci in tertium eorum laudatorem cuius consilio predicti arbitri stare et quiescere teneantur et non allegare vel dicere ipsum laudum esse iniquum vel corrigendum arbitrio boni (viri). Quod si aliqua predictarum partium omnia et singula precepta lauda vel arbitria ipsorum laudatorum arbitrorum et arbitratorum (non observaverit), tunc promisit pars infidelis non observans dare et solvere parti fideli predicta observanti nomine pene XXV lib. den. pis. et tantundem ipsis arbitris et arbitratoribus, et omnia damna et expensas propter hoc suo tantum iuramento sine probatione reficere. Et obligaverunt predicte partes vicissim omnia eorum bona presentia et futura, et ea una pars pro altera possidere constituit et pena soluta (et cet.), et renuntiaverunt beneficio legis C. (*corr.* D) diem proferre scilicet primo et cet.

Source : BIU Cujas

XCVIII. **Carta laudi et arbitrii qualiter proferatur.** — In nomine Dei eterni amen et cet. Nos quidem Iohannes Ildebrandini et B. Ugolini arbitri arbitratores et diffinitores et concordes amici electi assumpti et constituti a B. quondam Bonelli ex parte una et Brachio Sodelli ex altera super lite et discordia que vertebatur inter eos, vel de cetero verti posset nomine sive occatione XL lib. den. pis. sortis et XL sol. pene et damnorum et expensarum, quos dominus prefatus B. ab ipso Brachio petebat in hunc modum: « Vobis Iohanni Ildebrandini et B. Ugolini arbitris et arbitratoribus electis adsumptis constitutis a me et ab adversa parte conqueror ego B. de Brachio Sodelli petens ab eo etc. »; visis et intellectis utriusque partis rationibus diligenter et deliberatione habita super primis (?) diligenti, finem litibus imponere cupientes, pro bono pacis et concordie laudamus arbitramur precipimus et sententialiter diffinimus, quod Brachius supradictus det et solvat prefato B. usque ad kalendas iunii proximas X. lib. bon. den. pis., et de ipsis denariis ipso B. solvendis faciat cartam promissionis ad sensum sapientis ipsius B.. Item laudamus arbitramus precipimus et sententialiter diffinimus, quod Bertoldus faciat cartam diffinitionis quietationis et adsolutionis transactionis ipsi Brachio per totam diem ad sensum sui sapientis de precibus et singulis iuribus actionibus que
c. 52. A habebat vel habere poterat adversus eumdem Brachium et suos heredes et bona que ab ipso petebat, et quod instrumentum debiti incontinenti restituat et condemnari faciat et abbreviaturam inde confectam. Et ab omnibus aliis rekestis quas dictus B. ipsi Brachio faciebat vel facere poterat predictorum occasione absolvimus, reservata nobis licentia et potestate corrigendi et interpretandi laudum et arbitrium supradictum quotiens nobis (et) prout visum fuerit expedire. *Et nota quod ista tal additio aliquando consuevit apponi, sed non semper.* Pronuntiatum vel sententiatum fuit istud laudum et arbitrium supradictum in civitate Aretina in tali loco coram talibus testibus ad hec vocatis etc.

XCIX. **Carta refutationis et transactionis.** — Bertoldus olim Bonelli ex certa scientia et non per aliquem errorem, omni occasione et exceptione iuris vel facti sive intentionis remota, per se suosque heredes ex causa transactionis ex laudo et arbitrio lato per Iohannem I. et B. U. refutavit renuntiavit remisit cessit concessit mandavit transegit et pactum de non ulterius petendo fecit Brachio quondam Saldelli omne ius et actionem utilem et directam realem personalem et persecutoriam mediam sive mixtam, que habuit haberet seu deinceps habere posset adversus eumdem Brachium et eius heredes et bona nomine et occasione X lib. sortis et XL sol. pene et V pro damnis et expensis aliis, prout continetur in instrumento manu Iohannis notarii confecto, pro quibus dictus B. esset eidem Bertoldo obnoxius vel in aliquo obligatus; pro iusto merito secundum legem ab eodem recepto, scilicet C sol. den. pis., quos predictus Bertoldus ab ipso Brachio pro ipsa refutatione confessus est recepisse, salva tamen eidem Bertoldo carta promissionis de ipsa pecunie summa, ut in instrumento manu mei R. notarii confecto evidenter apparet. Quam refutationem, pactum de non petendo et omnia et singula supradicta predictus Bertoldus promisit firma et rata habere atque tenere et non contravenire nec ullo modo ipsum Brachium et eius heredes et bona molestare deinceps vel inquietare nomine vel occasione ipsius pecunie summe vel aliquorum in eo instrumento contentorum nec alia qualibet occasione vel exceptione alicuius obligationis predicte, nec dedisse cessisse vel fecisse aliquid huic contractui nocens vel nociturum; et si apparuerit contra datum vel factum, legitime defendere. Et renuntiavit pecunie non habite non recepte non numerate et meriti non iusti (exceptioni) et beneficio instrumenti et abreviature exinde factorum et omni alii probationi. que de predictis vel de aliquo predictorum appareret vel apparere posset, et eas voluit esse cassas et vanas, c. 52. B.
nullius valoris atque momenti et eis vel aliqua earum de cetero non uti et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Si autem ipse B. vel eius heredes predicta omnia et singula in omnibus et singulis non fecerit et non observaverit vel ita factum et observatum non fuerit aut si fuerit in aliquo contraventum vel si datum aut factum aliquid huic contractui nocens vel nociturum apparuerit, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere nomine pene XX lib. bon. den. pis. et omnia damna et expensas propter hoc tantum suo iuramento. ipsius Brachii vel eius heredum extimanda reficere, et post ipsius pene solutionem [et] omnia et singula supradicta firma habere atque tenere. Factum fuit hoc refutationis instrumentum et transactionis in tali loco coram talibus testibus anno a nativitate Domini etc.

C. **Carta emancipationis.** — Cum Iohannes olim Petri et Bernardus eius filius concorditer venirent coram domino B. iudice ordinario et essent postea in eius presentia constituti, prefatus I. firmiter asserebat se velle ipsum Bernardum filium suum emancipare, et ipse Bernardus volebat ac petebat ab eodem emancipari. (Itaque) prefatus Iohannes auctoritate ipsius domini B. iudicis interveniente emancipavit eumdem B. filium suum volentem et petentem, et ipsum a[c] sacris ac patria potestate ac manu dimisit et a nexibus sue patrie potestatis omnino exemit ac relaxavit eumdem, et renuntiavit omni beneficio legum in eodem sibi concesso, et dedit et concessit eidem liberam potestatem emendi, vendendi, donandi, permutandi, in solutum dandi, stipulandi, et aliis obligandi, testandi, in iudicio standi, paciscendi et omnia utilia et alia negotia pertractandi sine obtentu patrie potestatis, et insuper omne commodum acquirendi et incommodum sustinendi tam in iudicio quam extra et omnia et singula libere faciendi et plenarie exercendi que quilibet pater familias sui iuris facere potest et exercere ad sui emancipati commodum et incommodum plenam ei attribuit facultatem; et confessus est se pro hac emancipatione ab eo iustum meritum secundum legem recepisse, renuntians meriti non recepti et non iusti exceptioni. Quam emancipationem predictus Iohannes promisit perpetuo firmam et ratam habere atque tenere et non contravenire aliqua occasione vel exceptione, sub pena C. lib. eidem ab eodem promissa si contra faceret vel veniret. Factum fuit hoc emancipationis instrumentum in tali loco coram talibus c. 53. A.
testibus ad hec vocatis et cet.

Item eodem die et loco et coram dictis testibus predictus Iohannes hoc presenti instrumento donationis pure libere ac simpliciter inter vivos inrevocabiliter donavit dedit tradidit et ad proprium in perpetuum in premium emancipationis concessit B. filio suo emancipato et pro tota legitima parte ipsum contingente de bonis paternis que sibi debet iure falcidie obvenire X lib. den. pis. *vel* unam domum, *vel* unam petiam terre aratorie sui iuris et proprietatis positam in tali loco iuxta tales cum superioribus et inferioribus finibus pertinentiis accessibus et egressibus suis usque in viam publicam cum omnibus supra infra sub se contentis omnique iure suo ad habendum tenendum possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit faciendum. Item ex causa ipsius donationis dedit, cessit, concessit et mandavit omne ius et actionem petitionem usum et pactum de non ulterius petendo remisit, quod et quas habet vel deinceps habere possit in dicta re et omnibus rebus et bonis, peculio profectitio et adventitio et aliis omnibus que ipse B. habet vel in futuro habere posset, constituens ipsum dominum et procuratorem in rem suam ut possit agere, causari,

Source : BIU Cujas

excipere, replicare et experiri utiliter et directe et omnia et singula que placuerint eidem utiliter et directe et omnia et singula facere et libere exercere que sibi et eius heredibus absque molestia et contradictione eiusdem Iohannis patris sui; profitens idem Iohannes ab eodem Bernardo recepisse iustum meritum secundum legem; et renuntiavit meriti non recepti et non iusti exceptioni, doli mali, condictioni sine causa et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quam rem se pro eo possidere constituit donec inde fuerit adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam sua auctoritate concessit, et promisit eidem B. pro se suisque heredibus stipulanti dicte rei dare ac tradere vacuam
c. 53. B. et expeditam possessionem et rem et possessionem non tollere non contendere non molestare non minuere non inquietare, sed legitime omni tempore ab omni persona et loco defendere guarentare, auctorizare ac disbrigare, et omnia et singula supradicta perpetuo firma tenere, et non contravenire promisit aliqua occasione vel exceptione. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, vel non fuerit ita verum, vel si ipse et cuius heredes predicta omnia et singula non facerent ac observarent, vel si de iure vel de facto contravenire[nt] presumpseriut, tunc promisit per se suosque heredes ipsi B. pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene XXV lib. et omnia damna et expensas propter hoc simplici iuramento ipsius et eius heredum vel causam eius habentis extimanda absque alia probatione reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit ei omnia sua bona presentia et futura et ea pro eo possidere constituit et eius nomine, et pena soluta vel non rato manente contractu cum pene obligatione et omnium predictorum.

CI. **Carta donationis post emancipationem.** — Bernardus filius Iohannis emancipatus ab ipso, post receptionem partis contingentis ipsum de bonis paternis iure falcidie hoc presenti refutationis instrumento in presenti refutavit renuntiavit et per pactum de non ulterius petendo remisit predicto Iohanni patri suo omne ius et actionem petitionem persecutionem que habet vel habuit seu deinceps habere posset in omnibus et singulis aliis bonis ipsius I. patris sui que habet et tenet vel alius pro eo aut est habiturus deinceps quocumque modo. Et promisit eidem patri suo stipulanti et recipienti quod nullam litem seu controversiam vel molestiam faciet vel movebit per se vel per aliquam submissam personam vel submittentem ab eo eidem patri suo donec vixerit, ut ipse I. pater eius libere possit facere ex ipsis bonis quicquid voluerit absque contradictione et molestia ipsius B.; et promittet ipsum patrem suum esse tacitum et quietum et nullam litem vel controversiam aliquo modo vel ingenio movere contra eumdem. Pro qua quidem refutatione confessus est predictus B. ab ipso Iohanne patre suo pro legitima parte ipsum contingente iure falcidie de bonis paternis X lib. den. pis. *vel* unam domum positam in tali loco, *vel* unam petiam terre aratorie *vel* vineate *vel* alias iustum meritum secundum legem (recepisse). Si autem predictus B. omnia et singula supradicta non observaverit vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum vel si datum contra erit aut factum nocivum vel nociturum, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere eidem Iohanni nomine pene solemni stipulatione X lib. et omnia damna et expensas etc.

CII. **Carta venditionis equi vel alterius animalis venditi.** Gualfredus Gilii per se suosque heredes refutavit renuntiavit finivit et [per] pactum perpetuum de non ulterius petendo fecit seu agendo vel exipiendo Ugolino Petri omne ius et actionem petitionem persecutionem que habet vel deinceps habere posset adversus ipsum U. et eius hederes et bona nomine vel occasione redhibitorie vel quanto minoris et ex empto vel in factum vel c. 54. A. edilium curulium nomine vel occasione morborum, vitiorum, vel maganiarum que sunt nunc vel de cetero verti possent in corpore vel extra corpus vel in aliquo alio membro unius equi pili nigri quem ab eo emit, renuntians predictis beneficiis et actionibus et ipsi(us) equi non empti non habiti et non recepti (exceptioni), et omnibus beneficiis eidem in hoc facto patrocinantibus personaliter vel in rem. Quam renuntiationem, pactum, et omnia et singula supradicta predictus U. promisit firma et rata habere atque tenere et non contravenire nomine vel occasione predicti equi et ipsarum actionum et beneficiorum nec alia qualibet occasione nec exceptione, certioratus quidem predictus emptor ab ipso venditore predictum equum habere omnia vitia morbos et maganias que aliquis equus habere potest. Si vero predictus emptor et eius heredes non facerent, non observarent vel in aliquo contravenirent, tunc per se suosque heredes promisit dare et solvere ipsi U. pro se suosque heredibus stipulanti nomine pene X lib. den. pis. et omnia damna et expensas propter hoc iuramento ipsius U. vel eius heredum sive causam eorum habentium in iudicio et extra propter hoc extimanda reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit ei omnia sua bona presentia et futura et ea pro eo possidere constituit et post ipsius pene solutionem [et] omnia et singula supradicta promisit firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. *Et nota quod instrumentum animalium potest continuari cum instrumento refutationis et esse unum instrumentum.*

CIII. **Carta pacis.** — Orlandus olim Iohannis per se suosque heredes fecit et reddidit Ugolino Bertoldi pro se suisque heredibus stipulanti finem et pacem et pactum perpetuum concordiam inrevocabilem et inresolubilem compositionem de omnibus et singulis molestiis, iniuriis, gravaminibus ab ipso vel ab alio pro eo sibi illatis in rebus vel in personis eorum quocumque modo vel ingenio, et de omnibus et singulis damnis datis et guastis factis. Quam pacem finem compositionem et omnia et singula supradicta vel infrascripta predictus Orlandus per suosque heredes firma et rata habere atque tenere perpetuo et non contravenire promisit aliquo modo vel ingenio quod dici vel excogitari possit. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, tunc promisit per se suosque heredes dare et solvere ipsi U. pro se c. 54. B. suisque heredibus stipulanti nomine pene C sol. den. pis. et omnia damna et expensas propter hoc tantum iuramento ipsius U. vel eius heredum vel ius sive causam eorum habentium sine testibus et alia qualibet probatione propter hoc in iudicio et extra extimanda reficere. Et pro his omnibus et singulis supradictis inviolabiter observandis in perpetuum atque tenendis obligavit se ei et omnia sua bona presentia et futura, et ea pro eo et eius nomine possidere constituit; et pena soluta vel non nihilominus hanc pacem et omnia et singula supradicta promisit firma et rata habere atque tenere cum pene obligatione et omnium predictorum et singulorum. Et hanc pacem finem et concordiam tactis sacrosanctis evangeliis iuravit perpetuo firma tenere et inviolabiliter observare et non contravenire aliqua occasione vel exceptione. Et hanc pacem finem et concordiam prefati M. et U. pacis osculo interveniente inresolubiliter firmaverunt Factum fuit hoc pacis instrumentum in tali loco coram talibus testibus. *Vel potest aliter hoc instrumentum inchoari:* Talis pro se suisque heredibus et omnibus et singulis de parentela sua ex parte una et B. pro se suisqne heredibus et omnibus et singulis de parte sua ex altera, fecerunt et reddiderunt vicissim inter se finem et pacem perpetuam et concordiam inrevocabilem et inresolubilem compositionem.

Source : BIU Cujas

CIV. **Instrumentum pacis.** — Iacopinus olim Petri ex parte una et Leonardus Finelli ex altera fecerunt et reddiderunt vicissim inter se pacem finem et concordiam et refutationem perpetuam specialiter de vulnere quod dictus Bernardus in tali membro ipsi Iacopino dicitur intulisse die sabati proxime preterita ante tertiam, et generaliter de omnibus et singulis iniuriis offensis et gravaminibus ab altero alteri eorum dicto vel facto vel alio quocumque modo illatis. Et promiserunt predicti I. et L. predictam pacem et concordiam et omnia et singula que ad ipsam pacem et concordiam inresolubiliter tenendam (pertinent) et que in ea continentur firma et rata perpetuo habere atque tenere et non contravenire, et nullam accusationem de ipso vulnere seu de ipsa rixa seu de ipso facto deinceps facere nec fieri facere vel venire aliqua occasione vel exceptione nec per aliquam submissam personam vel submittentem ab eis nec in actione si, qua facta est, ulterius procedere testes in accusationem eamdem vel probationem aliam aliquam inducendo vel alias quocumque modo vel ingenio contraveniendo. Quam pacem et concordiam predicti I. et L. pacis osculo interveniente firmaverunt sub pena XXV lib., quam ille qui predicta non observaret alteri predictorum predicta observanti solvere ac dare promisit, et damna et expensas et cet.

c. 55. A. CV. **Instrumentum contrahende societatis generaliter.** — In nomine Dei eterni amen. Ugolinus Manni et Iohannes Farolfi contraxerunt inter se societatem ad vendendos pannos et emendos banbicinos et alia retinenda vendenda et emenda que viderint expedire usque ad X annos proxime complendos vel ad alium terminum quo fuerint in communi concordia et voluntate. In qua quidem societate confessi sunt quod dictus U. miserat *vel* mittere debet usque ad XV dies L lib. den. pis., et predictus I. miserat C lib. tali pacto et conditione appositis, quod prefatus U. debeat ire Vercellas, in Angliam, Franciam et Lombardiam et ad alias partes quascumque expedierit pro ipsis pannis emendis et revendendis; et prefatus I. promisit et debet morari in civitate Aretina in apotheca quam conduxerint vel habuerint pro facto ipsius societatis, et vendere pannos et banbicinos et recolligere denarios per civitatem Aretinam (et) comitatum, et debeat ire ad nundinas et per comitatum Aretinum quando viderit expedire, et omnia et singula facere et exercere que ad ipsam societatem in bono statu retinendo fuerint necessaria et utilia facienda. Et promiserunt facere rationem iiij vicibus in anno, scilicet de iiij mensibus, et omnia et singula ipsius societatis negotia facere et exercere bona fide sine fraude, et omnia et singula que ad eos vel ad aliquem eorum vel alium pro eis vel eorum nomine pervenerint nomine vel occasione ipsius societatis sibi ad invicem communicare seu ad communem utilitatem ipsius societatis reducere bona fide sine aliquo subtractu et ficto. Et reddita ratione, deductis expensis et qualibet eorum sorte prius deducta, communiter lucrum pro medietate inter se dividere debeant ac sortiri, et dannum si acciderit, quod Deus avertat, communiter debeant substinere. Quam societatem et omnia et singula supradicta inter se invicem stipulatione prefati U. et Iohannes promiserunt firma et rata tenere, et non contravenire aliqua occasione vel exceptione. Si vero aliquis eorum omnia et singula supradicta non fecerit et non observaverit vel contravenerit, promisit alteri predictorum predicta observanti et in fide stanti dare et solvere nomine pene XX lib. bon. den. pis., et hoc pacto specialiter inter partes, quod ipsa pena committatur et exigatur in omnibus et singulis capitulis quotiens contra ventum vel venire presumptum. Et omnia damna et expensas propter hoc tantum iuramento ipsius qui predicta observaret vel suorum heredum vel ius vel causam eorum habentis sine alia qualibet probatione et iudicis taxatione extimanda reficere solemni stipulatione promisit. Pro qua quidem societate et omnibus supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt sibi invicem omnia eorum bona presentia c. 55. B. et futura, et ea unus pro altero possidere constituit. Et pena soluta vel non nihilominus predicti U. et I ipsam societatem et omnia et singula supradicta promiserunt firma et rata habere atque tenere cum pene obbligatione et omnium predictorum, renuntiantes ipsius societatis non contracte et pecunie in ipsam societatem ex parte ipsius U (non misse) et doli mali, condictioni indebiti, sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio in hoc patrocinanti personaliter vel in rem. Et hanc societatem et omnia et singula supradicta iuraverunt, tactis corporaliber sacrosanctis evangeliis Dei, firma tenere et non contravenire etc. Actum et cet.

CVI. **Aliud instrumentum generalis societatis.** — Gulielmus Iohannis et Guido Farolfi contraxerunt inter (se) societatem usque ad V annos proxime complendos ad retinendum tabernam et albergariam et ad vendendum et emendum panem vinum carnes pisces et ad alia emenda et vendenda que ad predicta [fore] facienda viderint expedire. In qua quidem societate confessi sunt quod predictus G. miserat X lib. den. pis. et Guido predictus in eadem alias X lib. den. pis.; cum quibus denariis promiserunt invicem inter se et alter alteri promisit negotiari mercari atque lucrari, et totum lucrum et damnum, quod absit, inter se communiter dividere ac sortiri usque ad terminum supradictum et tanto plus quanto inter se fuerint concordes, et rationem lucri et damni reddere et reassignare quandocumque alter eorum ab altero peteret vel requiretur, et nullam credentiam aliquis eorum de aliquo se facturum sine alterius licentia et verbo. Quam societatem tabernam albergariam et omnia alia et singula supradicta prefati G. et Guido promiserunt tenere facere et observare bona fide sine fraude et sine aliquo subtractu, et non contra venire vel facere de iure vel facto aliqua occasione vel exceptione sub pena C lib den. pis., quam ille qui predicta non observaret alteri predictorum predicta observanti dare et solvere solemni stipulatione promisit et omnia damna et expensas et cet., renuntiantes non contracte, non facte inter eos predicte societatis exceptioni, non misse in ea ex dicta causa ipsius pecunie totius (vel) partis exceptioni, doli mali et cet.

CVII. — Santore olim M. per se suosque heredes promisit reddere et solvere et se redditurum et soluturum Pagucino Iohannis pro se suisque heredibus stipulanti et pro eo qui ius sive causam eius habuerit XXV lib. bon. den. pis. usque ad sex menses cum tertia parte lucri et damni ostensi legitime ac probati, quos dominus prefatus Santore ab ipso Pagucino in societate in presenti confessus est recepisse ad guadum emendum et vendendum, vel pannos de colore emendos ac vendendos, cum quibus dominus predictus S. promisit negotiari atque mercari ad ipsum guadum vel pannos emendos ac vendendos, renuntians non numerate non recepte et non habite pecunie exceptioni, et doli mali, condictioni sine causa in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, tunc per se suosque heredes ipsi P. pro se suisque heredibus stipulanti promisit dare et solvere nomine pene X lib. bon. den. pis. et omnia damna et expensas que et quas predictus P. vel eius heredes propter hoc dixerint se fecisse vel sustinuisse in iudicio et extra eorum tantum iuramento vel qui ius sive causam eorum habuerit dixerint suo sine testibus et alia qualibet probatione reficere. Et pro his

Source : BIU Cujas

c. 56. A. omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis atque complendis obligavit predictus I. ipsi Pagucino se et omnia bona sua presentia et futura et ea suo nomine et pro eo possidere constituit, ut liceat ipsi Pagucino sua auctoritate sine nuntio potestatis et vinculo legis ipsorum bonorum possessionem ingredi etc. Que bona predictus Santore promisit non tollere sed legitime defendere sul pena dupli dictorum bonorum eidem Pagucino ab ipso Santore solemni stipulatione promissa si contra faceret vel veniret, et post ipsius pene solutionem [et] omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere promisit, cum pene obligatione et omnium predictorum. Ad hec Petrus Bartoli de precibus et mandato ipsius S. et fideius.-sorio nomine pro eodem ipsi P. fideiussit in (*cod.* et) omnia et singula supradicta, scilicet sortem predictam, damna et expensas, et in omnen eventum per se suosque heredes ut predictus principalis, (et) promisit et confessus est [et] eodem modo obligavisse (se) et sua bona, et ea pro dicto P. possidere constituit et renuntiavit omnibus beneficiis quibus renuntiavit predictus principalis; et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus et omni alii legum auxilio et omni alii exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Factum fuit hoc societatis et promissionis instrumentum in tali loco, coram talibus ad hec vocatis.

CVIII. **Carta de conservando fidelussorem indemnem.** — Santore olim M. per se suosque heredes promisit Petro Bartoli pro se suisque heredibus stipulanti se conservaturum et extrac-
c. 56. B. turum ipsum P. et eius heredes indemnes, infra octo dies postquam ipse Santore vel aliquis eorum heredum ab ipso Petro vel aliquo ipsius heredum fuerit requisitus, ab omni obligatione et fideiussione quam confessus est ipsum Petrum pro eo et eius mandato subisse ac fecisse apud P. I. in XXV lib. den. pis. sortis et X sol pene, et pro damnis et expensis, ut in instrumento manu U. notarii confecto evidenter apparet, et solvere ac dare et restituere ipsi omne id quod predictus P. dixerit se solvisse vel damnum aliquod substinuisse occasione vel nomine ipsius fideiussionis et obligationis. Quod si ut dictum est predictus S. et eius heredes non fecerint et non observaverint aut si ita factum et observatum non fuerit, vel ita non fuerit verum, vel in aliquo fuerit contra ventum vel venire presumptum, promisit eidem Petro pro se suisque heredibus stipulanti dare et solvere nomine pene X sol. bon. den. pis. et omnia damna et expensas integre resarcire (et) extimanda reficere propter hoc iuramento tantum ipsius Petri et eius heredum vel ius sive causam eorum habentium. Quo simplici iuramento promisit stare tacitum et quietum, et nullam aliam probationem petere vel implorare, et post ipsius pene solutionem predicta omnia et singula nihilominus observare. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit ei omnia bona sua presentia et futura et ea pro eo et eius nomine possidere constituit. (Et) renuntiavit fideiussionis et obligationis pro eo et eius mandato non fecisse ac non subisse [et] exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem.

CIX. **Instrumentum cessionis iuris.** — Paulinus Iohannis ante solutionem sibi factam ex causa venditionis vendidit, dedit, cessit, concessit et mandavit Petro Bartoli omne nomen, causam, sive debitum et omne ius et actionem, petitionem et persecutionem utilem, directam, realem, personalem, persecutoriam et omnem aliam que habuit habebat et deinceps habere posset adversus Santorem M. et eius heredes et bona nomine vel occasione XXV lib. den. pis. et X pene et damnorum et expensarum, et omnium et singulorum contentorum in instrumento manu Iohannis notarii confecto [apparet], quam sortem Paulinus dicebat quod prefatus Santore eidem P. debebat ex causa societatis et in societate ab eo habitos, et in ipsa pena damnis et expensis dicebat ipsum S. sibi obnoxium ex eo quod ipsam sortem non solverit sua die: in quibus et pro quibus omnibus et singulis predictis Petrus pro ipso Santore extitit c. 57. A. fideiussor et constituit ipsum P. procuratorem in rem suam, ut possit agere, causari, excipere, replicare et experiri, et omnia et singula facere et libere exercere utiliter et directe que predictus P. facere poterat ante ipsam cessionem factam, pro pretio XXV lib. den. pis. sortis et C. sol. pene et XL pro damnis et expensis. Quod pretium et quam pecuniam pro pena, damnis et expensis prefatus Paulinus ab ipso Petro post hanc cessionem confessus est recepisse, renuntians non soluti et non numerati pretii et non recepti, et pecunie non habite non numerate et non recepte exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti. Quam cessionem et omnia et singula supradicta prefatus P. ipsi Petro promisit firma et rata habere, perpetuo tenere atque servare et in nullo contravenire, et quod non dederat nec fecerat aliquid huic contractui nocens, immo s(emper) defenderet ipsius debiti creditorem; et si apparuerit contra datum vel factum, promisit legitime defendere suis expensis de dato et fine tantum. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel non fuerit ita verum, promisit eidem Petro stipulanti dare et solvere nomine pene C sol. bon. den. pis.; et omnia damna et expensas propter hoc iuramento tantum ipsius Petri et eius heredum vel ius sive causam eorum habentium extimanda in iudicio et extra sine alia qualibet probatione reficere solemni stipulatione promisit; et pena soluta vel non nihilominus omnia et singula supradicta firma tenere et observare promisit, firmis et ratis manentibus omnibus et singulis supradictis. Factum fuit hoc cessionis instrumentum in tali loco, coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis, anno Domini etc.

CX. **Instrumentum quietationis.** — Uguicio Iohannis confessus est se recepisse et habuisse a Ranucio Pandulfini X lib. den. pis., quos denarios prefatus Ranucius eidem U. debebat pro pretio unius domus, ut instrumento manu Rodulfi notari constare seu apparere potest. De qua quidem pecunie summa predictus U. vocavit se tacitum et quietum (et) pagatum, et sibi omne inde i(us) plenarie satisfactum, (et) renuntiavit non numerate non recepte et non habite pecunie exceptioni, et beneficio tam carte abbreviature quam alterius probationis que inde apparere posset; et ea voluit cassa et vana et nullius valoris ac utilitatis, et promisit eisdem non deinceps uti aliquo modo; et refutavit renuntiavit et pactum de non ulterius petendo fecit, et remisit eisdem et eius heredibus omne ius et actionem que habet vel habuit vel deinceps habere posset adversus eundem R. et G. eius fideiussorem et eorum heredes et bona nomine vel oc- c. 57. B. casione ipsarum XV lib. den. pis. sortis, pene damnorum et expensarum et omnium et singulorum in eadem carta contentorum. Et liberavit et absolvit ipsum R. et G. eius fideiussorem et eorum heredes et bona de sorte et omnibus et singulis supradictis, et omnino observavit (*corr.* absolvit ?). Et ipsam refutationem pactum et omnia et singula supradicta prefatus U. promisit firma et rata habere atque tenere, et ipsum Ranutium et Guidonem et eius fideiussorem et eorem heredes et bona deinceps non molestare vel inquietare vel aliquo modo contravenire aliqua occasione vel exceptione eidem R. sollemni stipulatione promisit nec dedisse vel fecisse aliquid huic contractui nocens vel noci-

Source : BIU Cujas

turum. Si autem omnia et singula supradicta et in singulis prefatus U. et eius heredes non fecerint et non observaverint vel si in aliquo contravenerint vel si ita factum et observatum non fuerit, vel si ita non fuerit, aut fuerit in aliquo contraventum vel venire presumptum, promisit ipsi R. pro se suisque heredibus stipulanti ac recipienti dare et solvere nomine pene duplum ipsarum XV lib et omnia damna et expensas etc.

CXI. **Carta citadinantie.** — Quia Ubertinus Martini iuravit ad sancta Dei evangelia esse in perpetuum civis Aretinus, et non esse in dicto, facto vel consilio aliquo (per) quod commune ipsius civitatis aliquod percipiat detrimentum, et salvare ac custodire ipsum commune et ipsius civitatis cives in persona et rebus eorum, salvo quod possit fovere partem quam voluerit et de ipsa esse et iurare quam voluerit..., civem et se contra omnem personam, et quod in perpetuo habitabit in ipsa civitate et in burgis vel in subburgis eiusdem civitatis in domo propria vel libellaria, exceptis XV diebus pro estate et XV pro vendemiis et XV diebus tempore sationis quibus possit extra civitatem habitare, et excepto quando iverit causa negotiationis, vel quando iverit alicuius sancti visitaturus limina; idcirco dominus B. tunc potestas Aretii recepit et misit ipsum Ubertimun in hominem predictum, et concessit privilegium utendi omnibus privilegiis quibus cives Aretini utuntur. Actum in civitate Aretina, in palatio communitatis ipsius, coram talibus testibus, anno Domini etc.

CXII. **Instrumentum divisionis et permutationis.** — Martinus, Farolfus et Guido fratres, filii olim Iohannis, ad divisionem rerum et possessionem suarum unanimi voluntate et pari consensu pervenientes, de ipsis rebus et bonis tres partes communi voluntate fecerunt: in una quarum statuerunt et posuerunt unam domum positam in tali loco iuxta tales, item unam petiam terre aratorie positam in tali loco iuxta tales, item unam petiam terre vineate positam in tali loco iuxta
c. 58. A. tales; et hanc partem recepit Martinus pro parte sua, (et) alii fratres et consortes predicti in parte et pro parte ipsius Martini fratris et consortis de omnibus et singulis rebus et possessionibus supradictis eidem M. fratri eorum dederunt et tradiderunt, et ipse M. eorum frater medius eamdem partem communi sua et alterum suorum consortum ac fratrum voluntate recepit. In secunda posuerunt medietatem pro indiviso unius molendini positi in Arno, item unam petiam terre nemorose positam in tali loco iuxta tales: quam partem simili modo Farolfus eorum frater minor in sua et pro sua portione tota recepit. In tertia parte posuerunt unam petiam terre silvate positam in tali loco iuxta tales, item unam petiam terre prative positam in tali loco iuxta tales, item unam petiam terre aratorie et vineate pro indiviso positam in tali loco iuxta tales; et hanc portionem prefatus Guido frater eorum maior eodem modo in sua et pro sua tota portione omnium predictarum rerum suscepit. Quam divisionem et portiones receptas ipsarum rerum prefati M. et G. et F. promiserunt invicem inter se, et alter alteri stipulanti promisit, firmas et ratas perpetuo habere atque tenere, et nullam litem nullanque controversiam alter alteri eorum movere vel facere de ipsius parte vel eius occasione aliquo modo vel ingenio. Si autem predicti fratres non fecerint et non observaverint vel aliquis eorum non fecerit et non observaverit vel contravenerint, promiserunt alii predicta observanti et alius eorum predicta non observans aliis predicta servantibus et in fide stantibus dare et solvere nomine pene XXV lib. den. pis.; hoc expresso specialiter inter ipsos, quod ipsa toties committatur et exigatur quotiens fuerit contraventum in omnibus et singulis capitulis supradictis; et omnia damna et expensas propter (hoc) iuramento tantum ipsius vel ipsorum qui predicta servaverint sine probatione integre resarcire. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligaverunt invicem inter se et alter alteri omnia eorum bona presentia et futura, et ea unus pro altero ac etiam pro aliis possidere constituit, et pena soluta vel non predicta divisio et omnia et singula supradicta perpetuam obtineant firmitatem, salvo et expresso et acto specialiter inter ipsos quod unus alii et invicem inter se predicti de evictione nullatenus teneantur.

CXIII. **Instrumentum divisionis et permutationis secundum aliam formam.** — Nos quidem Iohannes et Ildebrandinus fratres, filii quondam Sitii, hoc presenti divisionis et permutationis instrumento in presentiarum per nos nostrosque heredes dividimus, permutamus et ad proprium iu perpetuum et in partem divisionis concedimus tibi U. fratri nostro pro te tuisque c. 58. B.
heredibus stipulanti et cui ius tuum dederis in infinitum unam domum positam in civitate Aretina in porta Burgi iuxta tales, item unam petiam terre vineate positam in tali loco iuxta tales, quas res communes habemus et fuerunt olim predicti Sitii patris nostri; cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus pertinentiis et adiacentiis suis usque in vias publicas cum omnibus supra infra et sub se contentis omnique iure earum. Item ex causa ipsius permutationis et divisionis cedimus damus et concedimus et mandamus tibi pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius actionem petitionem persecutionem utilem, directam, realem, personalem, persecutoriam, que habemus vel habituri (sumus) seu deinceps habere posse·mus in predictis rebus [et] adversus omnem personam et locum pro eis vel earum occasione, constituentes te procuratorem in rem tuam ut possis agere, causari, excipere, replicare et experiri et quidquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit facere tuo nomine et libere exercere utiliter et directe, pro iusto cambio et parte que a te simiii iure permutationis et cambii [a te] recepisse fatemur. Similiter unam domum positam in tali loco iuxta tales, item unam petiam terre vineate positam in tali loco iuxta tales; et omnes et singulas res alias quas communiter habebamus usque modo vel alius pro nobis in civitate Aretina et in comitatu ipsius civitatis. Et renuntiamus omnibus et singulis exceptionibus realibus personalibus, et specialiter ipsius partis et cambii non habitorum non receptorum et non traditorum, et exceptioni doli mali, condictioni sine causa et ex iniusta causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio nobis in hoc facto rei vel persone patrocinanti. Quas res tuo nomine constituimus possidere donec ipsarum rerum corporaliter fueris adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam tua auctoritate concedimus; et promittimus per nos nostrosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti res predictas non tollere non contendere non molestare non minuere non inquietare, sed legitime omni tempore ab omni persona et loco defendere auctorizare ac disbrigare etc., *ut continetur in istrumento venditionis*, sub pena XXV lib. etc., *ut in ipso instrumento continetur.*

CXIV. **Carta feudi.** — *Feudum est beneficium alicui* [*et*] *benivolentia datum,* vel *feudum est alicuius rei alteri facta concessio pro fidelitate sibi ab eo servanda, et dicitur feudum a fidelitale tenenda atque prestanda*—Dominus Marcellinus permissione divina episcopus Aretinus per se suosque successores dedit et concessit iure feudi Ugolino I. recipienti pro se suisque liberis omnibus legitimis utriusque sexus in perpetuam totum et integrum tenimentum olim detentum per Farolfum Sitii et (quod) nunc laboratur et detinetur per Ranucium Saraceni, positum in c. 59. A
curia et districtu castri de Gargonsa: de quo quidem podere et tenimento est una petia terre posita in tali loco iuxta tales,

Source : BIU Cujas

item una[m] petia[m] (terre) aratorie et vineate pro indiviso posita *a le Skieto* iuxa tales etc.; cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in vias publicas cum omnibus supra infra et sub se contentis, ad habendum tenendum possidendum, et quidquid sibi et suis dictis liberis deinceps placuerit in perpetuum, salva fidelitate, faciendum; pro eo quod predictus Ugolinus eidem domino episcopo pro se suisque successoribus stipulanti coram me notario et testibus infrascriptis contra omnem hominem, excepto contra dominum papam et imperatorem et commune Aretine civitatis, fidelitatem corporaliter iuravit atque fecit. Et renuntiavit prefatus dominus episcopus fidelitatis non habite non recepte et predicti tenimenti sive poderis eidem U. et suis filiis ac liberis legitimis non concessi et non dati ac traditi ex dicta causa exceptioni, et doli mali, condictioni indebiti, sine causa et ex iniusta causa, in factum subsidiarie et omni alii canonici et civilis primi et novissimi iuris auxilio. Quas res prefatus dominus episcopus nomine ipsius U. possidere constituit donec ipsarum rerum corporaliter fuerit adeptus possessionem, quam adipiscendi et retinendi licentiam eidem feudario contulit atque dedit. Et promisit prefatus dominus episcopus per se suosque successores eidem feudario pro se suisque heredibus liberis stipulanti predictas res non tollere non molestare non inquietare, sed legittime defendere auctorizare ac disbrigare ab omni persona et loco suis omnibus pignoribus advocatis iudicibus et expensis, nec dedisse vel fecisse aliquid huic contractui nocens vel nociturum. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit vel fuerit in aliquo contraventum vel venire presumptum, promisit prefatus dominus episcopus per se suosque successores eidem U. pro se suisque heredibus liberis legitimis stipulanti dare et solvere nomine pene L lib. bon. den. pis, et omnia danma et expensas integre resarcire, sicut ipse U. vel eius liberi vel eorum ius habentes (suo) tantum monstraverint iuramento et [se] propter hoc dixerintse fecisse vel substinuisse sine alia qualibet probatione. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit predictus dominus eidem U. redditus et proventus Aretini episcopatus, et eos nomine ipsius U. et pro eo possidere constituit; et pena soluta vel non dicta omnia et singula perpetuam obtineant firmitatem. Quibus omnibus sic peractis, prefatus dominus episcopus cum quodam baculo quem habebat in manu et cum pacis osculo interveniente ipsum U. corporaliter investivit. Factum fuit hoc concessionis et investiture feudi instrumentum in tali loco coram talibus testibus, anno Ihesus Christi a nativitate millesimo etc.

c. 59. B.

CXV. **De iuramento fidelitatis.** — *Iuramentum vero fidelitatis sic computatur:* Tu Ugolinus iurabis ab hac hora in antea quod eris et permanebis fidelis ac vasallus ipsi domino M. episcopo Aretino et eius catholicis successoribus; quod tu conservabis ad tuum posse personas et res ipsius domini episcopi et eius successorum; et iura eorum presentia et futura in castris, villis, ecclesiis, poderibus, tenimentis et ubicumque alibi custodire atque salvare; et quod non tractabis nec eris in dicto, facto vel consilio quod ipse dominus episcopus vel eius predecessores (*sic*) amittant personam, vitam, membra, honorem vel intellectum, vel mala captione capiantur vel aliquod damnum vel iniuriam aliquam in persona vel in rebus eorum sustineant; et si sciveris aliquem contra facere velle, pro posse resistes, et si non poteris obstare; ipsi domino episcopo vel eius nuntio per te vel per tuum nuntium quam citius poteris manifestabis; et contra omnem hominem ipsum et successores suos iuvabis, excepto contra dominum papam, imperatorem et commune civitais Aretine; credentiam ei tenebis et iura ipsius non conculcabis, sed (non) manifestabis et rectum auxilium et consilium secundum quod melius videris in omnibus ei dabis. Et hec omnia et singula attende[n]s atque servabis bona fide et sine aliquo dolo vel fraude, remoto omni odio, amore, timore, pretio, precibus et speciali lucro vel damno tuo vel alterius ad pulcrum et sincerum intellectum ipsius domini episcopi; si Deus te adiuvet et sancta Dei evangelia.

CXVI. **Protocollum instrumenti absolutionis et liberationis.** — *Manumissio est datio libertatis; libertas quidem est, ex qua liberi vocatur, naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur.* — Sexto kal. octubris actum in civitate Aretina in Piscaria ante domum Orlandini Florentini, coram P. Saraceni, M. Farolfi. U. Ildebrandini, C. Sandoli et U. Finelli testibus ad hec adhibitis et vocatis. Marianus U. de tali loco per se suosque heredes absolvit et mamumisit Iohannem Orlandini et eius filios masculos et feminas, ex eis descendentes et descensuros in infinitum, et omnia eorum bona presentia et futura mobilia, immobilia, et iura, cum omni peculio eorum ab omni vinculo hominii, hominagii, glebarie, adscriptitii, originarie conditionis, et nominatim a prestatione duarum focacciarum [quas] in festo sancti Stefani et a prestatione duarum operarum quolibet mense, et ab annuo ficto XII sta. frumenti [et] sibi et suis heredibus per totum mensem augusti solvendo, et omnia alia quelibet ipse vel dictus pater suus vel eius antiqui sibi vel patri suo vel eius antiqui(s) erant vel videbantur adstricti supradictis de causis vel alio quocumque modo. Item per se suosque heredes finivit, refutavit et pactum de non ulterius petendo fecit (et) remisit eidem Iohanni pro se suisque heredibus stipulanti omnem usantiam et consuetudinem, usum abusum, quas vel quos sibi et suis antecessoribus ipse vel pater suus vel sui antiqui debebant nomine vel occasione angariarum datii vel collecte vel alicuius exactionis vel census seu fictus, vel alia qualibet occasione; ut deinceps tam ipse quam sui filii et heredes et bona eorum que habent vel sunt habituri deinceps in perpetuum sint liberi et absoluti ab omni opere serviendi etc. Preterea dedit, cessit et concessit et mandavit eidem omne ius et actionem etc., et constituit ipsum procuratorem in rem suam ut possit agere causari excipere etc., et promisit per se suosque heredes ipsum Iohannem et suos heredes et eorum bona presentia et futura non molestare, sed legitime suis pigneribus et advocatis ab omni persona eos molestante occasione hominii (vel) hominagii (defendere, et) contra datum vel factum non habere; pro iusto merito secundum legem ab eo recepto, et specialiter pro L lib. bon. den. pis. quos ab eo confessus est recepisse, renuntians etc. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, et ita non fuerit verum, vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, promisit eis dare et solvere nomine pene L lib. den. pis., ipsam penam in singulis capitulis componendo et exigendo, et damna et expensas propter hoc eorum tantum iuramento in iudicio et extra extimanda reficere. Et pro his omnibus observandis obligavit ei omnia sua bona presentia et futura, et ea pro eo possidere constituit et pena soluta etc. renuntians etc., et iuri si quod est etc.

c. 60. A.

CXVII. **Instrumentum predicte abbreviature.** — Ego quidem Marianus olim U. de Frassaneto per hanc cartam liberationis, absolutionis et manumissionis per me (meos)que heredes libero absolvo et manumitto te Iohannem olim Orlandi et tuos filios masculos et feminas (et) ex te descendentes et descensuros in infinitum et bona vestra et eorum omnia presentia et futura, mobilia et immobilia cum omni etiam peculio vestro ab omni vinculo hominii, hominagii, glebarie, ascriptitii, originarie, censite et inquilinarie conditionis; et nominatim a prestatione duarum

Source : BIU Cujas

focatiarum in festo sancti Stefani nomine census, et duarum operarum quolibet mense, ab annuo fictu XII sestariorum frumenti mihi et meis heredibus annuatim per totum mensem augusti solvendo, et ab omni alio vinculo quo vel quibus tu vel dictus pater tuus vel tui antiqui mihi vel patri meo vel meis antiquis eras vel videbaris adstrictus supradictis de causis vel qualibet alia quocumque modo qualitercumque et ex qua-
c. 60. B. cumque causa. Item per me meosque heredes finio refuto et per pactum de non ulterius petendo factum remitto tibi recipienti pro te tuisque filiis et heredibus, ut dictum est, omnem usantiam, consuetudinem, usum vel abusum quas vel quos mihi vel meis antecessoribus tu vel pater tuus vel tui antiqui [nobis] debebas vel prestabas iuste vel iniuste nomine vel occasione obsequiorum prestitorum mihi vel meis antiquis a te vel tuis antiquis, nomine vel occasione operarum, angariarum, datii vel collecte vel alicuius exactionis vel census seu fictus vel qualibet alia occasione vel modo; ut deinceps tam tu quam tui filii et heredes et bona vestra que habetis vel habituri estis in perpetuum sitis liberi et absoluti (et) tamquam cives Romani perpetua in posterum fruamini libertate. Preterea do cedo concedo tibi pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius et actionem, petitionem, persecutionem utilem directam realem personalem, et omnem aliam quod et quas habeo, vel mei antiqui habuerunt, vel deinceps habere possem in persona tua et tuorum filiorum et heredum in infinitum vel etiam in omnibus bonis tuis presentibus et futuris; constituens te in predictis procuratorem in rem tuam ut possis agere, causari, excipere, replicare et experiri et te et tuos heredes in iudicio et extra defendere, et omnia et singula facere et libere exercere, que aliquis dominus rei proprie facere et exercere potest. Pro qua quidem manumissione seu refutatione confiteor hoc publico instrumento me a te recepisse iustum meritum secundum legem, et specialiter C. lib. den. pis. tam pro merito dicte liberationis, quam etiam pro pretio venditionis quam tibi facere debeo incontinenti de podere, tenimento et terris quas a me tenes et tenuerunt tui antiqui (et) etiam pro ficto (et) censu dictarum terrarum et prestatione ipsarum operarum, que mihi prestare ac dare annuatim consuevistis; sciens ius quod habebam in persona tua et filiorum tuorum et bonis vestris multo pluris valoris ac pretii esse quam quantitas supradicta; et totum quod plus est tibi dono liberaliter inter vivos pro iusto merito secundum legem a te recepto. Et promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque heredibus stipulanti (tuam) et tuorum filiorum et heredum personas, et bona vestra presentia et futura in infinitum et bona tuorum filiorum et heredum non molestare, non perturbare, non inquetare nomine vel occasione hominii, hominagii vel alicuius conditionis, vel aliqua alia occasione, et quod non dedi nec feci, nec dabo nec faciam aliquid huic contractui nocens vel nociturum. Immo promitto per me meosque heredes tibi pro te tuisque filiis et heredibus stipulanti tuam et tuorum filiorum et heredum personas et bona et eorum omnia presentia et futura in infinitum defendere, auctorizare et disbrigare ab omni persona que te vel eos molestaret vel inquietaret nomine vel occasione hominii, vel hominagii in iudicio et extra meis pigneribus, advocatis,
c. 61. A. iudicibus et expensis statim lite mota et post quicquid de ipsa lite contingat. Que omnia et singula supradicta si non fecero et non observavero vel mei heredes ita non fecerint et non observaverint vel si ita factum et observatum non fuerit et ita non fuerit verum, vel si fuerit in aliquo contraventum vel venire presumptum, vel si aliquam exceptionem contra hoc opposuerim, promitto per me meosque heredes et successores tibi pro te tuisque heredibus recipienti dare et solvere nomine pene L. lib. bon. den. pis. et omnia damna et expensas propter hoc in iudicio et extra facienda integre resarcire sicut tuo tantum dixeris iuramento vel tui filii et heredes dixerint suo, sine alia qualibet probatione et iudicis taxatione; hoc acto et expresso specialiter inter nos quod ipsa pena contra me in solidum committatur in omnibus et singulis capitulis supradictis et infrascriptis quotiens fuerit contra ventum vel venire presumptum. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter tenendis faciendis et observandis obligo tibi omnia mea bona presentia et futura et ea tuo nomine constituo possidere, renuntians non numerate, non solute et non recepte pecunie et meriti non recepti et non iusti exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio mihi in hoc facto rei vel persone patrocinanti, et iuri, si quod est, quod me vel meos heredes liberaret vel absolveret vel in aliquo sublevaret ab ipsa pena in totum vel pro parte sive vel per aliquam exceptionem; et pena soluta vel non et damnis et expensis restitutis vel non nihilominus promitto omnia et singula supradicta firma et rata tenere facere, et observare et in nullo contravenire. Ad hec ego domina M. olim B., uxor ipsius Mariani, sciens predicta omnia et singula mihi fore tacite obligata ob dotem meam et propter nuptias donationem, predicte liberationi et absolutioni et omnibus et singulis supradictis de licentia et auctoritate predicti viri mei sponte consentio, et omne ius quod in predictis rebus vel personis habeo vel in futuro habere possem renuntio, de ipso iure prius quid sit et quid dicat plenarie certiorata a me notario infrascripto, et specialiter renuntio iuri pigneris vel hypothece quod in ipsis rebus habeo tacito vel expresso; et promitto non contravenire sub pena predicta L lib. den. quam tibi Iohanni predicto pro te tuisque heredibus stipulanti solemni stipulatione dare et solvere promitto, si contra facerem vel venirem, et pena soluta nihilominus omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere et non contravenire aliqua occasione vel exceptione
Et hec omnia et singula tacto libro sanctorum Dei evange- c. 61. B.
liorum iuro firma et rata habere atque tenere et in nullo contravenire.

CXIX. **Carta venditionis poderis predicti et tenimenti et annui ficti et census et operarum prestationis que dari consueverant de ipso poderi.** — Ego Marianus olim Uberti presenti venditionis instrumento per me meosque heredes vendo do trado et ad proprium in perpetuum concedo tibi Iohanni olim Orlandi pro te tuisque heredibus stipulanti totum podere seu tenimentum positum in plebatu plebis de Toppo in curia et districtu castri de Civitella, cum annuo fictu, censu et redditu et prestatione duarum operarum singulis annis quolibet mense; que tu et antiqui tui mihi et meis antiquis annuatim prestabas et deferebas, dabas atque solvebas et prestare ac dare consueveras: qui fictus erat in summa XII sextarii frumenti annuatim per totum mensem augusti reldendi[s] atque solvendi[s], census autem erat due focacie in festo sancti Stefani singulis annis dandus atque solvendus; cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis etc. Item ex causa predicta vendo, do, cedo, concedo et mando tibi pro te tuisque heredibus stipulanti omne ius et actionem realem, personalem etc.

CXX. **Instrumentum mutui.** — Guilielmus B. per se suosque heredes promisit reddere solvere et se redditurum ac soluturum Ugolino Petri pro se suisque heredibus stipulanti usque ad duos menses proximos, *vel* ad alium terminum ab eo datum, X lib. den. pis., quos ab eo nomine mutui confessus est recepisse, renuntians, non numerate, non solute et non recepte pecunie exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie, privilegio fori et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patroci-

Source : BIU Cujas

nanti personaliter vel in rem. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit et ita non fuerit verum, vel si aliqua exceptio contra opposita fuerit, tuuc promisit predictus G. per se suosque heredes dare et solvere ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti nomine pene XL sol bon. den. pis., et omnia damna et expensas propter hoc iuramento ipsius U. vel eius heredum in iudicto et extra extimanda reficere. Pro quibus omnibus et singulis supradictis inviolabiliter observandis obligavit eidem omnia sua bona presentia et futura et ea pro eo et eius nomine constituit possidere. Et pena soluta nihilominus omnia et singula supradicta firma et rata habere atque tenere predictus G. ipsi U. promisit, (et) non contravenire aliqua occasione vel exceptione. Actum in tali loco coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis anno Ihesus Christi a nativitate etc. Preterea U. quondam A. de precibus et mandato ipsius G. et fideiussorio nomine pro eodem circa omnia et singula superius
c. 62. A. dicta ipsi fideiussit, scilicet sortem penam damna et expensas ut predictus principalis promisit et confessus est, et eodem modo obligavit ei omnia sua bona et ea pro eodem U. possidere constituit; et renuntiavit omnibus beneficiis supradictis, et insuper renuntiavit beneficio nove constitutionis etc.

CXXI. **Instrumentum promissionis alicuius pecunie summe.** — Iohannes Bernardi per se suosque heredes promisit dare et solvere et se numeraturum daturum ac soluturum Leonardo Manfredi pro se suisque heredibus stipulauti et pro eo qui ius sive causam eius habuerit XXV lib. den. pis, quos prefatus I. eidem L. dare debere confessus est pro pretio unius petie terre vineate, *vel* domus posite in tali loco iuxta tales quam predictus I. ab ipso L. emit; renuntians ipsius petie terre *vel* domus non habite non empte et non recepte exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum etc.

CXXII. **Carta debiti.** — Farolfus olim Petri et Rubertus Ugolini, quilibet eorum in solidum per se suosque heredes et quoslibet eorum posteros successores, promiserunt dare et solvere et se numeraturos daturos ac soluturos Pagano Ildebrandini stipulanti et recipienti pro se et Rainerio socio suo (et) pro eo qui ius sive causam eorum habuerit, et cuilibet eorum in solidum usque ad unum mensem proximum, ita quod altero ipsorum solvente alteri predictorum ipsam pecuniam alter liberetur in totum, tres. lib. bon. den. pis. Quos denarios prefatus F. et R. ipsis P. et R. dare debere confessi sunt (pro) pretio duarum cannarum panni staminefortis viridis de (a)razzo; quem pannum prefati F. et R. ab ipsis P. et R. emisse confessi sunt, renuntiantes non empti et non recepti panni exceptioni et doli mali, condictioni indebiti, beneficio nove constitutionis de pluribus reis et de fideiussoribus et mandatoribus, epistole divi Adriani et omni alii legum auxilio eisdem in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit et ita non fuerit verum etc.

CXXIII **Carta exbanditionis pro aliquo debito.** — Dominus Bernardus iudex communis Aretii et assessor dominIo hannis de Florentia Dei gratia predicti communis (potestatis) exbannivit Orlandum et Farolfum filios olim Bertoldi, et ipsos per Paganellum preconem ad sonum tube iussit publice exbanniri in XX lib. den. pis. sortis et C sol pene et XL pro damnis et expensis solvendis U. Martini. Qui fuerunt excitati et gridati secundum formam constituti Aretine civitatis per Iohannem balitorem (*sic*) ipsius communis ad discum domini Nigri iudicis, et non venerunt ut Ranutius suus notarius retulit; (et) nisi infra VIII dies venerint et concordaverint cum predicto U. adversario eorum [ut] ex tunc sint exbanniti. Quos predictus preco exbannivit incontinenti. Facta fuit hec exbannitio in civitate Aretina in c. 62. B.
palatio ipsius communis coram talibus anno Ihesus Christi a nativitate etc.

CXXIV. **Carta exbanditionis pro aliquo maleficio.** — Dominus R. Dei gratia potestas Aretii exbannivit Ugolinum Petri pro accusatione quam fecit de ipso Tebaldus Saraceni sub hac forma « Accuso ego U. Petri qui me vulneravit in capite cum cultello etc. » Quem U. prefatus potestas iussit publice exbanniri in L lib. den. ad sonum tube per Iannenem preconem ipsius communis pro eo quod fuit citatus et gridatus per Iohannem balitorem dicti communis. Et ipso venire (nolente et) contumaciter absente vel alio (non) veniente defensurus eumdem, ab octo diebus in antea sit in banno, nisi infra ipsum terminum redierit ad mandatum ipsius potestatis; de quo banno non possit exire nisi solverit eidem communitati predictas L libras et concordaverit cum offenso. Et quicumque ipsum offenderit in persona et rebus ipsum offendat impunis. Facta fuit hec exbannitio in tali loco coram talibus anno etc.

CXXV. **Carta depositi.** In Dei nomine amen. Iohannes P. coram me notario et testibus infrascriptis recepit in depositum ab Ugolino B. C lib. den. pis. prius bene numeratos, et postea in quadam sacculi linea consignatos, et unum codicem scriptum in cartis hedinis XXX quaternorum. Quos denarios et quem codicem predictus I. per se suosque heredes ipsi U. restituere promisit vel eius procuratori cum hoc vel sine hoc instrumento vel eius heredibus vel alii cui mandaverit, renuntians pecunie non numerate et non recepte et codicis non habiti et non recepti in depositum exceptioni et doli mali etc. Actum etc.

CXXVI. **Carta restitutionis depositi vel [ac]commodati.** — Iohannes P. coram me notario et testibus infrascriptis restituit U. Bertoldi recipienti C lib. den. pis. et unum codicem XXX quaternorum scriptum (*cod.* scriptis) in cartis hedinis, quos denarios et quem codicem prefatus I. receperat in depositum, ut in instrumento manu mei R. notarii confecto constare potest.

CXXVII. **Carta adoptionis et arrogationis.** — Ubertinus Salandri, auctoritate domini G. tunc potestatis Aretii et iudiciaria cognitione domini U. sui iudicis et assessoris interveniente, Bernardum olim P. cum omnibus suis rebus et possessionibus, iuribus et actionibus in suum filium adoptavit et in familia et potestate sua paterno affectu suscepit.

CXXVIII. **Carta presentationis litterarum.** — Iohannes Sinibaldi representavit domino R. canonico Aretine plebis ex parte domini B. episcopi Fesulani et domini pape iudicis delegati quasdam litteras ipsius domini episcopi sigillo munitas, in quo sigillo erat talis imago; quarum litterarum tenor talis est: « Ego divina miseratione episcopus Fesulanus etc. ». *Et sic scribes totum ipsarum litterarum tenorem usque ad finem. In fine dices :* Quas litteras predictus talis diligenter recepit, *vel* recipere recusavit immo affugit, *ut rei veritas se habet vel habebit.* c. 63. A
Facta fuit hec representatio litterarum in tali loco coram talibus anno etc.

CXXIX. **(De) denuntiatione novi operis per (i)actum quorundam lapillorum vel fabarum.** — Centius Iohannis veniens ad quandam plateam positam in civitate Aretina post domum Francisci olim I. iuxta domum Ianni et viam publicam, denuntiavit B. Tiezi et G. etc. magistris et manualibus qui erant ibi

Source : BIU Cujas

novum opus per (i)actum quorundam lapillorum seu quarundam fabarum, quia dicebat predictus Centius solum seu terrenum super quo edificabatur iure dominii vel quasi ad se pertinere.

CXXX. — **Carta commissionis seu delegationis.** — Dominus M. permissione divina episcopus Aretinus causam matrimonialem, *vel* usurariam, que inter Bertam olim Saraceni ex parte una et Martinum Fabri ex altera vertitur, *vel* verti speratur, presbytero Simoni Aretine plebis canonico commisit audiendam, cognoscendam et fine debito terminandam, faciens quod decreverit per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Facta fuit hec commissio in tali loco etc.

CXXXI. **Carta subdelegationis.** — Dominus B. Aretine plebis canonicus et iudex a sede apostolica delegatus in causa matrimoniali *vel* usuraria sibi a summo pontifice delegata, que inter talem ex parte una et talem ex altera vertitur vel verti speratur, tali iudici suo vel domino U. Aretine plebis canonico in omnibus et per omnia vices suas commisit, *vel* (eas) commisit sibi tantum diffinitiva sententia reservata.

CXXXII. **Carta subdelegationis secundum aliam formam.** — Dominus B. archipresbyter vel plebanus plebis sancti Pauli propter varia negotia et ardua sibi et sue ecclesie incumbentia seu eminentia, cui archipresbyteratui preest, causam matrimonialem, *vel* usurariam, que inter talem ex parte una et talem ex altera vertitur vel verti speratur, eidem a sede apostolica delegatam, omnes vices, potestatem et cognitionem ipsius domino B. Aretine plebis canonico usque ad diffinitivam sententiam, *vel* nullo sibi retento, commisit et studiosius subdelegavit.

CXXXIII **Carta venditionis guadi vel alicuius rei alterius.** — Iohannes M. per se suosque heredes vendidit U. G. pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti petiam panni marmoriti VIIII cannarum pro tanto pretio, *vel* vendidit totum guadum quod est et erit in quadam petia terre aratorie ipsius I. posita in tali loco iuxta tales usque ad festum sancti Angeli de mense septembris proxime venturum. Quem guadum bene molitum et siccum sine ceparellis promisit predictus I. per se suosque heredes deferre ac dare ipsi Ubertino pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti et qui ius sive causam ab
c. 63. B. ipso habu(er)it Aretium ad domum suam vel ad aliam in eadem civitate cui mandaverit, usque ad festum omnium Sanctorum, *vel* ad alium terminum ab eo datum deinceps seu prorogatum; pro pretio XXV lib. bon. den. pis. quod ab ipso in presenti confessus est recepisse et habuisse et penes ipsum solutum esse, renuntians non numerate non solute et non recepte pecunie exceptioni et doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit, vel si fuerit in aliquo contra ventum vel venire presumptum, vel si aliqua exceptio contra hoc opposita fuerit, promisit per se suosque heredes dare et solvere ipsi U. pro se suisque heredibus stipulanti plus nomine pene C sol. den. pis. et omnia damna et expensas etc.

CXXXIV. **Carta excommunicationis.** — Dominus M. permissione divina episcopus Aretinus excommunicavit I. G. pro eo quod depredatus est talem presbyterum *vel* talem ecclesiam *vel* sic et sic fecit. Qua(m) excommunicationem idem dominus episcopus protulit incontinenti.

CXXXV. — **Carta absolutionis alicuius excommunicationis.** — Dominus M. Dei gratia episcopus Aretinus, *vel* dominus D. archipresbyter Aretine plebis absolvit talem ab excommunicatione qua tenebatur adstrictus, et ipsum B. *vel* talem per manum accipiens, matri ecclesie reconciliavit eumdem, recepto prius ab eo secundum formam ecclesie corporaliter iuramento.

CXXXVI. **Carta requisitionis, consignationis, et denuntiationis.** — Ubertinus Iohannis, numeratis prius X lib. bon. den. pis., quos denarios numeravit (*cod.* numeratos) presente me notario et testibus infrascriptis, ipsos denarios numeratos presentavit G. Cambelli, requirens ipsum et denuntians eidem quod ipsam pecuniam recipiat, quam ei debere dicebat pro tali causa, *vel* pro pretio unius codicis quem ab eo emit, *vel* unius domus *vel* petie terre ab eo empte. Qui cum predictus G. ipsam pecuniam recipere recusaret, prefatus U. incontinenti coram me notario et testibus infrascriptis eamdem pecuniam, quodam sigillo habente talem imaginem securius in quodam sacculo lineo reposuit ac signavit, et postea ipsam pecuniam deferri fecit (ad) maiorem ecclesiam, scilicet cathedralem, ipsius civitatis, (et) super altare quod est in choro ipsius ecclesie posuit, et eamdem pecuniam apud presbyterum Iohannem sacristam ipsius ecclesie ibi presentem pro ipso Gianello deposuit, et eamdem pro eodem G. eidem presbitero tradidit custodiendam.

CXXXVII. **De beneficiis renuntiandis.** — *Ad evidentiam* (cod. *evidendam*) *plenariam dicendorum notandum est quod omne beneficium vel auxilium, sive ius quod quis habet vel habere potest contra id quod fecit, habet illud vel ex persona sua vel ex re data vel ex facto quod sit factum. In personis itaque videas que beneficia habeant, et quibus beneficiis possint et debeant renuntiare. Nam si scolaris fuerit* c. 61. A *qui se obligat, in ipsa obligatione renuntiabit scolastico et fori privilegiis, ita quod in omni foro et terra conveniri respondere ac solvere totum debitum teneatur. Item forensis fori prescriptioni renuntiabit, ita quod in omni foro* (et) *terra respondere, conveniri et solvere totum debitum teneatur. Item mulier quando suscipit tutelam renuntiabit secundis nuptiis, senatusconsulto* (sic) *Velleiano beneficio et omni alii legum auxilio. Item quando vir promittit restituere dotem infra annum et diem, vel* (cod. *ut*) *incontinenti soluto matrimonio vel ad quattuor menses vel ad sex, renuntiare debet beneficio legis Codicis de rei uxorie actione exactio autem dotis. Item fideiussor datus uxori a viro pro dote ipsi uxori restituenda renuntiare debet beneficio legis Codicis ne fideiussores vel mandatores dotium dentur, beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus, et quod nullam poneret exceptionem eo quod fideiussit pro dote restituenda. Item* (*si*) *plures debitores tam principales quam fideiussores fuerint qui se obligant, promittat quilibet eorum in solidum et in totum; et renuntiabunt beneficiis novarum constitutionum de duobus reis et de fideiussoribus et mandatoribus, epistole divi* (*Adriani*), *dividende actionis, doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie. Et si uxor fuerit que una cum viro rem dotalem vendat, debet renuntiare omnibus beneficiis supradictis, et insuper ipsa uxor renuntiabit beneficio authentice ut nulli iudicum, et senatusconsulto Velleiano auxilio, et prius debet de ipsis beneficiis quid sint et quid dicant certiorari, et quod non opponet aliquam exceptionem eo quod sit obligata pro marito vel cum marito suo confitendo pecuniam pro qua se obligat fore conversam in ipsius uxoris utilitatem, et omni alii legum auxilio. Item unus fideiussor renuntiabit beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus. Et si plures fuerint fideiussores et quilibet eorum velit in solidum fideiubere, promittant quilibet eorum*

Source : BIU Cujas

in solidum, et renuntiabunt omnibus beneficiis quibus renuntiaverunt principales, et insuper renuntiabunt epistole divi Adriani et beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus. Item si aliquis fideiubeat pro filio familias patri suo vel alii, vel pro clerico vel pro regulari persona vel pro converso vel pro servo vel pro minore seu pro muliere, renuntiare debet beneficio nove constitutionis de fideiussoribus et mandatoribus, et quod nullam ponet exceptionem quia inter-
c. 61 B. *cessit pro filio familias vel pro clerico vel pro aliquo alio predictorum. Item si in compromisso detur fideiussor* (pro) *aliquo litigantium et compromittatur in ipsum cum quo habet litem, renuntiabit quod non opponet exceptionem contra ipsum compromissum et laudum eo, quod aliquis non possit esse iudex vel actor in re sua vel sibi ipsi ius dicere, et compromittentes renuntiare debent et promittere per se suosque heredes et renuntiare beneficio legis Digestorum diem proferre § primo et omni alii legum auxilio. Item cum aliquis obligat se personaliter, renuntiabit beneficio legis Codicis de actionibus et obligationibus ob es alienum et authentice ibi posite et titulo de litigiosis (VIII, 36). Item in obligationibus clericorum regularium vel conversorum apponi consuevit:* renuntians illi decretali de foro competenti si diligenti (II, 2, 12) (et) ne quis extra diocesim suam ultra duas dietas conveniendus trahatur et fori clericalis privilegio, *ita quod in omni foro et sub quocumque iudice respondere conveniri et solvere predicta integre teneatur*, et omni alii canonici et civilis, veteris et novissimi iuris auxilio. *Sed iste tres renuntiationes, scilicet fideiussoris dotis obligantis personam suam, clericorum conversorum, regularium personarum de iure non valent, licet de facto cotidie frequententur. Et hec de renuntiationibus specialiter ponendis in cartis ratione personarum se obligantium sufficiant in presenti. Ratione autem rei renuntiat aliquis iuri suo quod habet vel habere potest in re que datur: de quibus habentibus ius aliquod in rebus ab aliis datis et que iura quis possit habere in re que ab alio datur superius est tractatum. Unde nota quando quis confitetur se recepisse ab alio aliquid quod accepit vel non accepit, renuntiabit non numerati non soluti non habiti non recepti pretii exceptioni, et non numerate et non solute et non reddite sibi pecunie, item non ponderati argenti auri vel lini, ferri, croci vel gingiberis, non ponderati lini vel lane, item non mensurati frumenti vini, olei vel salis, panni vel similium. Item quando aliquis dat rem alienam pro sua vel suam in qua aliquis habet ius vel que debeat alicui restitui pro fideicommisso vel alio modo dari alicui scienti rem ipsam esse onerosam, renuntiabit beneficio legis Codicis* communia de legatis *si duobus emptor et* de evictionibus *si fundum. Quando autem datur res aliqua morbosa vel vitiosa, renuntiet accipiens redhibitorie, quanto minoris et ex empto vel in factum actionibus. Et hec de renuntiationibus ratione rei sufficiant. Ratione autem facti renuntiat obligans, non empte, non*
c. 65. A. *vendite, non permutate, non locate, non conducte, non mutuate, non commodate, non deposite, non compensate sibi vel alii pro eo exceptioni. Item si aliquis privilegium contractus vel litteras habet, renuntiabit specialiter et expresse litteris vel privilegiis domini pape vel imperatoris vel talium contractui vel contractibus per talem vel tales notarios confectis vel scriptis, et omnibus processibus factis et habitis coram talibus iudicibus et omnibus, scripturis inde factis, et omnibus et singulis litteris impetratis et impetrandis, ut omnia ipsa et singula deinceps sint cassa et vana et inutilia prorsus, et quod de cetero ipsa omnia nullius habeant roboris firmitatem, et* promiserunt ipsis non uti sub tali pena. *Et talis renuntiatio scripturarum, litterarum, privilegiorum et contractuum sic in compromissis, refutationibus, solutionibus, quietationibus, confessionibus solutionum fieri maxime consuevit. Et hec de renuntiationibus ratione facti sufficiant. Unde nota quod fideiussores debent renuntiare omnibus beneficiis quibus renuntiant principales et aliis beneficiis sibi competentibus. Item nota quod mulieres quando renuntiant semper debent certiorari de iuribus et beneficiis quibus renuntiant ante quam ipse mulieres renuntient. Item nota quod post renuntiationes speciales debent apponi generales doli mali, condictioni sine causa, in factum subsidiarie, et omni alii legum auxilio sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem. Item nota quod generalis renuntiatio in instrumentis vim pacti non obtinet, nisi specialis renuntiatio premittatur, quia genus in iure speciem in se continet et per speciem generi derogatur. Et hec de renuntiationibus generalibus et specialibus sufficiant in presenti.*

CXXXVIII. **Carta de ordine iudiciorum.** — In nomine Dei eterni amen. *Cum ex contractibus sive pactis obligationes fiant et ex ipsis iudicia prodeant, ideo post tractatum quorundam pactorum magis usitatorum de iudiciorum ordine sub compendio est agendum. Videndum est igitur primo quid sit iudicium et quot acceptiones habeat hoc nomen* iudicium, *secundo quot sint, tertio que et quot in unoquoque ipsorum fiant. Iudicium ita describitur: iudicium legitimus est actus trium personarum scilicet iudicis, actoris et rei. Debet autem iudex omni a(d)ietiva(?) qualitate carere, ut nec odium nec amor perverti faciat iudicii veritatem: iudex enim veritatem discutit ac diffinit. Actor vero conatur reum sibi facere condemnari, et reus contendit ut ab impetitione actoris prorus absolvatur. Iudex dicitur a iudicio vel a iudicando; actor vero dicitur ab agendo, reus autem a re que ab eo petitur et non a reatu. Sed et iudicium dicitur quasi* iuris status (dictio?) *sicut iustitia dicitur quasi* iuris status. *Et hoc*
c. 65. B. *iudicium cum proponitur a partibus dicitur causa, et dicitur causa usque ad sententie probationem. Item accipitur iudicium pro discretione vel intellectu, unde dicitur de impuberibus «nullum est iudicium eorum» et de maioribus XXV annis dicitur «firma est stabilitas iudicii eorum»; quandoque pro actione ut iudicium mandati, familie herciscunde, tutele et sic de aliis; quandoque accipitur pro casu divino, ut iudicium Dei furt(i?) Interdum accipitur pro sententia iudicis et quandoque pro ultima voluntate. Iudiciorum aliud civile et aliud est criminale. Civile est illud quod de pecunia et aliis debitis tractat; criminale est illud quod de criminibus que perpetrantur communitati puniendis iure* [cod. *in re*] (*fit*), *ne maleficia remaneant impunita. Et in hoc iudicio civili talis consuevit ordo servari. Primo enim aditur iudex competens ab actore, deinde fit in ius vocatio rei, simplex narratio, libelli oblatio, ad redeundum dilatio, iudicis recusatio, exceptionum positio vel protestatio, quarumdam questionum interrogatio, iudicio sisti* (*et*) *iudicatum solvi satisdatio, de rato cautio, litis contestatio, iuramentorum de calumnia prestatio, positionum et interrogationum factio et responsio, termini ad probandum constitutio, testium productio, instrumentorum editio atque probatio, totius cause sollicita indagatio, interlocutio, sententie prolatio, apostolorum dimissio, et ipsius sententie executio, et cause tam principalis quam appellationis diffinitio et terminatio. Et est notandum quod istos iudices actor adire non potest, scilicet mutum, surdum, perpetuo furiosum, impuberem, profanum, turpitudine prenotatum, patrem pro filio, filium patri, feminam, servum et in re sua. Alii vero iudices esse possunt: qui iudices citant, terminos statuunt, dilationes prebent, precipiunt aliquid fieri vel non fieri, cognoscunt, pronuntiant, condemnant, absolvunt, diffiniunt, decernunt et constituunt, citant reos, terminos statuunt ad respondendum, libellis oblatis dilationem ad probandum exhibent, precipiunt confessis solutionem facere quam*

Source : BIU Cujas

confitentur, cognoscunt inter petentem et negantem, pronuntiant interloquendo, condemnant reum convinctum, absolvunt reum non convinctum, diffiniunt, decernunt alimenta pupillis, filiis sive liberis, parentibus, uxoribus et similibus personis, et constituunt quecumque alia negotia viderint expedire. Agere autem non possunt servi nec per se nec per alios; item pupilli (et) minores XXV *annis; sed per tutores et curatores agunt et se defendunt: alias autem non valet sententia contra eos lata.*

c. 66. A. *Item furiosus, mentecaptus, prodigus prohibitus bona sua administrare, item natura debilis, item minus surdus non per se, sed per procuratores agunt. Item tutor accusatus de suspecto, item excommunicatus, interdictus, item filius familias non agit nec convenitur per se sine patris auctoritate, quia pater agenti filio cogitur consentire; item pater non agit contra filium nec e contra. Item monacus, canonicus regularis non agunt sine abbatis consensu vel prioris. Item nec mulier sine mundualdo de iure longobardo; item nec (de)portatus. Qui omnestam pro se quam pro aliis repelluntur. Sed nota quod citatio est iuris vocatio. In ius vocare est experiundi iuris causa apud eum qui ius dicturus est adversarium facere venire; que quidem citatio primo facta dicitur admonitio, secundo citatio, tertio peremptorius et ultimus terminus; et quandoque unus terminus peremptorius datur pro omnibus. Et tales citationes dicuntur dilationes. Et nota quod tales citationes fiunt ab ecclesiasticis iudicibus per epistolas, a secularibus per nuntios. Actor in iudicio petit et facit adversarium in ius vocari, offert libellum, contestatur litem, de calumnia iurat, protestationes, positiones sive interrogationes vel confessiones facit, et probat vel per confessiones adversarii vel per aliqua instrumenta. Reus vero vel confitetur in iudicio; et tunc fit ei preceptum de solutione ipsius rei quam confitetur; vel non paret iudicio et tunc actor mittitur in tenutam bonorum adversarii propter ipsius rei contumaciam; vel negat ea que ab actore petuntur et obiectis respondet excipiendo et exceptiones ipsas probando: nam excipiendo reus efficitur actor. Actio* (corr. *exceptio) dicitur enim quasi actionis elisio vel exclusio; et actiones quidem sunt arma actorum, sed exceptiones sunt reorum. Et si probatur contra reum, condemnatur, alioquin absolvitur in negato et non probato; quoniam vel condemnatur reus in totum vel absolvitur in totum, vel pro parte condemnatur. Et in his processibus actor, vel advocatus eius pro eo simpliciter dicit iudici qualiter reus non venerit vel qualiter venit confessurus; quare petit actor quod fiat preceptum ei. Vel negat reus, et tunc actor debet habere libellum paratum et dare ipsi reo: alioquin eidem actori nove dilationes darentur. Et est notandum quod ex predictis liquere potest, quod tripliciter proceditur contra reum, primo quando venit et confitetur, secundo quando contumaciter se absentat, tertio quando negat; de quibus tribus processibus sub compendio est agendum. Sed antequam reus libellum recipere teneatur et ante litis ingressum exceptiones suas*

c. 66. B. *dilatorias et declinatorias proponere debet et probare tam adversus iudicem quam contra actorem quam etiam contra rescriptum et litteras impetratas; quia post litis ingressum si proponerentur ab actore, non deberent audiri; alias videtur consentire in iudicem non suum. Sub iudice quidem non suo non debet nec potest reus invitus trahi. Rei enim iudex est is cuius iuridictioni subpositus est ipse reus de iure, ut prelatus, rector sive officialis terre. Iudicum etiam alii sunt ordinarii, alii delegati et alii subdelegati. Ordinarii sunt illi quibus a domino papa vel imperatore vel a populo seu a communitate alicuius terre iurisdictio datur:* [*sed*] *iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi et equitatis statuende a* iure (et) dictione, *idest a potestate. Et est quasi mera et legitima potestas iudicum delegatorum. Iudices delegati dicuntur quibus a domino papa vel imperatore vel ab aliquo alio habente iurisdictionem aliqua (causa) committitur cognoscenda; subdelegati iudices dicuntur quibus aliqua causa committitur a iudicibus delegatis. Unde nota quod delegatus a maiori alii delegare potest, sed subdelegatus a minori alii delegare non potest. Potest itaque reus opponere contra rescriptum: quod fuit impetratum tacita veritate, que quidem veritas si fuisset expressa rescriptum non fuisset obtentum, et suggesta falsitate, que quidem falsitas si fuisset expressa in litteris impetratis, impetrari eedem littere non potuissent; vel quod non sit de foro suo, vel quod non habeat domicilium in terra cuius iurisdictioni preest iudex, vel quia non possit esse iudex ex eo quod sit de personis illis que iudices esse non possunt, vel quia sit clericus in causa civili vel e contra, vel quia sit inimicus suus, vel consanguineus adversarii sui vel multum amicus, vel quia fuit advocatus in negotio illo, vel affinis actoris vel familiaris vel commensalis vel dominus vel* [*vasallus*] *subditus vel eius vasallus, vel subditus actoris vel eius qui litteras impetravit vel consanguineus eius; vel non appellatum ab eodem iudice in ipsa eadem causa vel etiam in alia. Et* [*in*] *his omnibus de causis potest index recusari et alius dari infra triduum; postea non recusatur. Potest etiam iudicium declinari et evitari a reo plurimis rationibus ac diversis: vel quia actor agere non possit quia sit de personis predictis que agere prohibentur; item ratione feriarum; vel si ei copia rescripti non fiat, vel si usus sit clausula generali ante specialem idem actor in rescriptis contentam, vel si alias idem rescriptum sit vitiosum. Proponuntur autem exceptiones dilatorie in hunc modum:* Coram vobis domino B. canonico Aretine plebis, *vel* archipresbytero talis loci, ego Rainerius excipiens excipiendo propono, *vel* ego P. procurator U. procuratorio nomine pro eodem in modum exceptionis propono. *Quod si iudex recusari non possit nec actor ab agendo* c. 67. A *repelli valeat neque reus iudicium declinare velit aliqua predictarum causarum, tunc actor vel reo neganti vel iudici libellum offerre tenetur. Unde videndum est quid sit libellus, unde dicatur, quot acceptiones habeat hoc nomen libellus, et que et quot quilibet libellus debeat continere. Libellus quidem est modica scriptura vel brevis intentionem actoris continens. Dicitur autem libellus a libro, quia parvus liber est et litis lucidus limes. Vel dicitur libellus a libra ex eo, quod sicut iustitia iura ponderantur, sic et in libello proponentis ratio reseratur. Vel dicitur libellus a deliberando, quia reus in ipso libello deliberat an velit cedere an contendere. Debe(n)t autem in quolibet libello esse V vel IIII ad minus, scilicet conquerens, de quo conqueritur, cui conqueratur, quid petat et qua actione petat, vel saltem causa agendi, ut* quia conduxi domum, vel emi, vel iure dominii vel quasi (possideo), *et sic de aliis, sicut fieri consuevit in civitate Aretina et in quibusdam aliis terris. Sed libellus sine editione actionis de iure esse non debet. Nam quisque actionem sibi competentem in libello edere et eligere tenetur, et nemo sine actione experitur.*

CXXXIX. **Littere citationis sic fiunt.** — B. Dei gratia archipresbyter talis loci et iudex a sede apostolica delegatus dilecto in Christo O. rectori talis ecclesie salutem in domino Ihesu Christo. Noveritis nos a sede apostolica recepisse litteras in hunc modum. « Gregorius episcopus servus servorum Dei etc. » *et sic scribes totum tenorem ipsarum litterarum et datum etc.* verum quia Domini mandata preterire non possumus nec debemus, cum simus omnibus in insantia debitores, delegationis, auctoritate domini pape qua fungimur, salva tamen reverentia que vobis debetur, discretioni vestre precipimus qua tenus ad VIII dies post harum representationem debeas ante

Source : BIU Cujas

nostram presentiam comparere, Uberto Iohannis de vobis conquerenti secundum iustitiam responsurus. Quod si tunc non veniretis, V dierum perentorium terminum assignamus; alioquin ex tunc in ipsa causa indicante iustitia procedemus.

CXL. **Carta de ambasiata que recitatur per nuntios communis de hominibus qui citantur per ipsos.** — Pridie idus martii actum in tali loco, coram talibus testibus. Retulit talis nuntius mihi notario infrascripto se invenisse talem et citasse ipsum ex parte talis iudicis die tali proxime preterita, ut die tali perentorie debeat comparere coram eo Ubertino Iohannis secundum iustitiam responsurus; *vel* retulit talis nuntius se citasse talem ad domum suam et eo non invento dixisse uxori *vel* familie ut diceret ei quod tali die veniret coram tali iudice
c. 67. B. Petro Iohannis secundum iustitiam (etc.); *vel* neminem invenisse in domo, *vel* ostium eius firmatum *secundum quod rei veritas se habebit. Forenses vero citantar per nuntios communitatis vel per litteras vel per ambasciatores*; *et sive nuntius sive ambasciatores mittantur, litteras consueverunt tales portare*: Strenuo et magnifico viro domino B. Dei gratia Senensi provido potestati et toti communitati eiusdem terre G. eadem gratia potestas Aretii salutem et sui regiminis exitum gloriosum. T honorabilis civis *vel* comitatinus noster dilectus nobis asserit conquerendo, quod B. vestro civi *vel* comitatino quamdam pecunie summam liberaliter mutuavit, quam ei reddere contradicit ab eo sepius requisitus. Quare presentibus nostris ambasciatoribus B. et C. latoribus presentium, viris provìdis et discretis, *vel* quare presentibus litteris, *vel* tali nuntio nostre communitatis, vos duximus attentius deprecandos, quare eidem civi nostro ratione previa satisfaciatis in totum, *vel* fieri faciatis iustitie complementum, scientes districtius nos teneri per nostre civitatis statutum indemnitati eiusdem civis nostri de rebus vestrorum civium quam citius provideri. *Et si postea non satisfecerit, potestas deinde* (?) *secundum formam statuti dabit licentiam civi vel comitatino suo saxiendi, satisfaciendi sibi de rebus hominum terre adversarii sui non satisfacientis in hunc modum:* Dominus B. potestas Aretii certioratus per talia instrumenta per talem *vel* per tales notarios scripta, *vel* per tales testes, B. olim M. de tali loco esse debitorem Iohannis Ubaldini in X lib. den. pis. sortis et tribus lib. den. pis. (pro) damnis et expensis reficiendis eidem B., et citato predicto Bernardo nec non et ipsius loci vel terre communi per talem nuntium ipsius communitatis, *vel* per plures litteras ipsius communis, *vel* tales ambasciatores et litteras ipsius communis, quod ipsi Iohanni satisfaceret iustitia mediante, nec ei satisfecit in aliquo ut tenebatur; idcirco iste dominus B. potestas Aretii de licentia et voluntate consilii generalis *vel* specialis secundum formam et ordinem constituti Aretine civitatis dedit eidem Iohanni liberam et plenariam potestatem saxiendi et satisfaciendi eidem Iohanni de bonis et rebus hominum dicte terre in dicte pecunie quatitate et in sorte pena damnis et expensis omnique suo interesse sine alicuius molestia vel contradictione. *Et inventis de rebus et bonis hominum terre ipsius debitoris, tunc creditor cum predicta carta potestatem adibit cum instantia postulan[ti]s ab eo,*
c. 68. A. *quod [si] res ipsas repertas faciat exaxiri. Quare potestas mandabit alicui nuntio quod res ipsas eat saxurus. Qui nuntius postea rediens referet quas res et apud quem exaxivit*; *quam relationem notarius scribet sic* : Retulit talis nuntius mandato talis potestatis saxisse res tales pro tali, que res erant in domo talis, et apud talem dimisit easdem usque ad cognitam rationem. *Et eodem modo scribitur inframissio debitorum suspectorum hominum habentium res petitas ab eis, mutato illo verbo* saxiat *in hoc verbo* inframisit seu sequestratus est, *quia saxiuntur et intensiuntur res, hoc est detinentur res debitorum forensium et inframittuntur et sequestrantur res debitorum eiusdem fori cum creditore, quamquam quidem* intensiri *pro utroque verbo frequetentur. Dixaisio vei disframissio sic scribetur :* Retulit talis nuntius dissaxisse *seu* disframisse res tales que erant apud tales pro tali, quas reddidit tali mandato talis potestatis. *Intensio sic scribetur :* Pridie idus maii, actum tali loco, coram talibus testibus ad hec vocatis. Dominus B. iudex communis Aretii ad instantiam et petitionem B. olim S. iussit ac mandavit intensiri totum frumentum et bladum quod est in tali loco, *vel* super tali terra posita in tali loco iuxta tales, quod frumentum et bladum predictus B. dicebat sibi esse obligatum iure pigneris, *vel* hypothece, *vel* ex tali causa. Qui nuntius postea rediens retulit mihi notario infrascripto quod intensierat ipsum frumentum et bladum, et dimisit ipsum apud tales usque ad cognitam rationem.

CXLI. **De iudicis recusatione et porrectione libelli.** — Tali die et loco, coram talibus testibus, Ubertinus olim Iohannis porrexit quemdam libellum domino B. iudici *vel* tali notario, qui iudex *vel* qui notarius, videns ipsum, porrexit et dedit eumdem tali recipienti ipsum, cuius tenor talis est: « Vobis domino B. iudici communis Aretii etc. »; *et sic scribes totum ipsius libelli tenorem, vel scribetur simpliciter in quaterno libellorum, et in margine quaterni ponetur* « Requisitus per talem nuntium ». Quia res est periculosa, et tristis solet eventus sortiri sub iudice litigare suspecto, ideo ego Iohannes (declino) audientiam vestram (cod. nostram), dominum (*sic*) B. iudicem in causa que vertitur *vel* verti speratur inter me et Ugolinum G., cum habeam vos suspectum, et alium iudicem mihi dari peto. *Et nota quod non oportet quod hic inseratur causa suspectionis, sed in recusatione iudicis delegati consuevit apponi hoc modo :* ex eo quod inimicamini c. 68. B.
mihi, *vel* estis consanguineus adverse partis *et similium* (sic) *Et nota quod iudex ordinarius non potest recusari. Iudex secularis recusatur simpliciter a litigantibus, iudex vero delegatus per appellationem iustam removetur, dummodo reus appellans causam alii petat committi et appellationem suam prosequatur. Alioquin procedetur per litteras primas.* — Tali die et loco, coram talibus testibus, statuit dominus B. iudex terminum peremptorium U. ad respondendum libello sibi porrecto.

CXLII. **De precepto confessionis debiti.** — Dominus B. iudex communis Aretii tempore domini U. potestatis Aretii sedens pro tribunali, in primis VI mensibus, *vel* ultimis VI mensibus, precepit (N) olim P. confitenti quod debebat solvere [et] (quod) solvat ad bannum XL sol. Leonardo Centii usque ad XXX dies proximos X lib. den. pis. sortis et XL sol pene, et X sol. pro damnis et expensis, que predictus M. ipsi I. pro predicta causa dare debere confessus est. Idcirco dictus iudex ipsum Martinum eidem I. in his omnibus condemnavit.

CXLIII. **De sententia contumacie et interlocutoria.** – In nomine Dei eterni amen. Ego B. iudex nunc communis Aretii, accepta querimonia quam faciebat P. olim talis de U. Sitii a quo petebat X lib. den. pis. sortis, XL sol. pene et damna et expensas in hunc modum « Vobis domino B. iudici communis Aretii etc. »... Quo legitime et peremptorie secundum ordines constituti Aretine citato (*cod.* canonico) ut ipsi U. veniret secundum iustitiam responsurus, et eo vènire contumaciter recusante; cum nemo de sua contumacia debeat commodum reportare, pronuntio predictum P. fore mittendum et mitto per Ildebrandinum [et] executorem ipsius communitatis in corporalem possessiones bonorum predicti U., de mobilibus duplum, de immobilibus quadruplum usque ad mensuram debiti declarati secundum formam et ordinem constituti Aretine civitatis, salvo

Source : BIU Cujas

iure alterius omnique legali auxilio absenti reservato; ita tamen quod si venerit infra annum restitutis expensis et prestita idonea cautione iudicio sisti, recuperet possessionem, fructus interim pro rata temporis eidem Petro concedens. Prolata seu data fuit hec sententia contumacie in civitate Aretina, in palatio communitatis coram talibus testibus ad hec vocatis anno Domini Ihesu Christi etc. Qui nuntius postea rediens pridie id. maii retulit mihi notario infrascripto quod misit in tenutam ipsum P. de bonis ipsius U. de quadam petia terre vineate posita in
c. 69. A. tali loco iuxta tales, item de quadam domo, *vel* scrineo *vel* X sol. *vel* L staria frumenti etc.

CXLIV. **De restitutione tenute date propter contumaciam.** — Dominus B. iudex communis Aretii precepit I. balitori et nuntio communis Aretii ut restituat G. tenutam et possessionem omnium et singularum rerum de quibus miserat, *vel* mitti pronuntiaverat in tenutam Petrum Iohannis, exigente contumacia ipsius; pro eo quod dictus G. restituit expensas et satisdedit ac promisit iuri parere, in iudicio sisti usque ad finem cause, et iudicatum solvere coram dicto iudice, sicut postulat ordo iuris.

CXLV. **De suspectorum reorum satisdatione.** — Iohannes olim Sandoli ex certa scientia et non per aliquem errorem, omni occasione et exceptione iuris vel facti sive intentionis remota, sollemni stipulatione interposita promisit mihi R. notario infrascripto, *vel* tali iudici stipulanti pro Leonardo Uberti, iuri parere, iudicio sisti de causa que vertitur *vel* verti speratur inter eos nomine vel occasione cuiusdam pecunie summe, *vel* talis rei, usque ad finem ipsius cause et iudicatum solvere. Quod si ut dictum est factum et observatum non fuerit et ita non fuerit verum. vel si fuerit in aliquo contraventum vel venire presumptum, vel si contra predicta vel in aliquo predictorum aliqua exceptio opposita fuerit, promisit predictus Iohannes per se suosque heredes dare et solvere ipsi iudici, *vel* tali notario stipulanti pro predicto L., nomine pene X lib. bon. den. pis. et omnia damna et expensas etc. Ad hec (N.) quondam I. de precibus et mandato ipsius I. et fideiussorio nomine ipsius pro eodem L. circa omnia et singula supradicta ut dictus principalis extitit fideiussor, et promisit se ita facturum et curaturum quod predictus I. faciet et observabit omnia et singula supradicta. Quod si non faceret, promisit predictum L. et suos heredes conservare indemnes sub pena predicta, quam predicto iudici, *vel* notario *vel* mihi notario pro dicto L. stipulanti et recipienti, dare et solvere promisit si contra faceret vel veniret; renuntians omnibus et singulis beneficiis supradictis, et insuper renuntians beneficio nove constitutionibus de fideiussoribus et mandatoribus et omni alii legum auxlio et exceptioni fideiussorie sibi in hoc facto patrocinanti personaliter vel in rem.

CXLVI. In nomine Dei eterni amen. Cum ego B. plebanus plebis sancti Pauli et iudex a sede apostolica delegatus, *vel* (*cod.* et) subdelegatus talis *vel* talium iudicum, cum legitime et peremptorie citaverim (*cod.* citatorie) G. Sodelli ut U. Pagani (ut) veniret secundum iustitiam responsurus [et] ipso venire contumaciter recusante, eumdem pronuntio et reputo contumacem (*cod.* contumaciter), et cum nemo de sua contumacia commodum consequi debeat (*cod.* debuit), quia nil prodesse obedientia humilibus videretur si contentus contumaci[ter](bus) non obesse(t), *vel* cum nil prodesse videretur bonorum obedienti(a) si perversorum
c. 69. B. existeret [tabellio] (malitia) impunita, delegationis auctoritate qua fungimur ipsum G. excommunico et anathematizo, condemnans eumdem ad legittimas et moderatas expensas, ipsarum expensarum legitima taxatione pre[ter]missa et prestito corporaliter iuramento, sicut postulat ordo iuris. Lata fuit hec sententia, *seu* pronuntiata, in tali loco coram talibus testibus anno Ihesu Christi a nativitate etc., tertio nonas maii. Actum in tali loco. — Statuit dominus B. iudex terminum peremptorium Iohanni olim talis ad respondendum libello in dicta causa.

CXLVII. — *Nota quod, ad hoc ut libellorum conficiendorum perfecta notitia habeatur, sciendum est quod quis aut* (cod. *cum*) *impetit*) *petitorio iudicio, hoc est de proprietate rei quam petit, aut possessorio, hoc est de possessione vel adipiscenda vel de novo acquirenda vel retinenda, hoc est tuenda, quam habet actor vel etiam recuperanda: de quibus omnibus exempli causa dicendum est, et primo de libello conficiendo super petitorio*: (*qui*) *alias* (cod. *alius*) *fit in actione reali et alias in personali.* — Conqueritur Iohannes de Petro P. petens ab eo unam petiam terre aratorie, *vel* unam domum positam in tali loco iuxta tales, *vel* unum equum talis pili cum talibus signis, quem equum dico ad me pertinere iure dominii vel quasi, quem iniuste detinet, *vel* quam terram dico ad me pertinere iure dominii vel quasi, quam iniuste detinet; et ipsam terram peto cum fructibus ex (e)adem perceptis vel (qui) ex ea percipi potuerunt a[d] vobis [vel] III annis retro, scilicet XL staria frumenti et X staria hordei, XX staria. siliginis, vel ipsorum fructuum extimationem, scilicet X lib. den. pis; et damna et expensas facta et facienda usque ad finem cause cum omni suo interesse; unde ius et constitutum petit, salvo iure pluris et paucioris. — Conqueritur A. de U. Riusti (?) petens ab eo C sol. den. pi. ex causa mutui habitos ab eo, et quia predictos denarios sibi non reddidit sua die, *vel* prout debuit, *vel* quia in una (mora?) solutionis sive reddendi promisit, petit ab eo XL sol. nomine pene et X sol. pro damnis et expensis; unde ius et constitutum petit, reservata sibi licentia etc.; *vel* petens ab eo tale quidem quod sibi vendidit *vel* commodavit *vel* deposuit, *vel* quod ei promisit dare *vel* facere ex tali causa. *Et sic ponas causam contractus vel quasi vel maleficii vel quasi, quomodo petatur id quod ponitur in libello.* Et quia predicta non fecit ut debuit, petit ab eo tantum pro pena, *vel* duplum dicte rei *vel* pecunie, cum omni suo interesse quod extimat tantum, et damna et expensas facta et facienda usque ad finem cause: de quibus omnibus ius et constitutum petit salvo iure pluris et paucioris.

Unde notandum est quod in actione reali sufficit ponere c. 70. A
duas causas in omni libello, scilicet iure dominii [*vel quasi*] *si est dominus qui* (cod. *petit*) *petit, vel* quasi *si est usufructuarius vel emphyteota vel superficiarius vel feudarius. Sed melius est quod in omni.... libello actionis in persona necessarium est specialis causa contractus vel quasi, qua reus sit obligatus ut quia ei vendidit et locavit et sic de aliis contractibus, vel quia eius negotia talia diligenter* (*non*) *fecit vel* [*quas*] *administravit et sic de aliis quasi contractibus*; *vel quia rem furtive vel per vim sibi subripuit vel subtraxit, vel studiose occidit vel fecit* (*occidi?*); *et sic de aliis molestiis vel quasi adoptandum factum qualiter fuerit. Nam actio in rem est quando quis rem sibi obtinentem petit a* (cod. pea) *possessore sibi restitu*[*ta*]*i, qui nullo contractu vel quasi sed maleficio vel quasi est obligatus ipsam reddere*; *sed quia in possessione reperitur, vendicatur res ab eo. Nam dicta est actio in rem quia rem persequitur ubicumque et apud quemcumque reperiatur, et solummodo sufficit in earum vendicatione causa illa* iure dominii *vel* quasi; *quia dicendo rem meam videor omne ius meum in iudicium deduxisse. Sed actio in persona dicitur quia persequitur actor personam sibi obligatam vel eius heredes, qui sunt una persona cum defuncto. Sed nota quod pluribus modis et pluribus causis aliquis alicui obligatur.*

CXLVIII. — Petit Iohannes a Martino ea que in suo libello continentur, que omnia M. litem contestando negat. *Et postea*

Source : BIU Cujas

computabis sacramentum, et facto iuramento calunnie de veritate dicenda hinc inde, litis contestatio sic fit vel describitur: Lis est contestata; iuratum est de calumnia ab utraque parte super iis que in suo libello continentur *Cuius tenor talis est:* Pridie nonas martii actum in tali loco, coram talibus testibus. Ea que tu Iohannes venis dicere et dicis Martino qui est hic, ideo dicis quia credis te bonam rationem habere, et non animo calunnie; et si ab eo audies dicere quod scias vel credas ipsum dicere veritatem non negabis causa onerandi ipsum probatione, (nec) mihi vel alii pro me nec per te nec per alium dedisti vel promisisti aliquid quod pro te sententia daretur nisi quod mihi est a iure permissum; falsis testibus nec falsis probationibus in hoc placito te sciente non uteris, positionibus alterius partis respondere in fraudem non differes, dilationes in fraudem non petes, et quotiens citatus fueris.... vel ab alio cui fuerit hec causa commissa venire et representare te non recusabis. Ponas ibi manum (et iures quod) sicut ego dixi ita observabis et ita verum esse, si Deus te adiuvet ad sancta Dei evangelia. *Reo vero sic computabitur calumnie iuramentum*: Sicut talis actor fecit pro se in petendo ita est verum et ita observabis pro te in defendendo, si Deus te adiuvet et sancta Dei evangelia. *Unde versus:*

c. 70. B

Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur,
Et cum queretur verum, non inficietur.
Nil promittetur nec falsa probatio detur;
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

CXLIX. — *Post litem contestatam et iuramentum calumnie factum consueverunt induci probationes, quarum prima est confessio, cum in iure confessus habeatur pro iudicato: et ideo de positionibus et confessionibus hic agatur, que sic fieri consueverunt*: Ponit, *vel* dicit, Iohannes suo iuramento ea sibi debere fieri, que in suo libello continentur, que Iohannes suo iuramento negat *vel* diffitetur *vel* non credit. Item ponit, *vel* dicit *vel* protestatur, quod M. sic fecit *vel* dixit (quod) paratus est facere; quod Iohannes negat, diffitetur *vel* inficiatur *vel* non credit: ad quod I. petit respectum *vel* deliberationem. *Et ita interdum actor facit suas positiones et reus facit suas, quandoque actor facit unam positionem et reus aliam; que quidem coequales confessiones usque ad sententie prolationem fieri possunt, et confessiones actoris quandoque separantur a confessionibus rei quandoque non; sed melius est quod segregatim scribantur ut citius a notario inveniantur.* — Sexto kal. iunii. actum in tali loco coram talibus testibus. Statuit dominus B. iudex terminum predicto Iohanni. *Et si peremptorius fuerit terminus, dices:* terminum peremptorium dicto Iohanni ad testes suos inducendos, *vel* ad omnes probationes suas inducendas in dicta causa. Isti sunt testes producti a Iohanne contra M. ad probandum tale quid *vel* tale, qui testes iuraverunt de veritate dicenda secundum formam testium recipiendorum; nomina quorum hec sunt: Farolfus Salandri, U. Sitii. Actum in tali loco, coram talibus testibus, tertio nonas iunii. — De facto quod est inter tales, *seu* de causa que vertitur inter tales ex parte una et tales ex altera, tu eam veritatem quam scies dices ita pro una parte sicut pro altera, et veritatem quam scies non occultabis, et quod scies visu dices visu, et quod scies auditu dices auditu, et credentia(m) non dices pro veritate, nec veritatem pro credentia. Et hec omnia dices et singula quotiens fueris interrogatus a me notario, *vel* a domino B. *vel* ab eo cui hec essent commissa, remoto omni odio, amore, timore, pretio, precibus, speciali lucro vel damno alterius; et dictum tuum tenebis secretum donec fuerit apertum. « Sicut ego dixi ita verum est et ita observabo, si Deus te adiuvet et sancta Dei evangelia. » *Prestito iuramento a testibus supradictis vocabis aliquem ex ipsis seorsum, et audies ab ipso teste que vult dicere, et audito eo quod ipse testis dixerit, iterabis dictum ipsius testis et dices eidem « Ego intelligo quod tu ita dixisti »; et sic dicas totum quod ipse dixit. Et si ipse testis hec adfirmaverit, bene erit, alioquin adapta dictum ipsius secundum quod ipse diceret tibi; et tunc scribes per ordinem quecumque ipse testis dicet Et completo dicto suo religes eidem testi dictum suum, et si ipse hec approbaverit, bene quidem; alioquin reforma dictum ipsius sicut ipse testis dix(er)it se vidisse vel audisse; et videas ubicumque ipse testis aliquid dicat pro certo se vidisse vel audisse. Nam omne testimonium est vel de facto quod visum vel de verbis que dicta sunt. Et facias incontinenti ut reddat vel reddere videatur plenariam causam sui dicti et eius testimonii, querendo, et de loco quo hec fuerint, (quibus) presentibus, anno, mense, septimana, die et hora diei hec viderit vel audiverit, et qualiter negotium factum fuerit et quibus verbis vel quibus vestibus vel quibus armis secundum diversorum negotiorum qualitates super quibus testis deponit[ur], et quomodo sciat testis ea que dicit visu vel auditu. Nam si dicat se audisse verba ab illo qui factum fecit, stabitur dicto eius; si autem ab alio, secus erit; unde statim debet testis interrogari que fuerint illa que dixit se audisse et a quo fuerint dicta, quo loco et quibus presentibus. Et sic diligenter per tales interrogationes inquiras omnem negotii veritatem; deinde ubi varius testis in dicto suo reperiatur et ubi singularis sit in dicto suo, cum vox unius sit nullius, consuevit testis interrogari de vestibus contrahentium et de staturis et facturis eorum, utrum sint longi vel curti, pingues vel macilenti, bruni vel rubei, et si (se)debant vel stabant, et versus quam partem revoluti erant; item si erant in domo, in qua parte domus, et utrum in palcone vel inferius, solo et si prope ignem; et si de nocte hoc fuit, qua hora noctis, et si erat lumen, utrum lumen candele vel facis vel alterius; item de tempore, utrum nubilosum vel serenosum, et sic de aliis circumstantiis. Et si dixerit se vidisse aliquem possidere, tenere, uti, frui re aliqua per longum tempus, queri debet per quantum tempus; postea queretur quot annorum sit ipse testis, et si infra illud tempus fuit absens, vel visitavit limina alicuius sancti, vel ivit causa negotiationis vel alio modo ad aliquas partes, vel si egrotavit et quot vicibus vel quanto tempore egrotavit ut coniecturetur per hec et sciatur si dixerit possibilia vel ea que conveniant nature negotii. Item queras de fama vel infamia illius contra quem producitur et aliorum testium, unde [si] ab eius testimonio repellatur. Item queras de consanguinitate testis, si attineat alicui partium et in quo gradu, et si est testis domesticus vel familiaris, et si concordaverit cum adocato vel cum aliquo alio ita dicere, et si iuravit tantum in anima sua quam partem vellet potius obtinere, et si sperat inde habere damnum vel emolumentum de victoria vel amissione alicuius partis. Et potest sic inchoari titulus, seu libellus*: Iste est titulus M. contra Iohannem et testes ipsius I. *vel* talis. Querite a testibus adverse partis ut reddant vel reddere videantur plenariam causam sui dicti et eorum testimonii scilicet quo modo sciant ea que dicunt, inde de tempore, anno, mense, septimana, die et hora diei; et de omnibus et singulis alis circustantiis, diligenter queratis quanto melius videritis expedire circa omnia et sinnula dicta ipsorum. *Item si dixerint dicti testes tale quidem vel tale, interrogabis ita prosequendi (sic) eorum dicta et ipsorum testimonii ut reddat vel reddere videatur plenariam causam sui dicti et testimonii, et de tempore, anno, mense, septimana, die, hora diei et quibus presentibus in eo loco etc., et sic inchoabis:* Martinus testis U. iuratus *vel* remisso sibi iuramento a partibus, dicit quod fuit tali die loco et talibus presentibus — Renuntiatum est testium productioni ab utraque parte — Lecti et publicati sunt testes Iohannis in civitate Aretina in

c. 71. A.

c. 71. B.

Source : BIU Cujas

tali loco coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis et utraque parte presente, *vel* presentibus procuratoribus utriusque partis. *Quandoque testis iurat coram uno notario et recipitur ab alio notario, et tunc dicet ita notarius*: Centius olim L., prestito iuramento coram tali notario, ut ipse notarius firmiter asserebat et ut patet per scripturam suam quam mihi ostendit, dicit itaque *vel* talem etc., *ut in aliis testibus qui recipiuntur.* — Sexto nonas iunii actum in tali loco in civitate Aretina in domo B. coram talibus ad hec vocatis. Dominus B. iudex communitatis Aretine precepit utrique parti peremptorie, *vel* statuit utrique parti terminum peremptorium diem Iovis proximam ad allegandum super dictis testium productorum a tali, et (e)denda sunt a tali, *vel* edita sunt a tali et producta sunt a tali — Tali die, loco et talibus presentibus renuntiatum est ab utraque parte allegationibus, confessionibus, instrumentis et omnibus aliis in dicta causa. Item eodem die (et) loco, coram talibus, *vel* dictis testibus, statuit dominus B. iudex terminum peremptorium utrique parti diem mercuri proximam ante tertiam ad audiendam sententiam in dicta causa *Si autem, de re dubia inter partes, contingat iudicem, de consilio alicuius vel aliquorum prudentium vel sine ipsorum consilio, aliquam* c. 72. A. *ferre interlocutoriam, dices ita:* Interlocutus est iudex de talium prudentium consilio quod tale sic *vel* tale quidem faciat.

In nomine Dei eterni amen. Ego B. iudex [et] nunc communis Aretii, cognitor litis et controversie que vertebatur inter I. olim G. ex parte una et M. olim P. ex altera, que talis erat: « Vobis domino B. iudici communis Aretii conqueritur Iohannes de M. Petri etc. » Qui quidem M. negabat. Lite itaque inter predictum I. et M. super premissis coram me legitime contestata et de calunnia iuramentis prestitis ab eisdem; testibus ab utraque parte sub mei examine productis, examinatis diligenter, inspectis et publicatis; factis confessionibus ab utraque parte; viso etiam quodam instrumento ex parte ipsius Iohannis advocati manu Dominici notarii scripto autenticato; auditis etiam rationibus utriusque partibus et allegationibus ipsorum plenius intellectis; in causa namque renuntiatione testium instrumentorum, confessionum allegationum et omnium aliorum hinc inde; de prudentium virorum consilio, Dei nomine invocato, prefatum M. in restitutione predicte domus, dicte petie terre, et in C. sextarios vini vel frumenti *vel* siliginis a V. vel X annis retro perceptis ipsi Iohanni condenmo. *Et hoc dicitur cum actum est in rem. Sed si agatur in persona, dicetur:* ipsum M. in prestatione.... *vel* XX lib. den. pis. sortis, XL sol. pene et sol. pro damnis et expensis eius sacramento factis, et eisdem expensis primo taxatis, eidem Iohanni condemno, (*vel*) prefatum M., ab impetitionibus ipsius I. *vel* ab impetitione ipsius absolvo, utraque parte presente ad hanc sententiam audiendam. Lata seu pronuntiata fuit hec sententia ab ipso iudice in civitate Aretina in palatio communitatis coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis, anno Ihesu Christi a nativitate etc. *Nota quod secundum formam libelli porrecti, et allegata atque probata, omnis sententia debet in se continere absolutionem vel condemnationem.*

CL. **De appellationibus.** — Ego M. sentiens me gravatum a sententia, si sententia dici potest quam vos domine B. iudex contra me pro Iohanne tulistis, manu talis notarii scripta, eamdem sententiam dico ipso iure nullam. Sed si qua est vel esse potest, ab ipsa sententia et ab omni gravamine quod ipsa vel ex ipsa nulla intulistis vel inferre mihi aliquatenus voluistis, et ab omni alio gravamine ad dominos B. et C. syndicos et provisores communis Aretii et ad eorum iudicem viva voce in scriptis appello. Facta fuit hec appellatio in scriptis, *vel* sine scriptis, in tali loco coram talibus testibus.

CLI. In domine Dei eterni amen. Ego presbyter Simon c. 72. B. Aretine plebis canonicus et domini M. episcopi Aretii iudex delegatus, cognoscens de causa matrimoniali que vertebatur inter B. Gregorii parte una et Iohannem P. ex altera que talis erat : « Vobis domino S. presbytero, Aretine plebis canonico et domini M. episcopi Aretii iudici delegato, conqueror ego B. de Iohanne Petri, petens ipsum in meum virum, quia mecum legitime contraxit matrimonium per verba de presenti et anuli dationem; unde peto ut me teneat et maritali affectione pertractet. Unde iustitiam peto et officium vestrum imploro reservata mihi licentia » ,*vel aliter* « Conqueror ego talis mulier de tali, petens ipsum in virum meum, cum mecum legitime contraxerit matrimonium, unde peto quod me teneat et pertractet debito coniugali. De quibus omnibus iustitiam peto et officium vestrum imploro, salvo iure pluris et paucioris ». *Si autem petat matrimonium separari seu divortium celebrari, sic fiet libellus:* « Vobis domino presbytero S., Aretine plebis canonico et domini pape *vel* domini M. episcopi Aretini iudici delegato, conqueror ego B. de tali petens quatenus matrimonium, quod esse videtur inter me ex parte una et talem ex altera contractum, pronuntietis nullum, cum de iure stare non possit pro eo quod non eram in nubili etate *vel* in etate legitima ad matrimonium contrahendum, *vel* quia per vim et et metum cum eo contraxi et postea in eum non consensi, *vel* quia prius contraxeram cum quodam qui vocatur Leonardus qui adhuc vivit, *vel* prius predictus talis contraxerat cum quadam nomine I. que adhuc vivit. Item peto quod si contingat inter vivos matrimonium separari, dotes C. lib. den. pis. quas a me, *vel* ab alio pro me, predictus talis habuit ac recepit mihi reddi ac restitui faciatis. Unde iustitiam peto et officium vestrum imploro, salvo iure pluris et paucioris ». Qui predictus talis negabat. Lite itaque inter predictos C. et B. super premissis legitime contestata, et de veritate dicenda prestito iuramento, qualibet parte seorsum diligenter examinata, testibus ex parte ipsius B. receptis, examinatis, diligenter inspectis et publicatis, auditis etiam rationibus utriusque partibus et allegationibus ipsarum plenius intellectis, facta namque renuntiatione testium, instrumentorum, confessionum, allegationum et omnium aliorum hinc inde, et utraque parte ferri sententiam cum instantia postulante, habito super his omnibus plurium sapientium consilio, prefatum I, *vel* talem, petitioni ipsius B. condemno, pronuntians legitimum esse matrimonium inter ipsos, et precipio per censuram ecclesiasticam atque mando ut quos Deus comiunxit homo non separet.; (*vel*) secundum proposita et ostensa pronuntio legitimum esse matrimonium inter ipsos B. et C. *Si autem iudex viderit fore divor-* c. 73. A. *tium celebrandum, dicet iudex ita:* Secundum proposita et ostensa pronuntio nullum esse matrimonium inter B. et C. prenominatos, dans utrique licentiam nubendi dumtaxat in Domino; *vel* pronuntio iustum metum intervenisse qui potuit cadere in constantem virum: quare inter ipsos pronuntio matrimonium nullum esse, dans utrique licentiam nubendi dumtaxat in Domino. *In sponsalibus vero sic consuevit iudex diffinire:* Secundum proposita et ostensa pronuntio sponsalia inter ipsos rationabiliter processisse, unde matrimonium inter ipsos pronuntio ac diffinio subsequendum; *vel* sponsaliaint er ipsos legitima non fuisse, dans cuicumque ipsorum licentiam deinde nubendi dumtaxat in Domino. Data seu prolata fuit hec sententia in tali loco coram talibus testibus ad hec adhibitis et vocatis anno Ihesu Christi a nativitate etc. Ego talis notarius huic sententie prolationi seu recitationi interfui, et de mandato dicti iudicis scripsi et publicavi. — Ego talis sentiens me gravatum a sententia quam vos, domine presbyter S., *vel* vos talis contra me pro Berta tulistis in causa matrimoniali que inter nos vertebatur, eamdem sententiam dico ipso iure nullam; sed si qua est vel esse potest ab ipsa et ab omni gravamine quod in ipsa vel

Source : BIU Cujas

ex ipsa intulistis vel inferre mihi aliquatenus voluistis et ab omni alio gravamine ad iudicem competentem appello. Facta fuit hec appellatio et ab ipso iudice admissa in tali loco coram talibus testibus ad hec vocatis anno Ihesu Christi a nativitate etc. Item eadem die et loco coram dictis testibus statuit dominus B. iudex talem terminum peremptorium ad prosequendum appellationem suam in curia domini episcopi Aretini usque ad X dies proximos, et in curia domini pape infra unum mensem proximum, *vel* infra XXX dies proximos. *Apostoli vero, qui dicuntur littere dimissorie sic fiunt et fiebant hactenus frequenter, sed valde raro nunc fieri consueverunt in curia ecclesiastica: in curia vero seculari fieri non vidi. Et fiunt sic. Quorum apastolorum forma talis est:* Sanctissimo patri et domino, sacrosancte romane ecclesie summo pontifici, M. miseratione divina humilis episcopus Aretinus se ipsum totum cum osculo pedum. Noverit sanctitas vestra quod talis a sententia quam inter ipsum et talem tuli, ad vos, sanctissime
c. 73. B. pater, instantius appellasse (*sic*); cui appellationi humiliter deferens, eumdem cum his apostolis ad vestre sanctitatis pedes transmitto.

CLII. **Libellus autem in causa usuraria sic fit:** Vobis domino M. episcopo Aretino conqueror ego I. de P. C. petens ab eo X lib. den. pis., quos ipse *vel* alius pro eo a me *vel* ab alio pro me, in fraudem usurariam, *seu* per usurariam pravitatem, extorsit. Unde iustitiam peto, et officium vestrum imploro, addendi mutandi minuendique mihi licentia reservata. *Vel aliter:* Vobis domino M. episcopo Aretino conqueror ego talis de tali petens ab eo unam petiam terre aratorie positam in tali loco iuxta tales, quam pater meus G., *vel* talis, sibi obligavit (ut) pignus pro XL sol. den. pis. Item peto ab eo omnes fructus quos ex dicta terra ipse vel alius pro eo ultra sortem percepit iam sunt IIII anni, scilicet XL sest. frumenti, X sest. hordei et X sest. filiginis, vel ipsorum fructuum extimationem, scilicet C. sol. den. pis. De quibus omnibus iustitiam peto et officium vestrum imploro, salvo iure pluris et paucioris.

CLIII. **(De istrumentis exemplandis).** — *Cum alicui tabulario aliquod instrumentum vel aliqua scriptura exemplanda mandatur, tunc distinguere debet, an sit scriptura sua vel aliena, et tam sua quam aliena oporteat in iudicio vel extra transcribi et exemplari. Quod si extra iudicium fuerit, idem instrumentum vel eamdem scripturam rescribere poterit, ut primo fecit, per ordinem quotiens visum fuerit expedire, exceptis rogationibus et instrumentis debitorum, in quibus magna cautela est adhibenda. Verumtamen instrumentum non est alicui tradendum, nisi cuius intersit eumdem habere. Sed si alterius s instrumentum, ipsum totum primo diligenter transcribere debet per ordinem nihil mutato vel pretermisso, et ponere debet prioris notarii subscriptionem, et hoc facto, ad hoc ut valeat ad probationem exempli, coram domino vel rectore terre vel civitatis, adhibitis tot testibus ipsi exemplo quot primo exemplari vocati et necessarii fuerunt, [et] debet ipsum exemplum inchoari hoc modo:* Hoc est exemplum cuiusdam autentici et originalis instrumenti manu talis notarii confecti, cuius tenor talis est; *et sic debet transcribere tabularius usque ad finem ipsum instrumentum per ordinem, et facta ac completa subscriptione ipsius notarii ut in instrumento seu contractu originario continetur, [et] postea ipsum exemplum debebit publicari hoc modo:* Lectum et auscultatum fuit hoc exemplum cum dicto exemplari coram domino C. tunc potestate Aretii, qui suam et communis Aretii publicationi huius instrumenti prestitit ac interposuit auctoritatem. Actum in civitate Aretina, in palatio communitatis Aretine, coram talibus testibus anno Ihesu Christi a nativitate etc. *Subscriptio postea a notario ita* c. 4. A
fiet: Ego talis notarius ut inveni in autentico et originali instrumento manu talis notarii confecto ita hic per ordinem diligenter transcripsi et exemplavi nil addendo vel minuendo vel immutando quod ipsius instrumenti sententiam ledat; quod instrumentum inveni non mutatum, non cancellatum, nec in aliqua parte sui abolitum. Et coram predicto potestate Aretinorum et testibus supradictis hoc exemplum presens legi, auscultavi, subscripsi et publicavi. *Nam si auctoritas pretoris in huiusmodi exemplis non interveniat, nullam faciunt fidem ad probationem, nisi exemplar autenticum cum eis semper ostendatur. Si vero sine rectoris auctoritate fiat publicatio exempli., eo ut dictum est toto scripto, sic fieri consuevit. Exemplans eum convocabit tot testes litteratos et tabelliones, si haberi poterint, quot primo exemplari interfuerint, vel plures pro sue voluptatis arbitrio secundum negotii qualitatem, quorum quidam videant in exemplari et alii in exemplo cum exemplante, si aliud in uno eorum quam in alio lecto et auscultato contineatur: scribens et exempl ns sic dice(n)s:* Lectum et auscultatum fuit predictum exemplum cum predicto exemplari autentico in tali loco coram talibus ad hec vocatis anno Ihesu Christi a nativitate etc. *Si vero fuerit privilegium vel fuerint littere que exemplantur, dicetur ita:* Hoc est exemplum cuiusdam privilegii a tali principi indulti, *vel* quarumdam litterarum domini pape eiusdemque bulla plumbea munitarum, in qua quidem plumbea bulla ex una parte erat imago beati Petri, et ibi erant quedam littere que dicebant « Sanctus Petrus » et ex altera parte ipsius bulle erat imago beati Pauli, et ibi erant quedam littere que dicebant « Sanctus Paulus »; quarum litterarum tenor talis est: « Gregorius episcopus servus servorum Dei etc. » *Et sic scribes totum ipsarum litterarum tenorem usque ad finem cause, et dices sic. Si autem fuerint littere alicuius prelati vel alterius, dices ita:* Hoc est exemplum quarumdam litterarum domini M. episcopi Aretini, *vel* talis, eiusdemque sigillo munitarum, quarum litterarum tenor talis est. *Et sic scribat notarius usque ad finem; postea dicet ita:* Lectum et auscultatum fuit dictum exemplum cum dicto exemplari in tali loco coram talibus testibus, anno Domini etc. *Postea in subscriptione dicat ita notarius:* Ego talis notarius sicut vidi et inveni in originalibus litteris *vel* talis archiprebysteri *vel* talis, ita de verbo ad verbum diligenter transcripsi nihil addendo vel minuendo vel immutando quod ipsarum litterarum sententiam ledat, meumque signum apposui. *Notarii vero testes qui ad hec vocantur ita se subscribere debent:* Ego talis notarius huic
exemplo cum predicto exemplari legendo et auscultando inter- c. 74. B.
fui, et unum cum alio legi, et cum invenissem ipsum de verbo ad verbum diligenter ac fideliter per Ugolinum notarium transumptum atque transcriptum, et idem in uno quod in alio, nihil plus vel minus, viderim contineri nihil mutato vel preternisso, ideo me testem rogatum subscripsi meumque signum apposui. *Et nota quod exemplum sic publicatum sine autentico non sufficit ad probationem, nisi ad hoc ut sciatur apud quem autenticum dimittatur, et ut autentici tenor corrosione vel vetustate vel alio modo immutari non possit. Acta itaque iudiciornm exemplari debent ab ipso tabellione ordinate prout in iudicio fiunt, nihil addito vel immutato. Si tamen partes velint ipsa valere semper, prout sepius contingit, bene poterunt acta omnia ipsius iudicii simul publicari hoc modo, facto prius proprio signo:* Ego talis notarius acta omnia suprascripta recepi et feci sub examine talis iudicis, et ipsius iudicis mandato ipsa hic per ordinem exemplavi. *Si vero volueris testes tantum publicare, dices ita:* In nomine Dei eterni amen. Anno ipsius a nativitate millesimo etc. *Et pretermisso die, dices ita:* Isti sunt testes producti a tali contra talem ad probandum tale quid; qui testes

Source : BIU Cujas

iuraverunt de veritate dicenda secundum formam testium recipiendorum coram talibus testibus, tali die; nomina quorum testium hec sunt: Iohannes Titii, Ubertus Ugonis etc. In primis Farolfus Teuzi testis talis contra talem iuratus etc. *Postea cum veneris ipsos testes publicaturus, dices ita:* Lecti et publicati sunt testes tales eodem anno et tali die, loco, et coram talibus testibus. *Et in fine dices ita:* Ego talis notarius hos testes sub talis iudicis examine recepi, et ipsorum testium dicta mandato ipsius iudicis, *vel* talis, nunc exemplavi et publicavi. *Aliorum tabellionum acta de ipsorum libris exemplantur prout ibi reperiuntur, et si partes velint ipsa acta penes se publicata habere, subscribes te eis, facto proprio signo*: Ego talis notarius has confessiones, *vel* hos testes *vel* hec acta, ut in libro talis notarii inveni ita talis potestatis *vel* talis iudicis mandato, nihil addendo vel minuendo vel immutando, diligenter hic per ordinem exemplavi. *Rogationes vero aliorum tabellionum per ordinem exemplantur nullo mutato latius vel inter et cum lineatura si qua est ibi. Demum convocatis duobus vel tribus testibus tabulariis vel litteratis ad minus, coram eis legatur protocollum: quorum testium quidam vident in exemplo et alii in exemplari, et iterum legitur vice versa. Facto signo, sic fiet subscriptio et publicatio ipsius rogationis:* Ego talis notarius ut inveni in rogatione *seu* abbreviatura, cancellata *vel* non cancellata talis notarii, *vel* olim talis notarii *si decessit,* ita ex commissione ipsius notarii mihi ab eo facta, *vel* ex licentia *et*
c. 75. A. auctoritate talis potestatis *vel* iudicis, in consilio generali *vel* speciali, hic per ordinem exemplavi roboravi [et] nihil addendo vel minuendo vel immutando quod ipsius abbreviature seu rogationis sententiam ledat, meumque signum apposui. *Et si ibi fuerit punctatum vel interlineatum aliquid, poteris addere:* quod inveni interlineatum interlineavi et quod punctatum punctavi. *Sunt tamen quidam notarii qui, quando exemplant rogationes vel litteras aliquas, non apponunt alias publicationes nisi tantum signum eorum cum eorum nomine ac publicatione. Omnia vero tam acta quam instrumenta in iudiciis exemplantur sine die et consule et sine aliquibus publicationibus et tabellionis alicuius subscriptione, excepto procurationis instrumento, ut reus ob hoc sciat si velit cedere an contendere, et ne quid excogitetur ut prolato die habeatur materia fabricandi aliquod falsum instrumentum. Cum vero datur licentia et plenitudo potestatis notario de rogationibus atque cartis aliorum tabellionum faciendis scribendis et exemplandis atque complendis, sic potest scribi:* Talis notarius per testamentum talis olim notarii tali herede ibi presente scripto evidenter ostendit abbreviaturas ac rogationes suas omnes eidem legasse: qui notarius iuravit ibidem, tacto libro sacrorum Dei evangeliorum corporaliter, bona fide sine fraude et sine aliquo dolo se facturum cartas ipsarum rogationum et ipsas rogationes diligenter exemplare prout in ipsis rogationibus invenerit, et ipsas postmodum legitime publicare. Unde talis potestas de licentia consilii generalis, *vel* specialis, in palatio communitatis Aretine ad sonum campane more solito congregati sua et communis Aretii auctoritate ipsi B. omnimodam licentiam et plenariam potestatem prestitit atque dedit. *Sed ponatur quod rogationes seu protocolla alicuius tabellionis inveniantur scripta et non publicata, que publicari non possint ex eo quod consuetud illius loci repugnat, vel inveniantur scripta in cartis pecorinis et in principio cuiuslibet carte ab utraque parte non sint anni Domini, et in principio cuiuslibet protocolli vel in fine ipsius protocolli non sit appositus dies, sed tantum circa principium quaterni sint appositi anni Domini, ut olim faciebant antiqui et adhuc hodie faciunt imperiti: et tunc ipsum protocollum totum ut reperitur in quaterno scribetur per ordinem [totum], et postea quando notarius subscripserit se, facto proprio signo dicet ita*: Ego talis notarius ut inveni in abbreviatura *seu* rogatione; *sed non dicet* c. 75. B. *tunc* autentica scriptura; in quaterno *vel* in libro rogationum talis *vel* olim talis notarii ita ex legatione, *vel* ex commissione mihi facta ac licentia mihi data ab ipso tabellione, *vel* ex licentia et auctoritate mihi prestita a domino B. tunc potestate Aretii in consilio generali *vel* speciali *vel* credentie, de verbo ad verbum diligenter transcripsi, nihil addendo vel minuendo vel immutando, meumque signum apposui. *Et possumus addere, si ita se habuit rei veritas*: quam rogationem inveni positam in quaterno, in cuius principio anni Domini etc. die tali etc.

CLIV. **(De scripturis amissis reficiendis).** — *Summa quidem diligentia et cautela est considerandum in scripturis amissis reficiendis, an scriptura alicuius debiti sit amissa ut denuo illud debitum peti possit, ut sunt sententie continentes condemnationem alicuis quantitatis pecunie sive rei et cautiones denariorum et aliarum rerum, pacta boum et similia; an sint de re data alicui vel relicta vel de aliquo facto alicui non obfuturo. Tunc rescribi poterit cautio sive carta quotiens fuerit amissa nulla mentione facta prioris carte amisse, nec citato eo contra quem fit, nec auctoritate aliqua subsequente, pro eo quod ob hoc nihil a debitore plus peti potest quam ex primo debebat, ut sunt omnes sententie atque carte, exceptis quibusdam* (cod. *quibus dictum est*) *debitorum. Et si sit scriptura amissa alicuius debiti, ne ipsum debitum plurium instrumentorum inde ostensorum occasione pluries peti possit et nulla fraus in amittendo possit aliquatenus inveniri, caute reficiendum est in hunc modum. Creditor enim cuius fuerat sententia sive carta faciet convictum vel debitorem citari; et si(ve) venerit vel non venerit, creditor tale iuramentum prestabit quod sententiam sive cartam illam* [*quam*] *amisit sine dolo et fraude, et quod nullo do'o vel fraude ipsam desiit possidere et cet. Unde sic inchoabitur instrumentum:* In nomine Domini amen. Cunctis hoc publico instrumento pateat evidenter, quod Rolandus olim Petri X lib. bonorum den. pi. Iohanni olim Benci reddere et solvere tenebatur ex causa mutui *vel* ex tali causa, ab ipso habitos, ut instrumento mutui mei R. notarii infrascripti confecto et predicto Iohanni reddito constare poterat evidenter; *vel* dictum R. Iohanni olim B. talem rem debere, ut in sententia lata per talem iudicem manu mei R. notarii infrascripti scripta et autenticata et ipsi Iohanni c. 76. A. reddita constare poterat. Et cum predictus Iohannes veniret postea coram domino B. tunc potestate Aretii, vocato tali adversario suo et non veniente, in ipsius domini presentia constitutus anno Ihesu Christi a nativitate MCCXLIII, domino Frederico imperatore serenissimo imperante indictione j quarto nonas maii, in presentia et testimonio Petri Leonardi, Ugolini B., Gerardi B. et aliorum testium ad hec vocatorum et rogatorum predictus, Iohannes iuravit corporaliter, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, quod sententiam, *vel* cartam, debiti [quam] amisit sine dolo et fraude in hoc habito vel admisso, et quod nullo dolo ipsam desiit possidere, nec scit ubi sit vel apud quem; et si contra fecisset vel sciret, quod istam nullo modo refici postularet vel peteret. Et si contigerit eam reinvenire, quod ipsam restituet dicto Rolando vel eius heredibus, et quod ea non utetur nec uti deinceps consentiet vel permittet contra ipsum Rolandum et eius heredes in agendo vel excipiendo nec aliquo modo, et ipsam cartam cassam vanam inutilem ex nunc habebit atque tenebit. Idcirco ego R. notarius infrascriptus aliam cartam debiti eiusdem tenoris de mandato dicte potestatis, *vel* iudicis, dicto R. creditori reficio, cuius carte seu instrumenti tenor talis est: « In nomine Dei eterni amen. Anno Ihesu Christi a nativitate et cet. » *Et sic scribes totum ipsius debiti vel sententie instrumentum usque ad finem, ut prius. Et in fine, facto*

Source : BIU Cujas

proprio signo, ita dices: Hoc instrumentum debiti de mandato dicte potestatis, *vel* iudicis, bis scripsi et publicavi.

CLV. **(De negotiis que scripturam non requirunt.)** — *Non est siquidem omittendum quod quedam negotia fieri possunt sine alicuius interventu scripture, eo quod sine ipsa scriptura valent, cum mediante scriptura non fiat aliud nisi quod actum est; sed ideo fiunt inde carte, ut per ipsas que acta sunt facilius probari possint. Et quedam sunt negotia que absque scriptura numquam valent et sunt ista, que sunt numero xviij, scilicet: cum quis rem immobilem dat alicui iudici pro suo salario, in inventario faciendo, in opponendo exceptionem non numerate dotis in dotibus maxime decoctorum* (?), *in emphyteusim*; *item cum quis non habens legitimos appellaverit filios non adiiciens naturales natos ex concubina, in instrumento habente trium testium subscriptionem* [*testium*], *in testamentis scriptis, in sententiis diffinitivis nisi breves sint lites, in libertatibus prestandis servis, in reassignando superfluo quod creditor*
c. 76. B. *ultra debitum accepit de pignore vendito, in donatione modum legitimum excedente, in decretis venditionum* (cod. *venditorum*) *rerum minorum, in testamentis inter liberos tantum conditis, in emancipatione, in accusationibus capitalium criminum, in libellis tam conventionalibus quam appellationi*[*bu*]*s offerendis, in litteris dimissoriis, iudicum recusationibus. In iis enim,* (*et*) *si que similia reperiantur, plus valet scriptura quam quod sit actum.*

CLVI. **Sequitur de diversis subscriptionibus, tam in propria scriptura quam aliena faciendis.** — *Unde nota quod plures sunt illi qui se subscribunt in scripturis suis, ut cancellarii et similes in privilegiis pontificum et imperatorum et regum, item prelati et canonici in venditione episcopi, cartis feodi et emphyteoticis instrumentis et similibus. Item notarii qui vocantur testes in aliquibus negotiis. Item iudices ordinarii subscribunt se in alienis scripturis hoc modo, facto signo:* Ego talis, auctoritate domini talis excellentissimi imperatoris ordinarius iudex, hanc cartam manu talis notarii infra nominati scriptam auctoritate mea, signo meo apposito, roboravi atque firmavi. *Item notarii aliter in suis scripturis et aliter in alienis se subscribunt: item in suis aliter quando faciunt scripturas in iudicio, et aliter extra iudicium. Item aliter quando carta sua per alium est scripta hoc modo, facto proprio signo*: Ego talis notarius hanc cartam a me ipso rogatam et per talem notarium publicum scriptam autenticavi et roboravi et meum signum apposui. *Item notarius quando scripsit cartam de aliena rogatione sic subscribit, facto suo signo:* Ego talis notarius hanc cartam per talem notarium rogatam ipsius mandato scripsi, et cum meo signo apposito ac nomine pubblicavi. *Et sic variantur subscriptiones iuxta diversitatem negotiorum. Item nota quod ultra montes in quibusdam locis, appositis publicationibus in carta, non apponitur subscriptio alicuius tabellionis, sed sigillorum tantum hoc modo*: In cuius rei testimonium sigilla dominorum talis et talis inferius appensa fecimus apponi. *In quibusdam vero partibus ponitur subscriptio tabellionis primo ut dictum est, et dictum testium sic, facto signo*: Ego talis testi affui, et me ipsum propria manu cum signo meo subscripsi. *In quibusdam vero tabellionis et testium subscriptiones ut dictum est fiunt, et insuper appositio sigillorum que semper ante subscriptionem post publicationes in fine appositas, ut predictum, apponetur. Nam ultra montes omnes conscribuntur hoc modo:* Talis omnibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Noveritis quod ego facio tali tale quidem, *prout veritas se habebit. Et in fine dicitur*: Acta sunt hec anno Domini millesimo et cet. indictione tali et die tali in presentia talium testium ad hoc rogatorum et vocatorum. *Et hec de subscriptionibus sufficiant in presenti,* c. 77. A

CLVII. **De ultimis voluntatibus.** — *Dicto de duabus partibus huius operis, nunc de tertia est agendum, scilicet de ultimis voluntatibus. Unde videndum est primo quid sit ultima voluntas, secundo quare sic dicatur, tertio quot sunt partes eius, quarto qualiter unaqueque ipsarum fiat, quinto quot suut in earum qualibet opportuna, sexto que sit differentia inter ipsas. Ultima voluntas nempe est quod quis de suis bonis facere vult post mortem suam legitima dispositio, que ideo sic dicitur eo, quod usque ad mortem ex penitentia potest retractari et sepius immutari; ambulatoria quidem est usque ad extremum exitum vite; et quoniam ad idem quis arbitrium post mortem redire non potest. Ultime namque voluntates sunt tres, scilicet: donatio causa mortis de qua in precedentibus est tractatum, testamentum et codicillus. De testamentis namque et codicillis est dicendum, ed primo de testamentis; unde videndum est quid sit testamentum, quot nomina habeat, quot modis fiat, et quot sint necessaria in unoquoque ipsorum. Testamentum est ultima voluntas cum institutione heredis; vel testamentum est voluntatis alicuius iusta sententia de eo quod quis fieri velit post mortem suam cum institutione heredis; vel testamentum est bonorum dispositio quam quis habet tempore mortis cum institutione heredis. Dicitur autem testamentum quasi* mentis *idest voluntatis* testatio, *idest apertio sive declaratio. Nota quod hec dispositio pluribus modis censetur, quia vocatur* testamentum, sententia, iudicium, codex, *hoc est* maxima *vel* sollemnis scriptura, *et* eulogium, *quod dicitur ab* eu *quod est* bonum, *et* logos *quod est* sermo, *et dicitur* suprema sententia, *sive* ultima voluntas. *Testamentorum aliud in scriptis, hoc est* (*quod*) *sine illis sollemnibus non valet, vel quia illa scripta sollemniter faciunt illud valere: aliud sine scriptis, idest quod sine illis sollemnibus potest scribi, sed non ita sollemniter scribitur, nec ibi tanta sollemnia requiruntur ut sunt in testamento in scriptis. Et tale testamentum sine scriptis dicitur* nuncupativum, *ex eo quod heres in eo debet nuncupari et nominari, vel quia heredis nominatio illud valere facit, cum heredis institutio et nominatio sit caput et fundamentum totius testamenti ordinandi, et testamentum nullum sit et nihil valeat ex quo heres non extat. In testamento in scriptis namque quinque debent per ordinem observari specialiter: primo ut scribatur a* c. 77. B. *quocumque scribere sciente qui non sit tabellio; nam tabellio falsi pene teneretur si hoc scriberet testamentum; et potest in carta, in clipeo, et in qualibet* (*materia*) *scribi et de atramento et sanguine rutilante, sine qua scriptura factum non valet; secundo quod ipse idem testator scri*(*b*)*at ibi nomen heredis; tertio quod quilibet testium in eo se subscribat; quarto quod testes ibi adhibeantur vij; quinto quod quilibet testium appendat ibi sigillum suum cum anulo caracterem habente signatum; et si aliquod illorum defuerit nihil valet. Cui testamento non est amplius immorandum, cum recesserit ab usu. Cum autem notarius vocatus fuerit ad testamentum nuncupativum vel sine scriptis scribendum et faciendum, hunc ordinem observabit. Primo videat testatorem, si sit sane mentis, quia si non sit sane mentis testari non potest. Item si fuerit filius familias* (*qui*) *testari non potest etiam iubente patre, nisi de castrensi peculio vel quasi, sed de rebus patris nullo modo. Item servus testari non potest; item impubes, furiosus, mentecaptus, prodigus, mutus, surdus; item damnatus ad mortem naturalem quia iudicatus est suspendi vel alias mori; item damnatus ad mortem civilem, quia dicitur e*(*x*)*bannitus eo quod propter aliquod maleficium missus sit in perpetuum bannum; item obses; item de crimine famoso damnatus, idest vel con-*

Source : BIU Cujas

demnatus, vel (cod. ut) *quia sit muliebria passus vel similia fecerit; item de statu suo dubitans, videlicet utrum sit liber vel servus; item monachus; item hereticus. Omnes autem alie persone quam dicte xv exceptiones possunt testari. Qui omnes casus, duobus exceptatis, istis versiculis denotantur:*

Testari nequeunt impubes, religiosus:
Filius in sacris, mortis damnatus et obses
Prodigus ac stultus, mutus, dubius, furiosus,
Crimine damnatus, si[t] ius rapit hospitis hospes.

Secundo considera diligenter quem voluerit testator instituere; [si non possit instituere] si non possit institutus heres eius esse de iure [vel] quia sit institutus in incerta persona ut unus homo non nominatus aliquo nomine speciali proprio [soli eius (?) speciali sed nomine appellatio]; sed unus pauper vel una ecclesia vel unus locus religiosus bene potest institui. Item heres esse non potest exbannitus in perpetuum propter aliquod delictum; item damnatus in metallum fodiendum; item servus de adulterio cum domina commisso accusatus; item collegium, nisi probetur licitum; item incestuosus, idest spurius sui testatoris; item hereticus; item apostata; item mulier nubens infra annum a tempore mortis mariti. Omnes alie persone exceptis predictis viij possunt alteri heredes esse. Verumtamen donec test(at)or aliquem de suis heredibus liberis descendentibus habet, illos saltem in falcidia ipsorum secundum prioritatem graduum instituere tenetur, et filius patrem et matrem
c. 78. A. *et ceteros ascendentes in eadem falcidia memorata; quia, ordine quippe mortalitatis turbato, non minus pie debetur hereditas filiorum parentibus, quam e contrario, sicut dicitur:* Ordine turbato, succedis Bulgare nato. *Qui autem sint liberi descendentes poterit infra illi(co) aperte notari. Filius enim succedit in locum patris: unde siquis habet filium et ex altero filio nepotem, iste nepos succedit avo equaliter cum patruo suo, sicut debebat facere pater suus si viveret, et sic de aliis liberis descendentibus tam natis quam postumis nascituris; nam donec precedens persona durat numquam sequens succedit: ut si vivat filius, numquam succedit avo nepos ex eo, et si vivit pater numquam succedit avus nec avia nepoti; et sic de omnibus ascendentibus et descendentibus liberis tam suis quam emancipatis. Et donec aliquis eorum extat, alii collaterales vel extranei non succedunt; et istis non extantibus alius quicumque potest institui heres, dum tamen turpis persona fratri vel sorori non preferatur. Lege vero longobarda maritus uxori sue succedit liberis non superstitibus ex ea, si tradita sit in potestatem viri cum omni iure et freonagrip: alioquin succedit ei mundualdus. Et hec omnia vera sunt de liberis descendentibus non exheredatis. Exheredare namque potest pater filium xiiij casibus, scilicet: si ei manus intulerit; si gravem et inhonestam iniuriam ei intulerit; si eum in criminalibus causis accusavit que non sunt adversus principem vel rempublicam; si cum maleficis ut maleficus versetur; si in caput* (cod. incepa) *parentis per venenum aut alio modo insidiari tentaverit; si noverce aut concubine patris filius se miscuerit; si delator contra parentem filius extiterit et per suam delationem gravia ei dispendia fecerit sustinere; si pater inclusus sit et filius non vult pro eo fideiubere, et hoc quidem habet locum in masculis; item si prohibuerit patrem testari; item si filius sit arenarius vel invius* (?) *idest ioculator preter voluntatem patris, nisi pater sit eiusdem professionis; si filia non consentiat patri volenti eam nubere constituendo ei dotem secundum patrimonii vires, sed potius vult luxuriari; item si filius patrem neglexerit furiosum; si non redimat patrem captivum; item si filius non sit orthodoxus idest catholicus; unde versus:*

Filius his causis exheres iure notatur:
Si fuerit improperatus, delatus mentemque minatus
Si fuerit, et capitur patris auxiliumque negatur,
Noluit, et prohibet si filia luxuriatur.

Et in vij de his casibus potest filius familias, qui testari potest ex castrensi peculio et quasi, et emancipatus parentem suum exheredare, videlicet: si pater (eum) in criminalibus causis accusavit; si pater cum maleficis ut maleficus versetur; si pater nurui sue aut concubine filii sese immiscuerit; si prohibuit filium c. 78. B. *testari in his (casibus) in quibus habet, ut dictum est, licentiam testandi: quoniam filius familias de castrensi peculio tantum potest patrem exheredare, sed emancipatus de toto quod sine patre post emancipationem habuit ab eo vel alias acquisivit.; item si vite filii per venenum aut alio modo insidiatus fuerit vel tentaverit; item si pater neglexerit filium furiosum; item si pater non sit orthodoxus, idest catholicus vel in fide rectus: et dicitur ab* orthos *quod est* rectum et *a* doxa *idest* gloria: *inde* orthodoxus *idest* recte gloriosus. *In his autem descendentibus institutis considera si sit unus tantum, vel plures sunt instituti; et si unus vel plures sint, considera utrum sint masculi vel femine tantum, vel partim masculi et partim femine; et si femine sint institute, utrum uxorate sint omnes vel non uxorate. Item utrum natos tantum vel non natos vel natos et nascituros postumos: nam quilibet ipsorum institutorum diversimode scribi debet, ut infra in testamento sine scriptis continebitur evidenter. Sciendum est itaque quod institutus dicitur quasi* intus in hereditate statutus *loco defuncti, et heres idem est dicere quod dominus ab* herede *teutonico sumptum: nam heres cum defuncto una persona censetur.*

Quorum heredum alii sunt necessarii, alii sui et necessarii, et alii extranei. Necessarii heredes sunt servi a dominis instituti, sic dicti quod velle nolle tenentur hereditatem dominorum etiam suspectam adire et de eo peculio ipsorum toto ante mortem dominorum acquisito creditoribus hereditariis respondere. Sui et necessarii sunt liberi descendentes, qui dicuntur sui, idest in potestate parentum constituti quia domestici sunt heredes, et domini quodammodo existimantur etiam vivo testatore. Necessarii vero dicuntur ipsi liberi, quia sive velint sive nolint tam ex testamento quam ab intestato ipso iure sunt heredes, licet hereditatem damnosam refutare valeant infra annum post mortem parentis defuncti. Istorum liberorum qui succedere debent de iure nullus debet preteriri nec a patre nec a matre nec ab aliquo eorum ascendente, quin vel instituatur vel nominatim exheredetur, si causam exheredationis committa[n]t aliquam de predictis. Extranei vero heredes dicuntur qui non sunt in potestate testatoris; unde cum femine liberos in potestate non habeant, omnes sunt eis extranei heredes, quamquam ipsos ut dictum est instituere teneantur iure nature. Sed postumus vel posterus dicitur qui nascitur post mortem patris, sic dictus quasi post humum patris natus vel post factum sui patris testamentum. Item sciendum est quod nepotes cum patruis succedunt avo, et nepotes cum pronepotibus avo et proavo suo, et sic de aliis descendentibus, c. 79. A *in stirpes et non in capita. Stirps enim dicitur is a quo alii descendunt, ut pater et mater; capita sunt descendentes ex illa stirpe: ex una quippe stirpe plura capita descendunt. Verbigratia, ego parens sum una stirps, filii mei omnes ex me sunt capita; et sic filii cuiuslibet filii mei sunt cuique eorum capita. Unde idem est dicere « isti succedunt in stirpes » hoc est in ea parte quam debebat habere stirps, hoc (est) pater eorum: filius enim semper in locum patris sui succedit ei cui pater suus succederet si exstaret et non in capita, hoc est non secundum virilem portionem cuique ipsorum filiorum ex mortuo natorum equaliter cum patruo contingentem. Nam patruus solus*

Source : BIU Cujas

habebit dimidiam hereditatis partem, et nepotes ipsius quotcumque sint habebunt inter omnes aliam dimidiam, quam haberet pater eorum si exstaret, qui fuit stirps eorum; et sic de aliis. Viso de testatore et herede videndum est de testibus. Ad quod notandum est quod ista duo in testibus re[peri](quir)untur, scilicet quod sint quando testamentum ordinatur secundum numerum a lege diffinitum, et quod non sint prohibiti esse testes illi qui pro testibus adhibentur. Nam regulariter in quolibet testamento vij testes debent vocari et rogari, licet in testamento ceci ubi non fuit tabellio requirantur viij testes, et in testamento in villis celebrato sufficiant v, et in testamento militis interdumj interdum ij interdum iij et quandoque nullus requiratur. Prohibentur autem esse testes in testamentis mulier, impubes, servus, mutus, surdus, prodigus cui bonis est interdictum, improbus et detestabilis, muliebria passus vel de famoso crimine damnatus; item pater ipsius testatoris et qui in potestate patris vel testatoris est, et heres ibi scriptus et qui in potestate eius est, et pater qui habet ipsum in potestate, et fratres qui in eiusdem patris potestate sunt. Et si contra hec que dicta sunt de testatore et herede feceris testamentum, nihil valebit. Item non valet nativitate postumi alicuius; item si post testamentum factum aliud testamentum fiat: item si aliquis arrogetur vel adoptetur; item si testator capite minuat(ur): item si nemo ex eo sit heres; item si non sit perfectum eo quod aliquid ibi desit de iis que debent ibi esse: item si sit abolitum vel cancellatum vel alias intonsum (inconditum?) in aliqua parte sui. Si ergo nullum predictorum vitiorum occurrat, scribas que dixerit testator: primo de eo quod testator pro anima reliquit, et de commissariis; secundo de uxore et de aliis legatis; tertio de tutoribus dandis et de omnibus que dixerit testator ante institutionem heredis; quarto et ultimo de institutionibus et substitutionibus et ceteris gravaminibus institutorum vel substitutorum (cod. *substitutionibus*). *Est autem institutio primus gradus prius nominatorum heredum quotcunque sint: nam et unum et plures quot quisque velit sibi heredes facere potest. Substitutio vero est in hereditate testatoris [vel] heredi alterive vel aliorum per gradus facta subpositio; unde dictus est substitutus quasi testationi vel heredi in hereditate ab eo [vel] sibi relicta subpositus vel subiectus. Nam testator hereditatem suam in infinitum devenire gradatim facere potest, ut si dicat*: Talis sit heres, et si ille non erit heres, sit heres talis; *et sic de aliis in infinitum. Et ultimo potest quis servum suum substituere. Que substitutiones ideo fiunt, ne quis sine successore moriatur, et ne devolvatur hereditas ad alienos prius quam ad (ip)siu(s) testatoris consanguineos vel propinquos. Quarum substitutionum alia dicitur directa, alia obliqua vel fideicommissaria sive precativa. Directa quippe substitutio est illa, cum nullo mediante rogato capit quis defuncti hereditatem; ut, si aliquo instituto dicat testator*: Et si talis non erit heres, sit talis. *Unde dicta est directa ista substitutio talis, eo quod ista ultimo substitutus capit hereditatem directe a testatore et non ab alio instituto sive rogato eam restituere. Nam institutus nec heres est quia non vult, vel quia non potest quia forte premortuus est vel bannitus vel hereticus vel de illis viiij personis predictis que non possunt esse heredes, nec rogatus fuit restituere ipsam substituto. Obliqua vel fideicommissaria sive precativa dicitur quando quis [vel] substitutus id quod sibi relinquitur vel aliud rogatur alii restituere sive dare. Nam dicta est obliqua quia non a testatore, sed ab isto rogato obliquo, idest mediato accipitur relictum; fideicommissaria quoniam ex fide et pudore rogatorum pendebant olim restitutiones iste, cum non coge(re)ntur olim aliquo iure talia restituere: sed hodie coguntur rogati fideicommissa prestare. Et eadem ratione dicitur precaria vel precativa eo quod testator precatur illum qui (sub)[re]stitutus restituere id relictum. Directarum autem substitutionum alia dicitur vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breviloga, et alia compendiosa. Vulgaris quidem substitutio dicitur quoniam a quolibet et cuilibet de vulgo fieri potest, dum tamen et ille testari et iste ex testamento capere possit: cuius quidem vulgaris alia est expressa et alia tacita. Expressa quidem vulgaris est que fit verbis negativis, scilicet hoc modo*: Talis sit mihi heres, et si heres non erit, sit heres talis. *Tacita vulgaris est que fit sine hac dictione* non *verbis affirmativis in hunc modum pluribus institutis*: Et ad invicem vos substituo. *Sed iste dicuntur tacite vulgares, veluti si testator dicat* Quisquis mihi heres erit sit heres filio meo, *vel si dicat* Titius Seio heres sit, *prius instituto Seio herede, vel si dicat* Seium heredi meo substituo, *vel si dicat* Titius et Seius ut (rique?) eorum heres esto; *licet quidem istas, et maxime duas ultimas, expressas vulgares dicant. Nam ideo dicta est expressa vulgaris, quoniam in ea expressa est negatio, scilicet hec dictio* non; *et tacita dicitur quia ibi non exprimitur negatio, sed tacite intelligitur in ea. Pupillaris substitutio est, si testator pupillo instituto substituat aliquem hoc modo:* Talis pupillus sit mihi heres: et si decesserit in pupillari etate sit ei heres talis. *Huius pupillaris substitutionis alia est tacita et alia est expressa. Tacita pupillaris substitutio est que fit verbis negativis hoc modo pupillo instituto, si testator postea dicat*: Et si dictus pupillus non erit heres, sit ei heres talis. *Et dicitur hec substitutio pupillaris tacita, quia pupillaris expressa que sequitur tacite intelligitur in ea. Expressa pupillaris est que fit verbis affirmativis pupillo instituto sic:* Et si dictus pupillus in pupillari etate decesserit, sit ei heres talis. *Et dicitur hec expressa pupillaris, quia exprimitur in ea pupillaris etas. Et dicuntur pupillares substitutiones iste, quia soli pupillo, etiam in potestates pupilli consistenti, a parentibus suis in quorum potestate [sunt] (est, fiunt). Substitutio vulgaris quidem in his differt a pupillari, quia vulgaris substitutio fit a quolibet et cuilibet de vulgo, sive populo, pupillaris fit tantum a parente pupillo. Item vulgaris fit a quolibet et cuilibet, sed pupillaris tantum pupillis in potestate tantum testatoris existentibus. Item substitutus ex vulgari est heres testatoris, sed substitutus ex pupillari est heres pupilli instituti, quia ipse pupillus cum testari non possit, parentes pro eo testantur. Item substitutio vulgaris statim adita hereditate ab instituto herede expiatur* (sic); *pupillaris vero non nisi adveniente pubertate evanescit. Et est notandum quod substitutus expressa pupillari (non) repellit matrem pupilli defuncti; mater vero substituti ex tacita pupillari ab hereditate filii sui pupilli semper excludit(ur). Exemplaris vel exemplaria est que fit filio vel nepoti furioso; nam dicta est exemplaria, quia* (cod. *que*) *fit ad exemplum pupillaris substitutionis. Sicut enim parens pro filio suo impubere testamentum facit substituendo ei alium, cum ipse pupillus non sit talis etatis quod possit testari, ita parens substituendo alium filio suo vel nepoti testatur pro eo, cum furiosus vel mentecaptus testari non possint; licet pupillaris adveniente pubertate tollatur, exemplaris vero non extinguatur nisi furiosus vel mentecaptus redierit ad integram sanitatem. Breviloqua est que breviter fit hoc modo, institutis pluribus impuberibus si testator dicat*: Et eos ad invicem substituo. *Et dicitur breviloqua, quia brevibus quibusdam verbis et paucis continet in se omnes substitutiones vulgares et pupillares. Compendiosa substitutio est que fit sic aliquo instituto*: Quandocumque filius meus B. decesserit, talem ei substituo. *Et dicitur compendiosa, quia sub compendio continet tres illas, scilicet pupillarem substitutionem, vulgarem et fideicommissariam: quam quidam volunt dicere a solo milite fieri posse, alii vero dicunt quod, si fiat a privato, [quod] semper*

c. 79 B.

c. 80 A

c. 80. B.

Source : BIU Cujas

videatur inesse conditio « si institutus decesserit sine liberis », sive in pupillari etate sive postea substitutus ei succedat. Fideicommissaria substitutio sic fit aliquo instituto; semper enim institutio substitutionem precedere debet: Rogo te per fidei commissionem *vel* fidei tue committo *vel* mando *vel* volo *vel* iubeo *vel* precipio quod hereditatem istam totam *vel* partem eius talem *vel* rem talem tali restituas *vel* reddas *vel* des *vel* prestes *vel* facias quam primo poteris eam adire, *vel* si decesserit sine liberis *vel* sub tali conditione. *Que quidem substitutio quare sic dicatur, et quot nominibus nominetur superius est expressum. Notandum est itaque quod in testamentis utuntur testatores vel substitutione breviloqua vel pupillari vel fideicommissaria. Item nota quod testator et omnis qui gratis dat sive relinquit alii potest eum cui datur sive relinquitur aggravare de ipsa re data sive relicta vel de tantumdem de suo vel alieno alteri restituendo vel dando. Nam in quamtumcumque quis honoratur, in tantumdem potest et non amplius onerari. Item nota quod dicte tres substitutiones, scilicet pupitlaris, vulgaris et fideicommissaria simul fieri possunt pluribus institutis hoc modo*: Et eos ad invicem substituo pupillariter, vulgariter *vel* per fideicommissum. *Alia vero relicta alii quam heredi vel directo substituto dicuntur fideicommissa, quia, ut dictum est, pendebant ex fide heredum. Legatum vero est donatio a defuncto in ultima voluntate relicta ab herede prestanda, in hoc fideicommissis exequata, quia et in testamento et in codicillis relinqui possunt, substitutiones autem non fiunt nisi ubi fiunt institutiones, scilicet in testamentis. Bonorum quidem possessio est ius habendi sive retinendi patrimonii sive rei, quod cuiuscumque [quis] qui moritur fuerit. Sed tabule dicuntur littere testamenti, quia forte in tabulis scribebatur*
c. 81. A *olim testamentum vel scribi potest: inde dicitur tabularius ipse notarius. Et sic scribas quecumque testator dixerit de predictis vel in predictis vel aliis quibuscumque, quia voluntas testatoris lex est; et eis scriptis leges illa coram testibus et facias quod testator roget ipsos testes de iis que ipso testamento continentur. Item nota quod cuicumque relicto potest relinquens apponere penam et conditionem quamcumque vult. Que quidem omnia vera sunt si testator predicta omnia vel aliqua de ipsis dicere voluerit. Nam si hoc solum coram septem testibus idoneis dicat* Talis sit heres, *firmum et ratum testamentum est, cum heredis institutio caput sit et fundamentum totius testamenti, ut dictum est, si nihil etiam aliud apponatur, sic(ut) patebit infra de testamento nuncupativo. Item nota quod hoc testamentum fit etsi numquam scribatur, ut infra de testamento facto publicando.*

CLVIII. **De codicillis quid sint et quot modis fiant.** — *Viso de testamento, restat nunc videre de codicillis quid sint et quot modis fiant. Codicilli sunt dispositio facta post mortem valitura sine institutione heredis, et dicuntur codicilli quasi parvi codices, idest scripture non ita magne vel solemnes sicut sunt testamenta, ut infra dicetur. Hi autem codicilli fiunt quatuor modis: uno in ipso testamento, cum testator non potest perficere testamentum, si dicat ipsum iure codicillorum obtinere debere, ut supra de testamento sine scriptis: secundo modo ante testamentum, et tunc fiet mentio de ipsis in ipso testamento postea facto; tertio modo post testamentum, et eodem modo fiet mentio de testamento prius facto ut infra de codicillis post testamentum; quarto modo fiunt nullo testamento nec ante nec post ipsos facto. Qui qualiter debeant fieri, infra in suis cartis aperte patebit. Ultimo tamen videndum est in quibus differant iste tres ultime voluntates, scilicet causa mortis (donatio), testamentum et codicilli. Donatio namque causa mortis non perditur per testamentum, et a defuncto non (ab) eius herede prestatur; et filius familias donat volente patre, sed non testatur, ut dictum est; et coram quinque testibus scribi debet ad minus. Testamentum vero debet habere septem testes, nisi in casibus predictis, et debet ibi esse institutio heredis ad minus, et possunt in eo fieri substitutiones et exheredationes. In codicillis v testes sufficiunt, nec fit in eis institutio, hoc est directa hereditatis alicui dimissio, neque substitutio, exheredatio, sed indi(recta), hoc est per fideicommissum aliquem rogando quod totam vel partem [vel] restituat ipsam, sic(ut) nec aliqua conditio in eis possit apponi que obsit heredi instituto. Directo autem dicitur quid relinqui quando nulla persona mediatur vel rogatur, sed nominatim aliquid alicui dimittitur hoc modo:* Talis sit heres, tali tale quid lego. *Per* c. 81. B. *fideicommissum vero relinquitur vel per obliquum quando aliquis rogatur vel alicui imponitur ut aliquid alicui restituat sive prestet, ut cautum est supra de fideicommissis et dicetur infra proxime in ipsis testamentis et codicillis. Sciendum est itaque quod substitutiones dicuntur secunde institutiones quecumque sint, sicut secunde nuptie dicuntur omnes que secuntur primas. Item sciendum est quod (ex)heredatio est propter aliquam offensam, ab hereditate privatio vel remotio, sicut ingratitudo est gravis offensio.*

CLIX. **Hec sunt proemia que in testamentis sine scriptis et nuncupativis debent apponi:** — *Et primo inchoandum est a proemio quod debet preponi testamentis sanorum hominum mente et corpore testari volentium.* Quanto maiestatem imperatoriam celestis patris misericordiarum temporali dignitate et rerum omnium facit inter alios affluentius abundare, tanto propensius extremum diem piis operibus et iustis actionibus debet merito prevenire. *Vel aliter brevius*: Cum homo natus de muliere brevi tempore vivat et subito multis miseriis repleatur, et fugiat velut umbra, non est in sanitate vel prosperitate momentanea confidendum. *Vel aliter*: Cum mors mille modis mortales homines opprimat, et oppressos adeo faciat vita privari, quod nullam suarum rerum dispositionem facere valeant, non est in prosperitate vel sanitate presentis vite deceptibilis confidendum. Idcirco ego talis et cet.

CLX. **Proemium pro transfretantibus vel euntibus ad Sanctum Iacobum vel ad Sanctum Petrum vel Sanctum Angelum vel in exercitum vel ad mercationes.** — Cum inter procellosos undarum concursus ob ventorum rabiem et alios inopinatos eventus transfretantes de facili periclitari contingat; *vel* talis visitaturus Terram Sanctam, *vel* volens in proximo ire in subsidium Terre Sancte, *vel* talis cupiens sanctorum apostolorum Petri et Pauli *vel* Sancti Michaelis de Monte Gargano *vel* beati Iacobi limina visitare, *vel* talis volens ire (ad) mercationes ultra montes *vel* in Franciam *vel* in Lombardiam; *vel* talis volens ire in exercitum contra tales. *Vel aliter*: Cum nihil sit quod magis hominibus debeatur, quam supreme voluntatis iudicium post quam aliud iam velle non possunt, liber sit stilus, et licitum quod iterum non redit arbitrium; idcirco ego talis infirmus corpore, sanus tamen mente, volens consequi mores illorum qui presentia gerunt et futuris sapienter providere affectant, omnia mea bona hoc nuncupativo testamento sine scriptis sic disponere procuravi. Imprimis x lib. bon..den. pi. pro anima mea dari volo: de quibus x lib. xl sol c. 82. B. lego tali ecclesie Aretine civitatis, ad quam mihi eligo sepulturam; item hospitali Pontis de Burgo lego xx sol.; item ecclesie Sancti Francisci xl sol.; item ecclesie Sancti Dominici de ordine predicatorum xl sol.; reliquos denarios in Iohanne P. et Inguilmanno B. inter sacerdotes pauperes et pro missis canendis, quos ad hec procuranda et facienda commissarios

Source : BIU Cujas

meos esse volo: quorum fidei committo vendendi et alienandi domum meam positam in civitate Aretii in porta Burgi iuxta tales, et tantum de meis bonis quod predicti denarii exsolvantur et quod satisfieri possit de me conquerentibus nomine usurarum; et hec facere eis mando. Filiam meam B. in C lib. den. pi. quos sibi dedi quando ipsam maritavi et in xl sol den. pi. plus de meis bonis mihi heredem instituo, et iubeo quod sit contenta. Iohannem filium meum, quia me acriter verberavit, ipsum exheredo et ab hereditate mea volo esse penitus alienum. Item Petrum filium meum emancipatum in quarta parte quam sibi dedi pro sua parte et in C sol plus de meis bonis mihi heredem institutuo, et volo quod sit contentus. Filiam meam B., quia magis voluit lupanar sequi quam legittimum coniugium, cum ipsam voluerim tradere copule maritali et dotem sibi constituere atque dare, ipsam exheredo *vel* ipsam ab hereditate mea volo penitus esse alienam. Leonardum I. et B. Petri tutores B. et C. filiorum meorum esse volo, remittendo eis quod non tenea(n)tur iurare nec inventarium facere nec administrationis geste reddere (rationem), legando eis quicquid mihi vel heredibus meis debere poterunt et de iure vel de facto in aliquo tenerentur ratione vel occasione administrationis predicte. *Et hoc dicas, si de ipsius testatoris processerit voluntate.* In omnibus aliis B. et C. filios meos equis portionibus mihi heredes instituo. Dominam Drudam, matrem meam, dominam et usufructuariam omnium bonorum meorum in vita sua esse volo. Et hec est ultima mea voluntas, que si non valeret iure testamenti solemnis, saltem valeat iure testamenti nuncupativi, relicti vel iudicati, vel codicillorum vel cuiuslibet ultime voluntatis. Factum fuit hoc testamentum in civitate Aretina in domo dicti testatoris coram septem testibus ad hec vocatis et rogatis anno Ihesu Christi et cet. Ego talis notarius et cet.

CLXI. **De testamentis conficiendis secundum aliam formam.** — In nomine Dei eterni amen. Cum nihil sit quod magis hominibus debeatur, quam supreme voluntatis, post quam aliud velle non possunt, liber sit stilus et licitum arbitrium quod iterum non redit; *vel* talis visitaturus in proximo Terram Sanctam *vel*
c. 82. B. Terram Ultramarinam, *vel* talis volens ire *(vel)* iturus proxime in exercitum contra tales *vel* in mercationem ultra Montes, *vel* in Franciam, *vel* talis visitaturus in proximo limina beati Iacopi, *vel* talis cupiens sanctorum apostolorum Petri et Pauli limina visitare, *vel* talis infirmus corpore sanus tamem mente intestatus decedere nolens; per hoc testamentum nuncupativum (vel) testamentum sine scriptis omnia sua bona sic disponere procuravit; *vel* talis huius labilis vite pro imbecillitatis sue viribus extremum diem cupiens prevenire; *vel* cum repentinus casus mortales sic opprimat et oppressos adeo faciat vita privari quod, nulla dispositione rerum propriarum habita, litigandi posteris copia oriatur; *vel aliter*: Decenter quidem agere presentia et futuris providere non minime sapientie reputatur. Ideo ego talis hoc testamento sine scriptis per nuncupationem et presenti mea ultima voluntate omnia mea bona sic disponere procuravi. In primis pro anima mea relinquo X lib. den. pi., quos ab heredibus meis infrascriptis *vel* a talibus commissariis ad hoc specialiter constitutis in hunc modum expendendos relinquo: scilicet XL sol. tali ecclesie apud quam mihi eligo sepulturam *vel* apud quam me eligo tumulandum; item C sol. den. pi. pro missis canendis usque ad unum annum completum post obitum meum; item tali hospitali XX sol.; *et sic de aliis, prius nominando omnes ecclesias, quibus relictum est, tamquam digniores, deinde hospitalia, postea pontes, et postea personas mittendas ultra mare vel ad Sanctum Iacobum vel ad alia loca religiosa*; *et postea dicas*: Reliquos denarios mando ab eisdem commissariis meis expendi pauperibus, viduis, orfanis, et in die mei obitus pro missis canendis et aliis officiis divinis celebrandis et circa funus meum ubi utilius et melius viderint pro anima mea. *Et sic scribat quecumque ipse testator dixerit de relictis pro anima eius, et postea mentionem faciat de legatis hoc modo:* quibus commissariis plenam do licentiam et liberam potestatem vendendi domum meam positam in tali loco iuxta tales et alia mea bona que ipsi commissarii voluerint pro predictis denariis ut dictum est exsolvendis. *Et sic scribes quecumque ipse testator dixerit de relictis pro anima eius, et postea scribes alia legata per ordinem hoc modo:* Item tali lego talem rem *vel* tot denarios *vel* tale quid[em] *vel* unam petiam terre aratorie positam in tali loco iuxta tales; *vel* tali servo meo relinquo puram et perfectam libertatem et remitto ei omne ius patronatus cum omni peculio suo; *vel* tali servienti mee, quia bene mihi servivit, lego X lib. den. pi. Item tali nepoti mee lego X lib., si se maritaverit voluntate fratrum suorum. *Et sic scribas causas et conditiones ibi appositas prout dixerit testator*; *demum scribes factum uxoris hoc modo:* Item dominam B., uxorem meam, relinquo in domo mea dominam usufructuariam et potestativam
vel dominam usuariam et massariam omnium rerum mearum c. 83. A.
[*vel*] in domo mea donec castam duxerit vitam *vel* honorem servaverit maritalem. Et si aliam vitam elegerit, habeat dotem suam, scilicet L lib. den. pi., *vel* que fuit L lib. den. pi. *Et sic scribas quecumque testator dixerit de uxore, et postea dicas de tutoribus*: Item dictam uxorem meam *vel* talem *vel* tales relinquo tutricem *vel* tutores A. et B. filiorum meorum, quibus remitto iure legati sacramentum tutele, inventarii confectionem et rationem administrationis rerum eorum *vel* rerum gerendarum; ita quod (ad) predicta non teneantur nec teneri possint aliqua ratione. *Et sic dicas ante institutionem heredis quicquid testator voluerit; postea scribes institutionem hoc modo Si unum tantum testator instituat heredem, dices ita*: In omnibus et singulis aliis meis bonis mobilibus, iuribus et actionibus et nominibus debitorum B. mihi heredem instituo. *Si vero instituantur plures, vel masculi omnes, tunc sic scribatur:* In omnibus et singulis aliis meis bonis B. et C. filios meos equis portionibus mihi heredes instituo. *Si vero partim masculi et partim femine instituantur, tunc scribentur prius femine sic*: Talem filiam meam mihi heredem instituo in tanta pecunie summa *vel* in tot libris; *et si sit uxorata*: quam *vel* quas in dote pro ea dedi tali viro suo quando ipsam maritavi; et insuper in X libris den. pis. pro benedictione; et de his sit tacita et contenta *vel* sint tacite et contente; pro falcidia, rebus maternis et omni iure suo. *Demum scribes masculum vel masculos*: In omnibus aliis meis bonis B. et C. filios meos mihi heredes instituo. *Sed si postumi cum iam natis instituantur, tunc scriptis natis scribantur postea postumi sic:* Et si uxor domina talis gravida sit *vel* erit et unum *vel* plures masculos ad lucem pervenientes ex me fuerit enixa, eum et eos equaliter cum aliis fratribus suis et filiis meis mihi heredes instituo. *Si vero testator alios filios non habeat vivos, tunc dicere debet*: Ventrem uxoris mee equalibus portionibus mihi heredem instituo; *vel aliter*: Si uxor mea postumam unam vel plures ediderit, quamlibet earum in tot libris mihi heredem instituo, et quelibet earum de hoc sit tacita et contenta. *Sine masculis postume sic scribentur*: Et si postumam unam vel plures ad lucem pervenientes perper[i]erit, equalibus portionibus eas mihi heredes instituo. *Et sic scribes institutiones* (cod. *institutores*) *ut per omnia dixerit testator*; *quibus institutionibus addes consequenter substitutiones, scilicet breviloquam hoc modo:* Et eos invicem (*cod.* invicens) alterum alteri substituo et eorum liberos in stirpes equaliter, et non in capita. *Et hoc intellige si de liberis fuerit dictum a testatore, alias non ponetur. Pupillarem vero substitutionem pones:* Et (si) decesserit *vel* decesserint in pupillari etate *vel* infra pupillarem c. 83. B.

Source : BIU Cujas

etatem, pupillariter substituit ei *vel* eis talem *vel* tales, *vel* invicem eos substituit. *De fideicommissaria hoc modo*: Et si decesserit sine liberis *vel* fecerit *vel* non fecerit tale quid, eos per fideicommissum substituit invicem alterum alteri, *vel* talem sive tales substituit eis *vel* ei, *vel* quam primum poterit hereditatem eius adire, det eam tali *vel* talibus. *Omnes simul substitutiones* (cod. *substitutores*) *sic scribas*: Et eos invicem substituo pupillariter, vulgariter, et per fideicommissum. *Et sic scribas omnes substitutiones, conditiones et gravamina omnia ut per ordinem dixerit testator. Et si precipiat heredibus vel substitutis quod reddant usuras vel quod non veniant ad divisionem et quod non alienent talem domum vel tale quid, scribas omnia ut ipse testator expresse dixerit.* Et hec est mea ultima voluntas; que si non valet iure testamenti solemnis, volo ipsam valere iure testamenti nuncupativi vel iudicati vel relicti vel codicillorum vel cuiuslibet ultime voluntatis. Factum fuit hoc testamentum in civitate Aretina in domo ipsius testatoris coram talibus ad hec rogatis et vocatis testibus, anno Ihesu Christi a nativitate et cet. Ego talis notarius et cet. *Et nota quod debent interesse ipsi testamento septem testes, et debent ab ipso testatore rogari. Item nota quod ideo apponitur istud verbum testamentis* et hec est ultima mea voluntas quam volo valere etc., *quia si testator testamentum non potest complere, vel si testes non sint sufficientes in testamento vel quales esse non debent, ipsis verbis vim obtineat codicillorum, hoc est quod preter institutionem cetera valeant et sint rata. Nam, ut dictum est, omnia preter institutionem, substitutionem et exheredationem possunt apponi in codicillis que apponuntur in testamentis. Item si tutori non remittantur que superius dicta sunt, a pretore confimabitur in hunc modum:* Dominus B. potestas Aretii *vel* talis eius iudex, B. olim Petri tutorem testamentarium talium pupillorum, ut patet in suo testamento manu talis notarii confecto ibi viso et lecto, in ipsa tutela rationabiliter sua et communis Aretii (auctoritate), cognitione iudiciaria domini B. sui iudicis et assessoris interveniente, confirmavit. Qui tutor iuravit tactis sacrosanctis evangeliis et promisit mihi P. notario infrascripto quod omnia que viderit et cognoverit etc., *ut supra in carta tutoris. Item sciendum est quod testamentum cuilibet heredi dari potest et cuilibet commissario, sed aliis legatariis dabitur illa pars que ad eos spectat iuxta tenorem istum:* In nomine Dei eterni amen. Cunctis pateat evidenter quod I. Martini suum condidit testamentum manu mei P. not. infrascripti scriptum et autenticatum, in quo quidem
c. 84. A. testamento predictus testator legavit Ubertino Iohannis unam petiam terre aratorie positam in tali loco iuxta tales *vel* X lib den. pis.. Facta sunt (hec) in civitate Aretina in porta Burgi in domo dicti testatoris coram talibus ad hec vocatis et rogatis anno Ihesu Christi etc. Ego talis notarius supradicto testamento interfui, et ipsum testamentum et ea omnia que in eo continentur de predicta petia terra ipsi U. Iohannis ab ipso testatore legata, ita hic per ordinem scripsi et publicavi.

CLXII. **De testamento scribendo et publicando quod non fuit scriptum: testamentum confectum tamen fuit.** — *Plerumque contingit quod tabellio haberi non potest, quando fit testamentum. Cupientes tamen heredes ipsum facere in scriptis redigi, pretorem vel iudicem terre adibunt, referentes qualiter fuerit factum, et cum instantia postulantes quod ipsum testamentum volunt habere in scriptis: ad quorum petitionem potestas vel iudex faciet heredes, coheredes, legatarios, commissarios et fideicommissarios citari, (et) eis venientibus vel non, potestas vel iudex alicui tabellioni committet ipsos testes recipiendos qui dicto testamento interfuerint, qui testes iuraverint de veritate dicenda secundum formam testium recipiendorum. Et post iuramenti prestationem notarius sic incipiat*: Isti sunt testes producti coram domino B. potestate Aretii ad scribendum et publicandum testamentum olim B. Petri, citatis primo omnibus talibus heredibus, coheredibus et legatariis per talem nuntium communis Aretii. *Et ibi presentibus talibus, et hoc facto notarius vocabit aliquem ex ipsis testibus seorsum, et interrogabit per ordinem primo de testatore quis fuerit et cuius etatis et quibus verbis fecerit illud, et si pro anima aliquid reliquit, et demum quem vel quos instituerit heredes et qualiter dicendo, et in quibus rebus sive portionibus instituerit ipsos, et postea querat qui fuerint ibi testes et quot, et si fuerunt rogati vel non, et de anno, mense, loco, die, hora diei. Et de legatis et de singulis aliis diligenter querat que viderit ad materiam negotii pertinere. Et scriptis omnibus dictis ipsorum testium, dicta ipsorum testium leget coram potestate vel iudice, septem testibus aliis presentibus. Et dicet ita*: Lecti et publicati sunt qui testamento talis interfuerunt in civitate Aretina, in palatio communitatis coram domino B. tunc potestate Aretii et domino G. ipsius potestatis iudice et assessore, presentibus septem testibus ad hec adhibitis et rogatis testibus, anno Ihesu Christi a nativitate etc. Ego talis notarius de mandato domini B. tunc potestatis Aretii hos testes recepi et ipsorum testium dicta, ipsius domini B. potestatis auctoritate interveniente, scripsi et publicavi.

CLXIII. **De codicillis precedente testamento vel subsequenti.** — Quia legum preceptis constat esse cautum testa- c. 84. B.
menta sine septem testium numero non valere, idcirco ego quidem P. testamentum propter inopiam testium facere non valens, presentes codicillos iure assistente perficere cupio: in quibus rogo eum ad quem ab intestato mea hereditas deferetur, ut eam U. nepoti meo quam primo potuerit restituat. Item domine B. uxori mee reddat et restituat C lib. bon. den. pi., quos ab ea nomine dotis et pro dote tempore matrimonii inter me et ipsam contracti habui ac recepi, et insuper iure fideicommissi eidem prestet de meis bonis X lib. den. pi. Item M. servienti mee C sol. den. pi. eodem iure prebeat, quia bene mihi servivit. Facti sunt predicti codicilli in civitate Aretina domo dicti P. coram quinque testibus ad hec rogatis et vocatis anno Ihesu Cristi etc.

CORRIGENDA

Ubicumque scriptum reperies (renuntiam actioni) in factum subsidiarie, lege in factum, subsidiarie.

In pag. 325 lin. 5, 42, et pag. 326, lin. 29, ubi scriptum est sententiam *lege* substantiam.

Source : BIU Cujas

ARGUMENTA ATQUE CONTRARIA AD LOMBARDAM

IN AUDITORIO VACCELLAE

COLLECTA

PRODEUNT CURANTE

HEINRICO DE BESTA

Source : BIU Cujas

CODICES MANUSCRIPTI

V. in bibliotheca s. Marci Venetiarum Z. L. CCX.

P. in publica parmensi bibliotheca, Pal. 33.

C. Romae in chisiana bibliotheca E. VII. 211.

M. in cassinensi bibliotheca 568

Contraria et argumenta Vaccellae alius quoque codex lipsiensis exhibet (cf. Fitting, Iuristische Schriften des Mittellalters, Halle 1876, p. 26); eum tamen inspicere adhuc non valui.

Source : BIU Cujas

1 — I, 1, 4. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I. 36, 5] contra. Solutio. Cum lex loquitur sub alternatione, scilicet « aut [a]) moriatur aut componat DCCCC solidos », loquitur tam de libero quam de seruo nisi expressim dicatur a lege. Et hoc [b]) secundum Ar. et Al.. Sed Vac. [c]) dicit: « siue lex loquatur [d]) sub alternatione siue precise, lex semper [e]) tantum loquitur de libero ». Et hoc probat per legem positam infra in tit. De culpis seruorum l. Si seruus talem, quia, siue precise siue sub alternatione dicatur, semper culpa est DCCCC solidorum (1).

2 — I, 1, 5. Infra De seditione contra iudicem uel ciuitatem leuata [I, 18, 1-2] contra. Solutio. Hic loquitur in exercitu [f]), ibi uero extra exercitum. Et hoc secundum Ari. [g]), qui non uult quod [h]) aliquis amittat substantiam [i]) cum moritur pro crimine maiestatis, nisi exprimatur a lege. Sed Al. et Vac. dicunt [l]) hanc secundum illas loqui dicentes [m]) quod quociescumque quis moritur pro crimine maiestatis amittit totam substantiam suam [n]) etsi non exprimatur a lege (2).

3 — I, 1, 6. Infra Ut episcopi et comites inuicem auxilium prestent l. ultima [II, 53, 2] contra. Solutio. Hic erat in exercitu, ibi non; uel hic promiserat auxilium [o]).

4 — I, 1, 7. De seditione contra iudicem uel ciuitatem leuata l. Cognouimus [I, 18, 2] contra. Solutio. Hec corrigitur ab illa.

5 — I, 1, 7. Infra De testibus l. Si quis cum altero [II, 51, 11] contra. Solutio. [p]) Ariprandus [pp]) dicit hanc esse generalem, illam uero specialem. Sed Al. et Vac. [q]) dicunt hanc esse specialem in causa regali et illam generalem [r]) uel hanc esse correctam per illam (3).

6 — I, 2, 1. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra. Solutio. Hec [s]) loquitur tantum [t]) de libero, illa [u]) de seruo (4).

---

[a]) aut P V, M ut C. — [b]) nisi-hoc V cum uero precise loquitur tantum de libero P, C. — [c]) Vac V, C Wac. P. — [d]) lex loquatur V *om.* P, C. — [e]) loquitur lex semper P, C *om.* V. — [f]) exercitu P, V exercitum C — [g]) Ari. P, V Bar. C. — [h]) quod P, V *om.* C. — [i]) amittat substantiam P, V substantiam amittat C. — [l]) Al. - dicunt P, V Vac. dicit C. — [m]) dicentes P, V qui dicunt uel uolunt C. — [n]) amittat-suam V amittat sostantiam totam suam C amittat substantiam totam illam P. — [o]) Ita legitur in P, C; in V tamen: « Hic dolo, ibi negligentia; uel hic erat in exercitu, ibi non ». — [p]) illam uero P, V et illam C. — [pp]) Ariprandus V Ar. P, C. — [q]) Vac. V, C Wac. P — [r]) et-generalem C illam uero generalem P *om.* V. — [s]) hec V, C hic P. — [t]) tantum V *om.* P, C. — [u]) illa V, C ibi P.

---

(1) Cfr. Exp. Roth. I §. 2; Caroli de Tocco gl. *noningentos* ad h. l.. Usus sum prima eius commentariorum editione quae Venetiis prodiit anno MDXXXVII: posteriores enim a prima non parum discrepare videntur. — (2) Cfr. *Die Lombarda-Commentare des Ariprands und Albertus* [ed. Anschutz] Heidelberg 1855, I, 1 p. 15; Caroli de Tocco gl. *periculum* ad h. l. — (3) Caroli de Tocco gl. *componat* ad h. l. — (4) Caroli de Tocco gl. *culpabilis* ad h. l.

Source : BIU Cujas

7 — I, 2, 2. Infra De his qui ad ecclesiam confugiunt l. Si quis liber intra emunitatem [a]) [II, 93, 4.] contra. Solutio. Hic non dedit [b]) dampnum, ibi uero [bb]) dedit [c]) secundum Ar. Sed [d]) Al et Vacc. [e]) dicunt: « hic de ecclesia non emunita loquitur lex, ibi uero de emunita [f]) » (1).

8 — I, 2, 9. Infra De furtis l. Si in ecclesia aut in domo facta [g]) [I, 25, 21] contra. Solutio. Ibi loquitur de ecclesia posita in patrimonio fisci [h]), hic uero [i]) non (2).

9 — I, 2, 10. Argumento istius legis dicunt quidam quod aduocati ecclesiarum debent [l]) habere tertiam partem litium quas [m]) exercent (3).

10 — I, 2, 11. Argumento istius [n]) legis [o]) probatur [p]) quod numquam ille [q]) tantum [r]) puniri debet qui peccat ignoranter quantum [s]) qui peccat [t]) scienter [u]) idest uoluntarie [v]) (4).

11 — I, 3, 1. Infra Si actor regis l. j [I, 34, 1] contra. Solutio. Ibi tenetur ex contractu, hic uero [x]) non. Uel ibi speciale est [y]) in causa regali uel ibi lis erat contestata (5).

12 — I, 3, 6. Infra De eo qui uxorem suam legitimam dimiserit l. Nulli liceat [II, 13, 6] contra. Solutio. Ibi intelligendum est [z]) excepta [a]) causa fornicationis uel alia causa expressa a lege [b]) ut hic est [c]) (6).

13 — I, 3, 6. Argumento istius [d]) legis et cuiusdam De adulterio, scilicet [e]) l. Si quis alii crimen, [I. 32. 3] et illius que est in t. Qualiter quis se defendere debeat [f]) l. Si quis uxorem suam incriminatus [II, 55, 12] dicit Vacc. [h]) quod numquam reus iurare debet in pugna et si iurat non debet pugnare uel e conuerso secundum [i]) uidelicet uim disiunctiue coniunctionis que ibi apponitur. Et, si iuratus est, cum pugnam facit, non nisi de calumpnia iurare debet secundum legem romanam que in omni [l]) causa postulat sacramentum calumpnie. Aripran. [m]) tamen et Al. dicunt quod reus semper debet iurare [n]) in pugna [o]) sic non esse consuetudine potius freti quam auctoritate forsan alicuius legis longobarde (1).

I 4 — I, 3, 6. Infra Qualiter quis se defendere debeat l. Si quis [II, 51, 13] contra. Solutio. Ita est ut ibi: debet enim pulsatus idoneare se per pugnam uel sacramentum in electione agentis: hic namque legitur liceat, i necesse sit [p]) (2).

15 — I, 4, 1. Infra De testibus l. ij [II, 51, 2] contra. Solutio. Hic dedit consilium [q]) in causa delinquentis: ibi uero in sua propria causa [r]). Vel hic tantum consilium [s]) dedit, ibi uero [t]) rogauit et mandauit [u]) et plus est [v]) rogare et mandare [x]) quam tantum consilium [y]) dare (3).

16 — I, 4, 1. Infra De prohibitis nuptiis l. ji [II, 8, 2] contra. Solutio. Hic punitur de consilio [z]), ibi uero [a]) de consensu [b]). Uel quod plus est fecit quia [c]) tradidit (4).

17 — I, 4, 1. Infra de adulterio l. Si quis dixerit [I. 32. 6] contra. Solutio. Ibi speciale est, quia [d]) deterius est malum consilium uxori sue dare [e]) quam extranee persone. Uel ibi erat mulier cuius extimatio erat CCC solidorum [f]) (5).

18 — I, 4, 1. Infra Qualiter quis se defendere debeat l. Si quis alium asto animo compellauerit [II, 55,

---

[a]) immunitatem C in emunitate P, V — [b]) dedit P, V addit C. — [bb]) uero P, C *om.* V — [c]) Hic desinit gl. in V. — [d]) Secundum *ins.* C. — [e]) Vacc. C Wac. P. — [f]) loquitur-emunita C ibi uero de emunita loquitur lex P. — [g]) aut in domo facta C aut in domo V; *om.* P. — [h]) posita in patrimonio fisci P, C in patrimonio fisci posita V. — [i]) uero V *om.* P, C. — [l]) debent P, V possunt C. — [m]) quas V, C que P. — [n]) istius P, V, C huius M. — [o]) de consilio in licito *add.* M. — [p]) probatur V, C, M *om.* P. — [q]) ille V, P, M *om.* C. — [r]) tantum C, P in tantum V, M. — [s]) quantum V. quam P, C, M — [t]) peccat P, V, M *om.* C [u]) scienter V, C, M sienter P. — [v]) idest uoluntarie V, M idest uolontarie P *om.* C. — [x]) uero V, C, M *om.* P. — [y]) speciale est P, C est speciale V, M. — [z]) ibi intelligendum est P, V intelligendum est ibi C, M. — [a]) excepta P, C, M ex. V. — [b]) expressa a lege P, C, M a lege excepta V. — [c]) est P *om.* V, C, M. — [d]) istius P, C, huius M. — [e]) scilicet P *om.* V, C, M. — [f]) l. Si quis-debeat C, M *om.* P; deest gl. in V. — [h]) Vacc. C, M Vaca. P. — [i]) secundum C, M sed P. — [l]) omni C, M omnia P. — [m]) Aripran. M Ar. P, C. — [n]) debet iurare P, C iurare debet M. — [o]) Hic — longobarde P: « sic non esse consuetudine potius freti quam auctoritate alicuius forte longobardus » C — [p]) Haec gl. tantum in V legitur: sed eadem manu videtur scripta qua caeterae solutiones. — [q]) consilium V, C, M conscilium P. — [r]) propria causa P, M propria C *om.* V. — [s]) consilium V, C, M conscilium P. — [t]) ibi uero C, M, hic P. — [u]) rogauit et mandauit P, C, M mandauit et rogauit V. — [v]) et plus est V, P, C quod plus est M, ubi hic desinit glossa. — [x]) rogare et mandare P, C mandare et rogare V. — [y]) consilium V, C consilium P. — [z]) consilio V, C, M conscilio P. — [a]) uero M, P *om.* C, V. — [b]) consensu P, V, M sensu C. — [c]) quod plus est fecit quia V, M fecit quod plus est quia C quod plus est quia fuit P. — [d]) speciale est quia P, C, M est speciale V. — [e]) malum consilium uxori sue dare P, C, M uxori sue malum consilium dare V. In P pro « consilium » « conscilium » legitur — [f]) cuius estimatio erat CCC solidorum V ualens CCC solidos P, C, M. —

---

(1) Cfr. Caroli de Tocco gl. *Si quis* ad h. l. — (2) Cfr. Caroli de Tocco gl. *de suis propriis* ad h. l. — (3) Cfr. Aripr. et Albert. Comm. I. 1, p. 17; Caroli de Tocco gl. *consuetudo* ad h. l. — (4) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ut de debito* ad h. l. — (5) Cfr. Caroli de Tocco gl. *haeredes* ad h. l. — (6) Cfr. Caroli de Tocco gl. *quod voluerit* ad h. l.

(1) Cfr. Aripr. et Albert. Comm. II, 55. — (2) Cfr. Caroli de Tocco gl. *parentibus* ad h. l. — (3) Cfr. Caroli de Tocco gl. *rogat* ad l. II. 51. 1. — (4) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si quis liber* in fine ad h. l. — (5) Cfr. Caroli de Tocco gl. *solidos* ad l. I. 32. 6.

Source : BIU Cujas

15] contra. Solutio. Hic conuenitur de consilio incendii [a]), ibi uero de ipso incendio.

19 — I, 5, 1. Argumento istius legis dici potest [b]) de quolibet [c]) iniurioso verbo prolatorem teneri dummodo [d]) tamen sit par [e]) uel maius isto, siue per furorem [f]) dictum [ff]) sit siue non, nisi forsan dissimulatione [g]) aboleatur ut in lege romana habentur [h]).

20 — I, 5, 2. Infra De homicidiis liberorum hominum l. Recolimus [I, 9, 21] contra. Solutio. Hoc [i]) speciale est [l]) in iudice residente in iudicio [m]).

21 — I, 5, 2. Infra De homicidiis liberorum hominum [mm]) l. Si quis liber homo se defendendo [I, 9, 19] [n]) contra. Solutio. Hic punitur de [o]) se defendendo et auctore commote [p]) rixe existendo: ibi uero super eum ambulando et simpliciter stando (1).

22 — I, 8, 31. Argumento istius legis [q]) dicimus quod ita [r]) libero plagato sicut et seruo [s]) opere sue debent reddi et mercedes ab eodem solui [t]) qui plagas fecerit. Nisi enim sic fieret etiam [u]) maior compositio daretur [v]) pro plagis serui quam pro plagis [x]) liberi hominis, quod absurdum esset [y]) (2).

23 — I, 9, 1. Infra e. t. l. Si quis liber homo [I, 9, 19] contra. Solutio. Hic fuerunt auctores [z]) commote rixe sese defendendo, ibi uero super eum ambulando.

24 — I, 9, 1. Infra De debitis et guadiis l. Si plures [II. 21. 22] contra. Solutio [a]). Hic omnes obligati sunt a lege simul [b]) ad solidam penam; ibi autem unusquisque obligatus est ex suo pacto ad solidam penam [c]).

25 — I; 9, 2. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [II. 30. 5] contra. Solutio. Hic loquitur tantum de libero.

26 — I, 9, 2. Infra t. e. l. ult. [39] contra. Solutio [d]). Ibi loquitur de eo qui dedit auxilium illi qui fecerat furtiuam mortem [a]); hic de eo qui dominum suum interfecit manifeste [b]).

27 — I, 9, 3. Infra t. e. l. ulti. [39] contra. Solutio [c]). Hec corrigitur [d]) ab illa [e]) (1).

28 — I, 9, 3. Infra De eo qui peculium in dampno inuenerit [f]) l. Si quis porcos [I, 23, 7] contra. Solutio. Al. dicit quod habet electionem utrum uelit [g]) agere furti uel [h]) ad LXXXX solidos. Sed Ari. [i]) dicit quod hic non tenetur [l]) furti quia res exempte sunt ab humano iure [m]) (2).

29 — I, 9, 5. Infra t. e. l. Item [24] contra. Solutio. Hic erant socii, ibi uero [n]) non.

30 — I, 9, 6. Infra t. e. l. ult. [39] contra. Solutio [o]). Hec corrigitur [p]) ab illa (3).

31 — I, 9, 7. Infra t. e. l. Si quis liber homo [19] [q]) contra. Solutio. Hic se defendendo et auctore [r]) commote rixe existendo, ibi uero super eum ambulando.

32 — I, 9, 16. Infra t. e. l. Si quis liber homo [19] contra. Solutio. Hic se defendendo et auctore commote rixe existendo ibi autem super eum ambulando [s]).

33 — I, 9, 16. Infra De depositis [II, 27, 1.] contra. Solutio. Ibi speciale est secundum Ar. Sed Al. et Vac. [t]) sic exponunt literam illam [u]): « non possumus ex una causa duas exigere calumpnias [v]) idest non possumus ab eadem personam diuersas compositiones exigere ex uno delicto [x]) (4). »

34 — I, 9, 18. Infra De successionibus l. Si quiscumque longobardus [II. 14. 23] contra. Solutio: Ibi loquitur de legitima successione, hic uero de successione compositionis [y]).

---

[a]) consilio incendii P, C, M ubi tamen « conscilio » legitur; incendii consilio V. — [b]) dici potest P, V potest dici C. — [c]) quolibet P, C omni V. — [d]) dummodo P, V dum tamen C. — [e]) par P, C pars V. — [f]) per furorem P, V pro fure re C. — [ff]) dictum P, C *om.* V. — [g]) dissimulatione P, C *om.* V. — [h]) habetur P, C dicitur V. — [i]) Hoc P, C ibi V, M. — [l]) est V, M *om.* P, C. — [m]) Ita legitur in P, C; in V: Item e. t. contra. — [mm]) residente in iudicio P, C, M in iudicio residente V. — [n]) se defendendo V, C, M *om.* P. — [o]) punitur de V, M *om.* C. P. — [p]) auctore comite V. actore commote C, M, P. — [q]) legis C. P *om.* V. — [r]) ita C, P in. V. — [s]) et seruo V, C seruo et P. — [t]) pro eodem solui ab eodem V pro eo debent solui P solui pro eo C. — [u]) sic fieret etiam P, V sicut fiet iam C. — [v]) daretur P, V om. C. — [x]) plagis P, V plaga C. — [y]) esset P, V est C. — [z]) auctores V actores C, M, P. — [a]) Solutio C, P. Ibi soluitur scilicet V. — [b]) simul M, P similiter C *om.* V. — [c]) ibi penam V, P, *om.* C, M. — [d]) Solutio P, V, M, *om.* C.

---

(1) Cfr. Caroli de Tocco gl. *quinquaginta* ad h. l. — (2) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ad medicum* ad h. l.

---

[a]) Hic desinit gl. in P. — [b]) Ita in V; aliter tamen in C et M haec glossa sonat. Legitur enim ibi: « hic loquitur de eo qui dedit auxilium illi qui interfecerat dominum suum manifeste, ibi uero eo qui dedit auxilium illi qui fecerat furtiuam mortem. « — [c]) Solutio *om.* P, V, C, M. — [d]) corrigitur V, C, M corrigitur P. dedit — [e]) illa P, V, M. illam C — [f]) in dampno inuenerit V, C, M *om.* P. — [g]) utrum uelit V uult P, C. — [h]) uel V uult P, C. — [i]) Ari. V Ar. P, C. — [l]) hic non tenetur V, P non tenetur hic C. — [m]) res exempte sunt ab humano iure V erant exempte a rebus humanis P, C. — [n]) uero V *om.* P, C. — [o]) Solutio *om.* P, V, C. — [p]) corrigitur V, C. Corigitur P. — [q]) homo V, C *om.* P. — [r]) auctore V actore C actorem P. — [s]) Ita in P, V; in C legitur tantum: « Eadem est solutio — [t]) Vac. V, C Va P. — [u]) literam illam P, C literam V. — [v]) exigere calumpnias V calumpnias exigere P, C. — [x]) non - delicto V; non possumus exigere ab eadem persona compositionem diuersi delicti P, C. — [y]) ipsa compositione V successione compositionis P, C.

---

(1) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si unus* ad h. l. — (2) Cfr. Albert. Comm. I. 12, pag. 35; Caroli de Tocco gl. *solidos xxxx* ad h. l. — (3) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si quis aliis* ad h. l. — (4) Cfr. Exp Liutpr. 135 § 5; Arip. atque Alb. Comm. II. 27.

Source : BIU Cujas

34 — I, 9, 18. Infra De successionibus l. Si fuerint filii l.j et ij [II, 14, 9. 10] contra. Solutio. Hic loquitur de successione legitima cui per gradum succedi potest [a]).

35 — I, 9, 19. Contraria que occurrunt [b]) huic legi sic debent determinari [c]). Ubi widrigilt [d]) tantum prestatur loquitur lex se defendendo et auctore commote rixe existendo [e]); ubi nichil prestatur permittitur a lege. Neutrum [f]) quorum fit [g]) hic; immo loquitur super eum [h]) ambulando [i]) ([1]).

36 — I, 9, 19. Supra t. e. l. Si seruus uel ancilla [7] contra. Solutio [l]). Hic super eum ambulando; ibi uero non [m]). Non enim intellexit [mm]) Rothar quod dare uenenum esset interficere super eum ambulando ([2]).

37 — I, 9, 20. Supra De conuiciis l. ij [I, 5, 2] contra. Ibi soluitur [n]).

38 — I, 9, 20. Infra t. e. l. ult. [39] contra. Solutio [o]). Ibi speciale est [p]) secundum quosdam [q]). Sed Al.et Vac. [r]) dicunt illam loqui de ualuasore [s]). Uel ideo elegit [t]) mediam compositionem ut per illam etiam intelligamus duas extremas [u]) ([3]).

39 — I, 9, 23. Supra t. e. l. Si quis liber homo [v]) [I, 9, 19] contra. Solutio. Hic probatum fuit per pugnam; ibi uero aliis liquidis probationibus.

40 — I, 9, 23. Infra t. e. [vv]) l. ult. [39] contra. Solutio [x]). Hec corrigitur ab illa.

41 — I, 9, 24. Supra t. e. l. Si duo aut tres [5] contra. Ibi soluitur [y]).

42 — I, 9, 26. Supra t. e. l. Si quis liber homo [21] contra. Ibi soluitur [z]).

43 — I, 9, 26. Infra De depositis [a]) [II, 27, 1] contra. Solutio. Ibi speciale est secundum Ar. Sed Al. et Vac. [b]) exponunt [c]) sicut superius [ad l. 9, 3] expositum [d]) est.

---

[a]) Haec glossa in P tantum legitur. — [b]) occurrunt V, C. ocurrunt P. — [c]) determinari V, C exponi P. — [d]) widrigilt V, C widrigil P. — [e]) auctore commote rixe existendo V existente rixe commote actore P, C — [f]) neutrum V, C neuter P. — [g]) fit P fuit V. — [h]) eum V alium P. — [i]) Deest gl. in C. — [l]) Solutio V, C *om.* P. — [m]) Ita in V ; in C, P : « Ibi non super eum ambulando ut hic. » — [mm]) intellexit V, C intellexsit P. — [n]) Haec gl. deest in P. — [o]) Solutio *om.* P, V, C — [p]) speciale est P, C, est speciale V. — [q]) quosdam P, V Ar. C — [r]) Vac. V, C Va. P. — [s]) ualuasore C uauasore V uiuasore P. — [t]) elegit V, C eligit P. — [u]) extremas V, P extraneas C. — [v]) homo V, C *om.* P. — [vv]) Infra t. e. P. Item V. — [x]) Solutio *om.* P, V, C. — [y]) Haec glossa deest in P. — [z]) Deest haec gl. in P. — [a]) deposito C depositi P. Deest haec gl. in V. — [b]) Vac. C Va. P. — [c]) exponunt C dicunt P. — [d]) expositum C dictum P.

([1]) Cfr. Alb. Comm. I, 9 et Caroli de Tocco gl. *continetur* ad h. l. — ([2]) Contra Exp. Liutpr. 20 -- ([3]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ad legem dei* et gl. *Recolimus* ad h. l.

44 — I, 9, 26. Infra Si quis literas imperatoris despexerit [a]) l. j [III, 7. 1] contra. Solutio [b1]). Ibi mandatum fuit in litteris [b2]), hic uero [c]) sine litteris [d]) ([1]).

45 — I, 9, 26. Infra De adulterio l. Si quis liber homo [I, 32, 5] contra. Solutio [e]). Huic additur per illam uel [f]) ad maiorem cautelam debet ire [g]) ad palatium et [h]) si non uadit [i]) nichilominus liber remanet [l]) ([2]).

46 — I, 9, 27. Infra De his qui ad ecclesiam confugiunt [m]) l. Sanguinis effusio [n]) [II. 39. 6] contra. Solutio [o]). Hec corrigitur ab illa.

47 — I, 9, 28. Supra t. e. l. Si quis liber homo [19] contra. Ibi soluitur [p]).

48 — I, 9, 35. Argumento huius [p1]) legis dicunt [p2]) Ari. [p3]) et Al. quod reus debet iurare in pugna: nisi enim [q]) iuraret manum non amitteret [r]), ut hec lex dicit. Sed [s]) ad hec Vac. respondit dicens [t]) quod non pro iuramento in pugna facto [u]), sed pro iuramento pacis [v]) facto reus [x]) manum amittit [y]), quod aperte probatur per legem secundam [z]) de faidosis [II, 40, 2]. Item per legem de testibus Si quis cum altero [II, 51, 1I] probant Ari. [a]) et Al. [b]) quod reus debet iurare [c]) in pugna. Testis enim uictus non ob aliud [d]) manum amittit nisi quia deierauit [e]); ergo in pugna [f]) iurauit [g]). Ad hec Vac. [h]) dicit [i]) quod non pro iuramento pugne, sed pro iuramento [l]) testimonii testis manum amittit [m]). Item in testibus pugnantibus non magis unus [n]) quam alter reus esse dicitur [o]): immo uterque actor et [p]) reus dum pugnant ([p1]) habe-

---

[a]) despexerit V, C *om.* P. — [b1]) Solutio P, C *om* V. — [b2]) litteris V, C literis P. — [c]) uero P, C *om* V. — [d]) Litteris V, C literis P. — [e]) Solutio P, C. *om.* V — [f]) huic — uel V ibi C *om.* P. — [g]) cautelam debet ire V certitudinem uadunt C. certitudinem uadunt ibi P. — [h]) et V tamen P, C. — [i]) uadit V uadunt P, C. — [l]) liber remanet V liberi sunt P liberi fiunt C. — [m]) confugiunt V, C *om.* P. — [n]) effusio V, C *om.* P. — [o]) Solutio *om.* P, V, C. — [p]) Ita in V, C: in P haec gl. deest — [p1]) huius P, V istius C — [p2]) dicunt V, P dicit C. — [p3]) Ari. V Ar. P, C. — [q]) enim P V *om.* C. — [r]) amitteret P, C, amittet V. — [s]) sed P, C. *om* V. — [t]) dicit V respondit dicens P, C. — [u]) in pugna facto V facto in pugna P, C. — [v]) iuramento pacis P, C pacis iuramento V. — [x]) reus P, C eius V. — [y]) amittit V amittat P, C — [z]) secundam V ij P, C. — [a]) Ari. V Ar. P, C. — [b]) Al. P, V. Val. C. — [c]) debet iurare V iurare debet P, C. — [d]) non ob aliud P, V ob non aliud C. — [e]) deierauit P, V deierauerit C. — [f]) ergo in pugna P, V in pugna ergo C. — [g]) iurauit V iurabit P, C — [h]) Vac. V. C Va. P. — [i]) dicit P, V respondit dicens C. — [l]) iuramento P, C *om.* V. — [m]) amittit P, V ammittit C. — [n]) magis unus P, V unus magis C. — [o]) esse dicitur P, V dicitur esse C. — [p]) et P, C et uterque V. — [p1]) pugnant P, C pugne V.

([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *cum rebus suis* ad h. l. — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si quis* ad h. l.

Source : BIU Cujas

tur [a]) et magis ex ui probationis quam defensionis cum [b]) iurant iurare uidentur. Unde potius in causa quam in pugna iurare debent; deinde gratia periurii discernendi [c]) uel, quod [d]) maius est [e]), gratia ipsius euitandi necesse est pugnam inter testes contrarios [f]) fieri (1).

49 — I, 9, 30. Supra t. e. ll. Si quis dominum [2] et Si qui homicidium in barone [3] et Recolimus prima et secunda [g]) [21, 9, 23] contra. Ibi soluitur.

50 — I, 9, 30. Supra t. e. l. Si quis alii uenenum [6]. Solutio [h]). Hec corrigit [i]) illam.

51 — I, 10, 1. Infra t. e. l. Quicumque [l]) [5] contra. Solutio. Hic adsunt parentes, ibi uero non [m]).

52 — I, 10, 1. Infra t. e. l. ult. [n]) [5] contra. Solutio. Ibi [o]) loquitur lex [p]) cum uita indulgetur reo, hic uero [q]) cum moritur.

53 — I, 10, 2. Infra De successionibus l. Si quis longobardus sororem reliquerit [II, 14, 22] contra. Solutio. Hic enim succedit frater et non soror hoc ideo quia propter homicidium quod ipse commisit uidetur componere et ideo non succedit soror [r]).

53 — I, 11, 8. Argumento istius legis dicunt quidam compositionem debere fieri iudicis arbitrio [s]).

54 — I, 11, 9. Infra De iniuriis mulierum l. ij [t]) [I, 16, 2] contra. Solutio [u]). Ibi de fornicaria tantum; non gratia strice fit pugna, set fornicarie [v]).

55 — I, 12, 1. Infra De eo qui peculium in dampno inuenerit [x]) l. Si quis porcos [I, 23, 7] contra. Solutio. Al. dicit in electione actoris esse [y]) utrum uelit [z]) agere furti uel [a]) ad LXXX solidos. Ari. [b]) uero dicit reum non hic furti teneri [c]) quoniam res erant exempte rebus humanis [d]) Vac. [e]) denique [f]) dicit: « si celauit tantum et non contractauit tenetur ad lxxx; si celauit et contractauit tenetur furti (1) ».

56 — 1, 12, 2. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [g]) [II, 39, 5] contra. Solutio. Hic loquitur tantum de libero (2).

57 — I, 13, 2. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra. Eadem est solutio [h]) (3).

58 — I, 14, 4. Infra De seditione contra iudicem uel ciuitatem leuata [i]) l. Cognouimus [I, 18, 2] contra. Solutio [l]). Ibi adhibuit dolum, hic uero negligentiam [m]) (4),

59 — I, 14, 4. Infra De officio iudicis l. De universali quidem [n]) [II, 52, 14] contra. Eadem est solutio.

60 — I, 14, 4. Infra Qualiter iudices iudicare debeant [o]) l. j et ij [p]) [II, 43, 1. 2) contra. Solutio. Hic neglexit recipere eam ad diffiniendum [q]), ibi uero neglexit iudicare. Uel speciale est in exercitu [r]).

61 — I, 14, 4. Infra t. e. l. Quicumque liber homo [10] contra. Solutio. Hic non fuit uocatus sub pena banni: ibi uero fuit [s]).

62 — I, 14, 6. Infra De eo qui peculium in dampno inuenerit [t]) l. Si quis porcos [I, 23, 7] contra Solutio. Hoc speciale est [u]) in exercitu.

63 — I, 14, 10. Infra De furtis l. Si quiscumque liber homo [I, 25, 6]. Solutio [v]). Illa distinguit istam.

64 — I, 14, 12. Infra Qualiter quis se defendere debet l. Si qualiscumque causa [II, 55, 5] contra. Solutio [x]). Hic in exercitu, ibi non.

65 — I, 14, 13. Infra De furtis l. Si quiscumque [I, 25, 69] contra. Solutio. Quotiescumque [y]) datur

---

[a]) habetur P, C habeatur V. — [b]) cum P, V quia C. — [c]) periurii discernendi V periurii dissernendi P discernendi periurii C. — [d]) quod P, C *om.* V. — [e]) est P, V *om.* C. — [f]) testes contrarios V contrarios testes P, C. — [g]) Recolimus primum et secundum V *om.* P. In C. pro hac glossa duae leguntur, quae in illa fusae videntur: « Supra e. contra l. Si quis dominum. Ibi soluitur », « Item supra e. contra l. Si quis homicidium in barone. Ibi soluitur. » — [h]) Solutio C *om.* V. — [i]) corrigit V, C corigit P. — [l]) Quicumque V ult. P, C. — [m]) Sic in V; in P legitur: « Hic loquitur cum parentes adsunt: ibi uero parentibus deficientibus ». Eademque lectura est in C hoc excepto quod post « loquitur » insertum fuit verbum « lex ». — [n]) e. l. ult. P Eadem lege V Item in eadem lege C. — [o]) Ibi V, P *om.* C. — [p]) lex V, C *om.* P. — [q]) uero V *om.* P, C. — [r]) Haec glossa tantum in V legitur. — [s]) Sic legitur in P. In V haec marginalis glossa reperitur: « Compositionem fieri iudicis arbitrio ». In C gl. deest. — [t]) j V; in C et P.: « l. Si quis puellam. » — [u]) Solutio V *om.* C, P — [v]) Sic legitur in V; in C: « Ibi non fuit pugna gratia strige, sed gratia fornicarie ». Eodemque modo haec glossa sonat in P, ubi tamen pro « strige » mendose legitur « stricte ». — [x]) in dampno inuenerit V, C *om.* P. — [y]) actoris esse P, V esse actoris C. — [z]) utrum uelit V vult P, C.

---

(1) Cfr. Aripr. et Albert. Comm. II, 55 et Caroli de Tocco gl. *amittat* ad h. l.

---

[a]) uel V uult P. C, — [b]) Ari. V. Ar. P, C. — [c]) teneri furti V furti teneri P, C. — [d]) quoniam res erant inempte rebus humanis V quia res erant exemptas rebus humanis C quoniam res erant exempte rebus humanis P. — [e]) Vacc. V Vac. C Wa. P. — [f]) denique P. C, namque V. — [g]) talem P, C. *om.* V. — [h]) Sic legitur in C: in P additur « superius dicta »; integra glossa deest in V. — [i]) contra-leuata V, C *om.* P. — [l]) Solutio P. *om.* V,C. — [m]) Haec gl. legitur tantum in P; in V haud dissimilem solutionem recentior manus apposuit, quae sic sonat: « Ibi dolose, hic non. » — [n]) quidem C *om.* P. — [o]) iudicare debeant C *om.* P. — [p]) et j C *om.* P. — [q]) diffiniendum C difiniendum P. — [r]) Ut hic *add.* C: deest integra glossa in V. — [s]) fuit V sic. P, C. — [t]) in dampno inuenerit C. *om.* P. Deest haec gl. in V. — [u]) speciale est P est speciale C. — [v]) Solutio *om.* V ubi tantum haec glossa legitur. — [x]) Solutio *om.* V ubi tantum haec gl. legitur. — [y]) Quotienscumque P, C quociens V.

---

1) Cfr. Arip. et Alb. Comm. II, 12 atque Caroli de Tocco gl. *reddat spolia* ad h. l. — (2) Cf. Arip. et Alb. Comm. II. 12 — (3) Alb. Comm. II. 12 — (4) Cfr. Caroli de Tocco gl. *Solidos xxx* ad h. l.

Source : BIU Cujas

pro banno ad seruiendum speciale est [a]), quotiens ad uerberandum [b]) generale ([1a]).

66 — I, 14, 13. Infra De eo qui rem alienam post delegationem fraudolenter alienat [II, 20, 1] contra. Solutio. Quotiens quis bannum soluere debet et non habet [c]) unde, est in voluntate regis ut uerberetur aut tradatur ad seruiendum uel aliam pascatur arescadam.

67 — I, 14, 17. Infra De eo qui peculium l. ij [I, 23, 2] contra. Solutio. Ibi stetit cum causa, hic sine [d]).

68 — I, 15, 1. Infra De eo qui peculium in dampno inuenerit [e]) l. ij [I, 23, 2] contra. Solutio. Hic simpliciter [f]) antistetit; ibi uero non antistetit, sed rem suam propriam de manu eius abstulit.

69 — I, 15, 1. Infra De furtis l. Si seruus intra prouinciam [I, 25, 22] contra. Solutio. Ibi non solum antistetit, sed etiam res de manu eius [g]) abstulit: hic uero antistetit tantum [h]) ([1]).

70 — I, 16, 1. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra. Solutio. Hic loquitur tantum de libero [i]) ([2]).

71 — I, 16. 1. Infra De raptu l. Si quis rapuerit qualemcumque feminam [l]) [I, 30, 12] contra. Solutio. Hec intelligitur secundum illam.

72 — I, 16, 2. Supra De homicidiis seruorum nel aldiorum l. ult. [I, 11, 9] contra. Ibi soluitur [m]).

73 — I, 16, 2. Infra De debitis et guadiis l. j [II, 21, 1] contra. Solutio [n]). Hec in delictis, illa in contractibus [o]) ([3]).

74 — I, 16, 8. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra [p]). Solutio. Dicit Ari. [q]): « hoc speciale est [r]) »: Sed Al. et Va. [s]) dicunt insuper dominum teneri ad LX solidorum [t]) solutionem ([4]).

75 — I, 17, 1. Supra De homicidio liberorum hominum l. Si quis liber homo [I. 9.19] contra. Solutio, Hic se defendendo et auctore [a]) commote rixe existendo, ibi super eum ambulando et simpliciter stando ([1]).

76 — I, 17, 1. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra. Solutio. Hic loquitur tantum de libero [b]).

77 — I, 17, 1. Supra De homicidio liberorum hominum l. Si quis se defendendo]I. 9. 19] contra. Solutio [c]). Illa distinguit istam.

78 — I, 17, 1. Supra De illicito consilio [I, 41, 2] contra. Solutio. Hic nolendo; in illis uoluntarie.

79 — I, 17, 1. Infra De dampno iniuria l. j [I, 19, 1] contra. Solutio. Hic nolendo; in illis uoluntarie [d]).

80 — I, 17, 1. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [1, 36, 5] contra. Solutio. Hic nolendo; in illa uolendo [e])

81 — I, 17, 3. Infra t. e. l. De conspirationibus [f]) [11] contra. Solutio. Hic loquitur de ciuili pena, ibi uero de criminali. Uel [g]) hic sine sacramento uel dextera [6]), ibi uero cum sacramento uel dextera [h]) ([2]).

82 — I, 17, 4. Supra e. t. l. De conspirationibus [i]) [11] contra. Eadem est solutio.

83 — I, 17, 5. Supra De homicidio liberorum hominum l. j [I, 9, 1] contra. Solutio. Hic permittitur [l]) a lege, ibi non.

84 — I, 17, 8. Infra t. e. l. ult. [11] et in multis aliis locis contra. Solutio. Dicunt quidam hanc specialem esse, qua scilicet [m]) datur bannum pro seruis. Sed Al. dicit hic non dari bannum pro seruis, sed [n]) pro negligentia [o]) dominorum.

85 — I, 17, 9. Infra t. e. De conspirationibus [p]) [11] contra. Solutio. Hic non respexit ad sacramentum, sed ad aliam obligationem [q]).

86 — I, 17, 11. Supra e. l. j et vij et viij [r]) contra. In illis [s]) soluitur [t]) ([3]).

---

[a]) speciale est P, C est speciale V. — [b]) ad uerberandum V, C aduersus bannum P. — [c]) habens V ubi tantum haec gl. legitur. — [d]) haec glossa tantum in V legitur — [e]) in dampno inuenerit C *om.* P. Deest integra gl. in V. — [f]) simpliciter C specialiter P. — [g]) res de manu eius V res ipsius de sua manu P, C — [h]) antistetit tantum C antistetit P. — [i]) Ita legitur in C, P: in V gl. omnino deest. — [l]) qualemcumque feminam V qualemcumque C *om.* P. — [m]) Ita legitur in V, C *om.* P. — [n]) Solutio *om.* V C. — [o]) Sic legitur in V. In C haec gl. aliter sonat: « Hic loquitur ob delictum, ibi uero ob debitum », itemque in P ubi tamen adverbium « uero », omissum fuit. — [p]) L. ult. *add.* V *om.* C. P. — [q]) Dicit Ari V dicunt quidam P, C. — [r]) est P, C *om.* V. — [s]) Al. et Va. V Ar. et Vacc. C Ar. et Va. P. — [t]) LX solidorum P LX solid. V hanc C. —

([1a]) Cf. Arip. Comm. I. 14 — ([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *non perdant* ad h. l. — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ad quem mundium* ad h. l. — ([3]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si quis* ad h. l. — ([4]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *tradatur* ad h. l. atque Arip. et Alb. Comm. I, 16.

---

[a]) auctore V actore C actoribus P. — [b]) Ita legitur in P. In V et C glossa deest. — [c]) Solutio *om.* V ubi tantum haec glossa legitur. — [d]) Haec atque praecedens glossa, in P discretae, in V leguntur in una confusae: « Infra de dampno iniuria l. contra et supra de illicito consilio contra Solutio. Hic nolendo, in illis uoluntarie. » In C. desunt ambo. — [e]) Haec glossa legitur tantum in C. — [f]) conspiracionibus P, V compensacionibus C. — [g]) Hic - Vel V *om.* C. P. — [h]) uel dextra C et dextra V. uel dextera tantum P — [i]) conspiracionibus P, V compensatione C. — [l]) permittitur V, C permititur P. — [m]) hanc specialem esse qua scilicet P, C hanc esse specialem scilicet qua V. — [n]) sed P, V immo C. — [o]) pro negligentia P, V per negligentiam C. — [p]) conspirationibus P spirationibus V compens. C. — [q]) obligationem V, C oblicationem P — [r]) VIII P Volumus C. Deest gl. in V. — [s]) Illis illa C. — [t]) Ita in V. C; in P tamen Ibi « sunt solutiones. » —

([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *antisteterit* ad h. l. — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *et res suas* ad h. l. — ([3]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *praesumpserit* ad h. l.

Source : BIU Cujas

87 — I, 18, 1. Supra De maleficiis l. Si quis foras [a]) [I, 1, 3] contra. Ibi soluitur.

88 — I, 18, 2. Supra De maleficiis et publicis criminibus l. ult. [I, 1, 7] contra. Ibi soluitur [b]).

89 — I, 18, 2. Infra Qualiter iudices iudicare debent l. j et ij et iij [II, 41, 1, 2, 3] et in multis aliis locis contra. Solutio [c]). Quotienscumque iudex amittit honorem et dat guidrilgilt adhibuit dolum: quando non amittit [d]) honorem nec [dd]) dat guidrigilt adhibuit tantum negligentiam ([1]).

90 — I, 19, 1. Supra De aggressione in uico facta l. [I, 17, 1] contra. Ibi soluitur [e]) ([2]).

91 — I, 19, 1. Argumento istius legis [f]) dici potest [g]) quod etiam incendium nolendo factum [h]) debeat simile restitui [i]), factum uolendo in triplum ([3]).

92 — I, 19, 5. Supra De seditione contra iudicem uel ciuitatem leuata l. Cognouimus [I, 18, 2] contra. Solutio. Hic non residebat iudex pro tribunali [l]); ibi uero [m]) sic.

93 — I, 19, 34. Infra Qualiter quis se defendere debet l. Si quis alium asto compellauerit [n]) [II, 55, 15] Solutio. Hic nolebat actor facere pugnam; ibi uero sic [o]) ([4]).

94 — I, 21, 1. Infra t. e. l. De quadrupedibus et l. Si caballus [3, 4] contra. Solutio. Hic ille, qui fuit in culpa, tenetur [p]).

95 — I, 21, 2. Supra t. e. l. De quadrupedibus et Si caballus [3. 4] contra. Solutio. Hic erat animal rabiosum [q]), in illis [r]) uero non.

96 — I, 21, 2. Infra t. e l. Si quis prestitum [5] contra. Solutio. Hic erat apud dominum, ibi uero [s]) non [t]).

---

[a]) foras V foris P. Deest gl. in C. — [b]) Sic legitur gl. in V et C: deest in P. — [c]) Infra solutio P, C. *om.* V. — [d]) amittit C, P perdit V. — [dd]) nec P, C nisi V. — [e]) Sic legitur gl. in P, V, C, — [f]) istius legis V, C istarum legum et legis Si quis focum P. — [g]) dici potest V possumus dicere P, C. — [h]) nolendo factum V factum nolendo P, C. — [i]) simile restitui V restitui ferquidum idest simile P, C. — [l]) pro tribunali P, V in iudicio *add.* C. — [m]) uero V, C *om.* P. — [n] alium asto compellauerit C alium asto P *om.* V. — [o]) Sic legitur in V et in P, illo aduerbio « uero » tantum omisso; sed in C haec glossa, aliis verbis hoc concinnata, sonat: « Ibi actor uolebat facere pugnam, hic non ». — [p]) Sic legitur in V; in P tamen: « Hic ille tenetur qui fuit in culpa » et in C: « Hic ille tenetur quia fuit in culpa » — [q]) animal rabiosum V rabiosum animal C, P. — [r]) illis P, V illa C. — [s]) uero V *om.* P. — [t]) Haec glossa deesse videtur in C.

([1]) Alb. Comm. I, 18 — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ad praemium* ad h. l. — ([3]) Cfr. Exp. Roth. 19, 14 7 atque Alb. Comm. I, 19 nec non Caroli de Tocco gl. *in triplo* ad h. l. et gl. *Si quis* ad l. I. 19. 4. — ([4]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *comprobatur* ad h. l.

97 — I, 21, 4. Infra t. e. sequenti lege [5] contra. Eadem est solutio [a]).

98 — I, 23, 1. Supra t. e. l. Si quis super feram [b]) [3] contra. Solutio. Ibi qui [c]) plagatus erat [d]) fuit in culpa, hic uero [e]) non.

99 — I, 23, 1. Infra t. e. l. Si quis caballum alienum [6] contra. Solutio [f]). Illa addit huic.

100 — I, 23, 6. Infra De debitis et guadiis l. Si quis alii homini [II, 21, 25] contra. Solutio [g]). Hic in delictis uel quasi; illa in contractibus uel quasi.

101 — I, 23, 6. Supra De eo qui in uia aliis antisteterit [h]) l. j [I, 15, 1] contra. Solutio [i]). Ibi soluitur.

102 — I, 23, 6. Supra e. l. j contra. Ibi soluitur [l]).

103 — I, 23, 7. Supra De homicidio liberorum hominum l. Si quis homicidium perpetrauerit [m]) [I, 9, 3] et de sepulchro uiolato l. j [I, 12, 1] contra. Ibi soluitur.

104 — I, 24, 1. Supra De homicidio liberorum hominum l. j [I. 9. 1] et l. Si quis liber homo [1, 9, 19] contra. Solutio. In illis [n]) homicidium [o]) prohibetur a lege; hic permittitur [p]).

105 — I, 24, 2. Supra De homicidio liberorum hominum l. j et [q]) l. Si quis liber homo [I 9, 19] contra. Eadem est solutio.

106 — I, 24, 6. Infra De debitis l. Si quis alii guadiam dederit [II' 21, 10] contra Solutio. Illa addit *huic* [r]).

107 — I, 25, 2. Infra t. e. l. De latronibus [70]. Solutio. Hic ciuiliter punitur; ibi uero criminaliter [s]) ([1a]).

108 — I, 25, 4. Argumento istius legis probatur quod [t]) si depositarius depositum inficietur et conuictus fuerit tenebitur furti [u]).

109 — I, 25, 7, 9. Infra t. e. l. Si ancillam [56] contra. Solutio. Hec corrigitur ab illa [v]) ([2]).

110 — I, 25, 11. Infra t. e. l. De latronibus [69] contra. Eadem est solutio [x]).

---

[a]) Sic in C; V *add.*: « que supradicta est in precedenti »; deest integra glossa in P. — [b]) feram P, V petam C. — [c]) qui P, V *om.* C. — [d]) erat V a fera C fuit a fera P. — [e]) uero V. *om.* P, C. — [f]) Solutio P, C *om.* P. — [g]) Solutio *om.* V ubi tantum haec glossa legitur. — [h]) in uia alii antisteterit P, C alii antisteterit in uia V. — [i]) Solutio V, P *om.* C. — [l]) Haec glossa legitur in C; deest in V et in P. — [m]) et de — l. j P, C *om.* V. — [n]) illis V, P illa C. — [o]) homicidium V *om.* P, C — [p]) permittitur V sed hic permittitur P *om.* C. — [q]) et C *om.* P; deest integra glossa in V. — [r]) Sic legitur in P, ubi tantum haec glossa reperitur. — [s]) Ita legitur in P et C: in V diffusiori eloquio: « Hic punitur ab eo cui furtum fecit sicut inuentus in curte aliena noctis tempore a domino curtis; ibi punitur a iudice. » — [t]) quod P, C *om.* V. — [u]) conuictus — furti V conuinctus pro furto debet reddere P, C. — [v]) Haec gl. legitur in V, P, C. — [x]) est P, C *om.* V.

([1a]) Aripr. Comm. I, 25 p. 52 Alb. Comm. I, 25 pag. 53-54. — ([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *Si quis per proditorem* ad h. l. — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *aldia* ad h. l.

Source : BIU Cujas

111 — I, 25, 12. Argumento istius legis dicimus quod [a]) si plures homines fecerint homicidium et unus se subtraxerit a compositione facienda cum aliis et postea conuictus fuerit, ipse solus totam debet prestare compositionem; nec sua [b]) compositio liberabit socios nec compositio sociorum liberabit eum ([1]).

112 — I, 25, 12. Infra De debitis et guadiis l. Si plures [II, 21, 22] contra. Solutio [c]). Hic omnes obligati sunt [d]) a lege in solidum; ibi uero unusquisque obligatus est ex suo pacto [e]) in solidum.

113 — I, 25, 13. Infra e. t. l. De fugitiuis [80] [f]) contra. Solutio [g]). Hec corrigitur ab illa.

114 — I, 25, 13. Infra t. e. l. Si mancipia [89] contra. Solutio. Hec [h]) loquitur extra prouinciam, illa uero [i]) intra prouinciam.

115 — I, 25, 13. Supra De homicidio liberorum hominum l. j et l. Si quis liber homo [l]) [19, 1, 1. 19] contra. Solutio [m]). Hic permittitur a lege homicidium [n]); in illis uero prohibetur [o]).

116 — I, 25, 17. Argumento istium legis dicimus quod ille qui temptat fugere extra prouinciam mori debet uel dare uidrigilt [p]).

117 — I, 25, 21. Supra De scandalis et compositionibus l. Relatum est nobis [q]) [I, 2, 9.] contra. Solutio. Hic loquitur de ecclesia in patrimonio fisci posita [r]) ([1]).

118 — I, 25, 22. Supra De eo qui alii in [s]) uia antisteterit l. j [t]) [I, 15, 1] contra. Ibi soluitur.

119 — I, 25, 59. Infra De iterantibus l. j [III, 4, 1] Solutio. Ibi loquitur de iterantibus; hic uero [u]) non.

120 — I, 25, 57. Supra t. e. l. Si aldia uel ancilla [v]) [7] contra. Solutio. Hec corrigit illam [vv]).

121 — I, 25, 58. Supra t. e. l. Si liber aut servus [3]. contra. Solutio [vvv]). Huic additur per illam et illi per istam.

122 — I, 2b, 50. Supra de seditione contra iudicem leuata l. j [I, 18, 2] contra. Solutio [x]). Ibi in iuditio, hic non; uel hic respexit ad seruicium, ibi non.

123 — I, 25, 58. Infra t. e. l. Si mancipia [86] contra. Solutio [a]). Hec loquitur extra prouinciam, illa intra prouinciam [b]).

124 — I, 25, 58. Infra t. e. l. De fugitiuis [90] contra. Solutio [c]). Illa corrigit istam.

125 — I, 25, 58. Infra De officio iudicis l. Uniuersali quidem populo [d]) [II, 52, 14] et supra De seditione [e]) contra iudicem nel ciuitatem leuata [f]) l. Cognouimus [I, 18, 2[contra. Solutio. In illa adhibuit [g]) dolum: hic uero [h]) negligentiam.

126 — I, 25, 63. Supra De seditione contra iudicem uel ciuitatem leuata [i]) l. Cognouimus [I, 18, 2] et [l]) infra De officio iudicis l. De uniuersali quidem populo [m]) [II, 52, 14] contra. Eadem est solutio.

127 — I, 25, 56. Supra t. e. l. Si seruus dum in fuga [58] contra. Solutio. Hec distinguit illam [n]).

128 — I, 25, 68. Supra t. e. l. Si ancilla furtum fecerit [o]) [57] contra. Solutio. Hic non respexit ad feminas [p]), sed ad mares [q]). Uel odio domini [r]) dictum est, quia [s]) neglexit [t]) recuperare seruos uel ancillas suas [u]).

129 — I, 25, 68. Supra De exercitalibus l. Quicumque liber homo [v]) et l. Si quis liber homo aliquod damnum [x]) [I, 14, 13. 10] et [y]) infra De his qui ad ecclesiam confugiunt l. Sanguinis effusio [z]) [II, 39, 6] et in multis aliis [a]) locis contra. Solutio. Quocienscumque inuenitur contrarium huic legi si [b]) debet tradi ecclesie [c]) uel fisco ad seruiendum pro debito, semper traditur ad tempus. Quod autem dicitur in [d]) lege illa De exercitalibus Si quis liber homo [e]) speciale est [f]). His exceptis semper intelligendum est secundum hanc [g]) legem ([1]).

130 — I, 25, 69. Supra t. e. l. Si liber homo [2] contra. Solutio hic criminaliter, ibi ciuiliter [h]).

---

[a]) quod P, C *om.* V. — [b]) nec sua P, C neque illa V. — [c]) Solutio V, C *om.* P. — [d]) omnes obligati sunt V omnes obligantur P. — [e]) pacto P, V facto C. — [f]) fugitivis P, C furtis V. — [g]) Solutio P *om.* V, C. — [h]) hec P, V hic. C. — [i]) illa uero V illa P ibi uero C. — [l]) homo V, C *om.* P. — [m]) Solutio P, C *om.* V. — [n]) homicidium V *om.* C, P. — [o]) in illis uero prohibetur V, P in illis uero non C. — [p]) Legitur gl. in P, C; deest in V. — [q]) nobis V. *om.* P, C. — [r]) in patrimonio fisci posita V in patrimonio fisci C que erat in patrimonio fisci P. — [s]) alii in V, P *om.* C. — [t]) j V, P ij C. — [u]) uero V *om.* P, C. — [v]) uel ancilla C, *om.* V. — [vv]) Ita loquitur glossa in V. In P. deest. In C denique legitur: « Ibi soluitur. » — [vvv]) Haec gl. legitur tantum in V — [x]) Solutio *om.* V ubi tantum haec gl. legitur. —

([1]) Cfr. Aripr. et Alb. Comm. ad h. t. — ([2]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *de suis propriis* ad h. l.

---

[a]) Solutio P, C *om.* V. — [b]) prouinciam P, C *om.* V. — [c]) Solutio C *om.* V, P. — [d]) quidem populo V, C *om.* P. — [e]) seditione C, P defe. P. — [f]) contra-leuata V. *om.* P contra iudicem leuata C. — [g]) adhibuit P, C *om.* V. — [h]) uero P, C *om.* V. — [i]) contra-leuata V contra iudicem leuata C *om.* P. — [l]) et] V, C *om.* P. — [m]) quidem populo V., C *om.* P. — [n]) Haec gl. legitur tantum in V. — [o]) fuerit C *om.* P, V. — [p]) feminas V, C femina P. — [q]) mares V masculos P C. — [r]) odio domini V, C *om.* P. — [s]) quia C qui V, P. — [t]) neglexit P C neglexerit V. — [u]) suas P, C *om.* V. — [v]) homo V, C *om.* P. — [x]) homo ad tale damnum C homo V *om.* P. In C et P fuit haec antinomia ante signata quam illa cui in hac editione secundum lectionem codicis V primus conceditur locus. — [y]) et V, C *om.* P. — [z]) l. Sanguinis effusio V, C *om.* P. — [a]) aliis C, P. *om.* V. — [b]) si P sic V, C. — [c]) ecclesie P, V ad ecclesiam C. — [d]) in V. *om.* P C. — [e]) liber homo V, C *om.* P. — [f]) speciale est P, C est speciale V. — [g]) hanc C, P hac V. — [h]) Haec gl. legitur tantum in V. —

([1]) Cfr. Aripr et Alb. comm. ad h. t. et Caroli de Tocco gl. ad h. l.

Source : BIU Cujas

131 — I, 25, 69. Supra e. t. l. ij et iij contra. In illis soluitur [a]).

132 — I, 25, 70. Infra e. t. l. Quicunque post missam sancti Iohannis Baptiste [b]) [73] contra. Solutio. Una addit alii et e conuerso.

133 — I, 25, 79. Supra t. e. l. Si liber aut seruus et l. De seruo fugace [I, 3, 58]. Solutio [bb]). Haec corrigit illam.

134 — I, 25, 82. Supra t. e. l. De latrone forbannito [71] contra. Solutio. Hic sciebat et non potuit iurare, ibi ignorabat [c]) ([1]).

135 — I, 25, 83. Supra e. t. l. Si liber aut seruus [13] et De seruis fugacibus [64] contra. In illis [d]) soluitur.

136 — I, 25, 87. Supra t. e. l. Si liber aut servus [13] contra. Solutio. Haec determinat illam. [e])

137 — I, 29, 2. Infra Qualiter mulieribus alienare permittitur [f]) l. j [II, 10, 2] contra. Solutio. Illa respexit quantum ad guidrigilt, non quantum [g]) ad redemptionem [h]) manus.

138 — I, 30, 1. Infra De culpis seruorum l. Si seruus talem [II, 10, 2] contra. Solutio. Hic loquitur tantum de debito [i]).

139 — I, 30, 1. Infra t. e. l. Si quis rapuerit qualemcumque feminam [l]) [11] contra. Solutio. Hec intelligitur secundum illam.

140 — I, 30, 2. Infra t. e. l. De disponsatis [12] l. Si quis alienam sponsam rapuerit [13] et l. Qui sponsam alienam [m]) [14] et l. De raptoribus [15] contra. Solutio. Ista corrigitur ab illis [n]).

141 — I, 30, 11. Supra t. e. l. j; item [o]) De iniuriis mulierum l. j [I, 16, 1] contra. Solutio. Ille intelliguntur [p]) secundum istam.

142 — I, 31, 2. Infra Qualiter diuersarum legum homines [q]) l. j [II, 56, 2] contra. Solutio [r]). Illa corrigit istam.

143 — I, 32, 4. Supra t. e. l. Si quis liber homo [5] contra. Solutio. Hic mulier consensit, ibi [a]) non. Uel, quod melius est, hec corrigitur ab illa.

144 — I, 32, 6. Supra De illicito consilio [I. 4. 1]. Ibi soluitur [b]).

145 — I, 34, 1. Supra De consilio mortis l. j [I, 17, 4. 1] contra. Ibi soluitur [e]).

146 — I, 35, 1. Argumento istarum legum dicit Al. quod ille qui committit delictum maiestatis non moritur ipso iure, immo per sententiam et iudicium scabinorum amittit res suas qualiter saltem usque ad litis contestationem poterit alienare et debita soluere creditoribus et excutere, quod est contra legem romanam [d]).

147 — I, 36, 1. Supra De furtis l. iij [I. 25. 2] contra. Solutio. Ibi dicit [e]) de seruo priuati, hic [f]) de seruo regis.

148 — I, 36, 5. Supra De maleficiis et publicis criminibus [g]) l. Si quis scameras [I, 1, 4] et in multis aliis locis contra. Solutio. Quocienscumque reperitur contrarium huic legi, si teneatur quis precise ad DCCCC solidos loquitur [h]) tantum de libero. Si uero [i]) loquitur [l]) sub alternatione scilicet « aut moriatur aut det DCCCC solidos, » loquitur tam de libero quam de seruo. Et hoc secundum [m]) Ari. [n]) et. Al.; sed Vac. [o]) dicit. Siue teneatur quis precise ad DCCCC solidos siue sub alternatione, semper loquitur lex tantum [p]) de libero, quod probat per legem istam [q]) ([1]).

149 — II, 1, 4. Infra De successionibus l. Si sosores [r]) [II, 14, 25] contra. Solutio. Hic loquitur [s]) de patre aut fratre mundualdis [t]); ibi uero [u]) de extraneo [v]). Uel, quod melius est, hic erat mundualdus proximior sorore [x]), ibi non.

150 — II, 1, 7. Infra De successionibus l. Si sorores [II, 14, 23] contra. Solutio. Hic loquitur de patre mundualdo uel de fratre, ibi uero de extraneo mundualdo ([2]).

151 — II, 1, 11. Infra De prohibitis nuptiis l. Illud preterea [II, 8, 11] [y]) contra. Solutio. Hic loqui-

---

[a]) Haec gl. legitur tantum in P: in V et C deesse videtur. — [b]) post-Baptiste C post missam sancti Iohannis V *om.* P. — [c]) Haec glossa tantum in V legitur — [d]) in illis V ibi C. In P glossa omnino deesse videtur. — [e]) Sic legitur in V; in P: « Supra e. Si liber aut contra et l. De seruo fugace. Haec corrigit illam » in C: « Supra e. contra l. Si liber aut servus et De seruo fugace. Ibi soluitur quia hec corrigit illam. » — [f]) alienare permittitur P, V permissum sit alienare C — [g]) quantum P *om.* V, C. — [h]) redemptionem C redempcionem P redentionem V. — [i]) debito C libero P; in V haec glossa deest. — [l]) feminam C *om.* P, V. — [m]) l. Qui Sponsam alienam P, V *om.* C. — [n]) Solutio — illis V; omnes iste leges corrigunt ij et iij P, C — [o]) item V, C *om.* — [p]) Illa intelligitur P, V ille intelliguntur C. — [q]) legum homines V, C *om.* P. — [r]) Solutio *om.* P, V, C. —

([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *si autem* ad h. l.

[a]) ibi V in illa uero P, C. — [b]) Ita legitur in V et C; in P haec glossa deesse videtur. — [c]) Ita legitur in V et C; in P haec glossa deesse videtur. — [d]) Haec gl in C tantum legitur. — [e]) dicit V loquitur C: in P integra glossa deesse videtur. — [f]) hic V et non C. — [g]) et publicis criminibus C *om.* P. et V; [h]) loquitur P, C legitur V. — [i]) uero P, C autem V. — [l]) loquitur V tenetur P *om.* C. — [m]) secundum P, C *om.* V. — [n]) Ari. V, C Ar. P. — [o]) Vac. V Vacc. C Wa. P. — [p]) semper loquitur lex tantum P, C loquitur lex tantum V. — [q]) legem istam V, C istam legem P. — [r]) l. Si sorores V, C. l. ult. P — [s]) loquitur V, C *om.* P — [t]) mundualdis P mundualdo V, C — [u]) uero P. C *om.* V. — [v]) mundualdo *add.* C *om.* P, V ubi hic desinit glossa. — [x]) erat — sorore C mundualdus proximior sorore erat. V. — [y]) l. Supra De raptu Si per ali. *add.* P.

([1]) Cfr. Aripr. et Alb. Comm. ad h. t. et Caroli de Tocco gl. *revertantur* ad h. l. — ([2]) Arip. et Alb. Comm. II, p. 74-75

Source : BIU Cujas

tur [a]) de patre aut fratre; ibi de extraneo secundum Ar. [b]). Sed Al. et Vac. taliter intelligunt [c]) scilicet dum uterque sit in maiori nel minori etate ([1]).

152 — II, 2, 1. Infra De successionibus l. ult. [II, 14, 30] contra. Solutio. Ibi erat [d]) tradita mundualdo [e]), hic uero [f]) non.

153 — II, 2, 4. Supra De raptu l. j [I. 30. 1] contra. Solutio. Hic sine uoluntate mundualdi [g]).

154— II, 2, 4. Supra t. e. l. Si puella [1] contra. Solutio [h]). Hic sua voluntate, hic non.

155 — II, 2, 5. Infra De his que a uiro in uxorem dantur uel relinquuntur l. j et ij [i]) [II, 4, 12] contra. Solutio. In illis loquitur quando mulier cum uoluntate mundualdi ad maritum ambulauerit [l]), hic non. Nec fuit hic [m]) qui excitaret rationem mulieris eo [i]) quod sine uoluntate mundualdi ad maritum ambulauerit [n]).

156 — I, 6, 1. Infra e. t. contra ad omnes leges. Solutio. Liutprandus [o]) prohibuit ante anni spatium absque [p]) uenia petita. Carolus [q]) concessit post xxx dies ueniam petere. Lodouicus prohibuit ante xxx dies ueniam petere [r]). Lotharius concessit post xxx dies etiam sine uenia petita ([2]).

157 — II, 7, 1. Infra t. e. l. Ut mulieres [2] contra. Solutio. Ibi sic intelligendum est [s]) de unaquaque natione mulierum [t]) exceptis longobardis qui nupserunt romanis uel de unaquaque nacione mulierum [u]) romanorum tantum secundum Ar. [v]). Sed Al. et Vac. dicunt quod hec corrigitur ab illa ([3]).

158 — II, 8, 1. Infra t. e. l. iiij contra. Solutio. Hic loquitur de uxore patris, ibi [x]) uero [y]) de uxore sobrini uel consobrini [z]). Et hoc secundum Ar. Sed Al. et Vacc. [a]) dicunt: « si debet amittere totam substantiam [b]) cum ducit uxorem sobrini uel consobrini [c]), multo magis cum ducit uxorem patris ». Unde dicunt istam corrigi ab illa ([1]).

159 — II, 8, 2. Supra De illicito consilio [I, 4, 1] contra. Ibi soluitur [a]).

160 — II, 8, 2. Infra t. e. l. Illud preterea [11] contra. Solutio. Hic loquitur de patre et fratre; ibi de extraneo. Et hoc [b]) secundum Ar. Sed Al. et Vac. [c]) dicunt intelligendum esse ita [d]) quod uterque [e]) sit in maiori uel minori etate [f]) ([2]).

161 — II, 8, 6. Infra De successionibus l. ij et iiij [II, 14, 2. 3]. Solutio. Hic loquitur de his qui de illicito matrimonio nati sunt [g]); in illis [h]) uero [i]) de his qui nati sunt ex [l]) ea que [ll]) potuit esse uxor ([3]).

162 — II, 8, 6. Supra t. e. l. j contra. Ibi soluitur [m]).

163 — II, 8, 6. Supra t. e. l. j contra. Eadem est solutio ut supra [n]).

164 — II, 8, 6. Infra De successionibus l. ij et l. iij [II. 14, 2. 3] contra. Solutio: Hic loquitur de his qui nati sunt ex incesto coitu; in illis [o]) uero de his qui nati sunt ex [p]) ea que potuit esse uxor.

165 — II, 8, 6. Infra De prescriptionibus l. Si intra fratres [II. 34. 7] contra. Solutio. Hic possedebat titulo quia pro herede. Qui enim pro herede possidet titulo possidet [q]) ([4]).

166 — II, 8, 8. Infra De eo qui uxorem dimiserit l. Nulli liceat [II, 13, 7] contra. Solutio. Sic est intelligendum [r]) excepta causa fornicationis uel alia causa expressa [s]) a lege ut hic est.

167 — II, 8, 10. Supra l. ij contra. Solutio [t]). Hec corrigit superiorem.

168 — II, 8, 11. Supra De sponsalibus l. Si quis filiam suam [II, 1, 11] contra. Item contra supra t. e. l. si quis puellam [2]. In illis soluitur [u]).

---

[a]) loquitur V, P *om.* C. — [b]) secundum Ar P, C *om.* V. — [c]) taliter intelligunt C intelligunt taliter V, P. — [d]) erat P, C enim V. — [e]) mundualdo V, C mondoaldo P. — [f]) uero P, V *om.* C. — [g]) Sic legitur in P; om. gl. V, C. — [h]) Sic legitur in V; om. gl. P, C. — [i]), i j P, C iij V. — [l]) cum ambulauerit V et P, ubi pro « mundualdi » legitur « mondoaldi » ambulauerit ad maritum cum uoluntate mundualdi C. — [m]) hic P, V *om.* C. — [n]) eo P, V uel eo C. — [o]) ad maritum ambulauerit V ad maritum ambulauit C ambulauit ad maritum P. — [p]) Liutprandus C Liuprandus V Liprandus P. — [q]) prohibuit-absque V, P anni spatium prohibet sine C. — [r]) Carolus V, C; K. P. — [s]) Lodouicus-petere P *om.* V, C. — [t]) intelligendum est P, C est intelligendum V. — [u]) de unaquaque natione mulierum C, V *om.* P. — [v]) exceptis-mulierum P, V *om* C. — [x]) secundum Ar. P, C et hic seruari V. — [y]) ibi V, P hic C. — [z]) uero V, C *om.* P. — [a]) sobrini uel consobrini C sobrini et consobrini P consobrini uel sobrini. — [b]) Vac. V, Vacc. P; in C omnia verba inter « Et hoc » et « consobrini » omissa fuere. — [c]) totam substantiam V substantiam totam C. — [f]) sobrini uel consobrini P consobrini uel sobrini C. —

([1]) Arip. et. Alb. Comm. II, 1 p 75. — ([2]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 6 p. 83 — ([3]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 7.

---

[a]) Haec gl. legitur tantum in V — [b]) Et hoc P, V *om.* C. — [c]) Vac. V, C Vacc. P. — [d]) intelligendum esse ita P intelligendum esse infra V ita esse intelligendum C — [e]) uterque P, V utrumque C. — [f]) uel minori etate V, C etate uel minori P. — [g]) de-sunt V, uati sunt de illicito matrimonio P; in C omnia verba a praepositione « de » usque ad « his » omissa sunt. — [h]) in illis V ibi P. — [i]) uero V *om.* P. — [l]) ex P, V de C — [ll]) non [m]) V *om.* P, C Ita in V: glossam omittunt C, P. — [n]) ut supra V *om.* C; deest integra gl. in P. — [o]) in illis V, C ibi P. — [p]) ex P de V, C. — [q]) quia possidet V quia pro herede. Possidere enim pro herede est possidere titulo P et quia proheredes quia proheredes possidere enim est pro herede possidere pro titulo C. — [r]) est intelligendum V intelligendum est P, C. — [s]) expressa C, P excepta V. — [t]) Solutio *om.* P ubi tantum haec glossa legitur. — [u]) Haec glossa, quam ex codicibus V et C hic depromptam refero, deest in P. —

---

[l]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 8, Caroli de Tocco gl. *solidi* ad h. l. — ([2]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 1. et II, 87, p. 86, 87 — ([3]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ante hoc tempus* ad h. l. — ([4]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 8 p. 85.

Source : BIU Cujas

169 — II, 9, 1. Infra t. e. l. ult. [4] contra. Solutio. Illa corrigit istam [a]).

170 — II, 9, 1. Infra t. e. l. ult. contra. Solutio Ille omnes corriguntur ab ista [b]).

171 — II, 9, 2. Infra De his qui in seruitio alterius subdiderunt l. ult. [II, 33, 4] et infra De coniugiis seruorum l. j [II, 12, 1] contra. Solutio. Hic uiuente seruo, ibi post mortem [c]).

172 — II, 9, 2. Infra De prescriptionibus l. Reminiscimur [10] contra. Solutio. Corrigitur ab illa ista [d]).

173 — II, 12, 1. Supra De eo qui cartam falsam scripserit l. j [I, 29, 1] contra. Solutio. Ibi quantum ad compositionem guidrigilt, non quantum ad amissionem manus [e]).

174 — II, 12, 1. Infra t. e. l. ult. [12] contra. Solutio. Hic loquitur de aldionibus priuatis [f]), ibi uero de aldionibus fisci uel ecclesie.

175 — II, 12, 1. Infra De manumissionibus l. Si quis seruum suum aut ancillam in manu regis [g]) [II, 34, 3] contra. Solutio. Ibi loquitur de illis qui nati sunt ex [h]) illa que manumissa est per imperatorem qui [i]) etiam si uolunt [l]) sine mundio possunt recedere [m]) uel sunt [n]) sine mundio idest etiam si uolunt [o]) dare mundium non possunt recedere quia sunt aldiones regis [p]). Uel quod melius est: sunt sine mundio idest sine precio sue conditionis. Et hoc [q]) secundum Vaccellam [r]) ([1]).

176 — II, 12, 1. Supra Si seruus liberam mulierem in coniugium accepit l. ult. [II, 9, 4] contra. Solutio. Hic de aldione, ibi de seruo [s]).

177 — II, 12, 8. Infra in sequenti lege contra. Solutio. Hic fecerat mundium de ea, ibi uero [t]) non.

178 — II, 12, 9. Argumento istius legis dici potest quod omne colludium in duplum est puniendum [u]).

179 — II, 13, 7. Supra De consilio mortis l. Si mulier in morte mariti [I, 4, 6] et in multis aliis locis contra. Solutio. Ubicumque inuenitur contrarium huic legi ita [v]) intelligendum est excepta causa fornicationis uel alia a lege expressa [x]).

---

[a]) Ita legitur in V: deest gl. in P et C. — [b]) Ita legitur in C; deest gl. in P, V — [c]) Ita legitur in V; om. gl. P, C. — [d]) Ita legitur in C; om. gl. P, V. — [e]) Ita legitur in V; in C: « Ibi soluitur »; deest gl. in P. — [f]) priuati V, C *om.* P. — [g]) aut-regis V, C *om.* P. — [h]) ex P de V, C. — [i]) qui V, C quia P. — [l]) si nolunt V si uolunt P *om.* C. — [m]) sine mundio possunt recedere V sine mundio potest recedere C possunt reddere sine mundio quia sunt aldiones regis P. — [n]) sunt P, V sint C. — [o]) uolunt V uellet C uelint P. — [p]) recedere-regio V, C *om.* P. — [q]) Et hoc V *om.* C, P. — [r]) Vaccellam V, Va P. Vac. C. — [s]) Ita legitur in V; deest glossa in P, C. — [t]) uero V *om.* C; deest gl. in P. — [u]) Ita legitur in V et C: deest gl. in P. — [v]) Ita P *om.* V, C. — [x]) a lege expressa V expressa a lege C excepta a lege P.

([1]) Cfr. Aripr. atque Alb. Comm. II, 12.

180 — II, 14, 2. Supra De prohibitis nuptiis l. De his qui de illicito [II, 8, 3] contra. Solutio. Ibi dicit de natis ex ea que non potuit esse uxor, hic de illa que potuit [a]).

181 — II, 14, 2. Infra De prohibitis nuptiis De his qui de illicito [II, 7, 3] contra. Solutio [b]). Ibi dicit de natis ex ea que non potuit esse uxor, hec de illa que potuit ([1]).

182 — II, 14, 3. Supra De prohibita alienatione lege prima [II, 32, 1] contra. Solutio [c]). Ibi *de* legitima etate super alienationibus faciendis.

183 — II, 14, 3. Supra De prohibitis nuptiis l. Adueniente [II, 8, 9] contra. Solutio. Ibi de legitima etate matrimonii: hic ad consentiendum patri. Nam et ibi, si pater uel auus uult, minorem potest despon sare minori [d]).

184 — II, 14, 4. Supra De prohibitis nuptiis l. De illis qui de illicito matrimonio nati sunt [e]) [II, 2, 3] contra. Solutio. Ibi instituendo non potest, sed hic dando [f]).

185 — II, 14, 4. Infra De ultimis uoluntatibus [II, 18] l. iiij et v contra et infra t. e. l. ult. contra. Solutio. Hic reuocatur donatio iusta causa interueniente, uel, quod melius est, ut Va. ait [g]), numquam reuocatur [h]) donacio que fit piis locis [i]).

186 — II, 14, 6. Infra t. e. l. Si quiscumque longobardus [22] contra. Solutio [l]). Ibi intelligi potest non extantibus naturalibus ut in omni hereditate patris, idest de unaquaque re hereditatem patris habeat filia ut hic. At Al. et Vac. dicunt illam corrigere istam.

187 — II, 14, 11. Argumento istius legis dicimus quod quidque frater expendit de re comuni in suo proprio negotio refundere debet fratribus ad exemplum mete uxoris quam refundit [m]) ([2]).

188 — II, 14, 14. Argumento istius legis dicimus patrem non posse donare quod posset dici uncia filio legitimo existente nisi forte ipse filius consentisset [n]) ([3]).

---

[a]) Ita legitur in V: deest glossa in P, C. — [b]) Solutio *om.* V ubi tantum haec gl. legitur. — [c]) Solutio *om.* V ubi tantum haec gl. legitur. — [d]) Haec gl. in V tantum legitur. — [e]) matrimonio nati sunt C *om.* V; deest integra glossa in P. — [f]) Sic legitur in V; in C: « Ibi soluitur ». — [g]) ut Va. ait P *om.* C; deest gl. in V. — [h]) reuocatur C potest reuocari P. — [i]) ut Vac. ait *add.* C. — [l]) Solutio C *om.* V; deest integra glossa in P. — [m]) Sic legitur in C; om. gloss. P, V. — [n]) Haec gl. in C tantum asservatur.

([1]) Cfr. Caroli de Tocco gl. *nulli* ad h. l. — ([2]) Cfr. Exp. Roth 167 § 3 et Caroli de Tocco gl. *fratres* ad h. l. — ([3]) Cfr. eiusdem gl. *si quis se desesperaverit* ad h. l.

Source : BIU Cujas

189 — II, 14, 16. Infra t. e. l. Si quiscumque longobardus [22] contra. Solutio. Al. dicit illam corrigere istam [a]. Ar. uero exponit illam [b] tali modo: « succedant in hereditate omnes tamquam filii legitimi [c] idest in omni re hereditaria habeant [d] portionem suam tamquam filii legitimi uel ita diuidant inter se legitimam suam sicuti filii legitimi [e] diuidunt inter se totam hereditatem [f] ». Quod quidem [g] Vac. [h] dicit iniquum [i] esse, et commendat sententiam Al. (1).

190 — II, 14, 17. Infra De his qui ad palatium ire contempserint l. Si cuiuscumque hominis [II, 43, 3] contra. Solutio. Ar. [l] dicit quod hic succedit curtis regia [m] ab intestato, ibi uero ob debitum [n]. Sed Al. dicit quod debitum [o] hic non erat liquidum, nec poterat probari, ibi uero sic. Vac. [p] autem dicit illam corrigere istam, quod melius est.

191 — II, 14, 18. Infra t. e. l. Si duo [26] contra. Solutio. Hic [q] succedit filius quia *natus* est post manumissionem patris, ibi uero [r] non succedit quia ipse manumissus est. Uel [s] hic succedit patronus quia fulfreal est, ibi curtis regia [t], quia est amont uel impans [u] uel dimissus circa sacrosanctum [v] altare.

192 — II, 14, 19. Supra t. e. l. vj, vij, viij contra. In illis soluitur [x].

193 — I1, 14, 20. Supra t. e. l. Si pater filiam [y] [15] contra. Solutio. Ibi pater dimiserat filium masculum, hic uero non.

194 — II, 14, 22. Supra t. e. l. Si pater filiam [15] contra. Solutio. Illa intelligitur secundum istam [yy].

195 — II, 14, 25. Supra De ea que sine uoluntate mundualdi ad maritum ambulauerit l. j [II, 2, 1] contra. Solutio. Hic succedit maritus quia erat tradita uxor a mundualdo [z], ibi non erat tradita [a].

196 — II, 14, 30. Supra De ea que sine uoluntate mundualdi ad maritum ambulauerit l. j [II, 2, 1] contra et supra De raptu l. ij [b] [I, 20, 2) et De homicidio liberorum hominum l. Si mulier [I, 9, 14] et supra De adulterio l. Si quis dixerit [a] [I, 32, 2] contra. Solutio. Quotiens inuenitur contrarium huic legi intelligendum est quod aut uxor non erat ei mundiata aut uir in morte uxoris consensit (1).

197 — II, 14, 30. Supra De debitis et guadimoniis l. Si quis debitum fecerit [II, 21, 20] contra. Solutio. Ar. dicit quod tempore illius legis maritus succedebat uxori etiam filiis legitimis existentibus, quod Al. uerum esse negat. Sed ideo filius ibi [b] iurat de rebus patris et matris, quia tam de debito paterno quam de materno [c] conueniebatur. Vac. [d] hic commendat sententiam Ar. (2).

198 — II, 17, 1. Infra t. e. l. Concedimus]2] contra. Solutio. Illa corrigit istam [e].

199 — II, 18, 1. Infra t. e. l. Si quis longobardus [4] contra. Solutio. Hic loquitur expressim de leproso, ibi uero de laborante in alia egritudine [f].

200 — II, 18, 2. Infra De eo quod pater filiis uel filiabus necesse habet relinquere l. ult. [II, 19, 5] contra. Solutio. In istis seruatur [g] legitima filiis et filiabus; ibi uero [h] non.

201 — II, 18, 4. De donationibus l. ij [II, 15, 2] contra. Ibi soluitur [i].

202 — II, 18, 4. Infra t. e. l. ult. [8] contra. Solutio. Hec loquitur cum tacite [l] reseruauit sibi conditionem mutandi, illa si expresserat [m] (3).

203 — II, 58, 2. Supra t. e. l. Si quis longobardus [4] contra. Nam hic imperfecta donatione, ibi perfecta [n].

204 — II, 8, 5. Supra De donationibus l. ij [II, 15, 2] contra. Solutio. Hec donatio facta est conditionaliter; illa uero non [o].

205 — I, 18, 8. Supra t. e. l. Si quis longobardus [4] contra. Ibi soluitur [p].

206 — II, 20, 5. Supra De ultimis uoluntatibus [18] l. ij et iij et vij contra. Ibi soluitur [q].

207 — II, 21, 1. Supra De iniuriis mulierum l. penultima [I, 16, 7] contra. Ibi soluitur [r].

---

[a]) istam C; deest integra glossa in V. — [b]) illam P illas C — [c]) legitimi C *om* P — [d]) habeant P habebunt C. — [e]) legitimi P *om*. C — [f]) inter se totam hereditatem C totam hereditatem inter se P — [g]) inuicem C. *om*. P — [h]) Vac. C Vaca. P — [i]) iniquum C innicum P — [l]) Ar. C hic Ar. C; deest integra glossa in V — [m]) regia C. reia P — [n]) debitum C delictum P — [o]) debitum C deli ctum P — [p]) Vac. C Vac. P. — [q]) hic P quia hic C; deest integra gl. in V — [r]) uero C *om*. P. — [s]) Vel et P, C. — [t]) regia C reia P — [u]) impans C ypans P. — [v]) sacramentum C sanctum P. — [x]) Ita legitur in P, C om. gl. V. — [y]) filiam C *om*. P: deest integra gl. in V. — [yy]) Ita legitur in P, C om. gl. V. — [z]) mundualdo C mondoaldo P; om. gl. V. — [a]) erat tradita C *om*. P. — [b]) et supra De raptu l. j P *om*. C; decest gl. in V.

---

(1) Cf. Arip. et Alb. Comm. ad h. t. — (2) Cfr. Caroli de Tocco gl. *ad manum regis* ad h. l.

---

[a]) et supra de adulterio dixerit P *om*. C. — [b]) ibi P *om*. C; deest integra gl. in V. — [c]) paterno quam de materno C materno quam de paterno P. — [d]) Vac. C Va. P. — [e]) Sic legitur in C om. gl. P. V, — [f]) in alia egritudine C alia infirmitate P; deest gl. in V, ubi tamen alia recentior manus inseruit hanc valde similem interpretationem: « Ibi de leproso, hic de alio morbo fatigato ». — [g]) seruatur P seruabatur C; om. gl. V. — [h]) uero C *om*. P. — [i]) Ita in P, C; om. gl. V. — [l]) tacite P *om*. C.; deest gl. in V. — [m]) expresserat C expressit P. — [n]) Ita in P: om. gl. V. C. — [o]) Ita legitur in P C,: om. gl. V. — [p]) Ita in C; om. gl. P, V. — [q]) Ita in P, C: om. gl. V. — [r]) Ita in P, C; om. gl. V.

---

(1) Cf. Caroli de Tocco gl. *quicumque* ad h. l. — (2) Cf. Alb. Comm. I, 32 p. 45. — (3) Cf. Arip. atque Alb. Comm. II, 18.

Source : BIU Cujas

208 — II, 21, 2. Infra t. e. l. Quicumque liber homo [12] contra. Solutio. Hic erat debitum liquidum, ibi non secundum Ar. Sed Al dicit: ibi ter denuntiauit, hic non. Vac. dicit: « reus ibi ter [a]) denuntiauit [aa]). Sed quia debitum non erat liquidum, ideo creditor [b]) tenetur ad duplum pignus reddendum. » Et sic exponit literam istam « sine hac manifestatione testium » [c]). ([1])

209 — II, 21, 4. Argumento istius legis dicimus quod si quis sciens pignoret non debitorem suum pignus debet reddere in octogild [d]).

210 — II, 21, 5. Supra De culpis seruorum l. Si seruus talem [I, 36, 5] contra. Ibi soluitur [e]).

211 — II, 21, 6. Infra t. e. l. Si quis permissum habuerat [25] contra. Solutio. Hic non habebat res in quibus pignorare possit [f]), ibi uero [g]) sic:

212 — II, 21, 7. Supra De seditione contra iudicem leuata l. Cognonimus [I, 17, 2] et infra De officio iudicum l. De uniuersali quidem populo [II, 59, 14] contra. Solutio. In illis adhibuit dolum, hic uero negligentiam [h]).

213 — II, 21, 9. Infra Qualiter iudices iudicare debeant l. ult. [II, 40, 6] contra. Solutio. Hec loquitur intra patriam, illa uero extra patriam [i]).

214 — II, 21, 9. Infra. Qualiter quis se defendere l. Ut infantes [I, 55, 23] contra. Solutio. Hic loquitur de his qui sunt in minori etate [l]).

215 — II, 21, 9- Infra De testibus l. Si quis cum altero]I, 51, 11] contra. Solutio. Ibi uolebat dare contrarios testes, hic non [m]).

216 — II, 21, 10. Supra De eo qui peculium in dampus inuenerit l. ij [I, 23, 2] contra. Solutio. Hic erat obligatus pro eo: ibi non [n]).

217 — II, 21, 12. Supra t. e. l. ij contra. Ibi soluitur [o]).

218 — II, 21, 20. Supra De successionibus l. ult. [30] contra. Ibi soluitur [p]).

219 — II, 21, 21. Argumento istius legis dicimus quod pignus specialiter obligatum non potest alienari nisi prius sanata fuerit ipsa obligatio, in quo rumpitur lex romana [q]).

220 — II, 21, 22. Supra De homicidio liberorum hominum l. j [1, 9, 1] et De furtis l. Si plures homines furtum [I, 15, 12]. In illis soluitur [a]).

221 — II, 21, 25. Supra t. e. l. Si quis caballos [6] contra. Ibi soluitur [b]).

222 — II, 21, 29. Supra t. e. Si quis liber homo [7] contra. Ibi soluitur [c]).

223 — II, 25, 1. Infra t. e. l. Si quis seruum [3] contra. Solutio. Hic loquitur de sciente, ibi uero [d]) de ignorante ([1]).

224 — II, 25, 4. Infra De his quibus tutores dantur l. j [II, 48, 1] contra. Solutio. Ibi iuste se excusabat, hic non secundum Al. Sed Vac [e]) dicit: hic loquitur de his qui susceperant tutelam. Ibi uero loquitur de tutoribus dandis.

225 — II, 26, 1. Infra De officio iudicum l. Ut. nullus [II, 52, 5] et De scabinis et cancellariis l. Volumus [II, 40, 6] contra. Solutio. Hic potest accipere pretium pro patrocinio prestando, in illis prohibetur ne corrumpatur [f]).

226 — II, 27, 1. Supra De homicidio liberorum hominum l. Si quiscumque longobardus qualemcumque hominem aldium [I, 9, 26] et in multis aliis locis contra. Solutio. Ar. dicit: « hoc speciale est ». « Sed Al. et Vac. taliter exponunt: « non possumus ex una causa [g]) duas calumpnias imponere, idest non possumus ex uno delicto [h]) compositiones diuersi delicti ab eadem persona exigere ([2]). »

227 — II, 28, 1. Infra t. e. l. De homine qui caballum [2] contra. Solutio. Hic cum sacramento, ibi sine sacramento [i]).

228 — II, 29, 1. Supra De successionibus l. Nulli sit licentia [II, 14, 12] contra. Ibi soluitur [l]).

229 — II, 29, 1. Supra De prohibitis nuptiis l. Adueniente [II, 8, 9] contra. Ibi soluitur [m]).

230 — II, 29, 3. Supra De seditione contra iudicem leuata l. Cognouimus [I, 18, 2] et infra De officio iudicum l. De uniuersali [I, 51, 14] contra et in multis aliis locis. Solutio. Hic intelligendum est in alio seculo, ibi uero apud iudicem secularem [n]).

231 — II, 34, 1. Infra De coniugiis seruorum l. j [II, 22, 1[contra. Ibi soluitur [o]).

---

[a]) secundum — ter P, C Va. autem dicit V, — [aa]) denuntiauit P denuntiatum C — [b]) creditor P conditor C. — [c]) P. add.: « idest sine hac solemnitate testium ». — [d]) Sic in C; om. gl. P, V. — [e]) Ita in C, P; om. gl. V. — [f]) pignorari posset C posset pignorari P; om. gl. V. — [g]) uero C *om.* P. — [h]) Ita in P. C; om. gl. V. — [i]) Ita in P, C: om. gl. V. — [l]) Ita in P; om gl. V, C. — [m]) Ita in P, C; om. gl. V. — [n]) Ita in P, C; om. gl. V. — [o]) Ita in P; om. gl. V, C — [p]) Ita in C; om. gl. P, V [q]) Ita in C; om. gl. P, V.

([1]) Cf. Alb. Comm. II, 21 j 117.

---

[a]) Ita in P, C; om. gl. V. — [b]) Ita in P; om. gl. V, C. — [c]) Ita in P, C; om. gl. V. — [d]) uero C *om.* P: deest integra gl. in V. — [e]) Vac. C Va. P; *om,* gl. V. — [f]) corrumpatur C corumpatur P; om. gl. V. — [g]) una causa C uno delicto P; om. gl. V. — [h]) duas — delicto C *om.* P. — [i]) Ita in P, C; om. gl. V. [l]) Ita in P, C: om. gl. V. — [m]) Ita in P, C; om. gl. V. — [n]) apud iudicem secularem C apud secularem iudicem P; om. gl. V. — [o]) Ita in P, V, C.

([1]) Cfr. Aripr. et Alb. Comm. II. 25 Caroli de Tocco gl. *si quis* ad h. l. — ([2]) Cf. Aripr. atque Alb. Comm. II, 28 eiusdem gl. *diiudicet* ad h. l.

Source : BIU Cujas

232 — II, 34, 10. Argumento istius legis dici potest, quod si quis destruxit cartam de re cuiuscumque modi unde contencio erat et probari poterit, extimationem rei reddere debet qui cartam destruxit [a] ([1]).

233 — II, 35, 2. Infra t. e. ll. Si seruus [13], De liberis hominibus [4], Si quis per xxx annos [5] contra. Solutio. Hec dicit [b] in quinquennali [c], illa uero [d] in tricennali [e] prescriptione [f].

234 — II, 35, 3. Infra t. e. l. Si quiscumque [12] contra. Solutio. Hic uolebat uindicare libertatem per superbiam [g], ibi [h] uero per bonitatem. Sed, quod melius est, ut Vac. [i] ait, hic erat in possessione libertatis et [l] uoluntarie non ex debito seruiebat.

235 — II, 35, 3. Infra t. e. l. Placuit [13] contra. Solutio. Una addit alteri et e conuerso [m].

236 — II, 35, 7. Supra De prohibitis nuptiis l. De his qui de illicito matrimonio nati sunt [n] [II, 8. 3] contra Ibi soluitur.

237 — II, 35. 10. Infra t. Si seruus liberam mulierem duxerit l. ultima [II, 9, 4] contra. Ibi soluitur [o].

238 — II, 34, 12. Supra t. e. l. iij contra. Ibi soluitur [oo]).

239 — II, 34, 13. Supra t. e. l. De liberis hominibus [p] [4] contra. Ibi soluitur.

240 — II, 36, 1. Argumento istius legis dici potest quod quantumcumque res uendita meliorata sit, si euincatur, restitui debet emptori [q]).

241 — II, 37, 1. Infra t. e. l. De sanctimoniali femina [5] contra. Solutio. In hoc hec corrigitur ab illa quia hodie non est [r]) persona sanctimonialis femine [s]) in potestate regis, sed episcopi ([2]).

242 — II, 37, 4. Argumento istius legis dicimus quod mulier, que uult migrare ad secunda uota, si filios habuerit in quorum mundio sit, duas partes de suis propriis bonis cogitur filiis relinquere. Et, si filios uel filias non habuerit, medietatem mundualdo relinquet [t]) ([3]).

243 — II, 39, 1. Supra De scandalis et compositionibus l. ij [I, 3, 2] contra. Solutio. Ibi commisit scandalum, hic non, quia, cum apprehendit seruum, non uidetur dare dampnum [a]).

244 — II, 39, 1. Infra t. e. l. Si quis in emunitate [4] contra. Solutio. Ibi dedit damnum, hic non, quia cum apprehendit seruum suum non uidetur dare dampnum [b]).

245 — Infra t. e. l. Si quis in emunitate [4] contra. Solutio. Una addit alteri et e conuerso [c]).

246 — II, 39, 4, Supra De scandalis et compositionibus l. ij et supra t. e. l. ij et iij contra. In illis soluitur [d]).

247 — II, 39, 6. Supra De homicidio liberorum hominum l. Qui subdiaconum [e]) [I, 9, 27] contra. Ibi soluitur.

248 — II, 39, 6. Supra De furtis l. Si quiscumque homo qui est [I, 25, 69] contra. Ibi soluitur [f]).

249 — II, 40, 5. Supra De dato [g]) ob causam [II, 26, 1] contra. Ibi soluitur.

250 — II, 40, 5, Supra De seditione contra iudicem uel ciuitatem [h]) leuata l. Cognouimus [I, 18, 2] et infra De officio iudicum l. De uniuersali quidem populo [I, 52, 14] contra. Solutio. Per istam uenit ad palatium, per illas [i]) punitur.

251 — II, 41, 1. Supra De seditione contra iudicem uel ciuitatem [ii]) leuata l. Cognouimus [I, 18, 2] et infra De officio iudicis l. De uniuersali quidem populo [l]) [I, 59, 14] contra. Solutio. Ibi dolo, hic negligentia [m]).

252 — II, 41, 1. Supra De exercitalibus l. Si quis res suas [I, 14, 4] contra. Solutio. Ibi speciale est in exercitu [n]).

253 — II, 41, 3. Supra t. e. l. ij et l. Si homines [2] contra. Solutio. Hic erat actor [o]) et iudex de diuersis ciuitatibus, ibi uero de eadem ciuitate.

254 — II, 41, 3. Supra t. e. l. ij contra. Solutio, Ibi erat sub eodem iudice, hic sub diuersis. Ideo plus deliquit iudex, quia magis expedit ei qui reclamauit [p]).

255 — II, 41, 6. Supra De debitis et guadimonis l. Si quis alii guadiam dedit et [q]) fideiussit de sacramento [II, 21, 9] contra. Ibi soluitur.

256 — II, 45, 6. Infra Qualiter quis se defendere debeat l. Si qualiscumque [II, 55, 5] contra. Solutio. Ibi in sua patria, hic in aliena [r]).

---

[a]) Ita in C; om. gl. V, P. — [b]) dicit V loquitur C *om.* O. — [c]) prescriptione *add.* C; *om.* V, P. — [d]) illa uero C, P *om.* V. — [e]) tricennali P, V triennali C. — [f]) presumptione V. *om.* C, P. — [g]) superbiam P superbia C; in V legitur tantum: « Hic erat in possessione libertatis; uoluntarie non ex debito seruiebat ». — [h]) ibi P Ille C. — [i]) Vac. C Va. P. — [l]) et C *om.* P. — [m]) Ita in P, V, C. — [n]) matrimonio nati sunt C *om.* V, P. — [o]) Haec glossa legitur tantum in P. — [oo]) Ita in P, C; om. gl. V. — [p]) hominibus P, C *om.* V. — [q]) Ita in C.; om. gl. P, V. — [r]) hodie non est P, C non est hodie V. — [s]) persona sanctimonialis femine C, P sanctimonialis V. — [t]) Ita in C; om. gl. V, P.

([1]) Cfr. Exp. Kar. 106 § 2. — ([2]) Cfr. Alb. Comm. II, 37 p. 146. — ([3]) Cfr. Alb. Comm. II, 37.

---

[a]) hic dampnum C *om.* P; deest integra gl. in V. — [b]) Ita in P; om. gl. V, C. — [c]) Ita in P, C; om. gl. V. — [d]) Ita in P, C; om. gl. V. — [e]) subdiacono P est pauper C; om. gl. V. — [f]) Ita in C, P; deest gl. in V. — [g]) dato P datis C; om. gl V. — [h]) uel ciuitatem M *om.* P.; deest gl. in V. — [i]) illas P illam C. — [ii]) uel ciuitatem M, *om.* P, C; deest gl. in V. — [l]) quidem populo M, C *om.* V, P, C. — [m]) Ita in V; in P, C, M. « In istis adhibuit tantum negligentiam, in illis uero dolum ». — [n]) Ita in V; om. gl. P, C. — [o]) actor C auctor P, M; gl. V. — [p]) Ita V; gl. P, C, M. — [q]) dedit et C, M *om.* P; deest gl. in. V. — [r]) Ita V; om. gl. P. C, M.

Source : BIU Cujas

257 — II, 44, 2. Supra De successionibus l. Si quis sine herede [II, 14, 17] contra. Ibi soluitur [a]).

258 — II, 46, 1. Infra t. e. l. ult. [2] contra. Solutio. Hic contumacia nolebat pontificari, ibi non extabant contumaces [b]).

259 — II, 46, 1. Infra t. e. l. Ut episcopi et abbates [1] contra. Solutio. Hic loquitur cum maiores habent inter se causam; illa uero cum minores inter se uel cum maiores inter se [c]).

260 — II, 40, 1. Infra De aduocatis et uicedominis l. Uolumus [I, 47, 6] contra. Solutio. Ibi habebant causam cum minoribus, hic uero cum paribus et potentioribus [d]).

261 — II, 46, 1. Infra De testibus l. Si quis cum altero [II, 51, 11] contra. Solutio. Ibi loquitur tantum de ecclesiasticis rebus, hic de propriis episcoporum. Uel ibi loquitur quando maior cum minore causam habet, hic uero quando maiores inter se [e]),

262 — II, 47, 1. Infra. Qualiter inter episcopum et priuatum l. Ut qui [III, 20, 1] contra: [II, 47, 1] hec erat prius et intelligitur illa secundum istam [f]).

263 — II, 48, 1. Supra De non sue rei uenditione l. ult [II, 25, 2] contra. Ibi soluitur [g]).

264 — II, 50, 1. Supra De exercitalibus l. Quicumque liber homo [I, 14, 13] contra et in multis aliis locis. Solutio. Ubicumque reperitur [h]) contrarium huic legi dicendum est quod hic speciale est quod [i]) de banno dicitur.

265 — II, 51, 1. Supra De illicito consilio [II, 4, 1] contra. Ibi soluitur [l]).

266 — II, 51, 1. Infra t. e. l. Si quis cum altero [11] contra. Solutio. Ibi repertum fuit periurium per pugnam, hic uero alio modo [m]).

267 — II, 51, 1. Infra t. e. l. Quicumque [14] contra. Solutio. Per illam uenit ad iudicium, per istam punitur [n]).

268 — II, 51, 1. Infra t. e. l. Ut testimonium [13] contra. Solutio. Hic cum redderet testimonium, habebat unde solueret composicionem [o]) si statim [p]) uictus esset de periurio; postea [q]) uero, cum uictus esset de periurio [r]), factus erat [s]) minus soluendo. Uel ibi [t]) speciale est scilicet [u]) in illis vij casibus ([1]).

---

[a]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [b]) Ita V: om. gl. P, C, M. — [c]) Ita P, C; om. gl. V, M. — [d]) Ita V; om. gl. M; in P, C legitur: « Eadem est solutio ». — [e]) Ita P, C; om. gl. V, M. — [f]) Ita in C; om. gl. P. V, M. — [g]) Ita C: om. gl P, V, M. — [h]) reperitur P repperitur C; om. gl. V, M. — [i]) hic *add.* C. — [l]) Ita C, M; om. gl. P, V — [m]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [n]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [o]) composicionem P, C. *om.* M; deest gl. in V. — [p]) statim C, P *om.* M. — [q]) postea P, M preterea C. — [r]) cum uictus esset de periurio P, C *om.* M. — [s]) erat M *om.* P esset C. — [t]) ibi P, C *om.* M. — [u]) scilicet P, M *om.* C.

([1]) Alb. Comm. II, 51 et Caroli de Tocco gl. *pro seruo* ad l. 1.

269 — II, 51, 2. Infra t. e. l. Decernimus [16] contra et in multis aliis locis. Solutio. Cum hic et in quibusdam aliis locis reperiatur quod [a]) testes prius debent inquiri et postea iurare et in aliis reperiatur quod prius debeant iurare et postea inquiri [b]) sic intelligendum est. Testes quandoque ueniunt coacte quandoque sponte. Cum ueniunt sponte seu coacte [c]) et uolunt dicere veritatem postmodum sunt inquirendi Sin [d]) autem uolunt celare ueritatem prius [e]) debent iurare ([1]).

270 — II, 51, 4. Infra De periuriis l. ult. [II, 58, 4]. contra Solutio. Ibi enim intelligitur quantum [f]) ad [g]) dominum [h]), hic uero quantum ad iudicem secularem.

271 — II. 51, 11. Supra t. e. l. j contra Ibi soluitur [h]).

272 — II, 51, 11. Supra De maleficiis et publicis criminibus l. ult. [I, 1, 7] contra soluitur [i]).

273 — II, 51, 11. Supra De debitis et guadimoniis l. Quicumque [II, 21, 12] contra. Ibi soluitur [l]).

274 — II, 51, 11. Supra t. e. l. j contra. Solutio [n]). Hic fuit fatigatus per pugnam, ibi non.

275 — II, 51, 12. Infra t. e. l. Quamquam [17] contra. Solutio. Hic prohibetur ante iudicem secularem, ibi uero permittitur ante episcopum [o]).

276 — II, 51, 13. Supra t. e. l. j contra. Ibi soluitur [p]).

277 — II, 51, 14. Supra t. e. l. j contra. Ibi soluitur [q]).

278 — II, 51, 16. Supra t. e. l. De periuriis [2] contra. Ibi soluitur [r]).

279 — II, 51, 17. Supra t. e. l. Constitutum est contra. Ibi soluitur [s]).

280 — II, 52, 1. Infra De eo qui alium iniuste adiuuare in iudicio presumpserit [III, 19] contra. Solutio. Ibi habebat licentiam, sed tamen scienter eum iniuste adiuuabat [t]).

281 — II, 52, 14. Supra Qualiter iudices iudicare debeant [II, 41] l. j, ij et iij et in multis aliis locis

---

[a]) locis reperitur quod C, P eis referatur quod P, C eis referatur per M; deest gl. in V. — [b]) reperiatus inquiri P, C contrarium MC. — [c]) sponte seu coacta M, P coacte seu sponde C. — [d]) et uolunt dicere ueritatem prius sunt inquirendi C, M debent dicere ueritatem postmodum inquirendi P. — [e]) Sin P. si C, M. — [f]) prius C, primo M, P. — [g]) quantum P qualiter C; deest gl. in V; in M tantum reperitur: « ibi soluitur » [h]) apud P, C dominum C deum P. — [i]) Ita P, C; deest gl. in V, M. — [l]) Ita P, C; om. gl. V, M. — [m]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [n]) Solutio *om.* V, ubi tantum haec gl. legitur. — [o]) Ita P. C, M; om gl. V. — [p]) Ita C, M; om. gl. P, V. — [q]) [r]) [s]) Ita C; om. gl. P, V, M. — [t]) Ita P, C, M; om. gl. V.

([1]) Cf. Alb. Comm. II, 51 p. 170 et Caroli de Tocco gl. *describantur* ad h. l. — ([2]) Cfr. Alb. Comm. II, 41.

Source : BIU Cujas

contra. Solutio. Quociescumque inuenitur contrarium huic legi ita intelligendum est: si dat widrigilt et amittit honorem [a]) adhibuit dolum ut in hac lege. Cum imponitur ei alia pena adibuit negligentiam tantum [b]) ut supra [c]) in t. Qualiter iudices debeant iudicare [d]).

282 — II, 52, 14. Infra De eo qui causam iudicatam [e]) repetere pesumpserit [II, 59, 1) contra. Solutio. Ibi loquitur de eo qui appellauit sententia lata [f]): hic de eo qui noluit appellare [g]) nec sententie acquiescere [h]).

283 — II. 53, 2. Supra De maleficiis et publicis criminibus l. Si quis contra inimicum [I, 1, 6] contra. Ibi soluitur [i]).

284 — II, 55, 2. Supra Qualiter iudices iudicare debeant l. ult. [II, 41, 6] contra. Ibi soluitur [l]).

285 — II, 55, 4. Infra t. e. l. sequenti contra. Solutio. Hic datur sacramento a lege, ibi non. Uel hic speciale est, ibi uero generale [m]).

286 — II, 55. 5. Supra t. e. l. proxima et in multis aliis locis contra. Solutio. Ubi sacramentum datur a lege, ut in illa, non est dandum [n]) secundum istam. Ubi non datur a lege, secundum istam dandum est. Uel cum iurat solus speciale est, et maxime cum de conscientia iurat uel de [o]) qualitate ut de tenore guadie. Si autem [p]) iurat de quantitate, secundum istam debet iurare; et hoc secundum Vac.

287 — II, 55, 7. Supra De debitis et guadimoniis l. Si quis alii guadiam [II, 21, 2] contra. Solutio. Ibi loquitur inter principales personas, hic uero inter principalem personam creditoris et heredes debitoris [q]).

288 — I, 55, 12. Infra t. e. l. Si quis alium asto compellauerit [15] contra. Solutio. Hoc speciale est in marito [qq]) secundum Aripra. [r]). Set Albertus [s]) et Vaccell [t]) dicunt quod non respexit ad purificationem pugne immo ad purificationem tantum [u]) sacramentorum.

289 — I, 55, 13. Supra De testibus l. Si quis cum altero [II, 51, 11] contra. Solutio. Ibi erant contrarii testes, hic non [v]).

290 — II, 55, 45. Supra De illicito consilio [I, 4, 1] contra. Ibi soluitur [x]).

291 — II, 55, 15. Supra De dampno in uia l. ult. [I, 19, 34] contra. Ibi soluitur [a]).

292 — II, 55, 16. Supra De rebus interciatis l. j [II, 28, 1] contra. Solutio. Ibi actor nolebat [b]) facere pugnam, hic uero sic.

293 — II, 55, 15. Supra t. e. l. Si quis uxorem]12] contra. 1bi soluitur [c]).

294 — II, 55, 16. Supra De eo qui uxorem dimiserit l. Nulli liceat [II, 13, 6] contra. Ibi soluitur [d]).

295 — II, 55, 23. Supra t. e. l. Si qualicumque causa [13] contra. Solutio. Ibi loquitur de his qui iam habent legitimam etatem, hic uero de his qui sunt in minori etate [e]).

296 — II, 55, 33. Supra De testibus l. Si quis cum altero [II, 51, 11] contra. Solutio. Correcta est illa per istam quia hodie non fit examen crucis [f]).

297 — II, 56, 2. Supra De fornicatione l. ij [I, 31, 2] contra. Ibi soluitur [g]).

298 — II, 58, 4. Supra De testibus l. Ut qui semel [II, 51, 4] contra. Ibi soluitur [h]).

299 — II, 59, 1. Supra Qualiter iudices iudicare debeant l. ult. [i]) [I, 41, 6] contra. Solutio. Ibi soluitur.

300 — II, 59, 1. Supra De testibus [II, 51] contra. Ibi soluitur [l]).

301 — III, 1, 29. Infra t. e. l. ult. [33] contra. Solutio. Hec loquitur de gubernatione, illa uero [m]) de proprietate.

302 — III, 4, 1. Supra De furtis l. Si quis caballum alienum ascenderit [I, 25, 43]. Solutio. Hoc speciale in [n]) iterantibus.

303 — III, 4, 3. Argumento istius legis potest dici quod, si quis expellat quemlibet peculium de pascuis, nouum debet restituere. Vac. tamen quod speciale est in itinerantibus dicit [o]).

304 — III, 6, 1. Supra De exercitalibus l. Quicumque liber homo in hoste [I, 14, 6] et in multis aliis locis contra. Solutio hic intelligendum est de fredo [p]), in aliis de banno.

305 — III, 10, 1. Infra t. e. omnes leges huius tituli contra. Solutio. In ista erat factus contractus ad utilitatem ecclesie, in illis uero non [q]).

306 — III, 32, 1. Supra De aduocatis et uicedominis l. ult. [II, 47, 10] contra. Ibi soluitur [r]).

---

[a]) et *add.* C om. P, M; deest gl. in V. — [b]) tantum P, C solum M. — [c]) supra P *om.* C, M. — [d]) debeant iudicare C iudicare debeant M *om.* P. — [e]) causam iudicatam P, M iudicatam causam C. — [f]) sententia lata C lata sententia P a lata sententia M. — [g]) noluit appellare P uoluit nec appellare C appellare noluit M. — [h]) sententie acquiescere C, M acquiescere sententie P. — [i]) Ita C, M; deest gl. in V; in P antinomia tantum signatur — [l]) Ita C, M; om. gl. V; in P antinomia tantum signatur. — [m]) uero generale C, M non P; om. gl. V. — [n]) dandum C, M datum P; deest gl. in V. — [o]) de C, M *om.* P. — [p]) autem P, C. alias M. — [q]) Ita om. P, C, M; om gl. V. — [qq]) marito P, M maritum C; om. gl: V. — [r]) Aripra M. Ar. P, C — [s]) Albertus M; Al. P, C. — [t]) Vaccell. M Vac. P, C. — [u]) tantum M, P *om.* C. — [v]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [x]) Ita C, M; in P antinomia tantum signatur; om. gl. V.

[a]) Ita C, M; in P antinomia tantum signatur; om. gl. V. — [b]) nolebat P, C noluit M; deest gl. in V. — [c]) Ita C, M; in P antinomia tantum signatur; om. gl. V. — [d]) Ita C, M; om. gl. P. — [e]) Ita P, C, M,: om. gl. V. — [f]) Ita C. M. P; om. gl. V. — [g]) Ita C; in P antinomia tantum signatur; gl. deest in V, M. — [h]) Ita C; antinomia tantum signatur in P; deest gl. in V, M. — [i]) ult C. Si quis causam P ubi tantum antinomia signatur; om. gl. V, M. — [l]) Ita C, M; om. gl. P, V. — [m]) uero C, M *om.* P; deest gl. in V. — [n]) in P de M; om. gl. V, C. — [o]) Ita C: om. gl. P, V, M. — [p]) fredo C fodro P feudo M; om. gl. V. — [q]) Ita P, C, M; om. gl. V. — [r]) Ita P, C, M; om. gl. V.

Source : BIU Cujas

SUMMA NOTARIAE

BELLUNI COMPOSITA

PRODIT CURANTE

ARTHURO PALMERIO

Source : BIU Cujas

Haec summa in codice 31 cl. IX bibliothecae Marcianae extat, quem Valentinelli in Bibl. Ms. ad S. Marci Venetiarum, III, 23 perperam descripsit, cum affirmavit summam absolvem non artis notariae exercendi normas, sed casuistica quaedam.

Source : BIU Cujas

c. 1. A. **In principio adsit nobis virgo Maria.** — *Quoniam inter cetera que introducta sunt ad utilitatem omnium personarum viventium in hoc mundo artem notarie reputo utiliorem et honorabiliorem, idcirco ego qualisqualis scriba, non confidens de mei modica scientia, si scientia dici potest, sed de virtute omnipotentis Dei a quo cuncta bona procedunt, duxi quoddam breve opusculum ad utilitatem rudium sociorum de scolis venientium super arte tabellionatus quam brevius potero compilandum, non curans de invidorum dictis quia ipsorum correctiones non volo, sed eorum invidia remaneat penes eos; sed potius postulans veniam a peritis ut addant quod fuerit addendum et diminuant quod fuerit diminuendum et corigant quod fuerit corigendum; in quo quedam introductoria artis notarie lucide divulgabo, quibus cognitis sciant nostri dilectissimi atque honorabiles socii quid habeant facere ac plenius ordinare et cum omni diligentia divulgare atque in scriptis reducere tam super quibuslibet instrumentis et contractibus ac ultimis voluntatibus quam super actis que fiunt in iudicio omnimode conscribendis. Est in primis itaque notandum quod ad plenam confectionem cuiuslibet instrumenti quinque sunt necessaria: videlicet primum est quod in eo sint anni Domini; secundum est quod in eo sit indictio; tertium est dies mensis et locus; quartum est presentia testium; quintum est nomen cum nota tabellionis; sextum autem in quibusdam partibus solet poni, quod de consuetudine nostra non utimur, videlicet nomen imperatoris tunc regentis. Verum est quod in instrumentis sunt alia opportuna secundum qualitatem contractuum et pactorum secundum quod contrahentes inter se conveniunt. Idcirco, omissis omnibus, cum festinatione transeo ad contractus.*

I. **Carta venditionis unius mansi ad proprium.** — Petrus de Bolzano pretio C. lib. den. ven., quos a Martino de Salcis suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se
c. 1. B. habere confessus et manifestus fuit, et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et consignationi et depositioni nummorum et exceptioni deceptionis citra vel ultra dimidiam iusti pretii et exceptioni minoris etatis et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit, certioratus rem plus valere sui iuris proprii; fecit datam et venditionem eidem Martino ad proprium de uno manso iacente in villa Bolzani et in pertinentiis ipsius ville, qui mansus regitur per Iohannem, quem mansum dictus Petrus visus est habere et tenere hucusque. Et taliter fecit datam et venditionem eidem Martino per proprium de iam dicto manso, ut dictus Martinus et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictum mansum proprietario iure cum introitu, exitu et accessu, cum finibus et terminis, domibus, casuralibus, cespitibus, clausuris, terris, partiscapulo, pasculo, novalibus, vitibus, arboribus, piscationibus, venationibus, silvis seu sortibus silvarum, alluvionibus, molendinis et portibus, molendinorum, marigetiis, et honoribus, districtibus, aquarum ductibus, monticationibus, et cum omnibus suis rationibus et actionibus, realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi ad dictum mansum in integrum pertinentibus seu adiacentibus; et ut possit vendere, dare, donare, alienare, obligare et pro anima et corpore iudicare; et quicquid sibi melius visum fuerit facere faciat sine memorati venditoris et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione (inquietatione?). Et ita iussit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicto manso sua auctoritate, constituens se pro eo possidere et esse possessorem donec ipse intraverit possessionem. Si vero dictus mansus plus valuerit dicto pretio pro tempore, vel nunc valet, dictus venditor eidem emptori irrevocabiliter inter vivos donavit et donationem fecit c. 2. A
eidem de toto eo quod ultra dictum pretium valet vel valere posset; taliter quod hec donatio non possit revocari ulla ingratitudine vel offensa, et quod non possit dicere (*corr.* dici) quod hec donatio sit immensa, quamvis non sit legittime actis insinuata; renuntiando per pactum cum dicto emptore factum ex certa scientia legi que dicit donationem ultra quingentos aureos factam absque insinuatione non valere (C. VIII, 54, 36). Ad hec dictus venditor promisit per se [et] suosque heredes iam dicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti, in pena dupli dicti pretii vel restaurationis talis mansi secundum quod pro tempore

Source : BIU Cujas

plus valuerit aut melioratus fuerit sub extimatione bonorum hominum in consimili loco, semper in ratione varentare et defendere ac tueri et disbrigare, et iam dictum mansum particulariter et in totum ab omni homine et universitate et omni parte atque undique auctorizare solemni stipulatione promisa (premissa?), ac ipsum emptorem in vacuam et quietam possessionem inducere: dando dictus venditor eidem emptori ex nunc licentiam atque verbum, ut sit in arbitrio ipsius utrum se tenere voluerit ad penam dupli dicti pretii an ad penam dupli restaurationis dicti mansi; remittendo per pactum eidem emptori denuntiatione(m) que in carta emptoris solet requiri. Si vero dictus venditor predicta omnia et singula non attenderit vel non observaverit aut contravenerit de iure vel de facto, verbo vel opere, per se vel per interpositam personam, tunc dictam penam solvere teneatur; et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula nihilominus rata sint et firma; et si quas expensas dictus emptor vel sui heredes aut illi quibus dederint [vel] in sui tutione fecerint sive in curia sive extra curiam, vel in aliquod damnum
c. 2. B. devenerint sive eundo sive redeundo, sive in iudicio sive extra iudicium, sive obtineant sive succumbant in causa; credendo de damnis et expensis in sui tutione factis solo verbo dicti emptoris vel suorum heredum sine sacramento et alia probatione. Et iure pignoris dictus venditor pro omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis et etiam pro pena et expensis solvendis [et dictus venditor] obligavit dicto emptori omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et per eum pignori se constituit possidere usque ad finem varentationis et pene et damni solutionis et expensarum; asserens dictus venditor dictum mansum nemini fore datum, venditum vel alienatum nisi isti soli emptori et nullam ex eo responsionem alicui respondere consuevit (*corr.* consuetum); et si aliter reperiretur suis propriis expensis expedire et quietare sub iam dicta pena promissa. Preterea iuravit dictus venditor ad sancta Dei evangelia corporaliter hanc datam et venditionem firmam et ratam in perpetuum habere et tenere, et omnia et singula supradicta attendere et observare et non contravenire occasione minoris etatis vel minoris pretii aut alicuius deceptionis; et quod contra predicta vel aliquod predictorum nullum impetrabit rescriptum, nullum allegabit privilegium, nullam opponet exceptionem, nullum beneficium restitutionis in integrum implorabit nullumque aliud faciet vel facere attentabit [seu faciet], quod in damnum et preiudicium dicti emptoris et suorum heredum valeat aliqualiter redundare.

II. **Carta confirmandi venditionem factam per virum.** — Maria, uxor Petri de Bolzano, ad instantiam et requisitionem M. de Salcis laudavit et confirmavit, rectificavit, omolegavit, et penitus approbavit datam et venditionem factam per dictum
c. 3. A. virum suum P. de uno manso iacente in villa Bolzani, ut in carta venditionis per me notarium facta continetur, et omnia (et) singula que continentur in instrumento dicte venditionis; (et) omne ius suum omnesque suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas, quod et quas ipsa Maria habet vel habebat vel habere poterat aut posset in predicto manso particulariter et in totum iure hypothecarum vel pro ratione dotis vel donationis propter nuptias et incontri vel [n]ulla alia ratione vel occasione quacumque in predictum M. emptorem remisit, reddidit, refutavit et penitus renuntiavit; promittens predicto emptori cum obligatione suorum bonorum et expensis omnibus reficiendis, in pena dupli dicti mansi valentis, litem vel controversiam predicto emptori de predicto manso particulariter vel in totum (n)ullo modo movere, nec inquietare aut molestare de iure vel facto, verbo vel opere vel per interpositam personam aliqua ratione vel aliqua occasione; et si contra veniet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma; renuntiando predicta Maria in omnibus et singulis capitulis supradictis, ex certa scientia certiorata de iure suo, senato(consulto) Velleiano et omni muliebri auxilio et omni femineo privilegio et omni iuri lgum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire. Preterea iuravit predicta Maria corporaliter hanc datam et cet. *Et dic ut supra continetur in sacramento predicti contractus emptionis et venditionis. Si vero predicta Maria habuerit patrem, tunc ipsa eo presente faciat predicta cum eius verbo et auctoritate.*

III. **Carta solutionis.** — Petrus de Bolzano vocavit se bene solutum et expeditum esse et plenam solutionem in se habere, [et] confessus ac manifestus fuit a Martino de Salcis de C. lib. quas sibi dare tenebatur pro pretio unius mansi iacentis in Bolzano quem ab eo emit, ut in carta emptionis per me notarium facta continentur, et finem et remissionem de predicto debito ei fecit, et pactum de non petendo; renuntiando exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et consignationi et depositioni nummorum, et omni iuri legum c. 3. B. ac Decreti et omni ratioui qua contra posset venire pacto renuntiavit.

IV. **Carta intrandi tenutam.** — Martinus de Salcis pro data et venditione sibi facta a Petro de Bolzano de uno manso iacente in villa Bolzani recto per Iohannem, ut in carta venditionis per me notarium facta continetur, intravit tenutam et corporalem possessionem de iam dicto manso ter claudendo et aperiendo ostium domorum dicti mansi, volens per hoc sibi acquirere corporalem possessionem de predictis.

V. **Carta venditionis unius petie terre ad proprium.** — Antonius et Iohannes fatres, filii condam Martini cerdonis, et domina Iacobina eorum soror pretio XXV lib. den. ven. quos a Iohanne Bono de Foro susceperunt; de quibus ab eo vocaverunt se bene solutos, et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et exceptioni[s] deceptionis citra vel ultra dimidiam dicti pretii [seu iusti], et ipsa mulier senatui Velleiano et omni muliebri auxilio et femineo privilegio et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire, pacto rennutiaverunt, certiorati rem plus valere; sigillatim et quilibet eorum in solidum fecerunt datam et venditionem et investituram eidem Iohanni Bono ad proprium de una petia terre aratorie iacenti in cultura civitatis Belluni in loco qui dicitur *in Fabula* infra hos confines et cet. et iure feudi casa Dei Belluni de decina et usu decime dicte petie terre; quam terram et decimam dicti venditores visi sunt habere et tenere hucusque. Et taliter fecerunt eidem emptori datam et venditionem et investituram de iam dicta petia terre per proprium et decimam ipsius petie terre per feudum casa Dei Belluni, ut dictus emptor et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant vel quasi possideant ipsam terram proprietario iure et decimam ipsius feudario iure casa Dei Belluni; cum introitu et exitu suo et accessu, cum c. 4. A. finibus et terminis et cum omnibus suis adiacentiis, iuribus, rationibus et actionibus realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi ad dictam petiam terre et decimam in integrum pertinentibus seu adiacentibus, et ut possint vendere, dare et cet., *ut supra*. Et ita iuserunt illum intrare tenutam et possessionem vel quasi possessionem et cet., *ut supra*. Si vero dicta terra cum decima plus valeret dicto pretio et cet., *ut supra*. Ad hoc dicti venditores promiserunt per se suosque heredes predicto emptori pro se suisque heredibus et cet., *ut supra*.

Source : BIU Cujas

Et si quas expensas dictus emptor in sui tutione fecerit et cet., *ut supra*. Quod si non facient vel contravenient et cet., *ut supra*. Preterea iam dicti venditores sigillatim, ita quod quilibet eorum in solidum teneatur de emptione, renuntia[ntes] verunt nove constitutioni et ipsa mulier (senatus) consulto Velleiano et omni muliebri auxilio et femineo privilegio et omni rationi qua contra posset venire, obligando predicto emptori pro omnibus supradictis attendendis et pro pena et expensis solvendis et cet., *ut supra. Si autem aliquis fuerit venditor minor, tunc iuret ut supra.*

VI. **Carta faciendi laudare venditionem.** — Et ibi predictus Antonius per se suosque heredes promisit per stipulationem predicto emptori pro (se) suisque heredibus stipulanti cum obligatione suorum bonorum, et expensis omnibus reficiendis, se facturum et curaturum et se daturum opera(m) cum effectu, omni occasione et exceptione remota, quod domina Ysabetus eius uxor laudabit (*cod.* laudavit *et cet.*) confirmabit, retificabit et approbabit supradictam datam et venditionem et investituram et omnia et singula supradicta, et ea firma et illibata in perpetuum observabit (*cod.* observaverit), et renunciabit in predictum emptorem iur[i]a et actiones suas, que et quas ipsa habet vel habere posset in predicta re vendita, tota vel parte, iure hypothecarum vel pro ratione dotis vel donationis propter nuptias et incontri vel alia ratione vel occasione quacum-
c. 4. B que et promittet eis non contravenire sub certa pena, et obligabit sua bona, et hoc in(fra) unum mensem postquam sibi vel suis heredibus aut eius domui vel sue familie per dictum omptorem aut heredes ipsius vel eorum nuntium sive procuratorem fuerit denuntiatum: et hoc sub pena XXV lib. den. ven. Si vero dictus Antonius predicta non compleverit vel neglexerit adimplere, tunc dictam penam solvere teneatur dicto emptori: qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula nihilominus firma sint et rata.

VII. **Carta confirmandi venditionem.** — Iohannes pater Marie, uxoris Petri de Bolzano laudavit, confirmavit, ratificavit et approbavit, et rata et grata habuit omnia et singula gesta et facta per dictam filiam suam M. cum Martino de Salcis, laudando et confirmando et approbando datam et venditionem factam dicto Martino per dictum Petrum virum suum de uno manso iacente in villa Bollagi recto per Iohannem, et remittendo in eumdem M. iuria que ipse habebat in ipso manso iure hypothecarum vel pro ratione dotis vel donationis et incontri, ut continetur in carta facta per me notarium, et omnia et singula scripta in eodem instrumento per me notarium [continetur], et eisdem suam interposuit auctoritatem et consensum; remittendo etiam dictus Iohannes in dictum Martinum emptorem omnia iura et actiones suas que et quas ipse habebat vel habere poterat in dicto manso particulariter et in totum occasione predicte filie sue vel donationis propter nuptias vel incontri vel ulla alia ratione vel occasione quacumque, promittens per stipulationem eidem emptori sub obligatione suorum bonorum in pena C. lib. den. ven. valentis litem vel controversiam per se vel suos heredes eidem emptori vel suis heredibus de predicto manso particulariter vel in totum non movere in perpetuum occasione predicte dotis, vel ulla alia ratione vel occasione quacumque non contra predicta vel aliquod predictorum ullo modo facere vel venire; renuntiando dictus Iohannes ex certa scientia certiorat[a](us) de iure suo, omni-
c. 5. A. bus iuribus et rationibus communibus et singulis iuri[bu]s et facti (exceptionibus) sibi contra hoc competentibus. Si vero dictus Iohannes contra veniret, tunc dictam penam solvere teneatur: qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula nihilominus rata sint et firma.

VIII. **Carta venditionis tutorio nomine** — Vintura de Servano tutor Bongay, filii condam Henrigeti Panisvini, tutorio nomine pro eodem coram domino Thomasio Cavaza potestate Belluni, eiusque (*cod.* eoque) auctore et iudiciali decreto interponente omnibus et singulis infrascriptis, pretio CC lib. den. ven., quos a Iohanne Bono de Foro suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum, et in se habere confesus et manifestus fuit, dicens dictum pretium in utilitatem dicti pupilli verti debere, specialiter ad solvendum domine Marie matri ipsius de dote quam habuit penes condam dominum Henrigetum patrem dicti pueri que fuit de CC lib., sicut in carta continetur, per me notarium scripto ibi viso et lecto; et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis pacto renuntiavit, et omni iuri legum ac Decreti, et omni rationi qua contra posset venire; iure proprio tutoris nomine dicti pueri fecit datam et venditionem eidem Iohanni Bono de una petia terre aratorie iacente in Fabula infra hos confines et cet., quam terram dictus puer et dictus eius tutor visi sunt habere et tenere hucusque; subhastata tamen prius dicta petia terre nec invento aliquo volente plus pretium dare offerre quam supradictus emptor, nec aliquo volente maius pretium quam supradictum est dare. Et taliter fecit datam et venditionem ad proprium de iam dicta petia terre, ut dictus emptor et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictam terram proprietario iure cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis et cum omnibus suis adiacentiis, rationibus, et actionibus realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi et dicto pupillo et ad dictam terram in integrum pertinen-
tibus seu adiacentibus, et ut possit vendere, dare, donare et c. 5. B alienare vel alii pignori obligare, pro anima et corpore iudicare, et quicquid melius sibi visum fuerit facere faciat sine memorati tutoris et dicti pupilli suorumque heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione. Et ita iusit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicta petia terre, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus tutor tutorio nomine pro iam dicto pupillo predicti emptori pro (se) suisque heredibus stipulanti, in pena dupli dicti pretii vel restaurationis talis rei secundum quod pro tempore fuerit meliorata aut plus valuerit sub extimatione suorum bonorum omnium (*corr.* bonorum hominum) in consimili loco (promisit) semper in ratione varentare et defendere et disbrigare dictam terram particulariter et in totum ab omni homine et parte ac universitate, atque undique auctorizare solemni stipulatione promissa, cum omnibus damnis et expensis que in sui tutione fient reficiendis, et obligatione omnium suorum bonorum dicti pupilli, credendo de damnis et expensis solo verbo dicti emptoris sine sacramento et alia probatione; quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Promisit quoque dictus tutor tutorio nomine eidem emptori pro iam dicto pupillo (et) vadiam dedit cum obligatione omnium suorum bonorum et expensis reficiendis, quod faciet dictum pupillum infra unum annum vel mensem postquam legitimam habuerit etatem hanc datam et venditionem et omnia et singula supradicta laudare et approbare: et hoc sub pena CC lib. den. ven., qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Preterea iuravit predictus tutor ad sancta Dei evangelia quod dicta res que vendebatur erat de vilioribus rebus dicti pupilli et minoris utilitatis ipsius ad tenendum, maioris commodi ad vendendum, et nisi hec res vendita foret debitum solvi supradictum aliter non poterat. Quam datam c. 6. A.

Source : BIU Cujas

autem et venditionem et omnia et singula supradicta dictus dominus Thomasius potissime laudavit et confirmavit et omnibus et singulis suam interposuit auctoritatem et iudiciale decretum.

IX. **Carta venditionis unius equi.** — Dominus Thomasius de Doglono pretio CC lib. den. ven. quos a domino Raynaldo de Rodando suscepit, de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confesus et manifestus fuit; et exceptioni deceptionis citra vel ultra dimidiam iusti pretii et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; fecit datam et venditionem eidem domino Raynaldo de uno dextrario bruno balzano de omnibus quatuor pedibus cum freno et sella dimidiata de zauno et virido. Quem dextrarium cum predictis ornamentis capiens dictus venditor per frenum, dedit (et) tradidit eum in manu dicti emptoris; quem idem emptor recepit presentibus dictis testibus et me notario, habentem unum supraossum et unam coronellam in gamba sinistra de retro sibi ostensam et ostensum, et pro bulso, spaventoso, mordente et cum omnibus vitiis et magagnis et morbis latentibus vel apparentibus; ad habendum tenendum dictus emptor et sui heredes et quicquid sibi vel suis heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum. Promisit enim dictus venditor per se suosque heredes predicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti cum obligatione suorum bonorum presentium et futurorum, in pena dicti pretii, iam dictum dextrarium cum dictis ornamentis ab omni homine et parte cum ratione legitime auctorizare, defendere et disbrigare; quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma; renuntiando dictus emptor redhibitorie (*cod.* reo debitore), quanto minoris et in factum actionibus (*cod.* auctoribus) et omni legum auxilio sibi occasione vitiorum et morborum dicti equi tam latentorum quam apparentium contra eumdem venditorem modo aliquo competenti. c. 6. B.

X. **Carta permutationis.** — Zilius Mulata de Foro ex una parte et Iohannes Bonus de Foro ex altera quoddam congambium et quandam permutationem inter se fecerunt: videlicet quod Zilius dictus nomine congambii et causa permutationis fecit datam et venditionem et permutationem ad proprium eidem Iohanni Bono de una petia terre aratorie iacenti[s] in cultura Cividadi in loco qui dicitur *Fabula* infra hos confines, pro una allia petia terre de sub Servano: et taliter quod idem Iohannes Bonus et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictam petiam terre iure proprio cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis, et cum omnibus suis adiacentiis, rationibus, et actionibus realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi Zilio permutatori et ad dictam terram in integrum pertinentibus seu adiacentibus; et ut possi(n)t vendere, dare, donare, alienare et alii pignori obligare et pro anima et corpore iudicare, et quicquid sibi melius vissum fuerint facere faciant, sine permutatoris dicti et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione. Et ita iussit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicta terra sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus Zilius permutator promisit per se suosque heredes iam dicto Iohanni Bono pro se suisque heredibus stipulanti cum obligatione omnium suorum bonorum et expensis et damnis que in sui tutione fient reficiendis in pena XXV lib. den. ven. iam dictam terram ab omni homine et parte cum ratione varentare ac defendere ac tueri et disbrigare particulariter et in totum; quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta, predicta omnia et singula rata sint et firma. Contra dictus Iohannes Bonus nomine congambii et permutationis causa et pro iam dicta petia terre a dicto Zilio iam recepta fecit datam et venditionem et permutationem ad proprium eidem Zilio Mulate de una petia terre iacente sub Servano infra hos confines et cet.; taliter quod dictus Zilius et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant, atque possideant dictam petiam terre iure proprio et nomine congambii et permutationis causa, cum introitu et exitu, accessu et cet., *ut supra;* et ut possint vendere, dare, donare et cet., *ut supra.* Ad hec dictus Iohannes Bonus promisit per se suosque heredes iam dicto Zilio pro se suisque heredibus stipulanti cum obligatione suorum bonorum et expensis et damnis reficiendis, que in sui tutione fient, in pena XXV lib. den. ven. et cet., *ut supra.* c. 7. A.

XI. **Carta venditionis unius petie terre ad proprium.** — Iohannes de Servano pretio X lib. den. ven. quos ab Yvano de Glamosa suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confessus et manifestus fuit et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et exceptioni deceptionis citra vel ultra dimidiam iusti pretii et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; iure proprii fecit datam et venditionem dicto Yvano de proprietate unius petie terre iacentis in tali loco infra hos confines, quam terram dictus Yvanus et sui predecessores habuerunt in feudum a dicto Iohanne et a suis predecessoribus. Et taliter fecit ei datam et venditionem de iam dicta proprietate dicte terre, ut dictus Yvanus et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant atque possideant dictam proprietatem dicte terre et ipsam terram iure proprietario cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis et cum omnibus rationibus et actionibus suis realibus et personalibus superioribus et inferioribus sibi ad dictam proprietatem seu ad dictam terram [cum] ratione eiusdem proprietatis in integrum pertinentibus seu adiacentibus, et ut possi(n)t vendere, dare, donare, alienare, obnoxiare vel alii pignori obligare et pro anima et corpore iudicare et quicquid sibi melius visum fuerit facere facia(n)t, sine memorati venditoris et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione. Et ita iussit illum intrare tenutam et possessionem vel quasi possessionem (*cod.* possideat) de iam dicta proprietate dicte terre sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem vel quasi. Ad hec dictus venditor promissit per se suosque heredes dicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti, in pena duple dicti pretii vel restaurationis talis proprietatis secundum quod pro tempore plus valeret sub extimatione bonorum hominum, semper in ratione varentare et defendere ac tueri et disbrigare iam dictam proprietatem dicte terre, totam et partem, ab omni homine et parte atque undique auctorizare solemni stipulatione promissa, cum omnibus dampnis et expensis que in sui tutione fient reficiendis sive in curia sive extra curiam, sive eundo sive redeundo, sive obtineat sive succumbat in causa, obligando ei omnia sua bona presentia et futura pro supradictis omnibus et singulis attendendis. Si vero dictus venditor vel sui heredes predicta omnia et singula non observaverint vel contravenerint quod penam solvent, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. c. 7. B.

XII. **Carta venditionis ad feudum casa Dei.** — Petrus de Bolzano pretio V lib, den. ven., quos a Martino de Salcis suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et cet., *ut supra*; iure casa Dei Belluni fecit datam et venditionem et

Source : BIU Cujas

investituram eidem M. de omni iure et ratione feudi quod ipse habebat vel habere poterat in una decima unius petie terre iacentis in tali loco infra hos confines et cet.; quam decimam dictus M. habebat in feudum ab ipso Petro. Et taliter fecit ei datam et venditionem et investituram de iam dicto iure suo et ratione feudi, ut dictus M. et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictum ius et rationem feudi et dictam decimam ad feudum casa Dei Bel-
c. 8. A. luni, cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis et cet.: *totus contractus hic distinte sicut in superiori contractu per ordinem* (*scribatur*).

XIII. **Carta venditionis ad livelum perpetualem.** — Petrus de Miliario pretio C lib. den. ven., quos a domino Martino de Salcis suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confessus et manifestus fuit et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et consignationi et depositioni nummorum et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; fecit datam et investituram eidem M. ad livelum perpetualem deinceps retinendum ab ipso Petro et a suis heredibus in perpetuum de una domo lapidea cum fundo et (*cod.* in) edificio posita in civitate Belluni iuxta forum infra hos confines et cet. Et taliter fecit datam et investituram eidem M. ad livelum perpetualem de iam dicta domo ut dictus Martinus et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictam domum livelario iure a dicto P. et a suis heredibus cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis, stilidiciis (*sic*), servitutibus, et cum omnibus suis adiacentiis, iuribus, rationibus et actionibus realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi et ad dictam domum in integrum pertinentibus seu adiacentibus, dando et respondendo dictus Martinus et sui heredes utriusque sexus in perpetuum eidem Petro et suis heredibus anuatim in festo Sancti Martini, octo dies ante vel octo post, nomine et iure libelli perpetualis et pensionis eidem P. soldos C den. ven. Si vero dictus M. vel sui heredes uno anno non solveri(n)t eidem Petro vel suis heredibus livelum (et) pensionem eiusdem predicta ratione, in sequenti anno
c. 8. B. debeant solvere duplum predicte pensionis iure livelli. Si autem in sequenti anno non solveri(n)t livellum sive pensionem cum duplo, quod in tertio anno debeant esse extra et cadere a iure livelli, ut predictus Martinus et sui heredes possint dictam domum vendere, dare, donare, alienare vel alii pignori obligare et pro anima et corpore iudicare et quicquid sibi melius visum fuerit facere facia(n)t sine memorati Petri et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione, salva tamen ratione et responsione dicti livelli. Verumtamen non liceat eidem Martino vel suis heredibus aut eorum alicui vendere vel alienare predictam domum particulariter vel in totum in aliquem ducem et comitem, marchionem, ecclesiam, procerum, servum, seu in aliquam personam in qua ius et pensio livelli posset amiti. Et ita iussit illum intrare tenutam et posessionem de iam dicta domo sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus P. promisit per se suosque heredes iam dicto Martino pro se suisque heredibus stipulanti in pena dupli dicti pretii vel restaurationis talis domus secundum quod pro tempore plus valuerit aut meliorata fuerit sub extimatione bonorum hominum (*cod.* omnium) in consimili loco semper in ratione varentare et defendere ac tueri et disbrigare dictam domum particulariter vel in totum ab omni homine et parte atque undique auctorizare solemni stipulatione promisa, sive omnibus damnis et expensis reficiendis que in sui tutione fient sive in curia sine extra curiam sine eundo sive redeundo sive agendo sive defendendo, sive obtineat sive succumbat in causa; obligando ei omnia sua bona presentia et futura pro omnibus et singulis supradictis attendendis et firmiter observandis; quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula in suo robore perseverent; credendo c. 9. A. de damnis et expensis solo verbo dicti Titii et suorum heredum sine sacramento et alia probatione. *In hoc enim contractu consueverunt alia pacta apponi secundum voluntatem contrahentium, que* (*non*) *sunt de substantia huius contractus, sed potius appendentia secundum voluntatem contrahentium; que si apponantur, hoc modo scribatur, posito toto contractu per ordinem ut superius dictum est:* Hoc etiam pactum habitum inter eos: additum enim expressim quod si contingerit tempore aliquo dictum Titium vel suos heredes velle vendere vel alienare dictam domum, tunc Titius vel sui heredes denuntiare teneantur dicto P. vel suis heredibus ut emant infra unum mensem post denuntiationem factam; et si emere voluerint tunc dare teneantur et vendere eisdem pro X lib. minus quam aliis personis. Si vero infra unum mensem post denuntiationem factam non emerint, ipsis Titio vel eius heredibus vendere volentibus, tunc dictus T. et sui heredes possint dare et alienare ipsam domum cuilibet volenti emere pro sui arbitrii voluntate, exceptis ecclesia et personis prohibitis superius, salva tamen responsione livelli predicta. Et contra [eos] si dictus P. vel sui heredes tempore aliquo volueri(n)t vendere vel alienare sive ius sive responsionem livelli et quod habe(n)t in ipsa domo ex iure pensionis et responsionis dicti livelli, tunc teneantur et debeant dicto Titio (denuntiare) [et] suisque heredibus ut emant infra unum mersem post denuntiationem; et si emere volueri(n)t infra dictum spatium, teneantur dare eis pro x lib. minus (quam) alicui persone. Si autem non emerint infra dictum spatium, tunc vendere possint cuilibet volenti emere.

XIV. **Carta investiture ad livellum perpetualem.** — Placuit atque convenit inter Petrum ex una parte et Titium ex altera, videlicet quod dictus Petrus nomine et iure livelli perpetualis fecit datam et investituram dicto Titio ad livelum perpetualem de una domo cum fundo et edificio et cet., c. 9. B. *ut supra. Et ponatur totus contractus distincte per ordinem sicut superius dictum est, nil addens, nil minuens sive mutans, nisi tantum ubi dicitur in superiori contractu quod Petrus promisit Titio, in pena dupli dicti pretii, exprimatur certa quantitas pene dicendo:* in pena C lib. den. ven.

XV. **Carta venditionis facte per priorem cum** (*cod.* **et**) **consensu capituli.** — Nos presbiter Antonius, prior ecclesie Sancte Crucis de Campistrino, nomine et vice (*cod.* iure) ipsius ecclesie pro ipsa ecclesia, de consensu et pari voluntate Jo. Al. Pe. et Martini fratrum dicti loci de Campistrino et Berte et Marie et Andreote sororum dicti loci in capitulo existentium, ipsis presentibus et consentientibus expressim, pretio x lib. den. ven. quos a Beno de Caverzano suscepit; de quibus ab eo vocavit se nomine iam dicte ecclesie bene solutum, dicens dictum pretium in utilitatem dominorum dicte ecclesie verti debere, specialiter ad reficiendum domos dicti loci fractas et devastatas et in se habere confessus et manifestus fuit, et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omni iuri legum ac Decreti, et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; nomine iam dicte ecclesie et loci Sancte Crucis de Campistrino iure livelli perpetualis fecit datam et investituram eidem Bono ad livellum perpetualem deinceps retinendum a dicto priore pro dicta ecclesia et conventu eiusdem ecclesie suisque successoribus, de

Source : BIU Cujas

una petia terre aratorie iacente in tali loco infra hos confines et cet. Et taliter fecit datam et investituram ad livellum perpetualem de iam dicta petia terre ut dictus Benus et sui heredes utriusque sexus semper habeant, teneant atque possideant ipsam terram livelario iure a predicto priore et eius conventu suisque successoribus, cum introitu et exitu et cet., *ut supra*; dando et respondendo dictus Benus et sui heredes
c. 10, A. eidem domino priori et eius conventu suisque successoribus et cet., *ut supra*. Si vero dictus Benus vel sui heredes uno anno non solverint et cet., *ut supra per totum; et ubi dicitur* obligando omnia bona *dicatur* obligando ei omnia bona dicte ecclesie presentia et futura pro omnibus supradictis et singulis attendendis et firmiter observandis; quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Preterea iam dicti fratres et sorores iam dictam datam et investituram et omnia et singula supradicta laudaverunt ratificaverunt et approbaverunt, et rata et grata habuerunt et habere voluerunt in perpetuum.

XVI. **Carta investiture ad retum feudum**. — Dominus Raynaldus di Castigliono investivit Bernardinum de Ceto ad rectum feudum de una petia terre aratorie iacente in pertinentiis vile Ceti in loco... infra hos confines et cet.; taliter quod dictus Bernardinus et sui heredes masculi tantum habeant, teneant atque possideant vel quasi possideant dictam terram ad rectum feudum a dicto domino Raynaldo et a suis heredibus uno servitio et una fidelitate, cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis et cum omnibus suis adiacentiis et pertinentiis omnibusque rationibus et omni iure sibi integre pertinentibus. Et ita iussit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicta terra vel quasi possessionem sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus dominus Raynaldus promisit per se suosque heredes predicto Bernardino pro se suisque heredibus stipulanti in pena X lib. den. ven. cum obligatione omnium suorum bonorum et expensis omnibus reficiendis, que in sui tutione fient dictam terram totam et partem ab omni homine et parte cum ratione defendere ac tueri; quod si non fiet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Pro qua investitura dictus Bernardinus iuravit fidelitatem ipsi domino Raynaldo contra omnem hominem salva fidelitate suorum anteriorum dominorum, si quos habet.

c. 10, B. XVII. **Carta investiture feudi unius domi ad habitandum.** — Dominus Niatasius de Rudo investivit Fuscum qui fuit de Glamosa ad feudum habitantie de una domo lapidea cum fundo et edificio sita in contrata de Rudo infra hos confines et cet. et taliter quod dictus Fuscus et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant ipsam domum ad feudum habitantie a dicto domino Niataxio et a suis hereditus, uno alteri succedente. Verumtamen dum masculi fuerint femine non veniant ad successionem feudi huius: masculis vero deficientibus, femine veniant ad successionem (et) equaliter succedant; cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et cum omnibus suis adiacentiis et servitutibus, edificiis, viis andatis; cum omnibus suis rationibns et actionibus, realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi in integrum pertinentibus seu adiacentibus. Si vero predictus Fuscus et sui heredes per annum et diem superhabitare desierint dictam domum, tunc cadant a iure, et revertatur dicta domus in dictum dominum Niatasium et in suos heredes. Et ita iussit illum intrare tenutam de iam dicta domo sua auctoritate. Ad hec dictus dominus Niataxius promissit per se suosque heredes predicto Fusco pro se suisque heredibus stipulanti in pena XXV lib. den. ven. cum obligatione suorum bonorum et expensis omnibus que in sui tutione fient reficiendis, dictam domnum totam et partem ab omni homine et parte cum ratione defendere ac tueri; quod (si) non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Preterea iuravit dictus Fuscus in incontinenti fidelitatem eidem domino Niataxio contra omnem hominem, salva fidelitate suorum anteriorum dominorum, si quos habet.

XVIII. **Carta locationis unius mansi ad feudum.** — Dominus Niataxius de Rudo pretio XXV lib. den. ven., quos a Tasina de c. 11. A.
Musono suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confessus et spei future numerationis et consignationi et depositioni nummorum et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; iure feudi fecit datam et venditionem et investituram eidem Tasine ad feudum de uno manso iacente in vila Vezani et in ipsis pertinentiis, qui mansus regitur per Ribertum; remisio servitio, fidelitate, omatico et [de] omni eo quod per feudum peti posset nisi tantum quod dictus Tasina et sui heredes debeant solvere et dare ipsi Niatasio et suis heredibus anuatim in festo sancti Martini j denarium parvum pro servitio dicti feudi si ei petitum fuerit; si non petitum fuerit (et) non solvet, nullum ipsis Tasine et suis heredibus generetur preiudicium; et quod a iure feudi non cadant aliqua ingratitudine vel offensa aut culpa parva vel magna. Et taliter fecit et datam et venditionem et investituram eidem Tasine de iam dicto manso ad feudum, ut dictus Tasina et sui heredes masculi et femine a modo semper habeant, teneant atque possideant dictum mansum (in)feudum feudario iure, cum introitu et exitu et accessu, cum finibus et terminis, pratis, domibus, casuralibus capulo, pasculo, clausuris, vitibus, arboribus, piscationibus, venationibus, silvis seu sortibus silvarum, aluvionibus, molendinis et cum omnibus suis adiacentiis et servitutibus, iuribus, rationibus sibi et ad dictum mansum in integrum pertinentibus seu adiacentibus absque aliqua alia investitura amplius acquirenda; verumtamen dum fuerint masculi femine non veniant ad successionem dicti feudi; mesculis deficientibus femine veniant et equaliter succedant; et ut possint vendere dare donare et in c. 11. B.
feudum dare dictum mansum ac omnem suam voluntatem de eo facere sine dicti domini Niataxii et suorum heredum aut alterius persone contradictione atque impedimento iure feudi. Et ita iussit intrare tenutam et possessionem vel quasi de iam dicto manso iure feudi sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus dominus Niataxius promisit per se suosque heredes predicto Tasine pro (se) suisque heredibus stipulanti in pena dupli dicti pretii vel restaurationis talis feudi secundum quod pro tempore plus valuerit aut melioratus fuerit sub extimatione [suorum] bonorum hominum in consimili loco semper in ratione varentare et defendere ac tueri et disbrigare iam dictum mansum totum et partem ab omni homine et persona atque undique auctorizare solemni stipulatione promissa, cum omnibus damnis et expensis que in sui tutione fient reficiendis sive obtineat sive succumbat in causa, obligando ei omnia sua bona presentia et futura pro omnibus et singulis supradictis atendendis. Quod si non faciet, quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Et convenit credere de (*cod.* creditis) damnis et expensis solo verbo dicti et suorum heredum sine sacramento et alia probatione etc.

XIX. **Carta investiture feudi**. — Dominus Niatasius de Rudo investivit Iohannem de Musono de sua ratione talis

Source : BIU Cujas

feudi qualis idem Iohannes et sui heredes habuerint a dicto domino Niatasio et suis predecessoribus; pro qua investitura idem Iohannes iuravit fidelitatem eidem domino Niataxio contra omnem hominem, salva tamen fidelitate suorum anteriorum dominorum si quos habet. Qui dominus Niataxius precepit eidem Iohanni ut debeat sibi dare feudum in scriptis usque ad XXX dies.

c. 12. A. XX. **Carta dandi feudum in scriptis.** — Iohannes de Musono coram infrascriptis testibus confessus fuit in se habere in feudum a domino Niataxio de Rudo unam petiam tere iacentem in tali loco infra hos confines; et si plus esse reperiretur, libenter dixit se velle habere ab eo tamquam a bono domino. Testes interfuere....

XXI. **Carta donationis propter nuptias.** — Petrus iure donationis que dicitur inter vivos et non causa mortis, taliter quod hec donatio sit inmensa quamvis non sit legittime actis insinuata, pure, libere ac simpliciter inter vivos fecit datam et donationem ad proprium Iohanni de una petia terre iacente in Fabula, infra hos confines etc. Et taliter fecit donationem eidem Iohanni ad proprium de iam dicta terra, ut dictus Iohannes et sui heredes utriusque sexus a modo semper habeant, teneant atque possideant dictam proprietario iure cum introitu et exitu, et accessu, cum finibus et terminis, viis andatis et cum omnibus suis rationibus et actionibus realibus et personalibus, superioribus et inferioribus sibi et ad dictam terram in integrum pertinentibus seu adiacentibus, et ut possit vendere, dare, donare, alienare, obligare, pro anima et corpore iudicare, et quicquid sibi melius visum fuerit facere faciat sine dicti donatoris et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento vel ulla inquisitione. Et ita iussit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicta terra sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit possessionem. Ad hec dictus P. promisit per se suosque heredes predicto Iohanni pro se suisque heredibus stipulanti, in pena XXV lib. den. ven. cum obligatione omnium suorum bonorum et expensis omnibus que in sui tutione fient reficiendis, dictam terram totam et partem cum ratione varentare et defendere ab omni homine et parte atque undique auctorizare solemni stipulatione promissa, et dictam donationem firmam
c. 12 B. et ratam ac inrevocabilem et observare et non contravenire in perpetuum aliqua ratione vel occasione, renuntians legi que dicit donationem ultra quingentes aureos factam absque insinuatione non valere. [Et] si vero predicta omnia non servaverint generaliter et singulariter vel contravenerint, tunc dictam penam solvere teneantur, qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma, credendo de damnis et expensis etc.

Dominus Iohannes de Servano propter nuptias morganales fecit et inmorgagabit et donavit uxori sue domine B. dilecte sibi petiam unam terre iacentem in tali loco, infra hos confines *etc. Et ponatur totus contractus iste per ordinem, sicut scriptum est in superiori contractu donationis.*

Congregata multitudine gentium et dominarum et populorum in maiori curia civitatis Belluni iuxta ecclesiam maiorem ad matrimonium contractandum inter dominum Liazarium de Castello filium talis domini eodem loco ex una parte et dominam Ricam filiam talis domini ex altera, propositis verbis per me tabelionem inter eos, et requisita dicta domina Rica si volebat, laudabat et consentiebat de sibi legittimum virum; que clara voce respondit *Sic* et ex adverso ibi incontinenti requisito dicto Liazario si volebat, laudabat, consentiebat dictam Ricam sibi legittime in uxorem, qui respondit Sic; et ibi incontinenti dictus Liazarius eandem Ricam annullo subaravit: quare inter eos legittimum matrimonium fuit per verba de pressenti.

Notarius vero cum ad talem contractum ducitur [*ad*] *faciendum sic se exponere* (corr. *exprimere*) *debet cum media et clara voce dicendo:* Omnibus circumstantibus dominabus, militibus et alie genti hic exemplatis porigo magnas preces ut debeam audiri et intelligi eorum honore. Vos estis hic exemplati et congregati primo ad honorem Dei et eius laudem et beate virginis Marie et omnium sanctorum et postmodum occasione matrimonii contractandi inter dominum talem ex una c. 13. A.
parte et talem dominam ex altera; quod matrimonium Deo et beate Marie et omnibus sanctis placeat [et] esse debere ad eius laudem et sanctissimum honorem et ad honorem et bonum statum eorundem duorum et omnium suorum propinquorum et amicorum. O Domina talis, vultis vos, laudatis et consentitis talem vobis in legittimum virum? *Et habita ab ea responsione illum idem similiter petat a viro, et cum eo vadat usque ad mulierem sponsam ut videat eam annullum subarare.*

XXII. **Carta vocandi se bene solutum de dote.** — Dominus Liazarius de Castelo fuit confessus se recepise a domina Richa uxore sua et a patre suo domino Raynaldo de Castiglono dante et solvente pro ea lib. M den. ven. inter denarios et alias res extimatas et bene apretiatas, de quibus denariis et rebus et docte iam dictus Liazarius vocavit se bene solutum et expeditum esse a dicta uxore sua et a patre suo dante et solvente pro ea; et exceptioni non numerate pecunie et non apretiate non in se habere et non recepte dotis, denariorum et rerum et spei future numerationis apretiationis et dationis, et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit. Ad instar cuius dotis dictus Liazarius fecit incontrum et donationem propter nuptias eidem Riche uxori sue de suis bonis valentibus usque ad summam dicte dotis ad pactum medietatis secundum consuetudinem Marchie que est talis inter eos nostraque parte solemni stipulatione valatum: videlicet quod si contigerit dictam dominam Richam mori prius dicto viro suo sine communibus heredibus constante matrimonio inter eos, tunc dictus Liazarius debeat medietatem dotis illius in se retinere et habere et sibi ex pacto lucrari debeat; aliam vero medietatem debeat dare et restituere proximioribus parentibus illius Riche aut cui ipsa iudicare voluerit. Si vero casum acciderit quod dictus Liazarius c. 1.
premoriatur ante dictam uxorem suam sine communibus heredibus durante matrimonio inter eos, tunc dicta Richa habere debeat suam dotem integram, et medietatem predicti incontri et donationis ex bonis et de bonis dicti Liazarii habere et sibi ex pacto lucrari debeat. [Unde] pro qua dote et donatione et incontro propter nuptias, iam dictus Liazarius obligavit eidem Riche uxori sue hypothecario iure omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura dando sibi licentiam atque verbum corporalem accipiendi possessionem. Et si quas expensas dicta Richa fecerit in exigendo dictam dotem et donationem propter nuptias et incontrum, omnes ei reficere promisit, credendo de expensis solo verbo ipsius sine sacramento et alia probatione; taliter quod hec solutio finis concordia vel remisio huius dotis et donationis propter nuptias et incontri [seu aliquod nocens] eidem sponse donec ipsa hanc cartam sanam habuerit et inlesam, nisi esset cum carta facta manu boni notarii bone fame et legalis opinionis cum quinque testibus intus scriptis ad minus in concordia partium.

XXIII. **Carta dotis auctoritate patris.** — Albertus de tali loco verbo et auctoritate patris sui Pasqualini et ipse Pasqualinus cum eo fuerunt confessi et manifesti se recepisse in

Source : BIU Cujas

dotem a Berta uxore sua, lib. M. den. ven. inter denarios et res extimatas et bene apretiatas de quibus denariis et rebus et dote vocaverunt se bene solutos etc., *ut supra*. Ad instar cuius dotis memoratus Albertus verbo et auctoritate domini Pasqualini dicti patris sui et idem Pasqualinus cum eo singilatim et uterque in eorum sollidum fecerunt incontrum et donationem propter nuptias eidem Berte uxori ipsius Alberti usque ad summam dicte dotis ad pactum medietatis secundum consuetudinem Marchie, que talis est, inter eos habitum per utramque partem sollemni stipulatione valatum. Quod si contigerit dominum Albertum c. 14. A. mori prius dicta uxore sua Berta etc., *ut supra;* tunc dicta domina Berta dotem suam integram habere debeat, et medietatem predicti incontri et donationis ex bonis et de bonis dictorum Alberti et Pasqualini sibi ex pato lucrari debeat et habere. Si vero casu acciderit quod dicta Berta premoriatur dicto viro suo etc. *ut supra*; tunc dictus Albertus debeat medietatem predicte dotis in se retinere et sibi ex pacto lucrari, aliam vero medietatem debeat etc. *ut supra*; [unde] pro qua dote et donatione propter nuptias et incontro memoratus Albertus verbo et auctoritate dicti patris sui Pasqualini et idem Pasqualinus cum eo ita quod uterque in solidum teneatur renuntiaverunt nove constitutioni[s] et legi que dicitur de duobus reis debendi, et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit, obligando dicte Berte omnia sua bona etc., *ut supra per totum.*

XXIV. **Carta faciendi finem patri et fratribus.** — Domina Richa filia domini Rainaldi de Castiglono, receptis in dotem a patre suo domino Rainaldo penes virum suum Liazarium lib. M den. ven. in rebus extimatis et bene apretiatis; de quibus denariis et rebus et dote dicta Richa verbo et auctoritate dicti viri sui eo presente et consentiente vocavit se bene solutam a patre suo et in se habere confessa et manifesta fuit, et exceptioni non numerate pecunie et dotis et rerum et non date et apretiate et spei future numerationis et dationis et auxilio senatusconsulti Veleiani et omni muliebri auxilio et femineo privilegio et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; verbo et auctoritate dicti viri sui pro iam dicta dote habita et recepta, fecit finem et remissionem et refutationem et recreditionem dicto patri suo pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti sibi [et] suisque successoribus seu heredibus de paterna et materna hereditate et omni iure et successione et datione et requisitione et omni c. 14. B. eo quod ei dicere vel causari poterat aut posset usque ad presentem diem vel petere aliquo modo renuntiando senatus Veleiani et omni muliebri auxilio et femineo privilegio et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire, certiorata per me notarium de iure suo. Preterea iuravit dicta Richa per suum missum ad sancta Dei evangelia hanc finem et remissionem et refutationem et omnia et singula supradicta firma et rata in perpetuum habere atque tenere et ea atendere et observare et non contravenire occasione minoris etatis vel alia ratione vel occasione que dici vel excogitari possit, renuntians senatui Veleiano et omni muliebri auxilio et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire-

XXV. **Carta faciendi finem fratibus auctoritate patris.** — Domina Richa filia domini Raynaldi de Castiglono receptis a patre suo penes virum suum Liazarium in dotem lib. M; den. ven in denariis et rebus extimatis et bene apretiatis, de quibus denariis, rebus et dote dicta Richa verbo et auctoritate dicti viri sui eo presente et consentiente vocavit se bene solutam etc. *ut supra*; pro qua dote habita et recepta verbo et auctoritate dicti patris sui fecit finem et remissionem, refutationem et recreditionem P. et B., Eccelino et Compatri fratribus suis respondentibus pro se suisque fratribus presentibus et futuris suisque heredibus de omni paterna et materna hereditate et de omni iure omni ratione etc. *ut supra.* Preterea iuravit dicta Richa corporaliter verbo et auctoritate dicti patris sui etc. *ut supra.*

XXVI. **Carta quando vir vocat se bene solutum de dote ab uxore sua.** — Cum P. et Maria iugales per plura tempora matrimoniali nexu se tenuissent, confessus et manifestus et in concordia fuit dictus P. cum dicta Maria uxore sua se recepisse tempore nuptiarum ab ea in dotem lib. C den. ven. inter denarios et alias res extimatas et bene apretiatas, de quibus denariis et rebus et dote vocavit se ab ea bene solutum etc. *Et ponatur per ordinem totus contractus secundum quod po-* c. 15. A. *situs est primus contractus de dote superius, nihil iuncto vel mutando.*

XXVII. **Carta augmentandi dotem.** — Cum dominus Liazarius de Castello recepisset in dotem a domina Richa uxore sua filia domini Raynaldi de Castiglono et ab eodem patre suo dante et solvente pro ea lib. M den. ven. inter denarios et alias res eximatas et bene apretiatas, ut in publico instrumento per me notarium facto continetur, iam dictus dominus Raynaldus volens eidem filie sue dictam dotem augmentare, dedit in augmentum dotis eidem Liazario pro dicta Richa lib. C den. ven; quos denarios et quod augmentum dictus Liazarius in se habere confessus fuit, (et) de ipso augmento vocavit se bene solutum ab ipso domino Raynaldo dante pro filia sua et ab ipsa Richa, et exceptioni non numerate pecunie etc., *ut supra, sicut continetur in primo istrumento dotis per totum, hoc mutato, quod ubi fit mentio de dote dicatur* augmentum dotis.

XXVIII. **Carta dandi rationes et actiones.** —Antonius Zovenomus filius condam Martini cerdonis de Foro dedit, cessit transtulit atque mandavit Bonifacino de Marcadendo omne ius suum omnesque rationes et actiones reales et personales, utiles et direc'as quod vel quas habet vel habebat vel habere poterat aut posset in uno debito X lib. den. ven. contra Marquardum de Bolzano et eius bona et possessiones suorum bonorum, quas idem Marquardus dare tenebatur eidem Antonio, ut continetur in carta sive pressa scripta per Petrum notarium; taliter quod dictus Bonifacius possit dictos denarios petere; eluere, exigere, experiri ab ipso Marquando cum pena et expensis et ipsum et eius bona convenire et placitare et omnia alia facere et exercere, que admodum dictus Antonius facere poterat, constituens ipsum procuratorem [ut] in rem suam; et hoc pretio X. lib. den. ven. quas idem Antonius ab eodem Bonifacino post cessionem factam suscepit, de quibus ab eo vocavit se c. 15. B. bene solutum et in se habere confessus et manifestus fuit et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omi iuri legum ac Decreti et omni rationi, qua contra posset venire (renuntiavit).

XXIX. **Carta dandi iura et actiones.** — Antonius Iovenomus, filius quondam Martini cerdonis hereditario iure dicti patris sui sine suo damno et varentatione suorum heredum dedit, cessit, tradidit, transtulit atque mandavit Bonifacio de Marchadendo omne ius suum omnesque rationes, actiones reales et personales utiles et directas, quod vel quas ipse habet vel habebat vel habere poterat aut posset hereditario iure dicti patris sui in uno debito X lib. den. ven. contra condam Albertum de Bolzano et eius heredes et eorum bona et posses-

Source : BIU Cujas

siones suorum heredum, qnos denarios dictus condam Albertus dare tenebatur condam dicto Martino, secundum quod (con)tinetur in carta facta per talem notarium generalem etc. *ut supra.*

XXX. Carta dandi iura et actiones. — Antonius Zovenomus filius condam talis de tali loco dedit, cessit, tradidit, transtulit atque mandavit Bonifatio de Marchadendo omne ius suum omnesque rationes et actiones reales et personales, utiles et directas, quod vel quas habet vel habebat vel habere poterat aut posset in una petia terre aratorie iacente in Fabula infra hos confines etc., quam ipse emit a P. secundum quod continetur in carta venditionis per me notarium facta, et in pena et expensis sibi missis pro evictione dicte terre (per) predictum Petrum et contra eundem Petrum et eius bona et possessiones suorum bonorum in omnibus et singulis capitulis scriptis in instrumento dicte venditionis, taliter quod dictus Bonifatius et sui heredes utriusque sexus iam dictam terram a modo semper habeant teneant atque possideant, secundum quod dictus Antonius habebat, et possidebat ex predicta venditione sibi
c. 16. A. facta et ex eadem terra faciat, sive vendere vel donare, ad omnem suam voluntatem faciat, secundum quod ipse facere poterat ex iure venditionis sibi facte. Et ita iuxit illum intrare tenutam et possessionem de iam dicta terra sua auctoritate, constituens se pro eo possidere donec intraverit possessionem, et ut pro evictione dicte terre possit agere experiri ad penam promissam, damna et interesse contra dictum Petrum venditorem et eius bona et possessionem suorum bonorum et omnia alia facere et exercere, quemadmodum dictus Antonius personaliter facere poterat constituens ipsum procuratorem in (*cod.* ut) rem suam; et hoc pretio X lib. den. ven., quos idem Antonius a dicto Bonifatio, facta cessione, recepit, de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confessus et manifestus fuit et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit. Preterea promisit dictus Antonius per se suosque heredes predicto Bonifatio pro se suisque heredibus stipulanti cum obligatione omnium suorum bonorum et expensis omnibus que in sui tutione fient reficiendis, in pena dupli dicti pretii dictam terram ab omni homine et persona varentare et defendere cum ratione quantum erit pro suo facto et alienatione seu obligatione et non aliter teneatur; si vero non attenderit, quod penam solvet et ea soluta vel non soluta predicta rata sint et firma.

XXXI. Carta dandi iura et actiones. — Domina Ysabetus, uxor Antoni Zovenomi, ad varentationem et defensionem unius mansi iacentis in Bolago quem idem Antonius vendidit Bonifatio, ut in carta venditionis per me notarium facta continetur, dedit, cessit, tradidit, transtulit atque mandavit eidem Bonifacino omne ius suum omnesque suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas, quod vel quas habet vel habebat vel habere poterat aut posset in C. lib. den., sicut continetur in carta dotis per me notarium facta contra eumdem Antonium et eius bona et possessiones suorum bonorum, taliter quod
c. 16. B. dictus Bonifacius ad varentationem dicti mansi et defensionem eiusdem possit dictas C. lib. ex dicta summa M. lib. de dote petere eluere et exigere et experiri etc. *ut supra, sic ut continetur in primo instrumento cessionis.*

XXXII. Carta faciendi procuratorem. — Iohannes de Servano fecit et constituit Iacobum cerdonem eius fratrem presentem suum certum nuncium, actorem et generalem procuratorem in omnibus suis factis et negotiis et litibus peragendis et faciendis, sive in iudicio coram quolibet potestate seu domino vel rectore et vicario aut iudice tam ecclesiastico quam seculari et quolibet officiali tam in agendo quam in defendendo, sive extra iudicium colligendo, arando, laborando, affitando, diffitando, fictus colligendo, redditus recipiendo, debita exigendo, vocando se solutum, finem faciendo, competendo compromitendo in arbitros et arbitratores atque amicales compositores, sub certa pena litem in iudicio contestando, de calunnia iurando et sacramentum cuiuslibet generis faciendo, respondendo, proponendo, allegando, excipiendo, replicando, terminos locando, testes et instrumenta et rationes introducendo, sententiam seu sententias audiendo, et si necesse fuerit in appellando et in appellationem prosequendo et alium procuratorem substituendo, et in omnibus necessariis, qua in predictis et circa predicta fueri(n)t opportuna, dans et concedens eidem procuratori plenam, liberam et generalem administrationem in omnibus et singulis predictis, promittens eidem procuratori stipulanti pro se et mihi notario stipulanti et recipienti pro his quorum interest vel interesse poterit firmum et ratum habere et tenere quicquid dictus procurator fecerit in predictis et singulis predictorum et non contravenire, et de iudicato solvendo et quicquid continetur in stipulatione iudicatum soliciti (*corr.* solvi) sub hypotheca et obligatione suorum bonorum, volens dictum procuratorem relec. 17. A. vare ab omni onere (*cod.* honore) satisdationis.

XXXIII. Carta procurarie. — Iohannes de Servano fecit et constituit atque ordinavit Iacobum eius fratrem presentem, *vel* [*licet*] absentem, *si non adest*, certum nuncium, actorem et specialem procuratorem in causa, quam habet vel habere posset cum M. coram domino episcopo *vel* tali potestate et eius iudice et officialibus, tam in agendo quam in defendendo, respondendo, contestando, de calunnia iurando, alegando, excipiendo, replicando, testes introducendo, terminos locando, sententiam audiendam, et si necesse fuerit in appellando et appellationem prosequendo et in omnibus necessariis que in predictis et circa predicta fueri(n)t opportuna, promittens etc., *ut supra.*

XXXIV. Carta faciendi procuratorem. — Iohannes de Servano fecit et constituit atque ordinavit Iacobum eius fratrem presentem, suum certum nuncium, actorem et generalem procuratorem in omni causa et omnibus causis quam vel quas ipse habet, habebat, vel habere sperat et habere posset cum qualibet persona et personis tam de districtu Feltri quam de alio districtu, coram qualibet potestate et quolibet iudice ecclesiastico et civili tam in agendo quam in defendendo, respondendo, contestando, de calumnia iurando, faciendo quolibet aliud sacramentum, alegando, excipiendo, replicando, terminos locando, testes et rationes introducendo sententias audiendo, et si necesse fuerit in appellando et in omnibus necessariis que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, dans et concedens eidem procuratori plenam, liberam et generalem administrationem in omnibus et singulis supradictis, promittens etc., *ut supra.*

XXXV. Carta faciendi procuratorem. — Dominus Petrus de tali loco fecit et constituit atque ordinavit Martinum eius fratrem presentem et volentem suum certum nuntium, actorem et specialem procuratorem ad omnem causam seu causas, quam vel quas habet vel habebat vel habere poterat aut posset vel habere sperat cum qualibet persona tam de districtu Cividadi c.17. B. quam de alio districtu, coram quolibet potestate seu domino vel rectore et vicario aut iudice tam ecclesiastico quam civili et quolibet officiali tam in agendo quam in defendendo, respondendo, proponendo, contestando, de calunnia iurando, faciendo quodlibet aliud sacramentum alegando, excipiendo, replicando,

Source : BIU Cujas

terminos locando, testes et rationes introducendo, sententiam seu sententias audiendo, et si necesse fuerit in appellando et appellationem prosequendo et in omnibus necessariis que in predictis et circa predicta fuerint oportuna, dans et concedens eidem procuratori suo plenam, liberam et generalem aministrationem in omnibus et singulis supradictis, promittens eidem procuratori suo stipulanti pro se et mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti pro iis omnibus quorum interest vel interesse poterit, firmum et ratum habere et tenere quicquid dictus procurator fecerit in predictis et singulis predictorum et non contravenire, et de iudicato solvendo et quidquid continetur in stipulatione iudicatum solvi sub hypotheca et obligatione suorum bonorum, volens dictum procuratorem suum relevare ab omni onere satisdationis de iudicato solvendo.

XXXVI. **Carta constituendi procuratorem.** — In generali regula hominum de Salcis more solito congregata, Hengelfredus maricus dicte regule et P. et M. eorum convicini laudantes et I. et **A.** et **L.** fecerunt et constituerunt atque ordinaverunt M. eorum convicinum presentem suorum regule et universitatis certum nuncium, actorem et syndicum et procuratorem in causa, quam habent et habere sperant cum hominibus et universitate hominum regule de Canzano seu eorum syndico vel procuratori coram domino episcopo vel suis officialibus tam in agendo *etc., ut supra* sub hypotheca suorum bonorum et sue regule et universitatis etc., *ut supra.*

XXXVII. **Carta dandi curatorem generalem.** — Venerabilis pater dominus A. Dei gratia Feltrinus et Bellunitanus episcopus
c. 18. A. et comes ad petitionem et requisitionem Tisonis filii quondam domini Broce dedit eidem Tisoni Henricetum de Baita presentem et volentem curatorem generalem ad ommes causas suas et negotia peragenda et facienda, qui curator per stipulationem promisit eidem adulto cum obligatione suorum bonorum et expensis reficiendis, et corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelia dictam curam facere et utilia dicti adulti que cognoverit facere exercere et inutilia pretermitere, salva sibi semper veritate utenda in litibus, et quic duid in dicta cura de bonis dicti adulti ad manus eius pervenerit in eundem restituere diligenter. Preterea dominus Calaonus ad requisitionem et preces dicti curatoris pro eo fideiussit et extitit fideiussor, et renuntiavit omni suo iuri, promittens per stipulationem predicto Tisoni adulto cum obligatione suorum bonorum quod faciet dictum curatorem attendere et adimplere omnia et singula supradicta; et si non faceret de suis bonis propriis attendere promisit. Qui dominus precepit eidem curatori ut de bonis dicti adulti usque ad XXX dies incipiat inventarium et et usque ad LX dies explere debeat. *Si vero duo vel plures fuerint fideiussores dicatur:* ita quod quilibet in solidum (*cod.* sollt) teneatur, renuntians epistule divi Adriani et omni rationi qua contra posset venire.

XXXVIII. **Carta dandi curatorem specialem.** — Venerabilis pater dominus A. etc. *ut supra* ad petitionem et requisitionem Tisonis adulti filii quondam domini Broche dedit eidem Tisoni Henrigetum de Baita presentem et volentem curatorem specialem ad causam et litem quam ipse habet cum domino Bartolomeo de Castello, *vel dicas* generalem ad omnes causas et lites suas peragendas cum qualibet persona. Qui curator per stipulationem promisit eidem adulto etc. *ut supra per ordinem tam de sacramento quam de fideiusore seu fideiussoribus excepto de precepto inventarii. Qui curator, sive specialis sit ad litem et causam unam sive generalis ad omnes lites et causas, non debet facere inventarium.*

XXXIX. **Carta curarie date per pretorem.** — Dominus An- c. 18. B.
tonius de Mugno iudex et assessor domini Thomaxii Cavace potestatis Bellunitani, clamata legittime per Bartolameum preconem atque sepisime deffensione Bertolamei de supra croda et bonorum ipsius, dicto Brutolino in sui deffensione suorumque bonorum seu aliquo alio deffensione dicti Brutolini et eorum bonorum nullo modo comparente, constituit atque dedit Iacobum de supra croda curatorem bonis dicti Brutolini, qui Iacobus promisit cum obbligatione suorum bonorum presentium et futurorum et expensis reficiendis mihi notario stipulanti pro dicto Brutulino et eius bonis et corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelia dictam curam facere et utilia dicti Brutulini et, suorum bonorum et inutilia pretermitere, et ipsa bona exigere et legittime deffendere ab omni homine et custodire atque salvare ad utilitatem et commodum bonorum dicti Brutulini et ratione(m) amministrationis secundum ius reddere, salva sibi semper veritate utenda in litibus et causis. Et insuper Marcelus de Caverzano de mandato et precibus dicti cnratoris pro eo fideiussit et extitit fideiussor renuntians omni suo iuri, promittens mihi notario stipulanti pro iam dicto Brutulino et suis bonis et expensis refficiendis; et si non atendet, de suis propris bonis et super suis propriis bonis attendere promisit. Qui dominus iudex precepit dicto curatori, ut de dictis bonis incipiat inventarium facere usque ad XXX dies, et usque ad sexaginta expleat.

XXXX. **Carta investiture tutelle.** — Veniens coram venerabili patre domino A. Dei gratia Feltrinus episcopus et Bellunitanus et comes domina Benevinturata, uxor quondam domini Broche, dicens se vele subire onus tutelle filii sui Eccelini pupilli; qui predictus dominus episcopus et comes dictam dominam Benevinturatam constituit atque dedit eidem Eccelino tutricem et ipsam de iam dicta tutella investivit, ac ipsam tutellam dedit atque concessit eidem. Tutrix promisit mihi notario pro iam dicto pupillo cum obligatione omnium suorum c. 19. A.
bonorum presentium et futurorum et corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelia dictam tutellam facere, et ipsum pupillum et eius bona et negotia facere et gubernare atque salvare bona fide sine fraude, et utilia ipsius pupilli que cognoverit facere et inutilia pretermitere, rationem amministrationis et negotiorum eius reddere secundum iuris ordinem et reliqua prestare eidem, salva semper sibi veritate utenda, et salvo eo si voluerit ad secunda vota transire rennntians dicta tutris senatui Veleiano consulto *(sic)*, certiorata per me notarium quid sit Veleianum, et secundis nuptiis et omni muliebri auxilio et femineo privilegio. Insuper domini Calaonus et Gervolinus de Castelo pro iam dicta tutrice eiusque mandato fideiusserunt et fideiussores extiterunt pro ea promittentes mihi notario stipulanti pro iam dicto pupillo cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum et expensis omnibus reficiendis, ita quod uterque eorum in sollidum teneatur, renuntiantes nove et veteri constitutioni et epistule divi Adriani et omni rationi qua contra posse(n)t venire quod facient dictam tutricem attendere et adimplere omnia et singula supradicta; et si non adimple(re)t et non faciere de suis bonis propris et super suis propris bonis attendere promiserunt. Qui dominus episcopus precepit dicte tutrici, ut de bonis dicti pupilli et rebus eius dem incipiat inventarium usque ad XXX dies et illud expleat usque ad sexagiuta dies [expleat].

XXXXI. **Carta faciendi a[u]ctorem in rebus pupilli.** – Domina Benavinturata, uxor quondam domini Broche, tutris Eccelini pupilli sui, cum ipsa sit infirmitate valida pregravata, ita quod rebus pupilli superesse non potest et bona dicti pu-

Source : BIU Cujas

pilli sint diffusa, volens dicti pupilli sui negotiis providere sub periculo suarum rerum, coram domino A. Dei gratia Feltrino et Bellunitano episcopo et comite suam auctoritatem et iudiciale Decretum idem interponentem, sub periculo rerum suarum
c. 19. B. fecit atque constituit dominum Gabrucium suum a[u]ctorem in causa quam habet vel habere sperat cum tali; *vel dicas* in omni causa et causis quas habet vel habere posset cum qualibet persona coram dicto domino episcopo et suis iudicibus et officialibus tam in agendo quam in deffendendo, promittens dicta tutris sub periculo et hypotheca suarum rerum firmum et ratum habere et tenere[et] quicquid dictus a[u]ctor fecerit in premissis et singulis predictorum et non contravenire.

XXXXII. **Carta inventarii.** — Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione duodecima. Quia pupillorum et pupillarum tutores sive tutrices tenentur facere inventarium de bonis pupillorum et pupillarum quos et quas habent in tutella secundum iuris rigorem, in quo universa eorum bona scripta reperiantur et debita si modo sint aliquo obligati; idcirco domina Benevinturata uxor quondam domini Broche tutris Eccelini pupilli filii sui constituta a venerabili patre domino A. Dei gratia Feltrino et Bellunitano episcopo et comite, nolens de bonis dicti pupilli attingere ullo modo seu bona ipsius administrare nisi prius condet, premisso signo venerabilis crucis manu propria dicte tutricis facto, inventarium, de bonis dicti pupilli facere ac perficere destinavit, incipiens illud die primo intrante februario. Infrascripta confessa fuit se recepisse in bonis dicti pupilli et ea mihi notario coram tabelionibus et rogatis testibus infrascriptis scribere iussit, videlicet inprimis: j catenam et j habitum etc.; *et ponantur omnia mobilia;* item j mansum iacentem in Vila Miliari etc. *et ponantur omnia immobilia.* Item hec sunt debita, sive exactiones que habet ad exigendum; inprimis sol. XX a Martino, et est instrumentum per Ia. notarium etc.; *et ponantur omnes exactiones per ordinem.* Item hec sunt debita, que debent per dictum pupillum
c. 20. A. solvi; inprimis lib. X Alberto nomine mutui etc.; *et ponantur omnia debita sive nomina per ordinem.* Die tali, in tali loco, presentibus talibus testibus, a predicta tutrice rogatis, perlectum et pubblicatum fuit hoc inventarium. *Hic autem quattuor exiguntur: primum est quod ipsa sit tutris;* secundum est quod *ipsa propria manu faciat crucem; tertium est quod inceptum infra XXX dies post acceptam tutellam et finitum infra alios sexaginta dies; quartum est quod ibidem sint tres notarii, et ille qui scripsit inventarium ultimo loco se subscribat, alii duo primo se subscribant hoc modo* [*sit*] *uterque eorum se subscribendo factis suis signis:* Ego Albertus sacri palatii notarius publicationi huius inventarii interfui, et rogatus a dicta tutrice me subscripsi, et meo signo et nomine coroboravi. *Alius autem notarius se subscribat facto suo signo*: Ego Albertus sacri palatii notarius hoc supradictum inventarium rogatus a predicta tutrice bona fide et sine fraude scripsi prout audivi et intellexi ab ea, pubblicavi, ipsum quoque meo signo et nomine coroboravi.

XXXXIII. **Carta faciendi inventarium.** — Anno domini MCCIC, indictione XII. Quoniam lege cautum est ut curatores dati bona non atingant de bonis quibus sunt dati curatores, nisi prius conficiant inventarium ipsis bonis, idcirco dominus Niatasius de Rudo curator datus et constitutus bonis quondam domini Bonagurii de Castello a venerabili patre domino A Dei gratia Feltri(no) et Bellunitano episcopo et comite, nolens ipsa bona administrare seu atingere de ipsis bonis nisi prius inventarium de ipsis bonis condet, inventarium facere ac perficere destinavit, incipens illud die tali. Infrascripta confessus fuit se invenisse in bonis predictis; in primis j habitum etc.; *et po-* c. 20. B,
nantur omnia mobilia, et immobilia si sint, deinde ponantur immobilia, postea nomina, postmodum debita, postea publicatio coram testibus et tabelionibus, postea subscriptio (*cod. subscriptos*) *tabelionum, et omnia ponantur per ordinem sicut scriptum est in superiori inventario, nil addens, nil minuens, sive mutans nisi hoc mutato, quod ubi dicitur et fit mentio de tutrice, dicatur et fiat mentio de curatore.*

XXXXIV. **Carta quando tutor trahit rationem pupillo.** — Coram domino Antonio iudice et assessore domini Thomasii potestatis Belluni, eiusque auctoritate interponente omnibus et singulis infrascriptis, Zilius, filius quondam Bruni de Tixono, olim pupillus fuit confessus et manifestus et in concordia cum domino Marquando de Bolzano eius patruo, olim tutore suo, quod idem dominus Marquardus eidem Zilio fecerat et contraxerat bonam et diligentem rationem de bonis et rebus dicti Zilii perventis in dictum Marquardum et (eius) amministrationem, et tracta ipsa ratione sibi obventiones et reliqua omnia prestiterat sibi et dederat diligenter in integrum; quas obventiones et que reliqua idem Zilius ab eodem Marquardo confessus fuit se integraliter recepisse et in se habuisse ac in eius utilitate, et ipsum et sua bona pure amministrasse et negotia eiusdem ad sui Zilii comodum et utilitatem utiliter pertractasse; renuntians dictus Zilius per pactum exceptioni non datorum reliquorum et obventionum et non in se habitorum et spei future dationis et receptionis, et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi qua contra posset venire. Quare dictus Zilius per se suosque heredes fecit finem et remissionem et perpetualem refutationem et inresolubile pactum de ulterius non petendo eidem Marquardo pro se suisque heredibus eorumque heredibus stipulanti de dictis reliquis et obventionibus et bonis sui Zilii et rebus eiusdem quas aministravit et aministrationem recepit c. 21. A.
et negotiis suisque gessit, omnique erore calculi et ratiocinio et omnibus suis iuribus, rationibus et actionibus realibus et personalibus, utilibus et directis et omni eo quod eidem vel suis fideiussoribus ac eorum heredibus vel alicui eorum petere, dicere vel causari poterat usque ad pressentem diem vel futurum occasione predicte tutelle et amministrationis bonorum et rerum ipsius Zilii, vel gestionis negotiorum eiusdem que gessit vel amministravit vel aministrare debuit et gerere vel omissit fraudolenter vel negligenter vel alia ratione vel occasione quacumque; promitens idem Zilius eidem Marquardo pro se suisque fideiussoribus et suis heredibus stipulanti, cum obligatione suorum bonorum et expensis omnibus reffitiendis in pena C. librarum den. ven. et corporaliter iurans ad sancta Dei evangelia predicta omnia et singula rata et firma in perpetuum observare et non contravenire occasione minoris etatis vel alia ratione vel occasione de iure vel de facto, verbo vel opere, per se vel per interpositam personam. Si vero contra venire presumpserit vel contraveniret quod penam solvet, et ea soluta vel non soluta predicta rata sint et firma. Preterea iam dictus Zilius eundem M. eiusque fideiussorores et eius heredes ab omnibus predictis obligatis et quolibet eorum absolvit penitus, et in perpetuum reddit absolutos.

XXXXV. **Carta emancipationis.** — Coram venerabili patre domino A. Dei gratia Feltri et Belluni episcopo et comite recta via et concorditer venientes Henrigetus texator et Ticianus eius filius asserens idem Henrigetus ipsum Ticianum filium suum predictum a se velle mancipari, et requisito dicto Ticiano si volebat mancipari qui respondit *Sic*; quare dictus Henrigetus ipsum Ticianum a manu sua dimisit et a se penitus emancipavit. Qui dominus et comes eundem Ticianum pretoris virga in capite ter percusit: *Esto mancipatus, Esto mancipatus*

Source : BIU Cujas

esto manciuatus; et ipsum a patria potestate et nexibus paternis
c. 21. B. exemit et penitus liberavit suam interponendo auctoritatem et iudiciale Decretum, ita ut a modo possit idem Ticianus testari agere, contrahere,r espondere ac pacisci sicut pater familias et omnia et singula facere tam in iudicis quam extra iudicium que quilibet pater familias facere posset, et quicquid fecerit ad suum comodum et in comodum spectare cognoscat, et pater nemini subiaceat nisi sponte voluerit. Et ibi post dictam emancipationem dictus Henrigetus pro premio emancipationis dedit, concessit atque donavit eidem Ticiano pure libere ac simpliciter et inrevocabiliter inter vivos talem et talem rem, dando eidem plenam et liberam potestatem intrandi possessionem de iam dicta re, constituens se pro eo possidere donec ipse intraverit posses sionem.

Coram domino Tomaxio Cavaza potestate Belluni ac eo auctoritate Iohannes Bonus de Foro Bonavinturam Camurcium, filium fratris Zuliani, cum omnibus rebus, bonis et possessionibus, iuribus, rationibus et actionibus in suum filium adoptavit et in familiam et potestatem paterno affectu suscepit.

XXXXVI. **Carta socede unius vace.** — Tasina de Musono dedit unam vacam rubeam cum cornibus hirtis visam et hostensam in presentia dictorum testium eidem Andree de Tisono ad rectam socedam et medietatem eius fructuum usque ad se terciam retinens dominium in se (in)dictam vacam usque ad finem divisionis secundum consuetudinem plebis sue quam vacam idem Andreas conduxit et accepit ab ipso Tasina, eodem modo, ut dictum est, promitens eidem per stipulationem cum obligatione suorum bonorum et expensis reficiendis dictam vacam et omnem eius fetum et fructum bene et diligenter bona fide et sine fraude tenere, custodire atque salvare et pascere ac nutrire suis propriis sumptibus et expensis, et sibi zunclasicum dare, si iuuxerit eam, secundum consuetudinem dicte plebis, et tempore divisionis rectam partem et rectam medietatem tam de ipsa vaca quam
c. 22. A. de fetu et fructu eiusdem dare eidem, hoc acto expressim: quod si dolo vel culpa aut negligentia ipsius Andree vel alicuius de sua familia dicta vaca periret vel aliquis fetus vel fructus eiusdem devastabit(ur), idem Andreas per pactum factum cum dicto Tasina illud dammun et detrimentum eidem Tasine refficere ac restituere promisit, obligando eidem Tasine omnia sua bona pro omnibus et singulis supradictis attendendis et firmiter observandis.

XXXXVII. **Carta compromisi.** — Titius et Stephanus de tali causa, que vertebatur vel verti sperabattur (et) de omnibus allis controversiis et questionibus que inter eos verti possent compromiserunt et consentierunt in Sempronium tamquam arbitrum et arbitratorem sive amicabilem compositorem presentem et volentem in se arbitrium suscipere; ita ut possit examinare, cognoscere terminare, servato iuris ordine vel extra ordinem prout melius sibi fuerit visum, diebus feriatis et non feriatis, sedendo et in edibus stando, omni hora et omni loco, utroque presente vel altero absente, et quod arbitrare possit semel et pluries et suam sententiam interpretare et corigere et dilucidare, si opus fuerit, et ut possit pronuntiare in scriptis vel sine scriptis; promitentes predicti per stipulationem per se suosque heredes alter alteri sub pena M lib. quod eius laudo et diffinitioni sive arbitrationi stabunt et obtemperabunt et acquiescent et in nullo contravenient de iure vel de facto, verbo vel opere per se vel per interpositam personam, et contra dictum compromissum et eorum laudum et diffinitionem nullum impetrabunt rescriptum, nullum privilegium alegabunt, nullam exceptionem opponent, et quod non utentur beneficio alicuius legis que viciet vel vitiare possit compromissum suum sive eorum laudum et diffinitionem quod vel quam fuerint arbitrati ex persona arbitri sive personis compromitentium sive ex rebus de quibus compromissum est, renuntiantes beneficio omnium predictorum et beneficiis et c. 22. B. privilegiis et exceptionibus et legibus sibi competentibus specialiter enaratis et de omnibus predictis specialiter cerficatis. Et hec omnia promiserunt stipulatione ad invicem inter se atendere et observare et non contravenire per se suosque heredes sub predicta pena cum obligatione suorum bonorum presentium et futurorum, constituentes ad invicem omnia sua bona unus pro alio possidere, ita quod liceat ei cui non observabitur compromissum sua auctoritate ingerendi (*corr.* ingrediendi) bona ilius qui fecerit contra compromissum hoc acto quod dicta pena; semel et pluries totiens [et] quotiens contra predicta vel aliqua predictorum ventum fuerit in omnibus et singulis in solidu comitatur, rato semper permanente compromisso..

XXXXVIII. **Carta pacis.** — Cum Titius nominaretur de morte Sempronii fratris Meiani et publice diceretur ipsum Titium interfecisse eundem Sempronium, tandem pro bono pacis et concordie iam dictus Meianus, per se suosque heredes et omnes de sua parte ac omnes alias personas quas mitere ac trahere poterit, fecit eidem Titio, respondenti pro se suisque heredibus et omni de parte sua eorumque factoribus, finem ac remisionem et pacem et concordiam veram ac interogabilem (inretractabilem) de morte dicti Semproni, et de omnibus vitiis, damnis et homicidiis, rapinis, furtis, incendiis sibi vel alicui de sua parte datis vel factis perdictum Titium vel per aliquem de sua parte usque ad presentem diem tam in personis quam in rebus, omnibusque conde. mnationis mendis, compositionibus factis, vel (que) fieri possent contra dictum Titium vel aliquem de sua parte, per talem dominum potestatem occasione mortis dicti Sempronii vel occasione aliquorom homicidiorum, damnorum, iniuriarum, furtorum, offen sionum eidem Meiano vel alicui de sua parte factorum vel datorum usque ad presentem diem. Et contra dictus Ticius fecit per se et omnes de parte sua et omnes alias personas quas mitere et trahere poterit finem[que], remisionem, veramque c. 23 A. pacem et concordiam [et] inretractabilem eidem Meiano recipienti pro se suisque heredibus et omnibus de parte sua [et] de omnibus iniuriis, damnis, rapinis, offensionibus, homicidiis, furtis, rebus ablatis sibi vel alicui de sua parte, datis vel factis in personis vel rebus usque ad presentem diem, et de omnibus condemnationibus, mendis seu compositionibus per dominum talem potestatem, seu que dici possent, contra eundem Meianum vel aliquem de sua parte occasione iniuriarum, damnorum, rapinarum, offensionum, homicidiorum et rerum ablatarum factorum vel illatorum eidem vel alicui de sua parte per dictum Meianum vel aliquem de sua parte; promittentes ad invicem inter se alter per se suosque heredes et omnes de parte sua [et] alteri pro se suisque heredibus stipulanti et omnibus de sua parte predictos fines, pacem, remisionem, concordiam et omnia et singula supradicta in perpetuum firmiter et inviolabiliter atendere et observare et non contravenire ratione aliqua vel occasione sub pena M lib., qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula in suo robore preservent; obligando alter alteri omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura, pro omnibus supradictis et singulis atendendis et firmiter observandis osculo pacis et perfecte concordie se penitus osculantes, iuraverunt quoque predicti Titius et Meianus ad sancta Dei evangelia predicta omnia et singula in perpetuum atendere et observare et non contravenire aliqua ratione vel occasione quacumque, Preterea quidem Petrus et Martinus de mandato et precibus dicti Meiani pro eo fideiusserunt et fideiussores extiterunt, promittentes eidem Titio stipulanti cum omnibus damnis et expensis refficiendis et obligatione suorum bonorum presentium et futurorum, ita quod uterque eorum in solidum teneatur, renun-

Source : BIU Cujas

tiantes nove constitutioni et epistule divi Adriani et omni rationi qua contra possent venire, quod facient dictum Meianum atendere et observare omnia et singula supradicta; et si non
c. 23. B. atenderet et observaret, super suis propriis bonis atendere et observare promiserunt etc. Contra pro iam dicto Titio et eius mandato Gaius et Iohannes fideiusserunt et fideiussores extiterunt, promittentes per stipulationem eidem Meiano *etc. Et ponatur de istis fideiussoribus sicut de aliis istis dictum est per totum.*

XXXXIX. **Carta mutui.** — Antonius filius Martini Cerdonis de tali loco, cum omnibus damnis et expensis refficiendis, que in exactione infra scripti debiti (fient) cum obligatione suorum bonorum omnium presentium et futurorum stetit et per stipulationem promisit solvere et dare Iohanni Bono de Foro condam Vizardi C lib. den. ven. hinc ad unum annum completum nuper venturum in pena dupli dicti debiti minus XX sol.; quos denarios dictus debitor a dicto creditore mutuo recepisse et in se habere confessus et manifestus fuit, et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit; ita quod pena veluti sors simul et semel peti et exigi possit cum effectu (cod. affectu) si ad dictum terminum sors non fuerit integraliter persoluta, taliter quod solutio, finis, concordia vel remissio huius debiti seu aliquod nocens creditori non possit ostendi donec creditor in se habuerit hoc instrumentum sanum et inlesum, nisi cum carta facta manu notarii bone fame de districtu Belluni cum quinque testibus intus scriptis ad minus in concordia partium.

L. **Carta debiti blade.** — Marquardus de Bolzano, Deperus de Asilio et Taxina de Musono (cum)omnibus damnis et expensis que in exatione infrascripti debiti fient, sive in iudicio sive extra iudicium, sive eundo sive redeundo, sive in equis aut cibo et potu vel alio quocumque modo refficiendis, cum obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, ita quod quilibet in solidum teneatur, renuntiantes nove constitutioni et legi
c. 21. A. que dicit de duobus reis debendi et omni rationi qua contra posset venire per stipulationem steterunt et promiserunt solvere domino A. de Doglono vel suo nuncio domni eiusdem C staria Bellunitana boni frumenti, sicci, mundi et curati hinc ad festum sancti Lucani nuper venturum, in pena dupli dicti debiti minus duobus stariis, ita quod pena veluti sors simul et semel peti possit(et) exigi cum effectu si ad dictum terminum sors non fuerit integraliter persoluta; et hoc nominatim pro C lib. den. ven. quos dicti debitores ab eodem ereditore susceperunt et in se habere confessi et manifesti fuerunt, renuntiantes exceptioni qua contra possent venire; taliter quod solutio, finis, concordia vel remisio non possit ostendi; donec creditor in se habuerit hoc instrumentum sanum et incoruptum, nisi cum instrumento facto manu boni notarii et legalis bone fame et oppinionis districtus Belluni, cum testibus rogatis intus scriptis in concordia partium.

LI. **Carta securitatis.** — Iacobus de Servano et Maria eius uxor cum omnibus damnis et expensis etc. *ut supra.* Ita quod uterque eorum in sollidum teneatur, renuntians nove constitutioni et legi de duobus reis debendi et ipsa mulier Veleiano consulto et omni muliebri auxilio et femineo privilegio et autentice si qua mulier (Nov. 123 Cap. 38), et omni rationi qua contra possent venire, steterunt per stipulantionem promiserunt solvere et dare a comuni de curia etc., *ut supra.*

LII. **Carta clamandi se solutum.** — Iohannes Bonus de Foro de civitate Belluni clamavit se bene solutum et expeditum esse et plenam solutionem in se habere confessus et manifestus fuit ab Antonio Zovenomo de uno debito C. lib. den ven. quos idem Antonius dare tenebatur eidem, ut in carta per me notarum facta continebatur; et finem et remissionem de iam dicto debito et pactum de ulterius non petendo fecit eidem, renuntians exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis c. 21. B. et omni iuri legum ac Decreti, et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit, et instrumentum dicti debiti cassum et inutilem et nullius valoris esse voluit et esse pronuntiavit.

LIII. **Carta vocandi se solutum de quantitate debiti.** — Iohannes Bones fuit confessus et manifestus et in concordia cum Antonio, quod idem Iohannes Bonus vult tantum L lib. den. ven. quos idem Antonius sibi dare tenebatur, ut in carta per me notarium facta continetur, et de superfluo dicti debiti fecit eidem Antonio finem et remissionem et pactum de ulterius non petendo, renuntians exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omni iuri legum ac Decreti, et omni rationi qua contra posset venire pacto renuntiavit.

LIV. **Carta servandi fideiussores indemnes.** — Dominus Marquardus de Bolzano fuit confessus et manifestus et in concordia cum Depero de Asilio et Tasina de Musono quod unum debitum C. star. frumenti quod ipsi duo simul cum dicto Marquardo dare tenentur domino Amadasio, ut continetur in carta per me notarium facta, est suum debitum et ad eum pertinet, et promisit per stipulationem eis cum obligatione suorum omnium bononiium et expensis omnibus refficiendis in pena dupli dicti debiti ipsos et utrumque eorum indemnes de debito particulariter et in totum trahere ac plenissime observare, a predicto creditore receptos se recepisse atque in sui utilitate et voluntate versos esse particulariter et in totum. Si vero dictus M. non adimpleret supradicta, tunc dictam penam eis solvere teneatur; qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

LV. **Carta societatis mercatorum.** — Ticianus Cerdo et Odoricus Checus mercatores de civitate Belluni, volentes inter se contrahere societatem a proximo festo Nativitatis nuper c. 25. A. veniente in antea usque ad annum unum completum nuper venientem et deinde in antea tantum plus quantum placuerit utrique parti ad mercandum et negotiandum omnes mercadantias et negotiationes ex quibus crediderint vel extimaverint lucrum habere posse, ad omne lucrum et damnum, quod Deus avertat de damno, et quod eis acidere poterit, uterque eorum certam quantitatem capitalis in dicta societate possuit: videlicet Ticianus C lib. den. ven. quos denarios uterque confessus fuit esse positos in dicta societate, renuntiantes exceptioni non positorum denariorum et omni rationi et exceptioni qua contra possent venire. Cum quibus denariis capitalibus promiserunt ad invicem alter alteri stipulanti et corporaliter iuraverunt bona fide et sine fraude mercari et negotiari omnibus modis quibus crediderint vel putaverint lucrum habere posse, et tempore divisionis dicte societatis bonam et diligentem rationem alter alteri trahere et sentare secundum quod sibi accessum fuerit de omnibus mercadantiis et negotiationibus, et durante societate nemini credentia(m) facere alter sine voluntate alterius, et tam capitale quam lucrum, si lucrum habuerint, alter alteri tempore divisionis dare atque prestare; et si damnum, quod Deus avertat, damnum intervenerit, uterque pro sua parte substinere. Et hec omia sibi ad iuvicem alter alteri per stipulationem promiserunt atendere, facere et observare cum omnibus damnis et expensis refficiendis et obligatione suorum bonorum presentium et futurorum sub pena C. lib. den. ven. Et si alter eorum contra venerit vel non atenderit et observaverit predicta

Source : BIU Cujas

omnia et singula, tunc dictam penam alteri servanti solvere teneatur: qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

LVI. **Carta libertatis.** — Dominus Montanerus, filius quondam Henrici de Persilone, primo pro Dei amore et suorum peccatorum suorumque parentum remissione et secundo pro C, lib.
c. 25. B. den. ven., quos a Iohanne servo suo suscepit; de quibus ab eo vocavit se bene solutum et in se habere confessus et manifestus fuit et exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis et omni iuri legum ac Decreti et omni rationi, qua contra posset venire pacto renuntiavit; manumisit eumdem Iohannem servum suum, P. et M. eius filios et omnes alios liberos eius masculos et feminas, presentes et futuros, eosque ab omni vinculo servitutis absolvit et penitus liberavit, et eis puram et perfectissimam libertatem tradidit atque dedit, et ipsos et quemlibet eorum a manu sua et sui dominii potestate dimisit et penitus relasavit; rennuntian[te]s ei(s)dem omne ius patronatus ita ut a modo in antea predicti Iohann[e]s et Petrus et M. eius filii eorumque liberi sive filii masculi et femine presentes et futuri sint liberi et absoluti et fruantur in perpetuum pura et perfectissima libertate, et libere absolute sine alicuius servitutis obstaculo, et possint ire, redire, negotiari, agere, testari contrahere, defendere ac pacisci tam in iudicio, quam extra iudicium anullum defferendi, portamque Romanam intrare tamquam liberi homines nullive servitutis vinculo [qui] (sup)positi, vel tamquam ille, qui circa sanctum altare per manum sacerdotis deducitur et dimittitur, sicut ab ingenuis parentibus essent nati, et omnia et singula facere et regere sine contradictione aut requisitione dicti manumissoris et suorum heredum vel alterius persone contradictione atque impedimento, vel sicut quilibet civis romanus vel sui iuris facere possint. Insuper peculeum quod ipsi habebant in vila Canzani et in eius pertinentiis, totum a rationibus sui domini separatum, pure ac simpliciter inter vivos donavit eisdem. Preterea iam dictus dominus Montarius promisit per se suosque heredes predictis I. P. et M.,
c. 26. A. pro se suisque heredibus stipulantibus in pena dupli dicti pretii minus V sol. dictam manumissionem et omnia et singula supradicta firma et elibata in perpetuum observare et rata et firma habere atque tenere, et ipsos et quemlibet eorum liberos et a servitutis vinculo absolutos legittime cum ratione ab omni persona et universitate atque parte deffendere, auctorizare et disbrigare, nec ipsos vel eorum aliquem de conditione servitutis seu de iure patronatus aut de dicto peculio inquietare, impedire vel molestare, ulla ratione vel occasione. Et hec omnia promisit cum obligatione suorum bonorum presentium et futurorum et expensis omnibus refficiendis iam dictis P. et M. pro se suisque heredibus stipulantibus. Si vero contra predicta vel aliqua predictorum contravenerit de iure vel de facto, verbo vel opere, vel (non) attenderit omnia et singula supradicta, tunc dictam penam solvere teneatur; qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

LVII. **Carta concordie sive pacis.** — Cornulus filius condam Peregrini de Carmegno ex una parte et Natalis de Molino ex altera fecerunt inter se vicissim finem et remissionem et refutationem et concordiam omnimodam atque pacem (*cod.* partem) specialiter de vulnere, quod dictus Natalis cum cultelo percussorio fecit in corpore dicti Cornoli die sabati transato iuxta vesperas post domum Litali, et generaliter de omni molestia et iniuria ac offensa alter alteri eorum dicto vel facto quocumque modo tunc illata, osculo pacis se ad invicem osculantes; promitentes inter se ad invicem per stipulationem dictam concordiam et omnia et singula supradicta rata et firma perpetuo habere atque tenere, nullamque acusationem de dicta rixa sive facto facere deinceps, nec in acusatione, si facta est, ulterius procedere, testes vel probationem aliquam inducendo vel alia quocum- c. 26. B.
que modo cum obligatione suorum bonorum et expensis refficiendis in pena C lib. Et si qua partium contravenerit, tunc alteri parti dictam penam solvere teneatur: qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

LVIII. **Carta divisionis inter fratres.** — Ticianus Cerdo, Crepada et Iohannes Bonus, fratres, filii condam Henrieti texatoris ad divisionem suorum et rerum suarum paternorum et maternorum pervenire volentes, de ipsis bonis tres partes fecerunt; in una quarum statuerunt et posuerunt talem rem, quam partem communi eorum voluntate dederunt et conceserunt in parte dicti Iohannis Boni, fratris minoris, et ipse Iohannes Bonus eam recepit communi voluntate dictorum fratrum suorum, pro parte omnium bonorum suorum et rerum. In alia quidem parte possuerunt talem rem, quam simili modo de communi eorum voluntate dederunt et concesserunt Crepade eorum fratri mediocri, quam ipse pro sua parte recepit pro parte omnium suorum bonorum et rerum, dantes et concedentes alter alteri iura et actiones, que et quas in predictis partibus habere possent; promittentes ad invicem inter se alter alteri per stipulationem cum obligatione suorum bonorum et expensis reficiendis sub pena C lib, et corporaliter ad sancta Dei evangelia iurantes dictas divisiones et portiones dictarum rerum receptas ratas et firmas et inviolabiles in perpetuum habere atque tenere, nullamque litem vel controversiam alter alteri de ipsius parte facere vel movere ratione aliqua vel occasione, omneque damum et expensas, quod et quas aliquis eorum pro defensione sue partis fecerint tam in indicio extra iudicium vel eius occasione communiter reservare; salvo tamen eo, quod evictione alter alteri nullatenus teneatur; facientes etiam dicti fratres ad invicem inter se alter alteri finem et c. 27. A.
remissionem et pactum de amplius non petendo de omni paterna et materna hereditate et omni iure et consuccessione, et omni eo quod sibi dicere vel causari poterant aut possent ad invicem inter se alter alteri usque ad pressentem diem. Si vero aliquis eorum contra venerit de iure vel de facto, verbo vel opere, tunc dictam penam aliis solvere teneatur; qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

LIX. **Carta faciendi fieri venditionem.** — Iohannus Bonus de Foro ex certa scientia spontanea voluntate per pactum convenit cum Antonio Zovenomo et eidem per stipulationem promisit cum obligatione suorum bonorum et expensis refficiendis in pena C lib. den. ven, quod faciet et operabit et dabit operam cum effectu quod dominus Franciscus de Castello vendet et venditionem faciet eidem pro pretio C lib. den. de uno manso iacenti in Sagrogna et in illis pertinenciis recto per Iohannem hinc ad unum annum nuper venientem quandocumque idem Antonius dabit vel prestabit eidem Francisco per se vel per suum nuncium dictas C lib. et promitet sibi de evictione dicti mansi quod [cum] pro facto et alienatione; quem mansum dictus Antonius vendidit eidem Francisco ut asserebant. Si vero dictus Iohannes Bonus predicta omnia non observaverit et non adimpleverit omnia singula supradicta, tunc dictam penam solvere teneatur; qua soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma. Ita tamen quod dictus Iohannes Bonus, elapso dicto spacio unius anni, si infra illud spatium dicte C lib. non prestite vel solute (sint) eidem Francisco, de predictis omnibus et singulis promisionibus nullo modo teneatur vel teneri debeat.

Source : BIU Cujas

c. 27. B. **LX. Carta locationis.** — Iohannes Bonus de Foro, filius condam Vizardi dedit et locavit ad fictum ad usum vilanaticum et consuetudinem bellunitanem ad suam voluntatem Riberto de Vezano unum suum mansum iacentem in Vezano et in illis pertinentiis, olim rectum per Odoricum, dando et respondendo dictus Ribertus eidem Iohanni Bono annuatim in festo Sancti Martini sol. XX et unum statum frumenti nomine fictus mansi et unum amisserum. Qui Ribertus dictum mansum recepit et conduxit ab eodem Iohanne Bono eodem modo et forma, ut dictum est.; promiten[te]s eidem per stipulationem cum obligatione suorum bonorum et expensis reficiendis dictum fictum et amisserum annuatim, ut dictum est, eidem Iohanni Bono solvere ac prestare, et dictum mansum pro eo tenere et laborare.

LXI. Carta locationis unius mansi ad fictum. — Antonius Zovenomus dedit et locavit Iohanni Pizolo de Tisono ad fictum unum suum mansum iacentem in villa Bolagi sub hac forma et conditione videlicet: quod dictus Iohannes debeat ire ad habitandum cum omnibus suis animalibus et rebus mobilibus super dicto manso, et ibi domus et tezias competentes facere et edificare, et hoc facere et adimplere teneatur hinc ad sanctum Petrum de Iunio [teneatur]. Et si levatis per eum teziis et domibus ibidem dictus Iohannes tempore aliquo recedere voluerit de supra manso; tunc libere et sine aliqua molestia aut contradictione vel requisitione atque impedimento dicti Antonii et suorum heredum vel alterius persone ire et redire possit de supradicto manso quandocumque voluerit pro sui arbitri voluntate, cum omnibus suis bonis mobilibus que
c. 28. A. nunc habet vel acquisiturus est, non obstante aliqua consuetudine usu seu vilanatico bellunitano aut statuto vel reformatione consilii facto vel facturo in Belluno super rusticis, quod et que in damnum et preiudicium dicti Iohanni posset cadere vel venire; solvendo tamen fictum illius anni in quo se dimiserit de supra manso et amisserum; remitendo dictus Antonius per pactum eidem Iohanni omne statutum et ordinamentum et reformationem consilii omnemque usum et consuetudinem Bellunitanam presentia et futura, que in damnum et preiudicium dicti Iohannis et suorum heredum posset ullo modo redundare, et respondendo dictus Iohannes eidem Antonio annuatim in festo sancti Martini donec super habitaverit dictum mansum sol. XX den. et unum starium frumenti et non aliud nomine fictus dicti mansi. Quem mansum dictus Iohannes accepit et conduxit ab ipso Antonio sub forma et condictionibus supraditis, promitten(te)s eidem Antonio solvere dictum fictum cum obligatione suorum bonorum presentium et futurorum (et)dictum mansum pro eo possidere et tenere. Preterea iam dicti Antonius et Iohannes stipulantes ad invicem inter se alter (alteri) per se suosque heredes promiserunt pro se suisque heredibus stipulantes cum obligatione suorum bo norum et expensis omnibus reficiendis in pena C lib. den. predicta pacta et conditiones et omnia et singula suprascripta sibi ad invicem alter alteri ac plenius observare et non contra facere vel venire ratione aliqua vel occasione quacumque, renuntiantes per pactum omnibus expensis, consuetudinibus et statutis et rationibus, iuri[bu]s et facti, communibus et specialibus sibi contra predicta vel aliquod predictorum quocumque modo competentibus. Si vero aliquis eorum predicta omnia et singula non attenderit vel non observaverit aut contravenerit de iure vel de facto verbo vel opere, tunc dictam penam solvere teneatur alteri servanti et adimplenti; qua soluta vel non, predicta omnia et singula rata sint et firma.

c. 28. B. **LXII. Carta dandi verbum rustico recedendi.** — Dominus Amadasius dedit omnimodam licentiam atque verbum Denixio de Ploiso eius rustico eundi et redeundi pro sui arbitrii voluntate quandocumque et quocumque voluerit de supra manso ipsius domini Amadasii iacente in Ploiso, ubi idem Denixius modo moratur et moratus fuit usque nunc ad usum vilanaticum Belluni cum omnibus suis rebus mobilibus et immobilibus, que habet seu existente super dicto manso acquisivit seu de cetero acquirere poterit; remitens et repudians idem dominus Amadasius in dictum Denisium per pactum omne ius suum omnesque suas rationes et actiones reales et personales, utiles et directas, quod vel quas ipse habebat vel habere poterat aut posset contra dictum Denixium et bona mobilia et immobilia existendo super dicto manso hactenus acquisita vel de cetero acquirenda ratione consuetudinis seu usus vilanatici Belluni seu occasione statuti Belluni in preiudicium rusticorum facti vel facturi, vel reformationis consilii facte vel facture in Belluno vel ulla alia ratione vel occasione quacumque communi vel singulari; renuntians per pactum omnibus usibus, consuetudinibus, vilanaticis statutis, ordinamentis, reformationibus consiliorum presentibus et futuris, et omnibus rationibus et iuribus singularibus communibus iuris (et) facti sibi contra hec competentibus; promitens idem et ipsi Denixio per stipulationem cum obligatione suorum bonorum et expensis reficiendis, in pena C lib. predicta omnia et singula atendere et observare et non contravenire de iure vel de facto, verbo vel opere, ratione aliqua vel occasione, salva tamen sibi ratione quam habet contra dictum rusticum et eius bona tantum quantum est pro fictu petendo. Et si non atenderit vel contra venerit, quod penam solvet; et ea soluta vel non soluta predicta omnia et singula rata sint et firma.

c. 29. A. **LXIII. Carta testamenti.** — Dominus Titius recordans humanam naturam esse ita fragilem, quoniam multotiens contingit hominem mori sine linqua (*sic*) bona sua destrui, quia tales persone possident quibus ipse concessisse penitus voluisset, et inter propinquos maxima discordia oritur de bonis defuncti quando ab intestato decessit: que incomoda cupiens evitare suum in scriptis tale condidit testamentum. In primis pro remedio anime sue legavit lib. X den. eclesie maiori de Cividado. Item legavit tantum tali eius propinquo. Item legevit C. lib. Marie filie sue, et ipsam in dictis C. lib. sibi heredem instituit, iubens ipsam stare contentam pro sua legittima. In omnibus autem aliis suis bonis P. filium suum sibi heredem instituit. Item reliquit M. tutorem dicti filii sui, et tutellam dicti filii sui ordinavit atque constituit. Et hoc voluit, statuit atque ordinavit esse suum ultimum testamentum; et si non potest valere iure testamenti, voluit atque iussit valere iure codicillorum vel iure ultime voluntatis, vel alio quocumque iure quod melius valere potest. *Quo per ordinem toto scripto, ponendo prius legata, demum heredis institutionem, testator ipsemet debet flectere cartam per medium volvendo latus scriptum intus, et debet convocare septem idoneos iuvenes convicinos suos bone fame et oppinionis, et eis debet ostendere testamentum flectum* (sic) *et dicere eis ut quilibet coroboret illud suo sigillo, et rogare debet eos ut sint testes. Quibus sigillis suppositis debet et testamentum colocari in secreto loco. Mortuo vero testatore....*

Qui scripsit hunc librum locetur in Paradisum. Deo gratias. Amen.

Source : BIU Cujas

9700

FACULTÉ DE DROIT
DE
PARIS
BIBLIOTHÈQUE

L. 60